Vtrum minister iustitiæ dicatur homicida, & an peccet, vide in text. 15. q. 1. c. necis.

Quæ pœna puniatur occidens vel vulnerans clericum, vide in text. 17. q. 4. cap. presbyterum. vsque ad cap. nemini.

Vtrum sit peccatum iudici vel eius ministro occidere delinquente, & punire eos, vide in text. & in glo. summæ 23. q. 5.

Vtrum, & quando quis possit occidi & in quibus casibus, vide in glo. summæ. 23. q. 5.

De pœna occidentis matrum, vide text. 31. q. 2. melius in glo. in verbo, parentem, c. aut facta. de pœn. dist. 1.

Vtrum occidens patrem spiritualem puniatur ea pœna, qua occidens patrem naturalem, vide glo. in l. aut facta, de pœn. d 1.

Vtrum clericus efficiatur irregularis qui voluit committere homicidium & non potuit, vide gloss in c. periculose, in versi. si pænitentiæ. de pœn. dist. 1.

Quod sit maius peccatum occidere Christianum quã paganum, vide in cap. rebaptizare. de consecrat. dist. 4.

Vtrum liceat marito interficere vxorem in aliquo casu, vide in text. 33. q. 2.

De raptoribus.

Vtrum rapiens rem propriam cadat a iure suo, vide in text. & in gloss. summæ. 16. q. 6.

Quis dicatur raptor, vide in text. & gl. summæ. 36. q. 1.

Vtrum raptæ possint nubere raptoribus vide in tex.36.q.2.
Vtrum raptor spoliatus debet ante omnia restitui, vide gl. in §. quod autem, 14.q.1.

De maleficiis.

Vtrum crimen maleficiorum sit publicum vel priuatum, vide glo. in cap. constituimus. in verb. maleficij. 3. quæst. 5.

De vsuris.

Vtrum tutor exigens vsuras nomine pupilli teneatur eas restituere, vide glo. in c. sicut, in verb. non suo, in dist. 46.
Vtrum sit vsura exigere aliquid vltra summam debitam, vide in text. & in gl. summæ. 14.q.3.
Vtrum sola spes reddat hominem vsurarium, & in quibus casibus possit aliquid accipi vltra sortem, quando liceat clericis vel laicis negotiari, vide in text. & in gl. summæ. 14.q.3.
Vtrum possint fieri eleemosynæ de vsuris, & de alijs illicitis quæstibus vide in text. & in gloss. summæ. 14.q. 5.
Vtrum vsurarij possint pœnitere nisi effectualiter restituant vsuras, & male ablata, vide in text. in gloss. summæ. 14.q.6.
Vtrum sit communicandum vsurario post mortem, vide glo. in c. nec quisquam, 24.q.2.

De sortilegiis.

Qui sunt sortilegi & de pena eorum tam de iure ciuili, quam de iure canonico, vide in text. & in glo. sum. mæ latæ, 26.q. 1.
Vtrum sortilegium sit peccatum, vide in tex. 26.q.2.
Vtrum sit peccatum perquirere stellas, & planetas, vide in text. 26. quæst. 2. cap. illos planetarios, & cap. seq.
Quæ sortes sint reprobatæ & quæ licitæ, vide in gloss. summæ. 26. quæst. 2.
A quibus sumpsit exordium genus diuinationis, quot sunt genera diuinationis, vide in text. 26. quæst. 3. & 4.
Vtrum dæmones possint scire futura & dispositiones hominum in mente conceptas, vide text. 26.q. 4. c. sciendum.
Vtrum sortilegi sint excommunicandi, vide in text. 26.q.5.
Vtrum astronomia sit approbata vel ne, vide in gloss. in cap. non liceat, 26.q.5.
Vtrum sint reprobatæ incantationes & obseruationes dierum, & mensium, & annorum, vide in tex. 26. q.7. c. episcopi.

De clerico percussore.

Vtrum sacerdotes debeant esse percussores, vide in dist. 45.

De clerico per saltum promoto.

Vtrum quis possit promoueri per saltum ad sacros ordines, vide in distinct. 67. & etiam in distinct. 59.

De priuilegiis.

Vnde dicantur priuilegia, & quid sit priuilegium, vide in dist. 3. c. priuilegia.
Vtrum priuilegia concessa clericis extendantur ad eorum vxores, vide gloss. in can. clericum. 11. quæstio, 1.
Quot modis perdatur priuilegium, vide gloss. in can. priuilegium. 11. q. 3.
Vtrum antiquioribus priuilegijs, derogetur per sequ. vide in text. 25. quæst. 2.
Quis possit concedere priuilegia in præiudicium tertij, & quomodo priuilegia egrediantur personas eorum quibus conceduntur, & an in dubio præsumantur personalia vel realia, de differentia inter priuilegium, & confirmationem, & an in dubio præsumantur reuocata, vide gl. summæ. 25.q. 2.
Vtrum priuilegia requirant scripturam, vide glo. in can. constitutionis. 25.q. 2.

De purgatione vulgari.

Quando habeat locum purgatio vulgaris, & purgatio canonica, vide in glo. summæ. 2.q.5.

De iniuriis.

Vtrum licitum sit bellum propulsando iniuriam, & in repetendis rebus suis, vide in text. 23. q. 2.
Vtrum iniuria sociorum possit propulsari armis, vide in tex. & in gl. summæ. 23.q.3.
Vtrum vindicta sit permissa, vide in text. & in gl. summæ. 23 q.4
Vtrum episcopus possit remittere iniuriam factam ecclesiæ suæ, uide glo. in c. p. si is. 23.q.4.
Quid requiratur ad hoc, ut possit agi actione iniuriarum, an prouocatio ad animum, & quæ alia, uide gl. in can. si illic. 23.q.4.

De pœnis.

Vtrum pena legalis, & etiam conuentionalis possint extendi in infinitum, uide glo. in can. cum deuotissimam, 12.q.2.
Quomodo pœna peti possit loco interesse, uide glo. in can. fraternitates. 12.q.2.
In quibus casib. possit episcopus punire, exemptos, uide gloss. in can. placuit, in uerb. parochianum, 6. q. 3.
Quis magis puniatur an ignobilis, uel nobilis, uide gloss. in can. qui. contra. 24.q.1.

De pœnitentiis & remissionibus.

Circa perplexitatem peccatorum mortalium, & etiam uenialium quid eligi debeat, uide gl. in dist. 13.
Vtrum, & quando pollutio nocturna sit peccatum, uide in dist. 6.
Vtrum quis possit peccare, ut alij cui tent maius peccatum, uide in dist. 14.
Quæ sint peccata mortalia, & quæ uenialia, uide in dist. 25. canon. qualis.
Quis magis peccet an laicus uel clericus in eodem genere delicti, uide gl. in can. homo Christianus. in distin. 40.
Vtrum episcopus possit remittere pœnitentiam iniunctam à Papa, uide gl. in can. accedens, in uerb. in tuę. in dist. 50.
Quoties debeat quis facere pœnitentiam quādo peccet, uide gl. in can. imitare Petrum. 6.q.1.
Vtrum sacerdos possit iniungere pœnitentias, si non est sibi concessa cura animarum, uide gloss. in can. placuit. 16.q.1.
Quanta pœnitentia imponatur pro peccato mortali, uide glo. in c. qui sacramento, 22. q. 4.
Vtrum morientibus sit indicenda pęnitentia, uide in text. 26.q.7.
Quando debeant sacerdotes iniungere pœnitentiam pro qualitate peccatorum, & quomodo, uide in tex. 26.q.7.
Vtrum sola contritio cordis sine confessione oris sufficiat ad impetrandam ueniam peccatorum, uide notata in marg. & in glo. summæ, de pęnit. dist. 1. in uerb. sunt.
Vnde dicatur pœnitentia, & quid sit satisfactio, & quot confiderentur in satisfactione, uide in gl. summę de pęnit. distin. 1.
Vtrum charitas semel habita possit ulterius perdi, uide in text. & in glo. summæ, de pęn. dist. 2.
Vtrum pœnitentia sit reiteranda, uide in text. & in gl. summæ. de pœ. dist. 3.
Vtrum sit denegandā pœnitentia illi, qui uult agere pœnitentiam de uno peccato tantum, uide in text. de pœnitentia distinctio. tertia.
Vtrum peccata remissa amplius redeant? uide in text. & in glossis summ.

Summæ de pœniten. distinctione quarta.

Quot sint seruanda circa confessionem & quot debeat in se continere confessio. vide in tex. de pænit. dist. quinta.

Cui debeat fieri confessio, vide in tex. & in glo. summæ. de pæn. dist. sexta.

Vsq; & ad quantum tempus sit recipiēdus peccator, & an etiā in mortis articulo, vide in text. de pænit. dist. 7.

Vtrum quis. debeat cōfiteri peccata venialia, vide glo. in can. perfecta de pæn. d. 1.

Quid dicatur peccatum in Spiritum sanctum, vide glo. in §. potest etiā c. si sacerdos. in ver. ad mortē. de pæn. dist 1.

Vtrū & in quibus casibus confessus teneatur iterum confiteri, vide gl. in § his auctoritatibus, de pænit. dist. 1.

Quę pæna ponatur pro quolibet peccato mortali. vide etiam glo. in §. sunt plures, de pæn. dist. 3.

Vtrum bona facta in peccato mortali valeant & prosint, vide glo in c. quærat. de pæn dist. 3.

Vtrum peccata semel dimissa reuertantur amplius, vide glo. in §. eorum. can. peccatum. de pæn. disti. 4.

Vtrum sacerdos possit manifestare peccata penitentium, vide glo. in cano. sacerdos. de pænit. distinct. 6.

Vtrum confessio sit vtilis, quæ a non suo sacerdote accipitur, vide glo. in ca. placuit. de pænitea. distinct. sexta.

Quæ sint consideranda in penitentia iniungenda, vide in gloss. summæ 26. q. 7.

Vtrum vsurarius possit penitere, nisi effectualiter restituat vsuras, vide in tex. & in glo summæ. 14. q 6.

De sententia excommunicationis.

De materia excommunicationis, vide gl in can. Engeltrudam. in ver. anathemate. 3. q. 4.

Vtrum sit prohibitum communicare cum excommunicatis, vide in tex. 11 q 3. can. præcipue Guari dradæ. & ca. immediate seq. ad finem vsque.

Quæ pœna imponatur presbyteris excōmunicatis tangentibus sacra, vide in text. 11. q. 3. cano. si quis episcopus.

Vtrum possit appellari ab excommunicatione, vide gloss. in can. si episcopus 11. q 3.

Quotuplex sit excommunicatio, vide glo. in c. si inimicus. 11. quæstione 3.

Vtrum Papa communicans, cum excommunicato ligetur etiam ipse & quid in episcopo, vide gl in c. quid merito. 11. q. 3.

Vtrum excommunicatus iniuste possit celebrare. vide glo in c. nō debet. 1. q. 1.

Vtrum vasallus teneatur obedire domino excommunicato, vide gloss. in can. Iulianus 11. q 3.

Vtrum excōmunicato domino intelligantur excommunicati omnes de familia, vide gloss. in cap. quoniam 11. q 3.

Vtrum vxor teneatur reddere debitum marito excommunicato, vide gloss. in d. ca. quoniam. 11 questione 3.

Vtrum quis possit excommunicari, vel absolui vnico verbo, vide glo. in c. cum aliquis, 11. q. 3.

Si eligitur excommunicatus cū aliis non excommunicatis, an valeat electio in aliquo, vide gl. in c. nos in hominem. 11. q. 1.

Si pmisit qs soluere alicui intra certū tempus, & interim fuerit excōmunicatus, vtrū p ssit ei solui, vide glos. in can. nos sanctorum. 15. q. 6.

Vtrum magister percutiens clericū discipulum causa disciplinæ incidat in canonem, vide gloss. in cap. nullus. 17. q. 3.

Vtrū scindens vestimenta clerici incidat in canonē, & in quibus casibus licitum est absque pœna excommunicationis verberare clericum, vide gloss. in c. si quis suadente 17. q. 4.

Vtrum iniiciens manus violētas in clericum vel detinens eum in cōpedibus sit excommunicatus, vide glo. in cap Guilisarius. 23. quæstione, 4.

Vtrum percutiens clericum etiam excommunicatum incidat in ex communicationem, vide gloss. in can. excōmunicatorum. 23. quest. 5.

Quomodo gesta per excommunicatos valeant, si tolerantur, vide in gloss. summæ. 24. q. 1.

Vtrum quis possit excommunicari post mortem, & in quibus casibus vide in text. & in glo summæ. 24. quæst. 2.

Vtrum pro peccato alicuius tota familia sit excommunicāda, uide in text. & in gloss. summæ. 24. quæst. 3.

Vtrum excommunicatio illicita lædat seu liget, vide in tex. 24. quest. 3.

Qui debeant excōmunicari, vide in text. 24. q. 3.

Vtrum laici possint excommunicare clericos de mandato superioris, vide glo. in ca preter. in versi. ducibus, in dist. 32.

Vtrum sacerdos pro quolibet peccato mortali sit suspensus vel excōmunicatus, vide in glo. in ca. testamentum, in versi. humiliter. in distin. 6.

Vtrum excōmunicatio transeat in tertiam generationem, uide glos. in c. detrahe. in ver. aliqui, 1 q 1.

Vtrū sententia lata ab excommunicato valeat quando publice tenebatur pro nō excommunicato, vide gloss. in can. infamis. ver. tria, 3. q 7.

Vtrum excommunicatus possit iudicare, uide gl. in can. reuera 3. quæstio. 9.

Vtrum excommunicatus possit agere vel conuenire vel excipere & compensare, uide glo. summæ. 4. questio. 1.

Vtrum sit excommunicatus citatus certa die sub pęna excōmunicationis, si fuit impeditus cōparere ea die, vide gloss. in can. quisquis. 4. quest. 5.

Vtrum eleemosyna possit fieri excōmunicato, vide gloss. in cano non omnis. 5. q. 5.

Vtrum habens a Papa potentiam excommunicandi possit etiam absoluere excommunicatum, vide gl. c. peruenit. 7. q. 1.

Quis dicatur excōmunicatus, & an excōmunicatus vel dipositus conferat sacramēta & maxime an cōficiat verum corpus Christi, vide gloss. summę. 9. q. 1.

Vtrum patrocinium simoniacorum possit admitti in electionibus, videin tex. & in glo. summę 8. quest. secunda.

Vtrum vxor teneatur reddere debitum marito excommunicato, vel filius, vel seruus cōmunicare cum patre vel cum domino excommunicato, vide gloss. in ca. quoniam, 11 questione 3.

Vtrum excommunicatus admittat ad accusandum, uide in text. 4. quęstio. 1.

Vtrum sortilegi sint excōmunicandi vide in tex. 26. q. 5.

Vtrum excōmunicatus ab episcopo possit reconciliari a sacerdote, uide in text. 26. q 6.

Vtrum excommunicatus possit cōmunicare cum excommunicato uide gloss. in c. deuotam 27. questione. 1.

Vtrum iniciens manum in vestē clericisit excommunicatus, vide glo. in canon si quis pulsatus. de pęn. dist. 1.

Vtrum excommunicatus possit contrahere matrimonium, vide gl. in can nullus, de cons. d. 4.

De verborum significatione.

Quid sit canon, vide in distinctione tertia.

Vnde dicatur sacerdos & antistes & presbyter & vates, & archiepiscopus vide in distinct 21.

Quomodo capiatur mensis, idus & nonę, vide glo. in ca. propter.

in verbo, idibus, in dist. 18.
Vnde dicat chorepiscopus, & quid differat ab episcopo, vide in disti. 68.
Qui dicantur primates & in quibus debeatur eis reuerẽtia, vide in distin. xcix.
Quot modis appellentur spiritualia vide in glos. summæ. in princ. 1. q. 1.
Quis dicatur doli capax. vide. glo. in ca. spiritus, in verbo, puerorum. 1. q. 1.
Quid sit dispensatio & ius dispensabile, vide glo. in can. requiritis in verbo, vt plerisque. 1. q. 7.
Quid sit notorium, & quid manifestum, vide glos. in can. manifesta. 2. q. 1.
Quotuplex sit infamia, vide gloss. in c. omnes, in 6. q. 1.
De multiplici significatione huius verbi, perpetua, vide glo. in verbo ꝑpetua, §. ꝑpetua. sumpti ex auth. perpetua. canonizata in constitutione noua. 10. q. 2.
Qui contineantur appellatione coniunctorum & domesticorũ, & an admittãtur ad testificandũ in causis criminalibus, vide in glo. summę, 3. q. 5.
Quomodo capiatur alienatio vide in gloss. summę. 12. q. 2.
Vtrum indicans crimen alterius sit habendus inimicus, vide in tex. 5. quæst. 5.
Quot homines faciant collegium, & quot populum, & quot familiam, vide in glo. in cap. si ex laicis. 10. quæst. 1.
Quomodo capiatur verbum perpetuo, vide gloss. in can. possessiones 16. q. 1.
In quibus & quot pedibus consistat passus, & in quot digitis pes, vide gloss. in can. sicut 17. q. 4.
Quę dicatur ꝓprie respublica, vide glo. in cap. quid ergo, 23. quæstione 4.
De significatione verbi absque, vide gloss. in cano. non est nostrum. 23. quæst. 5.
De significatione verbi competẽter vide gloss. in cap. paternarum. 24. quæst. 3.
De significatione verbi oportet, vide gloss. in cap. confidimus. 25. qõ. 5.
Quæ sit differentia inter peccatũ & delictum, vide glo. in cano. si peccatum. de pęn. distin. 1.
Vnde dicatur eleemosyna, vide gl. in can. qui vult. de pęni. distinct. tertia.
Quid sit lex, & plebiscitum, & senatus consultum, & vnde sumpserũt nomen, vide in dist. 2.
Quis dicatur bigamus: vide text. & glo. in ca. vna tantum. in verbo, bigamus. dist. 26.

FINIS.

Ludouicus Bologninus vtriusq; iuris Doctor & eques, iura ciuilia de mane ordinarie legens, in almo ac vetustissimo Bononiensi studio, anno, millesimo quadringentesimo septuagesimo secundo, præcedentem tabulam ingeniose compilauit.

TITV-

TITVLORVM QVINQVE LIBRORVM

Decretalium secundum ordinem litterarum Alphabeti, à quibus inchoantur, collecta adnotatio.

FINIS.

Bis centum titulos, sed quindenos remouebis.
Sunt decretales ter mille, sed absque nouem bis.

TABVLA CAPITVLORVM

DECRETALIVM.

Cum

dile-

Q

quidam

Signifi-

FINIS.

MATERIAE SINGVLARES, QVAE IN VARIIS DECRETALIVM GLOSSIS ADNOTANTVR.

Primus numerus paginam, secundus columnam denotat:

C

iura-


procu-

senten-

F I N I S.

ARBOR CONSANGVINITATIS.

Non gignunt dextros qui stant in parte sinistra,
Læua dat vxores, dat tibi dextra mares.



FIGVRA Arborea licet ad ſeptimum deberet gradum protendi, cum vſq; ad eum ſecundum decreta ſit prohibitio coniugalis, 35. q. 3. cap. de affinitate, & extra de clande. deſpon. c. cum inhibitio. tñ quia per iura noua ipſa coniugalis prohibitio eſt in tribus poſtremis gradibus reuocata, vt dicto c. cum inhibitio. & de conſang. & affin. c. non debet, ideo vſq; ad quartam duntaxat figuram hanc duximus extendendam. Nec id ipſum graduum cognitionem quoquo pacto impedit. Qui enim duorum aut trium computationem agnouerit, illam etiam vſque in gradum centeſimum, & eo amplius ſi opus ſit, deducere poterit.

Quam aptiſſime hæc imprimatur, tum conſanguinitatis tum affinitatis arbor iudicet qui huiuſce cauſæ trigeſimæ quintæ, canones & legit, & intelligit.

Conſanguinitas eſt attinentia perſonarum ex eo proueniens, quod vna deſcendit ab altera, vel ambe ab eadem. Vel eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum. Et dicitur a con, quod eſt ſimul, vel vnitam; & ſanguine, quaſi ſanguinis vnitas.

Linea eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium gradus continens, & numeros diſtinguẽs, & eſt triplex. ſcilicet graduum deſcendentium aſcendentium, & collateralium.

Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt, Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarum, vel locorum procliuium, quia gradimur de proximo in proximum.

CONSANGVINITAS PER.
tres regulas declaratur.

PRIMA. Regula magiſtralis pro linea recta. Aſcendentium, & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur, computatis intermedijs vna dempta tot ſunt gradus inter eas. Si igitur vis ſcire quantum diſtat abauus a Petrucio (Petrucium eſſe fingimus in cellula vbi eſt facies) vtroque computato, & intermedijs quinque ſunt perſonæ, deme vnam, quattuor ſunt gradus & ſic de alijs.

¶ *Pro linea collaterali duæ ſunt regulæ.*

¶ Collaterarium in linea æquali quoto gradu quis diſtat a communi ſtipite, toto diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Exemplum pone. Cum facias abauum ſtipitem inter P. & pronepotem propatrui (nam illi ſunt in linea æquali:) quilibet diſtat a ſtipite quarto gradu: ergo inter ſe quarto. De computatione tantummodo canonica loquor.

¶ Collaterarium in linea inæquali quoto gradu remotior diſtat a communi ſtipite, toto diſtant inter ſe. Exẽplum pone faciendo abauum ſtipitem. P. & filius propatrui ſunt in linea inæquali. Computemus ergo a remotiori, ſcilicet a P. ſed p. diſtat a ſtipite quarto gradu, ergo a filio propatrui quarto. Semper intellige ſecundum canones.

¶ *Pro arbore conſanguinitatis ſecundum computationem ciuilem dantur tales regulæ.*

PRIMA. In linea recta aſcendentium, & deſcendentium quot ſunt perſonæ de quibus quæritur computatis intermedijs vna dempta, tot ſunt gradus inter eas.

¶ *Pro linea collaterali.*

¶ Collateralium in linea æquali quoto gradu quis diſtat a communi ſtipite, toto duplicato diſtant inter ſe, vel ſibi attinent. Nam ſecundum leges quælibet perſona gradum facit in collateralibus. Computatio enim Legiſtarum ob aliud fit, quam computatio Decreſtitarum.

¶ Collateralium in linea inæquali quot ſunt perſonæ ſtipite dempto, tot ſunt gradus. Si ampliorem optas enucleationem, recurre ad Ioannis Andreæ declarationem.

CIRCA LECTVRAM Arboris diuerſis olim diuerſum modum tenentibus, Ioannes de Deo Hiſpanus poſt illos lecturę ipſius arboris nouum modum aſſumens per ſuas metricas regulas ipſius intellectum niſus fuit aperire: ſed propter multitudinem regularum, & verſuum obſcuritatem aliquibus notum ignotum, alijs ignotum ignotius reddidit. Attendens igitur ego. Io. An. inter decretorum doctores minimus & indignus, inuentionem arboris ex eo fuiſſe, vt habentibus materiam conſanguinitatis, & affinitatis ignotam nota: & habentibus notam, ex oculorum inſpectione notiſſima fieret antiquorum ſcripta reuolui, & (prout expedire credidi) compilaui.

¶ Primo quærens ad vtramque arborem ad quid fuerit inuentio arboris neceſſaria. Secundo, an ſit authentica. Tertio, ad quid in volumine decretalium repetita quæ olim fuerat in decretis.

¶ Primę quæſtionis ex ſuperius dictis patet ſolutio probatio enim ad oculum alias vincit, inſti. de gradi. §. agnationi. 27. q. 1. nec aliqua. Ex oſtenſione enim facti quædam melius percipiuntur quam elocutione, extra de donat. Apoſtolicæ. ver. final. Hinc eſt, quod agrorum menſio ſuoiſ ... oculis. 16. q. 3. inter ... præſcrip ... indicante C. fin. reg. l. 3. Ventris inſpectio: an mulier ſit pregnans. ff. de ven. inſpi. l. 1. in prin. Eorum pudicitiæ inueſtigatio, an mulier ſit virgo. extra de prob. propoſuiſti, a ... de ſrig. & ma. fraternitatis, vel aliter impedita, eod. tit. ex litteris. Iniuriæ an ſit atrox æſtimatio. ff. de ſer. l. 1. Et litteræ papales an ſint veræ vel falſæ. de cri. fal. licet.

Oculis multa ſubijciuntur.

¶ Ad ſecundum dic, quod arbor authentica eſt, quod patet ex canonib. Iſidori, & Alexandri. 35. q. 5. c. 1. 2. & vlt.

¶ Ad tertium dic, quod quia in decretis de conſanguinitate, & affinitate tractatur, vtile fuit ibi arborem ponere, & quia in decretalibus eſt idem tractatus, & in hoc volumine vtile fuit repeti ex eo maxime, quia nemini venit in dubium, id ſatis eſſe validum ſatiſq; famoſum quod repetita lectio probat C. de emend. Iu. co. l. vna. Item ex eo quia antiqui canones circa materiam illam multum fuerunt correcti: vnde expediens fuit ſecundum ſtatutum iurium nouorum antiquam arborem decidere.

DEinde ad arborem conſanguinitatis ſpecialiter deſcendamus. Et primo quæritur quid ſit conſanguinitas, & vnde dicatur: quid linea: quid gradus. Secundo quæritur, quomodo arbor formetur, & quare ſic formetur, & quare ſic punctetur, & interſeremus regulas per quas cognoſcuntur gradus, demum ponemus quædam notanda, & quaſdam quæſtiones.

¶ Ad primum dico, quod conſanguinitas eſt attinentia perſonarum ex eo proueniens, quia vna deſcendit ab altera, vel ambæ ab eadem. Vel eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali propagatione contractum quod ſatis eſt idem. Dicitur autem conſanguinitas quaſi ſanguinis vnitas: a con, & ſanguine: quia de communi ſanguine deſcendunt, & quo ad probationem coniugij non diſtinguo, an tales conſanguinei ſint producti ex vxorio coitu, vel ex fornicario, quod eſt expreſſum, extra de proba. per tuas.

Conſanguinitatis diffinitio.

¶ Linea vero eſt collectio perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentiũ gradus continens, & numero diſtinguẽs. Et eſt triplex linea ſcilicet graduum deſcendentium, aſcendentium, & collateralium, vt infra patebit, & ff. de gradi. l. 1. & l. iuriſconſultus.

Lineæ diffinitio: & eius multiplicitas.

¶ Gradus eſt habitudo diſtantium perſonarum, qua cognoſcitur quota agnationis vel cognationis diſtantia duæ perſonæ inter ſe differunt. Et dicuntur gradus ad ſimilitudinem graduum ſcalarum vel locorum procliuium, quia ita gradimur de proximo in proximum. ff. de gradi. l. iuriſconſultus, §. gradus.

Gradus deſcriptio.

¶ Formatur autem ſic arbor primo vide cellulas aſcendentium, ſecundo deſcendentium, demum collateralium.

Arboris conſanguinitatis formatio.

lium. Ascende super cellulam vacuam, quę remansit ideo vacua, quia non potuit nomē propriam habere: cū aliæ cellulæ exceptis his, quæ per genitiuū nominantur) sumant nomen ab ipsa Quomodo enim possumus illam cellulam nominare, quam dicimus filiū patris, fratrem fratris, patrem filij, & sic de singulis? & eā alij vocant Ioachim, alij Protheū; alij truncum. nos autem a nomine bidelli nostri vocemus eum Petrucium. Et scire debes ꝙ cōpetenter illæ cellulę mediæ ascendentium & descedentium diuiderentur directe per medium, vt à latere dextro illarum cellulatū ponerent nomina mariū, vt abauus, proauus, &c. a latere sinistro nomina mulierum, vt abauia, proauia, &c. quia positi a latere dextro descendunt a maribus, & econuerso. Supra cellulam vacuam est cellula hęc continens pater, mater, & vnum punctū supra, & vnum infra. Supra illam est cellula auus, auia, cōtinēs duo puncta supra, Et duo infra. Supra illa est cellula proauus proauià cōtinēs tria puncta supra, & tria infra. Supra illam est cellula abauus, abauia, habens quattuor supra, & quattuor infra. Descēdendo sub cellula vacua est cellula habens filium & filiam: & habet vnum punctum supra, & vnū infra. Sub illa habens nepotem & neptem, & duo puncta supra, & duo infra. Sub illa proneptem, & pronepotē; & tria puncta supra, & tria infra. Sub illa abnepotem & abneptem, & quattuor puncta supra & quattuor infra.

¶ Antequam ad collaterales transeamus, scire debes ꝙ punctorum numeratio est numeratio graduum habito respectu ad cellulam vacuam, & puncti superiores denotant computationem secundum ius canonicum. puncti inferiores secundum ius ciuile, &c. Ponitur autē cōputatio canonica in superiori parte cellularum; ciuilis vero inferiori, vt detur intelligi excellētia iuris canonici ad ciuile; & maxime quo ad hūc casum, quo instruimur in matrimonijs, quę licite cōtrahi possint necne, & cum matrimonium sit sacramētum ecclesiæ, in eo præcipue lex minor est canone. extra de secun. nup. c. vlt. & pen. Vides autē ex pūctatione prædicta, quod in computatione ascendētiū & descendentium concordat vtrumque ius; quia in eis semper persona addita ꝑsonæ per carnis propagationem gradum adijcit.

us canoni am est excellētius ciuili.

¶ Ad inueniendum autem gradus inter eos secūdum vtrumq; ius, tolle hanc magistralem regulam. Ascendētium & descendentium quot sunt personæ de quibus quæritur computatis intermedijs vna dēpta, tot sunt gradus inter eas. Sicut si vis scire quātū distat abauus a Petrucio, vtroq; computato & intermedijs, quinq; sunt personæ deme vnam quattuor sunt gradus. Idē dico de ipso P ad abnepotē; quia eo modo erit reperire quinq. personas. & sic quattuor sunt gradus. Si velis scire quot distet abauus P. ab abnepote P. inuenies ibi nouē ꝑsonas cōputato P. & sic octo erūt gradus. Scias autem ꝙ iste P. non habet totum suam computationē in arbore Scias. n. qđ quilibet hēt duos parētes quatuor auos octo proauos. sedecim abauos, & sic semper ascendentes duplicātur. Vnde impossibile fuisset tot personas in arbore scribere.

egula lineę ctæ.

¶ Quæro an inter ascēdentes & descendentes ꝓhibitio copulæ coniugalis excedat quartum gradū? Et dicit Goff in sum. de consang & affini. § Item quantū, ꝙ non, per decre. non debet eod. tit. quæ generaliter loquitur. Alij communiter contradicentes inter ascēdentes, & descendentes perpetuam esse prohibitionem dicant; & quod de quarto gradu dicitur, in collateralibus locū habet ad hoc. 35 q. 1. progeniem. & duobus capitulis sequent in quibus dr ꝙ olim nō solum vsq; ad secundum gradum, sed etiam in quantū notitia erat parentelæ, extendebatur ꝓhibitio. Ex quo ergo certum est alterum descēdentem & alterū ascendentem perdurat prohibitio, ad idem inst. de nup. §. 1. ff de tit. nup. l. nuptiæ. & hoc verum puto.

oiugalis hibitio i a linea rpetua.

¶ Ad collaterales transeamus, & ad fratrē & sororē & causa breuitatis prosequendo solū partē mediam arboris admodū vexilli; qua intellecta reliqua intelligetur, ꝙ per se patet, dicamus de fratre & descēdētibus Sub cellula fratris, fratris filius filia; ex illa fratris nepos neptis. ex illa fratris ꝓnepos proneptis. et frater P est cū P. in primo gradu s̃m canones; in secūdo s̃m leges. Eius filius in secūdo s̃m canones; in tertio s̃m leges. Nepos in tertio scđm canones, in quarto secūdū leges. Fratris pronepos est ipsi P. in quarto s̃m canones, in quinto secūdum leges; & sic debet esse; vtraq; punctatio, & isti sunt collaterales ad P. Et nūc de cellula patris fecimus stipitem. Fac cōsequenter stipitē de auo ex eo patruus amita; ex illa frater patruelis, & amitinus, soror patruelis & amitina, ex illa horū filius filia; ex illa horum nepos neptis. Patruus est P. secundo gradu, frater patruelis ēt secūdo gradu filius in tertio, nepos in quarto secundū canones per leges autē patruus in tertio, frater patruelis in quarto filius, in quinto, nepos in sexto; & sic debet esse vtraq; punctatio postea fac proauum stipitē, & habet filius patruum magnū, amitam magnā, auum & auiam, auunculū magnū, & materteram magnum illos nō prosequimur. Ex cellula patrui magni propior sobrinus, propior sobrina, ex illa horum filius filia, ex illa eorūdē nepos neptis. Et quia P. distat à proauo quem nūc feci stipitem, tertio gradu, ergo à patruo tertio, & à propiori sobrino tertio, & à filio tertio, & à nepote qui exit lineā equalitatis. quarto secundum canones, secundum leges vero distat P. à patruo magno quarto à propriori sobrino quinto, & à filio sexto a nepote septimo. & sic dēt esse vtraq; punctatio. Modo fac abauū stipitem cum tribus filijs scilicet propatruo, proauo, & proauunculo, de proauunculo n̄ prosequor. Ex cellula propatrui oritur cellula horū filius filia ex illa horū nepos neptis, ex illa eorūdem pronepos proneptis isti oēs sunt cum P. in quarto gradu, quia P. distat a stipite in quarto gradu, & ex illa linea nullus exit lineā ęqualitatis, ergo oēs distāt quarto, scđm leges ꝓpatruus distat v. filius vi. nepos vij. ꝓnepos viij. & sic dēt esse vtraq; pūctatio.

¶ Nūc vidēdum est quibus regulis gradus istorū collateraliū cognoscantur. Collateralium æqualis lineæ vnam trado regulam secundum canones.

Regula canonica pro collateralibus in linea æquali.

¶ Collateraliū in linea æquali quoto gradu quis distat a communi stipite, toto distant inter se vel sibi attinēt hoc secūdum canones. Exemplū pone quando facis abauū stipitem inter P & pronepotē propatrui, nā quia illi sunt in linea equali, quilibet distat a stipite quarto gradu; ergo inter se quarto.

¶ Scđm leges vero aliter est, & sic dicimus regulam Collateraliū in linea æquali quoto gradu quis distat a cōi stipite; toto duplicato distant inter se, vel sibi attinēt. Vides ergo ex superius dictis, & ex punctatione, ꝙ prædicti P. & pronepos propatrui distant viij. Et insurgit illa diuersitas, quia secundum leges quęlibet persona gradum facit in collateralibus Vnde duo fratres faciunt duos gradus, secūdum canones vero duę personæ faciūt vnum gradum Vnde (vt patet in cellula fratris) frater est cum P. in primo gradu secundū canones, in secundo, secundum leges; sed computatio eorū ob aliud fit, quam nostra. 35. q. 5. ca. 2. Bene ergo dr̃ secundū leges, ꝙ in æquali linea collateraliū siue linea sit paris numeri. siue disparis, nō est reperire disparē gradum, vide in linea paris numeri secūda, uel iiij disparis numeri 1. vel iij. In prima ij gradus, in secunda iiij. in tertia vi. in quarta viij. quod non est s̃m canones, quia in æquali linea disparis numeri habemus disparē gradū; quia in prima primū, in tertia tertium, in quinta quintum; & sic de singulis.

Regula ciuilis pro collateralibus in linea æquali.

¶ Nūc restat videre de collateralib. In linea inequali, de quibus traditur talis regula secūdum canones Collateraliū in linea inęquali quoto gradu remotior distat a communi stipite, toto distāt inter se. Exēplū pone faciendo abauum stipitem P. & filius propatrui

Regula canonica in linea inęquali.

ula collalium

sunt in linea inæquali. cōputemus ergo à remotiori, s. à P. sed P. distat à stipite quarto gradu; ergo à filio propatrui iiij. & idē in descēdentibus vsq; ad lineā æqualitatis: & hoc est ꝙ dicimus, ꝙ persona addita ꝑsonæ vsque ad lineā æqualitatis non crescit gradus: q a propatruus, filius, eius nepos, & pronepos omnes distant iiij. gradu à P. Sed aliter secundum leges, secū dum quas talem regulam tradimus.

Regula ciuilis in linea inæquali.

¶ Collateralium in linea inæquali quot sunt personę (stipite dēpto) tot sunt gradus. vnde P. à stipite distat iiij à propatruo v. a filio vj a nepote vij. a ꝓnepote viij & sic quælibet persona facit gradum. Vides ex supradictis ꝙ P. nō potest cōtrahere cum aliqua de arbore. Distat. n summo. s. ab auo: ab imo, s. a nepote; ab extremis collateralium, ab omnibus his quarto; a mediis citeriori; per quod satis patet ꝙ cū nullo potest contrahere. Sed si extremus in collateralibus; vt puta si pronepos propatrui; vel pronepos fratris ꝓcrearet filiam, posset P. cum illa cōtrahere. licet aūt contrahatur in quinto gradu, remanet tñ cōsanguinitas, prohibitio enim, quæ p̄ius positiuū processerat; potuit tolli. sed naturalia sunt immutabilia. 4. di. in prin c.


¶ Scire debes, ꝙ communiter dicūt doctores, ꝙ abapus & proauus & auus sunt bigami dicentes, qđ si nō essent bigami, nō possent filii eorum coniūgi cum essent fratres; sed de hoc non multum curo; quia eadē ratione sic esset de alijs cellulis duplicibus ꝙ personę earū essent bigami, vñ fingamus perinde ac si in qualibet duplici cellula haberemus quattuor personas, ac si diceretur ꝓpatruus & vxor, ꝓamita, & maritus, vnde duplicatio posita fuit, vt nomina demonstraret in vtroque sexu, non vt duos coniuges denotaret. Sciendum est etiam, quod in collateralibus equalis lineæ bene sequitur ista regula affirmando, & negando. Ego & tu sumus consanguinei in linea æquali, & ego possum accipere filiam tuam, ergo tu meā. Et negatiue, Ego non possum accipere filiam tuam ergo nec tu meā. Affirmatiua procedit in linea equali quarti gradus. Negatiua in tertio vel citeriori. Sed in linea inæquali hoc non procedit affirmando, vel negando; quia si vnus est in quarto alter in tertio vel citeriori; qui est in tertio, vel citeriori, potest contrahere cum filia eius, qui est in quarto gradu, & non econuerso. vnde propatruus huius filius, & nepos contrahere possunt cum filia P. sed non econuerso.

Quæstio notabilis.

¶ Demum quæritur, an collaterales, quorū vnus est in quinto; & alter in primo puta filia P. & ꝓpatruus possint ad inuicem contrahere? Dicit Host. ꝙ non & hoc not. extra eod. qđ dilectio. & c. tua: & in summa huius tit. de consan. §. nunquid in v. & j. quod per sua argumēta nititur probare sic, scilicet pater & filius vna ꝑsona cēsentur. C. de Impu. & aliis sub. l. vlti. Sicut ergo nō cōtrahitur cum stipite, sic nec cum filiis stipitis bene facit predicta decr. tua; vbi fratres vidētur poni pro stipite. Contrariū tenet Bèr. quod colligitur ex alio quam ponit supra eo. tit. c. vlt. & Ra. & Ioā. de Deo; & hoc est verissimum, quod probāt verba regulæ positæ s. eo c. vlt dum dicit ibi; descendētium ab eodem sed certum est quod propatruus descēdit a stipite. Præterea aut dicis, ꝙ est inter eos ꝓhibitio ascendentium, & descēdentiū aut collateralium: de primo patet negando, ꝙ certum est filiū P. non descendisse a propatruo Est ergo prohibitio collateralium, sed certum est, quod isti distant quinto, quid igitur impediat istos collaterales contrahere non video, Io. Andr.

ARBOR AFFINITATIS.

Multa dies, variusque labos huiusce parauit
Artis notitiam; quæ modo clara patet.



AFFINITATIS DECLARATIO.

APFINITAS ſecundum canones eſt perſonarum proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. Et dicitur affinitas quaſi duorum ad vnum finem vnitas: eo quod duæ cognationes diuerſæ per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulant: & alter ad alterius cognationis finē accedit, ut ff. de gradi. cogna. l. nō facile. §. affines. ¶ Scias autem, q̄ affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, quia mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis.

¶ Per carnalem copulam viri & mulieris inter conſanguineos mulieris & virum, & inter conſanguineos viri & mulierem contrahit affinitas, primi generis eiuſdem gradus, cuius, eſt conſanguinitas. Si ergo conſanguineus tuus cognoſcat mulierem: ſi uis ſcire quoto gradu affinitatis attinet tibi mulier illa, uide quoto gradu eſt tibi conſanguineus tuus; & quoto eſt tibi ille conſanguineus, toto mulier eſt tibi affinis, & ſemper in primo genere. Dictum eſt in regula, viri & mulieris, & non viri & vxoris; quia ſecundum canones etiam per coitum fornicarium, & inceſtuoſum contrahitur affinitas, patet de eo qui cogn. conſan. vxo. ſuę. c. diſcretionem & cā. penul. Inter conſanguineos mulieris & virum, & conſanguineos viri & mulierē. ideo dicitur; quia inter virum & mulierem non contrahitur affinitas, ſed ipſi ſunt affinitatis cauſa. Item inter conſanguineos viri, & conſanguineos mulieris nulla eſt affinitas, unde duo fratres contrahunt cū duabus ſororibus, pater & filius cum matre & filia, ſed eſt affinitas inter conſanguineos mulieris, & ipſum virum: & conſanguineos viri & ipſum mulierem de conſang. & affini. quod ſuper his.

REGVLA. Quotieſcunque inter unam perſonarum de quibus quæritur & coniugem alterius nō eſt vel nō fuit conſanguinitas intra quartum gradum incluſiue, nulla eſt prohibitio: ut inter me & coniugē nepotis mei non poteſt eſſe matrimonium; q̄a nepos meus eſt mihi cōſanguineus intra quartum gradum.

ALIVD EXEMPLVM. Soror mea habuit maritum; ea mortua maritus eius aliam accepit. quo defuncto potero contrahere cum eius relicta: quia inter me & illā relictā nulla eſt, nec fuit cōſanguinitas.

AD ARBOREM Affinitatis, & eius materiā trāſeamus. Et primo videndū eſt quid ſit affinitas, & vn̄ dicatur: & quomodo ipſius genera inſurgant, & gradus computentur: deinde arborem formemus. Ponamus poſtea q̄dā notabilia, & quaſdā q̄ones. ¶ Eſt aūt affinitas perſonarū proximitas ex coitu proueniēs oī carēns parētela. hoc ſecundum canones: ſed ſecundū leges eſt proximitas proueniens ex nuptijs, & requiritur ſecundū leges quod legitimæ ſint nuptiæ, non interdictę, vt contrahatur affinitas. ff. de gradi. l. non facile §. ſciendum. Et dicitur affinitas quaſi duorū ad vnum finem vnitas, eo quod duę cognationes diuerſę per nuptias ſecundum leges, vel per coitum ſecundum canones copulantur, & alter ad alterius cognationis finem accedit, vt in ead. lege §. affines.

Affinitatis definitio.

Sed quod per fornicarium coitum, & inceſtuoſum ſecundum nos cōtrahatur affinitas, patet de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ c. diſcretionem, & eod. tit. ca. penul. Sed conſideratio legis fuit circa hæreditates, & tutelas deferendas, & ne quis cogatur aduerſus affinem teſtimonium dicere, ff. de gradi. l. iuriſconſultus, in princ. & ff. de teſti. l. 3. & 4. quæſt. 3. §. itē in criminali ver. item lege Iulia. Sed canon quo ad matrimonia prohibenda conſiderauit vnionem carnis, quæ inſurgit ex copula. Et eſt videre ſecundum hoc, quod concurrere poteſt attinētia conſanguinitatis, & affinitatis: vt ſi quis cognoſcat cōſanguineam ſuam, omnes conſanguinei vtriuſque ſunt vtrique affines. Scias autem quod affinitas eſt perpetuum impedimentum, quod durat etiam mortua perſona, qua mediante contrahitur. 35. q. 10. fraternitatis. Nec oritur affinitas ex pollutione extraordinaria, quæ fit extra clauſtra pudoris 35. quæſt. 3. extraordinaria. & adde. quod ibi not.

Affinitas per coitum nefarium contrahitur.

Et inſurgit affinitas ex coitu interdum cū publica honeſtate, interdum ſine, & publica honeſtas interdum ſine affinitate, vt ſi cognoſco vxorem vel ſponſam, hic impedimentum eſt publicæ honeſtatis, & affinitatis, ſi cognoſco non ſponſam, hic affinitas ſola eſt. ſi ſponſam nondum cognoui, ibi ſola publica honeſtas. Hoc dico, quia ſi mortua eſt vxor tua, & vis contrahere de diſpenſatione eccleſiæ cum conſanguinea ſua, & eccleſia diſpenſat, quod poſſis contrahere cum illa, non obſtāte quod ſit tibi affinis, tali gradu per diſpenſationem adhuc contrahere non poteris: quia licet ſublatum ſit impedimentum affinitatis, nō tamē ſublatum eſt impedimētum publicæ honeſtatis. Debes ergo facere exprimi, quod poſſis cū tali contrahere non obſtante impedimento publicæ honeſtatis pro eo, quod deſponſaſti conſanguineam eius in quarto gradu. & non obſtāte, quod eſt tibi affinis in quarto, pro eo quod dictam deſponſatam carnaliter cognouiſti, & tunc matrimoniū procedere poterit.

Genus affinitatis cognoſcitur per hanc regulam, ſed non gradus. Perſona addita pſonæ per carnis copulam mutat genus, ſed non gradum. Iſto modo, ſi is qui eſt mihi in ſecundo gradu conſanguinitatis, cognoſcit mulierē: illa eſt mihi ſecūdo gradu affinitatis, & primo genere: ſi alius eam cognoſcit, ille attinet mihi ſecundo genere affinitatis, & ſecundo gradu: ſi ille aliā mulierē cognoſcit, illa attinet

Affinitatis genus per quam regulam cognoſcitur.

mihi

mihi tertio genere affinitatis & secundo gradu. Sed quia solum primum genus hodie hēt prohibitionem, & quia B. plene tradidit. extra de consang. & affi. c. nō debet, hic circa hoc nō insisto. ergo si persona mihi consanguinea cōiungat sibi aliam personam carnali copula, persona iuncta est mihi affinis primo genere affinitatis, si attinens mihi primo genere affinitatis carnali copula se alteri commisceat, illa attinet mihi secundo genere, si affinis mihi secundo genere aliquam cognoscat, illa est mihi affinis tertio genere, sed eodem gradu. Est igitur videre de gradibus. Certum est ꝙ affinitas non habet hodie prohibitionem nisi in primo genere & in illo vsque ad quartum gradum; licet affinitas non habeat suam specialem computationem graduum, sed computantur gradus affinitatis secundum gradus consanguinitatis. Si ergo consanguineus tuus cognoscat mulierem, si vis scire quoto gradu affinitatis attinet tibi illa mulier: vide quoto gradu est tibi consanguineus tuus secundū regulas quas tradidi in proxima arbore, & quoto est tibi ille consanguineus toto mulier est tibi affinis, & semper in primo genere.

Affinitatis gradus computantur sicut gradus consanguinitatis.

Nunc formemus arborē, & in medio arboris sunt quattuor cellulæ, & in prima superiori ponitur primus gradus, in secūda secūdus, in tertia tertius, in quarta quartus gradus. Et de his primo quæritur, quare ponatur in medio fratris, & sororis: Secundo, quare non exprimant attinentiam, dicendo primus gradus affinitatis, & sic de singulis. Ad primum dic, hoc fuisse vt detur intelligi, ꝙ affinitas oriatur ex consanguinitatē, & qd. ab vtroq; sexu virili & femineo affinitas contrahatur: Ad secundum dic, attinētiam nō fuisse expressam, vt illa computatio graduū ad consanguinitatem & affinitatē referatur. vnde soror & frater sunt in primo gradu consanguinitatis, & frater & vir sororis sunt in primo gradu affinitatis, & sic de alijs. Deinde a latere dextro dictæ lineæ ponitur alia linea quattuor cellulis continens in prima scribitur frater, in secūda fratris filius, in tertia fratris nepos, in quarta fratris pronepos. Ad dorsum huius alia linea continens alias quattuor cellulas. in quarum prima scribitur vxor fratris olim relicta, in secunda vxor filij fratris, in tertia vxor nepotis fratris, in quarta vxor pronepotis fratris. A latere sinistro sunt aliæ quattuor cellulæ: quarum prima soror, secūnda sororis filia, tertia sororis neptis, quarta sororis proneptis. Ad dorsum harum sunt aliæ, quattuor. prima vir sororis olim relictus, secūda vir filiæ sororis, tertia vir neptis sororis quarta vir pneptis sororis. Ponūtur etiam aliæ duæ cellulæ, vna a latere dextro cōtinens, relictus relictæ fratris: a sinistris relicta relicti sororis: quæ secūdum oēs ponuntur ad decorē, & ad demonstrandū genera affinitatis quæ hodie prohibitionem non habent. Adhuc hēs duas lineas reflexas, quarum vna oritur in cellula fratris, & terminatur in cellula viri sororis: in qua scribitur primū genus affinitatis. Itē alia linea reflexa, quæ oritur in cellula sororis & terminatur in cellula vxoris fratris, in qua idem scribitur.

Sororis affinitatis for...

Circa hoc quæro quare in cellula, vxor fratris scribitur, olim relicta, quod non ponitur in alijs cellulis inferioribus eiusdem lineæ? Et dic hoc factum fuisse pp cellulā, quæ ponitur ad dorsum illius. q. d. frater habuit vxorem, mortuo fratre vxor ab eo relicta contraxit cū alio viro, illa demū mortua iste relictus a relicta fratris vult cōtrahere cum sorore, nūquid pt: Olim non poterat, quia erat sibi in secundo genere, & primo gradu, hodie vero potest. Idem fit repetitū quo ad cellulā viri sororis.

Quæstio.

Ad cognoscendū ergo gradus affinitatis, & genus tam per formā arboris, quam ex prius dictis tolle hāc solam regulā magistralē. Per carnalē copulā viri & mulieris inter consanguineos mulieris, & virum, & inter consanguineos viri & mulierē contrahitur affinitas primi generis, & eiusdē gradus cuius est consanguinitas. Quare d' cat in regula per carnalē copulā viri & mulieris, & nō viri, & vxoris, collige ex his, q̄ in principio dixi. Inter cōsanguineos mulieris & virū, & cōsanguineos viri, & mulierē, iō dixi: q̄a inter virū & mulierē nō cōtrahitur affinitas, sed ipsi sunt affinitatis cā. Itē inter consanguineos viri & cōsanguineos mulieris nulla est affinitas: vnde duo fratres contrahunt cū duab. sororib. pater & filius cū matre & filia. Sed est affinitas inter consanguineos mulieris & ipsum virum, & consanguineos viri, & ipsam mulierem. extra de consan. & aff. quod super his. Primi generis quare dixerim etiam ex superiorib. patuit, & eiusdem gradus cuius est consanguinitas, vide hoc in arbore, nam frater & soror sunt in primo gradu consanguinitatis, maritus sororis est fratri in primo gradu affinitatis, & sic vxor fratris sorori, & sic filia sororis est filio fratris, & ipsi fratri in secundo gradu consanguinitatis, maritus eius in secundo gradu affinitatis, & econuerso, & sic in reliquis.

Regula magistralis gradu affinitatis & genus manifestās.

Vnde vir proneptis sororis attinet fratri &

omnibus

omnibus descendentibus qui sunt in arbore, quarto gradu affinitatis, & hoc ideo, quia toto gradu consanguinitatis attinet prædictis ipsa proneptis. Qui sunt in arbore, ideo dixi, quia si pronepos fratris haberet filium, ille excederet lineam æqualitatis, & sic attinet quinto gradu, secundum regulas traditas in proxima arbore.

Affinitas per notabilia declaratur.

Post hoc notandũ est, illud præcise non sequitur, ego & tu sumus affines; ergo filius, quem procreo, est tibi affinis. Nam interdum filius meus mutat genus attinentiæ, quia ego sum tibi affinis, & ipse consanguineus, interdum nil attinet tibi, interdum mutat gradum interdum nec mutat genus, nec gradum. Exẽplũ, si ego & tu sumus affines per appositionẽ mei quia s. contraxi cum consanguinea tua, si ex dicta consanguinea tua filium procreo, ille est tibi consanguineus, non affinis, sed si ego maritus cõsanguineę tuę ex alia muliere filiũ procreo, ille nec est tibi consanguineus, nec affinis: Si vero tu consanguineus vxoris meæ filium procreas, hic filius non mutat genus attinentiæ quia tu pater es mihi affinis, & ipse affinis, sed si tu & vxor mea eratis in æquali linea, vel inæquali, & eras remotior, quia tu eras in tertio ipsa in secundo, vel primo: tunc ipse filius mutat gradum, quia tu pater es mihi in tertio gradu affinitatis, & ipse mihi in quarto. Si vero tu & vxor mea eratis consanguinei in linea inęquali, sed vxor mea erat remotior, vt quia ipsa in tertio, & tu in secũdo. tunc filius tuus non mutat genus nec gradũ, quia tu mihi affinis, & ipse affinis; tu in tertio gradu & ipse in tertio gradu. Item no. qđ istud etiam non sequitur, ego & tu sumus affines, & ego non possum accipere filiam tuã ergo nec tu meam, quia si habeam consanguineam tuam in vxorem, tu bene potes contrahere cum filia mea, quam habuit ex alia muliere: quia affinitas non contrahitur inter cõsanguineos viri, & cõsanguineos mulieris, sed inter virum & consanguineos mulieris, & inter mulierẽ & consanguineos viri, vt dixi, & probatur extra. de consang. & af. quod super his. Sed ego nõ possum contrahere cum filia tua, nisi forsan illa excederet quartum gradum, vt quia esset in quinto, & est simile secundum quòd dixi supra in proxima arbore circa fi.

Affinitatis prohibitio inter ascendẽtes & descendentes est perpetua.

Nunc quæritur an affinitas inter ascendentes & descendentes habeat perpetuã prohibitionem, an extendatur tantum vsq; ad quartũ gradum? Et si teneremus opi. Goff. de qua dixi supra in arbore proxima circa mediũ, diceremus quod vsq; ad quartum gradum tantum. Sed tenendo contrariam opinionem dicemus quod prohibitio sit perpetua. Dicit. n. tex. qđ ita abstinere debemus a consanguineis vxoris, vt a proprijs, extra de cons. & af. c. 1. 35. q. 3. de propinquis, & c. æqualiter. Si ergo inter consanguineos ascendentes & descendentes prohibitio extenditur in infinitum. ergo inter affines. Ad idẽ Insti. de nup. § affinitatis. & dicit lex quod tales affines ascẽdẽtes & descendentes habentur loco parentum & liberorũ ff. de gradi. l. non facile, §. & retro. in fi. Eodem modo posset formari quæstio de affinib. quorũ vnus est in primo gradu, alter in quinto, sicut in consanguineis dixi supra in arbore proxima, in fi. An aũt liceat diuersis tẽporib. habere in vxores duas cognatas. s. vxores duorum fratrum, & an coniuncti olim in gradu prohibito hodie permisso simul manere possint de hoc vide no. de consan. & aff. cap. non debet.

Consanguinei, & affines quo iure prohibeantur coniugi.

Vltimo quæritur ad vtramque arborem an prohibitio consanguineorum, vel affiniũ coniungendorum procedat ex prohibitione diuina, an ex humana, & quare facta fuit prohibitio. Breuiter scias quod olim propter necessitatem frater necessario habuit cõtrahere cum sorore, & consanguinei cum consanguineis, vnde tunc in collateralibus non erat prohibitio. hoc fuit a principio generis humani in filijs, & nepotibus Adæ: hoc etiam fuit post diluuium in nepotibus Noe. In Leuitico vero prohibitę fuerũt fere duodecim personæ quas vide nota. extra de rest. spol. litteras. & de diuor. c. gaudemus. Demum ius positiuum canonicum prohibuit cõsanguineos & affines primi generis coniungi in vij. gradu & citeriori quæ prohibitio postea vsque ad quartum gradum est restricta. extra eo. non debet. reuocatis etiam quibusdam alijs prohibitionibus vt patet. Reuocatio vero fuit ex causa, quæ ibi ponitur, & extra de test. c. licet ex quadam. per quod patet quod prohibitio partim procedit ex iure diuino; & partim ex positiuo. Vnde in secundo gradu æqualis lineæ collaterales contrahere possunt iure diuino, sed non positiuo.

Ratio prohibitionis matrimonij inter aliquas personas ex iure positiuo.

Ratio vero prohibitionis sumitur. 35. q. 1. cap. 1. §. 1. fuit enim propter charitatem ampliandam. Nam si contraherem cum sorore, idẽ esset pater & socer, mater & socrus, vir & frater &c. Sed si alium habeo ptrem, alium socerum, numerosius se charitas protenderet; in qua vniuersi fideles & precipue studentes cõtinue perseuerent per gratiam eius, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

DECRETALIVM D. GREGORII PAPAE NONI COMPILATIO.

GREGORIVS Episcopus seruus [a] Seruorum Dei, Dilectis filijs [b] Doctoribus & Scholaribus vniuersis Bononię † commorantibus, [c] Salutē [d] & Apostolicam benedictionem.

GREGORIVS.] In huius libri principio quinq; vel sex præcipue sunt prænotāda, videlicet, quæ sit intentio, quæ materia, q̄ vtilitas, cui parti philosophię supponatur, quis modus agendi, & quis libri titulus. 1 Intentio D. Greg. in hac præsenti cōpilatione fuit, diuersas Cōstitutiones & Decretales epistolas p̄decessorum suorum in diuersa dispersas volumina seu cōpilationes, q̄ difficultatē studentib. ingerebant, in unam cōpilationem (resecatis superfluis) ad utilitatem legētium ac studentiū reducere, prout in eiusdē D. Gregorij constitutione euidentius declarat. Materia in hoc opere sunt ipsę Constitutiones & Decretales epistolæ sub singulis tit. collocatæ. Vtilitas 2 est, ut his lectis, & intellectis, sciamus discernere inter ęquum & iniquum, & vnicuique reddere quod suum est, & in hoc iustitia consistit: ut Insti. de iust. & iu. in prin. & 12. q. 2. cū deuotissimā. Supponitur Ethicæ. i. morali scientiæ, sicut & alij libri iuris: vnde etiam dicit Imperator, legibus nostris hominum mores intendimus corrigere. C. de sec. nup. l. 1. §. namque, ibi, Ne in his. Modus agendi talis est. Diuidit enim opus suum in quinque partes. In prima parte tractat de summa Trinitate & fide catholica, & de constitutionibus, de rescriptis, de iudicibus, & eorum officijs. In secunda parte tractat de iudicijs, & cooperantibus ad iudicia. In tertia parte tractat de vita & honestate clericorum, & de rebus eorum & ecclesiarum. In quarta de sponsalibus, & matrimonijs, & impedimentis eorum. In quinta de accusationibus & criminalibus, & pœnis eorum. & sic terminat tractatum suum, ipsum diuidens in quinque partes, ad similitudinem quinque sensuum corporis, quos qui iudicat, habere debet, aliter non est idoneus iudex. Sic enim omnis copula coniugalis restricta est usque ad quartū gradum, ad similitudinem quattuor humorum corporis humani; vt infra de consangui. & affinit. non debet. §. prohibitio.

Dicens; Gregorius Episcopus, Seruus Seruorum Dei, &c. titulum huius libri ponit. Vnde versus.

Pars prior officia parat Ecclesiæque ministros.
Altera dat testes & cætera iudiciorum.
Tertia de rebus & vita Presbyterorum.
Quarta docet quales sint nexus coniugiorum.
Vltima de vitijs & pœnis tractat eorum.

Vel sic, & breuius.

Iudex, iudicium, clerus, sponsalia, crimen.

Gregorius.] Diuiditur in duas partes principales. In prima ponitur salutatio. In secunda exordium. ibi. Rex pacificus. Prima subdiuiditur, quia primo ponitur quis scribit. secundo quibus scribit ibi, Dilectis. tertio salutat & benedicit. ibi, Salutem.

[Glossa seq. recitetur per modum quæstionis quare se vocat Seruum, &c.

a ¶ Seruus.] Sic etiam Imperator seipsum appellat seruum. C. de offi. præfe. præto. Afri. l. 1. circa prin. Vel dic ꝙ dicit ex humilitate: quia qui maior est uestrum, fiat sicut minister uester, 9. q. 3. nullus primas. Matth. 20. Luc. 22. & Mar. 10. Vel seruus dr̄: quia sicut per seruum acquiritur domino. Instit. per quas perso. nob. acqui. circa prin. ita ēt per D. Papam cuilibet ecclesiæ pōt acquiri. inf. de censi. cū instantia. in particula, q̄ decisa est de principio. inf. lite pend. ecclesia 2. sic per Imperatorem acquiritur hominibus. in auth. constitut. quæ de dign. libe. a patr. potesta. §. illud quoque. coll. 6. & noctes ducit insomnes, ut subiecti sub omni quiete consistāt, in auth. ut iu. sine quoquo suff. in princ. coll. 2. & dicit Imperator: Voluntarios labores appetimus, ut quietē alijs preparemus. ī auth. ut diui. iussio. subsc. habe. gloriosi. quæsto. in princ. coll. 8. & infr. de rest. spol. c. frequens. †

b ¶ Filijs.] bn̄ dicit, filijs: quia solūmodo Patriarchas, Archiep̄os, & Ep̄os fratres appellat, omnes alios filios. infr. de cri. fal. quam graui.

[Gl. sequens recitatur per obiectionem, quod compilatio non sit generalis, nec omnes liget. ex quo solum, &c.]

c ¶ Bononiæ. commorantibus.] Et ita non in castris. quoniam si in castris studeant, beneficia ex priuilegio sibi concessa occasione studij habere non debent. inf. de cler. non resid. tuæ fraternitatis 3. Præterea ex quo dicit, Bononiæ, non videtur ꝙ alijs mittantur alibi studētibus, & sic non tenentur recipere hanc compilationē: quia litteræ Papæ non extenduntur ad alios quam ad eos quibus mittuntur: vel qui continentur in eis. argu. inf. de off. deleg. P. & H. & c. gratum. & c. cum olim. Sed non est ita. omnes enim tenentur ad obseruationē huius compilationis, sed propter studium, quod est Bononiæ communius & generalius precipue in utroq; iure, & ibi quasi de omnib. partib. mundi sunt studētes: ideo potius Bononiæ diriguntur: & ita omnes tenentur hāc compilationem obseruare, quæ nec possent, nec debent singulorum auribus intimari. 16. distin. quod dicitis. & infra de postu. prælat. ad hæc. Et constitutio principis post duos menses a tempore publicationis omnes adstringit. in auth. ut fact. nouæ con. circa princ. coll. 5. & infra de sent. excom. nouerit.

d ¶ Salutem.] per talem salutationem non tollitur excommunicatio, si aliqui scholares, uel magistri essent excommunicati tempore publicationis. inf. de sent. excom. si aliquando. ubi de hoc. Bernar.

REx pacificus.] Primo ponit exordium, in quo concludit finale intentum iuris generalis. Secūdo narrationem, in qua ostendit finale intentum huius compilationis, seu iuris particularis. ibi. [Sane.] Tertio conclusionem. ibi, Volentes. Prima subdiuiditur, quia primo ponit finem viatoris. i. hominis, ad quem a Deo dispositus est. Secundo causam deuiationis ab hoc fine. ibi, Sed effrænata. Tertio vt ad debitum finem uiator deducatur, concludit legem necessariam, & ostendit tres uirtutes ac proprietates legis. ibi, Ideoque lex.

CASVS. Præmissa salutatione, sic pone casum in ista constitutione. Rex pacificus, idest, dominus noster Iesus Christus pia sua miseratione ab initio mundi disposuit, seu præuidit, subditos suos fore pudicos, pacificos, & modestos: sed ex aduerso surrexit effrænata cupiditas sui prodiga, pars æmula; mater litium, magistra iurgiorū, quæ quotidie tot litigia generat, quòd nisi iustitia reprimeret conatus ipsius sua uirtute, & explicaret multiplices quæstiones, abusus litigatorum extingueret fœdus humani generis, & concordia exularet, dato sibi libello repudij, extra mundi terminos. Et ideo contra istam cupiditatem lex prodita est, ut noxius appetitus ipsius restringeretur sub regula iurium,

Titulus hu s libri in anuscriptis tustissimis a hēt: Incit cōpilatio ecretalium omini Gre orij Papæ oni.

Quod alij nt causam fi alem. & po it hic gloss. usam finaproximā: usa uero fi alis remota t fælicitas, beatitudo, ię sequitur causa proma, ut in oœ. ff. §. di puli. 2. in Io. And. in

uersus. & uentia us e ad uer. ius non t Bernared aliorū itio.

† Lib. 6.

† In manuscripto vaticano legit. Parisius: in altero Bononiæ, & Parisius, sed ut plurimū omnes habent. Bononiæ.

3 Cōcor. tex. ī l. gn̄aliter. §. 1. C. de episc. & cler. no. Bar. in l. fi. ff. de collat. plenius ī auth. habita. C. ne fi. pro pat.

A per

per quam humanum genus informatur, vt honeste viuat, alterum non lædat, ius suum vnicuiq; tribuat. Secundo in ver. illo, Sane. ponit Dñs Gregorius causam huius compilationis, dicens ꝙ per magistrũ Raymundum capellanum suum ad cõem vtilitatem studẽtium fecit redigi in vnum volumẽ diuersas cõstitutiones & decretales epistolas suorũ prædecessorum, quę dispersæ erãt ꝑ plura volumina & diffusæ; quarum aliqua ꝑꝑ nimiam similitudinẽ, quædam ꝑꝑ cõtrarietatem, quędã ꝑꝑ sui prolixitatẽ, confusionem inducere videbant. Quædã ẽt vagabantur extra volumina supra dicta; de quibus (tanquam de incertis) frequẽter in iudicijs dubitabatur. Adijciens insuper quasdam constitutiones & decretales epistolas suas, per quas quædam quæ in prioribus erant dubia declarantur. In fine præcipit dominus Gregorius Papa, vt hac tantum compilatione vniuersi vtantur in iudicijs & in scholis; districte prohibens, ne aliquis præsumat aliam facere compilationem sine licentia sedis Apostolicæ speciali. Nota formam salutationis hic, quam generaliter omnibus facit dominus Papa. Nota quòd subditi & ecclesiarum prælati pudice, honeste, sobrie & modeste viuere debent. Not. quòd cupiditas, est mater litium, & magistra iurgiorum. Not. ꝙ per iustitiam reprimuntur conatus cupiditatis. Nota; ꝙ per iustitiam quæstiones implicitæ terminantur. No. ꝙ effectus iustitię est remouere lites, & sic per consequens tollit cupiditatem. No. quòd tria sunt præcepta iustitiæ. Not. ꝙ tribus de causis iura corriguntur, s. propter nimiam similitudinem, contrarietatẽ, & prolixitatem: & sic vnum ius corrigit aliud, & reddenda est ratio quare corrigitur. Not. quòd princeps non tm̃ per se põt iura statuere, sed per aliũ. No. ꝙ cõis utilitas attendi dẽt, tamen studentium diligentius attẽdenda. Not. quòd licet par in parem non hẽat imperium, tamẽ successor statutum antecessoris corrigere põt & declarare: & sic no. quòd ꝑ posteriora priora declarantur. No. quòd ista compilatiò est canonica, & in isto proœmio approbata, & ideo in iudicijs fidem facit. Not. quod nemo post istam compilationem decretalium aliã facere pręsumat sine licentia sedis Apostolicæ speciali.

REx [a] pacific[9] [b] pia miseratione disposuit [c] sibi subditos fore pudicos, [d] pacificos, [e] & modestos. [f] Sed effrænata cupiditas [g] sui ꝑdiga, [h] pacis æmula, mater litiũ, materia iurgiorũ, tot quotidie noua litigia [i] generat, ut nisi iustitia [k] conatus eius sua virtute reprimeret, & qõnes ipsi[9] ĩplicitas explicaret, ius humani fœderis litigatorũ abusus extingueret: & dato libello repudij, [l] cõcordia extra mũdi terminos exularet. ¶ Iõq; lex prodiť, [m] vt appetitus noxius sub iuris regula limitetur, [n] per quam ge-

a ¶ Rex.] alibi appellatur Imperator. 11. q. 3. Iulian[9].

b ¶ Pacificus.] qui vt pacem doceret, uenit in mundum, 23. q. 1. nisi bella. regnum tñ eius non est de hoc mundo. ea. causa. q. 3. §. 1. & in Euang. Io. c. 18. Tancr.

[Gl. seq. determinat qualiter Deus rex pacificus aliquid disponere dicatur.

c ¶ Disposuit.] i. per prouidẽtiam & prædestinationẽs non necessitatem qui, vasis iræ. &c. 23. q. 4. Nabuchodonosor. & c. vasis iræ. de pœn. dist. 4. c. in domo patris. §. sic itaque. & in præced. & seq. §§.

d ¶ Pudicos.] i. castos, & sic Imperator subditos suos castitatẽ [1] seruare hortať, vnde dr̃; castitas sola est; q̃ cum fiducia potis est Deo animas præsentare [2] in auth. de lenonib. §. sancimus. colla. 3. quæ suaderi potest, imperari vero non potest. 32. q. 1. integritas. Vnde debemus esse pudici: quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius. 32. q. 5. nec solo.

ADDITIO. Et 23. dist. his igitur. ibi, Non vagi oculis. Hugo de Folieto: Pudicus oculus ianitor est cordis, & excludit quicquid indecens nouerit. Impudicus quærens quod placet per omnia discurrit, volentes intrare patitur, nolentes hortatur. Inde oculi prima tela sunt adulteræ. Ioan. And. in nouel.

1 B. Aug. lib. 4. c. 3. contra Iulianum Pelagianum.
2 Facit text. in l. qui præteritæ. cum no. C. de secund. nupt. Bar. in l. mulier, §. quia proponebat, ff. ad Turp.

e ¶ Pacificos.] idest pacem custodientes, vnde etiam dicitur: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. 23. q. 1. noli. & Matth. c. 5. Tancred.

f ¶ Modestos.] i. temperatos, quia quilibet debet habere in sę tẽperantiam, vt sciat seruare misericordiam & rigorẽ, uel simul vtrumque, 45. dist. disciplina. Ber.

g ¶ Cupiditas.] quę est radix oĩum malorũ. 47. d. bonorũ. ĩ auth. vt iu. sine quo quo suffr. §. cogitatio. colla. 2. 3. & hoc idẽ innuitur de pẽni. dist. 2. §. quia radix oĩum. post illũ §. ex præmissis. Ber.

[Gl. seq. in fi. opponit de contrarietate litteræ.]

h ¶ Sui prodiga.] quia nõ solum rerum, sed ẽt famæ q̃s prodigus est, ut hr̃ C. de ijs qui poten. no. l. 1. in fi. & ĩ. de accu. c. prælatorum. alias c. vlt. & talis crudelis est, q̃ famam suã negligit. 12. q. 1. nolo. Et uere; q̃a oĩs ætas ab adolescentia prona est in malum. 12. qõ. 1. oĩs ætas. aliàs c. 1. Et oĩs creatura sub uitio est. de pen. dist. 2. c. principium. §. charitas. ver. sicut ergo. & humana natura quodãmodo labitur ad delicta, in auth. de mona. §. si quis igitur. coll. 1. & procliuus est hoĩum cursus ad uoluptatẽ. & natura est imitatrix uitiorum. 30. q. 3. ꝓcliuus. Vnde Claudianus: Procliuior usus in peiora datur. Sed in eo quod dicit ꝑdiga, vr̃ sibi cõtraria littera ista; q̃a primo dixit cupiditas: q̃a q̃ est cupidus, non est ꝑdigus. Sed intellige, cupiditas refertur ad retẽtionem tpalium, prodigalitas ad euacuationem uirtutum, quia unum expellit aliud. 32. q. 1. cum renunciatur. Ber.

i ¶ Noua litigia.] Hoc iõ dicit: q̃a humana naturã prona est ad dissentiendum, ĩ. de conces. præb. quia diuersitatẽ. & ff. ad Treb. quia poterat. & de consec. dist. 4. sicut in facies. §. item si posset. & ff. de arbi. item si unus. §. ult. & semper nouas deproperat edere formas. C. de veter. iu. enucl. l. 2. §. sed q̃a diuinæ. & in proœmio sexti libri. Et natura introductũ est, ut plura sint negotia q̃ uocabula. ff. de ꝑscr. uer. natura. vnde dicit Imperator, ꝙ natura nouitates quotidie nititur inuenire: ut in auth. qui. mod. effi. leg. §. si q̃s uero. coll. 6. [4] Et iõ nouis morbis noua conuenit antidota præparari. ĩ. de iur. cal. cæterũ. Et uaria experimẽta morborũ, uaria nos cogũt remedia inuenire. 50. d. vt constitueretur. Et qđ medicamẽta morbis exhibẽt, hoc iura negotijs in auth. hæc consti. q̃ innouat constõnem, in prin. colla. 8. Et quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent. ff. de interro. act. de æta. §. ex causa. & ff. ut in pos. leg. l. plane. & ff. de uent. inspi. l. 1. in prin. & inf. de offi. dele. insinuante. & ĩ. de excep. pastoralis. ĩ. de test. pñtium. & c. pen.

k ¶ Iustitia.] quæ ab alijs uirtutibus augeri, & ad maius apparere desiderat, in authent. de referendarijs. §. propterea. coll. 2.

l ¶ Libello repudij] quẽ olim maritus dabat uxori. ĩ. de diu. gaudemus. in fin. & ff. de diu. l. 2. §. in repudijs.

m ¶ Lex proditur.] vt humana coerceatur audacia, & tuta sit inter improbos innocentia. 4. d. factæ sunt aũt. nam per leges nemo bene facere cogitur, sed male agere prohibetur. 23. q. 5. ad finem. Et expone, proditur. i. de nouo promulgatur: uel. i. aperitur, & manifestatur. Et dicitur lex, quia ligat, uel legitime agit obseruatores remunerando, transgressores puniendo. 3. dist. omnis lex. ff. de iust. & iu. l. 1. Io. And.

n ¶ Limiteť.] limes est agrorũ discretio. 5. Vñ versus.

Limes erat positus litem ut discerneret agris.

inf. de uerb. signif. forus.

[Glos. seq. declarat quomodo intelligatur uerbum, honeste uiuere.

3 Propter hoc ibi iudicib. præcipit ꝙ mũdas teneat manus abstinẽtes ab oĩ acceptione: his cont ti quæ dãtu a fisco. Ioan And. in no

4 Et e. col cõse. & ut fra, in pri Sene. li. tu. qst. Q die alic subtilius quid eleg tius exc tat luxu furor usi contemp Io. An. I

5 Cõcor in §. sed Instit. q mo, in p sol. & C reg. l. pen de eius f ficato, per Bal. prima, off. pr & in l. l. empti de ac

a ¶ Hone-

a ¶Honeste viuat,&c.] Hæc sunt tria præcepta legis, de quib. habes.ff.de iust.& iu.l.iustitia.§.1. & Insti.e.tit. §. iuris præcepta. & sic sunt intelligenda honeste viuere quantum ad se:in his, s.quæ nobiscum agimus.quæ honestas circa matrimonium consideratur. ff. de rit. nup.l.semper.31.dis. Nicæna. & circa mores.ff.d tut.& cu.da. ab his.l.scire.§. pen. & §.vlt.Ber.

b Alterũ nõ lædat.] In his, s.quæ circa alios agimus. vnde illud: Qđ tibi non vis fieri,alijs nõ facias, ĩ prin.decretorũ,dis.j. humanum genus. & infra đ maiorit.& obed.c.dilecti.1.

c Ius suum vnicuiq; tribuat.]siue sit pœna afficiẽdus, siue pmio remunerandus. dis.3.c.fi.& infra.ti. prox.c.firmiter.§.1.ĩ fi.Et per hoc dr serui re Deo,sibi,& proximo,& summum bonum in uita est 1.iustitiam colere, & ius suũ vnicuiq; tribuere.12.q.2.cum deuo tissimam. Et per hoc quod dr, vnicuique, datur intelligi qualiter debeat se habere erga superiorem, & subditum.

nus humanũ vt honeste [a] viuat, alterum [b] nõ lędat, ius suum [c] vnicuique tribuat,informatur.

¶Sane [d] diuersas cõstitutiones [e] & decretales epistolas pdecessorũ nostrorũ,ĩ diuersa dispersas † volumina, quarũ aliquæ pp nimiã similitudinem, [f] & qdam propter contrarietatem, [g] & nonnullæ etiã propter sui prolixitatem, confusioné inducere videbãtur: aliquæ vero vagabant [h] extra volumina supradicta, † q tãq incertæ frequẽter ĩ iudicijs vacillabãt: Ad cõem & maxime studẽtiũ vtilitatẽ, p dilectũ filiũ fratrem Raymũdũ capellanũ & pęnitentiariũ nostrum, illas in vnum volumen(resecatis [k] supfluis) puidimus redigẽdas: adijcientes constitutiones nostras, & decretales epistolas,p quas non nulla, † quę in prioribus erant dubia, declarantur. [l] ¶Volentes igitur vt hac tãtũ cõpilatione vniuersi vtant in iudicijs [m] & in scholis, districtius phibemus, ne qs psumat aliã facere absque auctoritate sedis Apostolicę speciali.

TITVLVS I.

De summa Trinitate & fide cathol.

¶Innocentius † tertius in concilio generali.

¶*Tractat de Trinitate,& ipsius operibus. de fide & articulis fidei.*

tio: quia eadem persona censetur cũ eo cui succedit, & nemo põt sibi hanc legem imponere, ne liceat sibi a prima voluntate discedere.ff.de le.3.l.si quis, in prin.

l Declarãtur.] inf. de regular. statuimus. quæ exponit illam,consulti.

[Gl.seq.obijcit, soluit,opponit, & oppositioni rñdet: demũ principali obiectioni dat secundã solutionẽ. vltimo format, & soluit duas qst.] m In iudicijs.] Sic ergo vr qđ oĩb.decretalib. istis vti possumus ĩ iudicijs:qa ĩde finita æq pollet uniuersali, 2. 19. dis.si Romanorũ. & ĩf. de priuil.qa circa. & ff. đ serui.l. si cui.ff. de ser.urba.pd.l.si serui tus. & ita ñ ẽ aliqua ĩdulgẽtia siue dispẽsatio.ꝙ falsũ est, immo multę sunt, 3.& ĩdulgẽtia ñ dẽt trahi ad cõsequẽtiã.7.q.1. petisti.& Instit.đ iu. nat.§.planè.Dicas ꝙ pp vnam decretalẽ, vel duas aut plures, nec plus nec minus est.& est simile de cõse.dis.2.reuera.ĩ prĩ. vbi dr qđ oẽs illi q mã ducauerũt đ mãna illo, ꝙ pluit filijs Israel ĩ deserto, mortui sũt; & tñ Caleph & Iosue non fuerũt mortui in deserto, imò intrauerunt terrã pmissionis.76.dis. ieiuniũ. & ita modicum qđ non nocet. nã modica res nõ inducit simoniã.infra de si.& si qõnes. Arg.cõtra:qa pro modica re dat actio furti.14.q.vlt.4.c.ul.& p sex solidis tm cõmittit simonia.j.de sim.ex tuæ fraternitatis.& pro una gallina cõmittitur furtũ.Insti.de re.diu.§.gallinarũ.Sol.dic, in talib. affectus & intentio cõmittentis considerat, Vel dicas, qđ dr in scholis,refertur ad decretales illas quæ continẽt indulgentiã,siue dispẽsatione; qa illæ debẽt legi in scholis,vt p doctrinã sciat vbi & qñ sit dispensandũ.Quæ vero ius cõe cõtinent, referunt ad vtrũq;: qa illis vtimur in iudicijs & in scholis. Si vero decretalis aliqua de cætero inueniat extra cõpilationẽ istã, qđ fiet?Tene qđ dr inf.de fi.instr.c.pastoralis.Hic præcipit Papa vt tm hac compilatione vniuersi vtantur. Quid erit si aliq vellent vti & legere priorẽ? Dico qđ illi essent excõicandi? qa faciunt cõtra mandatũ Principis.inf.de maio.& obed.si quis. & 25.q.1.generali.

[Glo.seq. primo dicit quare hæc rubrica fuerit præmissa. Secundo tractat de fide per modum summæ qrens de quattuor, quæ ordinate prosequitur.

DE SVMMA TRINITATE. &c.

Quoniã oẽ qđ nõ est ex fide, peccatũ ẽ.& 28.] .1.§. 1.ad Ro.14.& j.de præsc.qm oẽ.& ordo nræ reparationis a fide sumpsit exordium:ideo de fide catholica primo est agẽdum. Et qa in fide primo instrui debemus,ut sic ad baptismum creduli veniamus. de cõse. d.4.ante baptismum.uidẽdũ est ergo qđ sit fides,prout hic accipitur, & quot modis accipiat fides,& quot sint spẽs fidei,& quot articuli,qđ pmiũ credentium,& q sit pena non credent iũ.Fides.n.multis modis dr. Dr fides qñq; idẽ qđ sacrm baptismi. 44.d. de Iudæ. & infra de baptis.& eius effectu debitum. Item dr fides castitas

d Sane.] ista secunda pars,in qua ponitur narratio subdiuiditur,quia primo ponit euentum circa constitutiones ecclesiasticas correctioni submittendas: & ponit materiam & causam impulsiuã huius compilationis.Secundo concludit causam finalem:ibi,Ad cõmunem.Tertio causam coadiuuatiuam:ibi,per dilectũ. Quarto formalem:ibi,resecatis. Et hæc diuisio sufficit pro summario.Abb.Sic.

e ¶Constõnes.]Constitutio est quã princeps facit pro prio motu.Decretalis epistola est quando respondet ad consultationem.inf.de sent. excom.c. si concubinæ.

f ¶Similitudinem.] Idem dicit Imperator, & eandem causam assumit. C.de nouo Cod.facien.§.quib.specialiter.& de emen.eo.do.Inst.§.supradictis.

g ¶Contrarietatẽ.] & ideo cõpilatio antiqua non fuit legitime ordinata, qa nulla contrarietas dẽt esse,in iure.C.de vet.iu.enucl.l.tanta.§.contrarium.ideo in pręsenti compilatione nullum debet contrarium reperiri.

h ¶Vagabant.]quas videbitis p titulos collocatas.Istæ nõ erãt in antiqua cõpilatione.& sunt istę.j. de seruis non ord.miramur.inf.de big. a nobis.& ita de alijs.

i ¶Per dilectũ.]& recte & ordinate.debẽt.n.taliter cõpilari decretales,ut ordo tpum ipsarum ex illarum cõpositione & dispositione clarescat.primis in primo loco,posterioribus. in secundo ponendis,ut C. de nouo Cod.fa.inf.ĩ cõsti.in §.quib.spãliter.qđ qdẽ seruat in pñti cõpilatione, sed in antiqua nõ.Et q eas cõponũt, nõ solũ debẽt esse gloriosi doctrina legũ, sed experientia rerum, vt C.eo.tit.const.2.quę est de Inst.co.com. vnde per ordinationem istius compilationis illas sciętis quis illorum, quorum tempore cõstitutiones, consilia,decretales edita sunt,præcessit.

K Resecatis.] Põt ergo dñs Papa derogare constitutionib. pdecessorũ suorũ, non obstante qđ par in parem non hẽt imperiũ ff.de arb.l.nã magistratus. & est ra-

Marginalia (left, partly cut off): sparsas. / Facit text. l. 1. C.de nouo Cod. cõp.& l.2.§. si quid autẽ in tanta. C. de uet. iur. enucl. / Concord. gl.cum text. Insti.de iust. & iu. §.iuris præcepta. in uers.alterum non lædere. & ff.eo.l.iustitia super eo.ver. & ff. qđ quisque iu. in prin.

Marginalia (right): † multa. / 2 De hoc dic ut no.inf. de ele.c.ut circa. l.b.6. Io.An. in nouel. / 3 Inf.de ele. qa diligẽtia. &c.qđ sicut. ĩ fi. & de cõ. præb.constitutus. Ioan. And. in nouel. / † Lateran.c. 1.eod. tit. in 4.compil. / 4 Concord. tex.in l.r. a-queductu.cũ gl. fin. & ibi Cy.& Pet.de Bellapert.C. de furt. melius in l. sed nec.ff.de cõdi.furt. / † Quare dicatur summa, & quare Trinitas, uide p Host.in summa huius ti. in princ.

tori.26.q.2.cõiuges.28.q.j.caue.& inf. de iureiu. quẽadmodum.& est unum de trib. bonis matrimonij. ca. causa.& q.27.q.2.omne itaque.inf.de condi. appo. ca. vlt. Item dr̃ fides securitas siue pactum, quæ etiã hosti seruanda est.23.q.1.noli. Item dr̃ fides qñq; conscientia.inf.de rest.spol.litteras.§.nos aũt.circa princ. & j. de præscr.qm̃ oẽ quod non est ex fide.i.conscientia.de pœn.dist.3.quærat.§.item illud Ambr.aliàs est ver.Itẽ dicitur fides credulitas.secundum quam credimus id ꝙ non videmus. Fides.n.est de re non visa. de pœn.dist. 4.in domo.ver.& si abiero.vnde et dr̃;Fides non habet meritum,cui humana ratio præbet experimentũ. Item dr̃ fides promissio.Insti.de rer.diui.§.venditæ. & infra de spon. duo.cap. 1. Item alio modo dr̃ fides collectio articulorum,ut hic,& 24.q.1.hæc est fides. præterea in symbolo Athanasij dicitur.Hæc est fides catholica,quã nisi,&c.Item dr̃ fides æquitas in actionib.considerata. Insti.de act.§. actionum aũt quædam sunt bonæ fidei, quædam stricti iuris. Fides uero hic describitur ab Apostolo in epistola ad Hebr. prout hic sumitur. Fides est substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. Et dicitur substantia sperandarum rerũ: quia sperare debemus quod dictum est à prophetis esse futurum. Argumentum non apparentium dicitur: quia per prophetias iam completas debemus habere argumentum, idest, probationem non apparentem de futuris complendis,s.de die iudicij,& de fine mundi. Sed uidetur quod definitio ista non sit bona: quia vera definitio conuertibilis debet esse cum suo definito,sed hæc non est conuertibilis: quia spes similiter est substantia sperandarum rerum.unde uidetur inferendum, quod fides est spes, quod est falsum. Item hęc definitio uidetur loqui tantum de futuris, cum fides sit tam de præsentibus,quàm de præteritis & futuris;eo,quòd habet se ad omnia. ad præterita, quia credendum est Christum fuisse natum & passum. ad pręsentia, quia credendum est,ꝙ ipse sit qui in altari quotidie conficitur ad futura,quia credere debemus ipsum uenturum, & iudicaturũ uiuos & mortuos, & ita uidet esse insufficiens ista definitio. & licet diuersa tempora comprehendat,vna tantum fides esse uidetur. 1 Vnde satis potest dici, ꝙ non est uera definitio, sed quædam notificatio fidei ab Apostolo dicta. Potest autem magistraliter definiri. Fides est uoluntaria certitudo absentium infra scientiam,& supra opinionem constituta. Scientia enim habet cognitionem,fides uero non. Vnde dicit August. Fides est credere quod non uides. de pœnit.dist.4.in domo. Species autem fidei sunt duæ.Vna est formata, quam habent boni: & est alia informis, quam habent mali,& existentes in mortali peccato:& fides eorum caret forma. Prima est uirtus,a qua dicuntur fideles quicunque baptizantur.de consecr.dist.4.si qui apud.& talis fides dicitur informata charitate. Vnde sic potest definiri. Fides est qualitas, qua quis credit quod diligit.charitas dignior est, penes quam consistit omne meritum, & est fons uiuus, cui non communicat alienus scilicet a fide. infra de reg. l cet. in fi. & de pœnit.dist.1. omnis qui non diligit. Vnde dicitur, fides nostra est uirtus quam charitas committatur. Vnde dicit August. Fides quæ per dilectionem operatur,est fundamentum omnium uirtutum. 1.q.1. cum Paulus.& aliàs ita definit. Hæc est fides,quæ per dilectionem operatur.de pęnit.dist.2. charitas. §. item dominus Amen.ver.hęc est fides.& non ea quę demonum est,qua credunt,& contremiscunt. De fide informata charitate dicit Abacuch propheta: Iustus autem in sua fide,uiuit. Fides nostra est eadem in substantia cum fide antiquorum, ut dictum est: quod probat Euangelium.Turbæ autem,quæ præcedebant, & quę sequebantur, clamabant dicentes,2 Osanna filio Dauid. Distant tamen in qualitate: quia quod ipsi credebant de futuro,nos credimus de præteritis, s. Christum natum & passum. 3 Principales autem articuli fidei nostrę sunt septem, secundum quod septem sunt dona Spiritus sancti: quos quilibet Christianus scire tenetur, clerici explicite, laici implicite, & credere sicut tenet Ecclesia, & sunt hi: Incarnatio siue natiuitas, baptismus,passio Christi, siue mors eius, descensus ad inferos, resurrectio, ascensus in cœlum,aduentus eius in iudicium. De quibus habes in prima constitutione,firmiter.pro quibus Ioan. in Apocal. legitur fleuisse, ubi dicitur. Vidi librum signatum septem sigillis formam imprimentibus in cœlo & in terra, & apud inferos: & nemo fuit dignus aperire librum, nisi Leo de Tribu Iuda. Et isti septem articuli patens in his versibus.

Nascitur, abluitur, patitur, descendit ad ima:
Surrexit, scandit, veniet discernere cuncta.

Secundum quosdam Theologos, sunt duodecim articuli fidei propter duodecim Apostolos, qui eadem hora instinctu Spiritus sancti symbolum composuerunt. Vnde dicitur symbolum a syn,quod est simul, & bolus,quod est morsellus, quia unusquisque Apostolorum suum morsellum,idest partem suam apposuit. Et est aliud symbolum maius, quod cantatur in Missa, in Nicæna synodo factum propter Græcos, qui non credebant quod Spiritus sanctus procederet ab utroq;. de consecr.dist.5. c.ult. & pen.Est & tertium symbolũ Athanasij: Quicunque vult quod cantatur in Prima. Istud potest appellari quartum symbolum: & ita sunt modo quattuor,sicut quattuor Euangelistæ. Pręmium uero credentium est vita æterna. Pęna uero non credentium est gehenna perpetua, iuxta illud. Hæc est fides catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit: & qui crediderit & baptizatus fuerit,saluus erit.infra de bapt.& eius effectu maiores.4.Bern.

De hac materia habes de consec.d.3.c.vlt. de consec. dis.5.c.pe. & vlt.22.dis.p totum.23.dis.qui episcopus.

F[i]rmiter.] non solet summari,sed pro summario diuiditur in duas partes principales. Secunda ibi, Vna vero. Prima tractat de summa trinitate, & eius operibus, de fide catholica, & articulis fidei.Secunda pars principalis tractat de sacramentis.

CASVS. No. ꝙ post symbolum Apostolorum qđ dr̃, Credo in Deum. quattuor concilia condita fuerunt à sanctis patrib. de sum. trinitate & fide catholica contra quosdam hęreticos: de quib.quattuor concilijs legitur 15.dist.c.1.in quibus condemnati sunt quidam hæretici, qui de fide catholica & summa trinitate perperam sentiebant. de hac fide catholica legitur 23. dist.c.2.circa prin.ibi, & ante omnia.Est & aliud symbolum maius quod cantatur in Missa, in Nicena synodo factum propter Græcos, qui non credebant quod Spiritus sanctus procederet ab utroque.postmodum aliud symbolum. 5 Athanasij secutum est illud.s. Quicunque vult. Istud autem concilium posset appellari quartum symbolum,in quo illud de fide catholica,& de summa Trinitate in prędictis concilijs & symbolum continetur, confirmatur, & repetit. Vt ergo melius intelligas casum,diuide c.p. istud in quinq; partes,secundũ ꝙ sunt signatæ.In prima parte dr̃ quod firmiter credere debemus & simpliciter confiteri, ꝙ vnus solus verus est Deus æternus,& immensus, & incõmutabilis, omps, ineffabilis.s.Pater & Filius,& Spiritus S.tres psonę,sed vna essentia,simplex oĩno:Pr̃ a nullo,filius a pr̃e, spũs sãctus ab vtroq; procedens,absq; initio semper & sine fine creator oĩum visibiliũ,& inuisibilium, & spũaliũ & corporalium:qui ab initio tp̃is utranq; de nihilo cõdidit creaturã, spũalẽ & corporalẽ, angelicã & mũdanã,& postmodum humanã quasi cõem, ex corporẽ & spiritu constitutam. Diabolus autẽ & alij dęmones a Deo creati sunt boni,sed ipsi per se facti sunt mali: homo vero peccauit diaboli suggestione. In secunda parte. s. hæc sancta trinitas, de qua præmissum est iuxta ordinat.sumã dispositionẽ tẽporũ p Moysen & [illegible] he tas,& alios famulos suos humano generi doctrinã tribuit

Ad Hebr.ca. 11.

1 De hac dictione,fides, vide meliorem glo. de iure in cap. mouet. in ver. neque. 22.q.1. & p Leg.in rub. C. de sum. trin. & fide cath.

2 Secundum Aug.est uox obsecrantis, magis affectum significans, quã rem aliquã exprimens.

3 De articulis ad humanitatẽ Christi spectantibus loquitur. Vide S. Tho.2.2.q. art.1.8. q.2. art.7.

4 Concor. tex l.1. in ... claras. circa medi.C. co... tit.

5 Hoc regu... la potius di... citur, quam symbolum.

CAP. I.

Firmiter [a] † credimus, [b] & simpliciter, [c] cōfitemur, quod vnus [d] solus est verus [e] Deus æternus, [f] immensus, [g] & incōmutabilis, [h] incomprehensibilis, [i] omnipotens, [k] & ineffabilis [l] Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: tres quidem personæ, sed una essentia, † substantia, seu natura simplex omnino: [m] pater a nullo, filius a patre solo, ac spiritus sanctus pariter ab vtroque; absq; initio, semper, ac sine fine: pater generans, filius nascens, & spiritus sanctus procedens, cōsubstantiales, & coæquales, & coomnipotentes, [n] & coæterni: [o] vnum vniuersorum principium: creator oīum uisibilium, & inuisibilium, & spiritualium, & corporalium, q̄ sua oīpotenti virtute simul [p] ab initio temporis vtranque de nihilo condidit creaturam, spiritualem, & corporalem, angelicam videlicet, & mundanā; ac deinde humanā [q]

buit salutarē. & tādem vnigenitus filius Dei a tota trinitate cōiter incarnatus ex Maria Virgine, spūs sancti cooperatione conceptus, verus hō factus, ex aīa rōnali & humana carne cōpositus, vna psona in duabus naturis, viam vitæ demonstrauit, s̄m diuinitatē immortalis, s̄m humanitatem passibilis & mortalis: subijciēdo sex articulos fidei in psona ipsius Dni: redditurus ī fine sæculi tā reprobis, q̄ electis secundum merita sua. In tertia parte dr̄, ꝙ est vna vniuersalis ecclesia, extra quā nullus oīno saluatur: in qua idem ipse qui sacerdos, est sacrificiū Iesus Christus, cuius corpus & sanguis in sacro altaris veraciter continentur sub speciebus panis & vini, trāsmutatis pane in corpus, & vino in sanguinem ptāte diuina: vt nos accipiamus de suo, quod accepit de nr̄o, & hoc sacramentū nemo pt̄ cōficere nisi q sacerdos sit: qui [illegible] claues ecclesiæ rite fuerit ordinatus, quas Dominus concessit Apostolis & eorū successorib. In parte quarta, videlicet Sacramentum, &c. dr̄, quòd Baptismus qui est secundus articulus fidei, in noīe patris, & filij, & spūs sancti consecratur in aqua: & si in forma concedatur ecclesiæ, a quocunq; conferatur, tam paruulis, q̄ adultis proficit ad salutē. & si post baptismum quis in peccatum prolapsus fuerit, per veram poterit pęnitentiam reparari. Vltimo dicit, ꝙ virgines cōtinentes, & ēt coniugati per fidē rectam, & etiā per operationem bonam ad æternam beatitudinem merentur peruenire. No. istam decretalem in examinatione hæretici. Item no. ex hac l[itte]ra ꝙ simpliciter homo debeat fidem confiteri. Item no. ꝙ pater, & filius, & spiritus sanctus idem sunt secundum substantiam. Itē no. ꝙ diaboli creati sunt boni, sed per liberum arbitriū facti sunt mali. Item no. ꝙ Christus descendit in anima, resurrexit in carne, ascendit in vtroq;. Item no. ꝙ una tantum ecclesia est, extra q̄ nullus pōt saluari. No. ꝙ sacerdos rite ordinatus verum conficit corpus Christi. No. ꝙ sacramentum baptismi a quocunque collatum, proficit ad salutem. No. quòd si aliquis lapsus fuerit in peccatum, potest per veram pęnitētiam reparari. Item no. contra hæreticos, quòd coniugati possunt saluari.

a ¶ Firmiter.] Hoc ideo dicit, quia ordo fidei nostræ ꝓbari nō pōt: & q̄a vbi rō deficit, fides supplet. de cons. di. 4. c. nihil est aliud. & di. vlt. c. vlt. arg. vt qđ sermo sonat affectus sentiat. i. fides. de conse. di. 2. c. reuera. in fi. q̄a fides est de re non visa. de pę. d. 4. in domo. in fi.

b ¶ Credimus.] Hoc ideo dicit: q̄a dubius in fide infidelis est. inf. de her. c. 1. & arg. 22. q. 1. oē qđ, in fi. Et est simile de accusato contra quē nihil est ꝓbatū, & sic remanet dubius qñ se nō purgat. Et q̄a fides est exordiū nr̄æ reparationis: iō prius de ea ꝑmittit. q̄a prius hō debet instrui in fid. de cōs. d. 4. ante baptismū. & c. añ xx.

[Gl. seq. dat tria similia, & submittit genus.]

c ¶ Simpliciter.] Fides. n. simplicibus verbis est proponenda. 23. dist. qui episcopus. & 34. dist. qñ. Sic & testimoniū dēt esse purum. 3. q. 9. pura. & simplex debet esse constitutio, similiter & lex. 4. d. erit autē. Sic & quęlibet scriptura si obscure loquatur, pro non scripta habetur. ff. de ijs quæ pro non scri. ha. l. 1. sic & testimoniū obscurū non valet inf. de ꝓb. in ꝑsentia & inf. de test. cum clamor. & ff. de inter. ac. de ætate, §. nihil interest. Et gñaliter nunq̄ ꝑ extranea verba res est proponenda sed per vsitata, arg. 37. dis. relatum. Io. And.

d ¶ Vnus.] hoc dictum fuit ab dr̄iam plurium planetarum, quos quidā colebant tanq̄ Deos.

e ¶ Verus.] dictus ē ad dr̄iam fictorum.

f ¶ Aeternus.] hoc iō dicit, q̄a misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tp̄a definire. de pę. d. 1. multiplex. & 26. q. 6. is qui.

g ¶ Immensus.] i. sine mēsura: vnde dr̄: Intra oīa non inclusus, extra oīa non exclusus, supra omnia non elatus.

h ¶ Incōmutabilis.] 22. q. 4. incommutabilis. & tñ dat cūcta moueri. vnde Boeth. 3. de consola. Stabilisq; manēs dat cuncta moueri, &c. sæpe tñ mutat sñiam suā vt ibi dicitur, &c. vnusquisque in fi.

i ¶ Incōprehensibilis.] vnde in veteri lege dr̄, Bestia q̄ montē tetigerit lapidabitur. & illud: Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus ab eo. & illud: O altitudò diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, q̄ incomprehensibilia sunt opera † eius, & inuestigabiles vię eius.

k ¶ Omnipotens.] q̄a omnia pōt quæ decēt eius potētiā, & quæ posse est aliquid posse, vnde peccare nō pōt: quia peccare non est aliquid posse: vt ait Aug. immo est aliquid non posse. vt de pę. dist. 2. c. vlt. §. charitas.

l ¶ Ineffabilis.] vnde illud: Sapientiam eius quis enarrabit? quasi dicat, nullus.

[Glo. seq. tractat de triplici compositione, & dat simile in anima.

m ¶ Simplex oīno.] no. ꝙ multiplex est cōpositio. Est. n. proprie cōpositio partis ad partes, vt in reb. corporalib. Itē est cōpositio ꝓprietatis ad subiectū, vt rōnabilitas in aīa. Itē formæ ad substantiam, & substātiæ ad formam, & nulla istarū cōpositionum cadit in Deū; & iō dr̄ simplex oīno. i. in quolibet sensu cōpositionis. [2] Et pone quasi simile ī aīa cuius substātia simplex est: & tñ tria reperiunt in aīa. Intellectus q ꝑcōcipit: rō q̄ discernit; & memoria q̄ cōseruat. Intellectus ꝑcōcipiens pr̄i primo operāti cōparat. Rō discernēs cōparat filio, q̄ est sapiētia pr̄is disponēs oīa in cęlo, & in terra. memoria conseruās cōparatur spūi sancto, [3] qui oīa bona corroborat & confirmat. Sicut ista tria idē sunt in substantia cum anima: sic & tres personæ pater & filius & spiritus sanctus idem sunt in substantia.

n ¶ Coomnipotentes.] vt in symbolo Athanasij, sed tamen non tres omnipotentes, sed vnus omnipotens.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

o ¶ Coæterni.] sed contra vr̄ in dicto symbolo, vbi dicit: & tñ nō tres æterni, sed vnus ęternus. Sol. hic ponūtur adiectiue istæ dictiones, ibi autem substantiue. hæc est differentia, hic designat personas, ibi essentiam, sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt & coæquales.

p ¶ Simul] vnde Salomon: Qui manet † in æternum, creauit omnia simul. vnde in Gen. In principio creauit Deus cœlum & terram; quod simul factum fuit, sed simul dici non potuit.

q ¶ Humanam.] quia prima die angelos creauit, & sexta die creauit homines.

Hác decretā, & seq. subtilissime explicat B. Th. opusc. 23. 24. to. 17.

Similis tex. est in effectu, ī l. nulli. C. de hæretic. eo. tit.

Boethius.

† iudicia. Peccare nō est aliquid posse.

2 Nam si esset quid cōpositū, esset dare aliquid prius Deo. s. partem eius, qđ nō est intelligibile.

3 Alij dnt ꝙ memoria patri, intelligētia filio, voluntas spiritui sancto. Alij ꝙ intellectus patri voluntas filio, memoria spiritui sancto. & de hoc ꝑ Host. in sum. eod. tit. §. 1. Ioan. And.

† viuit.

quasi communem [a] ex spiritu & corpore constitutā. Diabolus [b] enim & alij dæmones [c] a Deo quidem natura creati sunt boni, [d] sed ipsi per se [e] facti sunt mali. Homo vero diaboli suggestione [f] peccauit. ¶ Hæc sancta Trinitas secundū communem essentiam indiuidua, & secundum personales proprietates discreta: primo per Moysen & sanctos prophetas, aliosq; famulos suos iuxta ordinatissimam [g] dispositionem tpm, doctrinā humano generi tribuit salutarē. ¶ Et tandem vnigenitus Dei filius Iesus Christus a tota Trinitate [h] cōmuniter incarnatus, [i] ex Maria semper virgine spiritus sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali & humana carne cōpositus, † vna [k] in duab. naturis persona, viā vitæ manifestius demonstrauit. Qui cū secundum diuinitatē sit immortalis & impassibilis, [l] idē ipse secundū humanitatem factus est passibilis & mortalis. Qui ēt pro salute humani generis in ligno crucis passus & mortuus, [m] descendt [n] ad inferos, resurrexit [o] a mortuis, & ascendit [p] in cęlum, sed descendit in aīa, & resurrexit in carne, ascenditq; pariter in vtroq;: † venturus [q] in fine sæculi, iudicaturus viuos & mortuos, & redditurus singulis sēm opera sua, tā reprobis quam electis: qui oēs cū suis, proprijs resurgent corporibus, quæ nunc gestant, [r] vt recipiāt secundum opera sua siue bona fuerint, siue mala: illi cum diabolo pęnam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam.

¶ Tractatur hic de sacramētis Ecclesiasticis. Abb. Sicul.

¶ Vna † [s] vero est fidelium vniuersalis ecclesia,

a ¶ Quasi communem.] idest mediam inter angelicam & mundanam, uel cōem. i. utrique conformē: quia in pluribus conformat se cum angelis. s. in ratione & discretione. & in multis cum inferioribus creaturis, quia sentimus cum illis, & in pluribus alijs.

b ¶ Diabolus.] Dicitur criminator, & est græcum uocabulum. deriuatur autē a dia. quod est duo; & bolus, quod est morsellus, quia duos bolos tm̄ de corpore & anima quærit facere.

c ¶ Dæmones. Dæmon interpretatur sciens. Et est arg. ex hac litera, quod de bono procedat malū: quod est falsum, ut hic exponitur: quia angelus nō habuit remedium sicut homo: quia homo peccauit per suggestionē, angelus per se, sine alterius sugg. stione, ut dicit litera sequens.

¶ Gl. seq. quærit, arguit negatiue, soluit contrarium, & argumento respondet.]

d ¶ Creati sunt boni.] Nunquid est idē de homine? Videt quod nō, per hoc quod dicit Apostol. Eramus enim natura filij iræ sicut & cæteri: a qua nullus liberatur nisi per fidem. de consec. dist. 4. c. 2. quod incipit, firmissime. Dicas quod homo ab initio bonus creat⁹ fuit sicut & angeli, & in charitate: ut de pœ. d. 2. c. tolle charitatem. ver. Adam uero. & c. seq. & c. princeps. vr̄, quod homo creatus fuit immortalis. de consecrat. dist. 4. placuit igitur. versus si. dist. Et auctoritas prædicta sic debet intelligi. Eramus enim natura filij iræ i. eramus digni pœna æterna, siue debitores iræ. i. pęnæ æternæ natura. i. inseparabili vitio, s. originali peccato. Originale enim peccatū inhæret humano generi sicut si esset ei naturale: quia si ut natura nos non deserit dum sumus, ita nec originale peccatum: sed tamen post baptismum non nocet. de conse. dist. 4. c. 2.

e ¶ Per se.] id est ex proprio defectu.

f ¶ Diaboli suggestione.] & ideo magis puniendus est diabolus quàm ipse faciens 86. dist. tanta. cir. fin. ibi. Eos vero. Nec illud excusat diabolum, si homo illud alias facturus esset. ff. de ser. cor. l. 1. §. qui igitur. licet videret quod pro sola tantū exhortatione non dēat teneri. non enim qui exhortatur, mandatoris opera fungit̄. ff. de. ijs q. no. inf. l. ob hæc verba in fi. nec id excusat hominem, quod consilio alterius fecit: quia debuit & potuit explorare apud semetipsū an expediret ei tale cōsilium ff. manda. l. 2. in fi. & si dubitabat, potuit cōsulere peritiores. Quare imputatur alicui. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. sed iuris, & ff. de bon. posses. in bonorum, in fi. & 37. dist. §. vlt. Io.

[Gl. seq. declarat triplicē legē sub triplici tempore.]

g ¶ Ordinatissimam.] Hæc fuit dispositio: quia tria fuerunt tempora: tempus ante legem, & tempus sub lege, & tempus gratiæ. In tempore ante legem habebant homines ius naturale, quo regebantur, quod consistebat in his duobus præceptis contentis his uersibus.

Quod tibi uis fieri, mihi fac: quod non tibi, noli
Sic potes in terris viuere iure poli.

dist. 1. in prin. In tpe sub lege regebantur decalogo Moysi dato a Deo: & tunc contingebant omnia in figura, quæ completa fuerunt tempore gratiæ, quando Dei filius nos docuit pręcepta Euāgelica quibus hodie regimur. in quo scripturæ fuerunt completę & hic est ordo, de quo hic dicit.

h ¶ A tota Trinitate.] Hoc ideo dicit, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. de consec. dist. 3. cap. ult. in fi. & 28. quæstio, 1. sic enim neq; circa princip. Nec potest filius a se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem. de consec. d. 5. cap. ult. in fi.

i ¶ Incarnatus.] Hic explicatur primus articulus fidei.

k ¶ Vna.] Hoc fuit figuratum in arca Noe, Gen. 7. ubi fuit redemptio sanctorū per duas naturas, quo ad opinionem, & ueritatem.

ADDITIO. Per duas naturas. s. ligni & aquæ. Habuit etiam inclusio in arca, per quam tunc fuit saluatum genus humanum, figurare. r inclusionē diuinitatis in humanitate, per quam erat saluandum. Ioann. Andr.

l ¶ Impassibilis.] 22. q. 4. incommutabilis. & habetur figura his versibus.

Nil Isaac patitur aries fit victima Christo:
Nec deitas patitur, cum moriatur homo.

22. q. 2. c. si quælibet. §. Abraham. & c. seq.

m ¶ Mortuus.] Hic explicatur tertius articulus fidei,

n ¶ Descendit ad inferos. Quartus articulus.

o ¶ Resurrexit a mortuis. Quintus articulus.

p ¶ Ascendit in cęlum.] Hic est sextus articulus.

q ¶ Venturus.] Septimus articulus.

r ¶ Gestant.] Vnde Apostolus; Hoc mortale indueit im mortalitatem.

s ¶ vna.] Hæc est secunda pars principalis, in qua tractatur de sacramentis. Et primo de sacramentis Eucharistiæ interserens de sacramento ordinis. Secundo de sacramento baptismi: ibi, Sacramentum. Tertio de sacramento pęnitentiæ: ibi, & si post. Quarto de sacramento coniugij: ibi, non solum. Abbas Siculus.

Diabolus dr̄ calumniator. παρὰ διαβολὴ calumniam significat.

¶ Similē & fermè in terminis text. habes. C. eo. tit. in l. inter claras. §. oēs vero. uers. & quoniā unigenitus filius, &c.

Versus.

† Extremum iudicium.

Trinitatis opera sunt inseparabilia.

† Ecclesiæ vnitas.

r Melius diceretur, unione cum humanitate.

Versus.

a ¶ Extra

a ¶ Extra quam.] 24.q.1.quoniam uetus.
b ¶ Est sacrificium.] de conse.dist.2. cap.nec Moyses. unde dicitur.

Versus.

Rex sedet in cœna turba cinctus duodena.
Se tenet in manibus, se cibat ipse cibus.

Christus seipsum communicauit.

Dicit August. De carne B. Mariæ carnem accepit & eandē carnem ad manducandum dedit ad salutē de consec.distinct.2. accesserunt Iudæi, & hoc fuit significatū in persona Dauid, de quo dicitur: Ferebat Dauid manibus suis ut ibi dicitur. Ber.

† Eucharistia.

c ¶ Panis & uini.] Hoc ex causa statutū fuit, ut in alia forma sumeret ppter horrorē, unde dr: Nisi quis mäducauerit corpus meum, & biberit sanguinem meum, &c. audito hoc uerbo scādalizati sunt discipuli, & dixerunt: Durus est hic sermo, de consec. dis.2. prima. de hoc sacramento traditur. ỹ. de celeb. miss. cum Marthæ.

d ¶ Claues ecclesię.] Nota hic, ꝙ non pōt conficere corpus Xpi nisi fuerit ordinatus in forma ecclesiæ.

† Baptism⁹.

e ¶ Sacramētum uero baptismi.] Hic est Secundus articulus q ultimo ponitur: & hic exprimit forma baptismi, quā seruat ecclesia. de cōsecr.di. 4.firmissime.& infra de bapti. & eius effectu c.maiores.

f ¶ A quocunque.] A quocunq; ergo baptismus cōferatur in forma ecclesiæ, ratū est, ut 1.q.1.ꝙ qdā. & de conse.d.4. à quodam, &c. Roman.24.q.1. subdiaconus. §. sed illud.

† Penitentia.

extra [a] quā nullus omnino saluatur. In qua idē ipse sacerdos est sacrificiū [b] Iesus Christus, †cuius corpus & sanguis in sacramēto altaris sub speciebus panis, & vini [c] veraciter cōtinent, transubstātiatis pane in corpus & vino in sanguinem potestate diuina: vt ad perficiendum mysterium vnitatis, accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro.

¶ Et hoc vtique sacramētum nemo potest conficere nisi sacerdos, qui rite fuerit ordinatus secundū claues [d] ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, eorumque successoribus Iesus Christus.

¶ Sacramentum [e] † uero baptismi (quod ad Dei inuocationem, & indiuiduæ Trinitatis, uidelicet patris, & filij, & spiritus sancti, cōsecratur in aqua) tam paruulis, quam adultis ī forma ecclesię a quocunque [f] rite collatum proficit ad salutem.

¶ Et † si post susceptionē baptismi qsquā prolapsus fuerit in peccatū: per verā potest semper pęnitentiā reparari. Non solū aūt virgines & cōtinentes, verum etiam cōiugati, [g] per fidem rectam & operationē bonam placētes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.

¶ Idem in eodem. †

¶ *Pater & filius & spiritus sanctus uera unione nō collectiua, seu similitudinaria sūt una essentia, substātia, seu natura: quæ substantia nō est generās, nec genita, nec procedens, quia illi actus non attribuūtur substātiæ, sed personis, nec per hoc in Trinitate concluditur quaternitas. Cōtrariū sentiētes ut hæretici sunt censendi, nisi ab errore resipiscant, & correctioni Apostolicæ sedis se supponant. Abb. Sicul.*

† Cap. 2.

CAP. II.

Damnamus † ergo & reprobamus libellū seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit cōtra

† Cap.2.eo. ti.in 4.compilat.

1 Hoc in genere; nam in c. cleros.21. dist. plures numerātur. adde Ioann. And. in præ at.lib. 6.

2 Propter [...]nera matrimonij, ex edit tamen b fornicationem uindam une non obat. 28.q.1. e enim, & 2. q. 5. si aulus.

ADDITIO. Sed cum sufficiat contritio, nonne melius est abstinere, quam ab hæretico recipere? Sol. ut no.32. dist.cap.præter hoc, in gl.pen.Ioan.And.

[Gl. sequens prosequitur triplicē hominū statum.]

g ¶ Coniugati.] Not.ꝙ tres sunt ordines in ecclesia Dei 1.s.uirgines, continentes, & coniugati. Christus .n. plus amat uirgines q̃ alios: quia sponte tribuunt. ꝙ si bi non fuerat imperatum. cōtinentes ēt plus Deo placent q̃ coniugati: quia non expedit. 2 homini ad regna cælestia tendenti accipere uxorem, ut 33. q. 5. tunc saluabitur. & ea sunt in nostris officijs gratiosa, quæ cum liceret non impendere, tamen causa dilectionis impendimus, 28.q.1. iam nunc.

Damnamus.] Hæc decretalis diuidit in duas partes principales. In prima reprobat doctrinam Abbatis Ioachim. In secunda ibi. Reprobamus damnat illam Almarici. Prima pars facit quinque: quia primo reprobat doctrinam Abbatis Ioachim contra Magistrum sententiarum, quam prosequitur exprimendo motiua & rōnes ipsius. Secundo ibi. Nos aūt approbat sñiam Magistri, quam damnat Ioachim. Tertio ibi.] Cū ergo] respondet auctoritati, qua principaliter mouebat Ioachim. Quarto ibi, [Si quis,] damnat tenentes opinionem Ioachim. Quinto ibi, [In nullo.] protestatur pro monasterio, cui præfuit Ioachim.

† In quibu... dã vulgat... Dominatio... ni legitur ... male. ex ma... nuscriptis ... constat, Di... scretioni le... gendum.

Constitutus.] nõ ualet rescriptũ executorium impetratum super præbẽda & canonicatu, in quo nulla est facta mentio de statuto uel decreto canonicorũ numero iuramento firmato Ioã. Andr. primo ponit impetrationem. Secundo exceptionem cõtra ipsum. Tertio distinctionis cõmissionem. Secunda ibi, Verum. Tertia ibi, Discretioni. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam clericus P. nomine obtinuit litteras a dño Papa ad decanũ & capitulum Bituricen. ut ipsum reciperent in canonicũ & in fratrem, & præbendam, si qua uacaret uel proximo uacaturam eidẽ conferrẽt: sibi sup hoc executoribus deputatis. Si tamẽ ex aduerso Bituricen. capitulo se opponente, negotium ad sedẽ Apost. est delatũ corã dño Papa dictus clericus allegauit p̃dicta. Capitulum cõ respondit: ꝙ cum in Bituricen. eccle. certus esset numerus canonicorum iuramẽto firmatus, & per sedem Apost. confirmatus, & de hoc dictus P. in suis litteris non fecisset mentionem, patet ꝙ ueritate tacita fuerunt impetratæ. Auditis hinc & inde propositis, mandat Papa ꝙ si legitime constiterit numerũ canonicorum (qui nunc est in Bituricen. ecclesia) per decanum. & capitulum iuramento firmatum anteq̃ dictus per litteras executorias impetrasset, quicquid factum est per litteras suas, decernatur irritum & inane: alioquin si qua præbenda uacat in ipsa ecclesia sublato appellationis obstaculo eidem assignetur. Nota ꝙ non ualent litteræ impetratæ nisi fiat mentio de certo numero iuramento firmato, & confirmatione Apostolica. Item considerandum est tempus datæ litterarum.

[Glo. seq. quærit, arguit pro, & contra. & soluit, in fine fortificat. textum. cui dicto obijcit, & soluit.]

sulæ memoratæ aliq̃d constiterit in alterius partis præiudicium attentatum, 10 id virib. decernimus cariturum: mandantes ut in decisione ipsius negotij (sicut præmissum est) tam super principali, quam sup incidentibus [a] quæstionibus. appellatione remota, canonice [b] procedatis. 20

¶ Idem archiepiscopo Senon.

¶ Non ualet impetratio in ecclesia numerata non facta de numero mentione, si per eam frangitur numerus canonicorum, licet non frangatur numerus præbendarum, & processus inde factus est nullus. hoc d. quo ad intellectum. Panor.

CAP. XIX.

Constitutus † apud sedem Apostolicam P. clericus, proposuit ꝙ cum C. P. † n. decano, & capitulo Bituricensi dederit in mandatis, ut ipsum reciperent [c] in canonicum & in fratrem: & præbendam ei conferrent, si qua tunc in eorum vacaret ecclesia vel proximo † vacaturam, [d] & ipsi cum † mandatum eius admittere [e] non curassent, eis præcipiendo [f] mandauit, vt quod mandauerat adimplerent: sibi super hoc executorib. deputatis, & inf. ¶ Verũ pars aduersa † respondit: quòd cum in Bituricensi ecclesia certus esset numerus canonicorum institutus: firmatus iureiurando, & per Rom. Pont. confirmatus: & cum de hoc [g] memoratus P. non fecisset in 30 suis litteris mentionem. [h] intelligendũ erat circumuenisse prædecessorem nostrum, & dictas [i] litteras ueritate tacita, impetrasse: & inf. ¶ Discretioni † vestræ mandamus, quatenus 40 si legitimè vobis constiterit, numerum canonicorũ (qui nunc est in eadem ecclesia) per decanum & capitulum eiusdem ecclesiæ iuramento [k] firmatum an 50

† Cap. 9. eo. tit. in 3. cõpilatione.

† idest, Cælestinus prædecessor noster, aliàs ita G. Papa prędecessor noster.

c ¶ Reciperent.] hic duo mandantur. Primum ut recipiant illũ in canonicũ. Secundum ut assignent ei præbenda si uacat, uel quam cito uacauerit. Nunquid ergo si non possunt assignare ei prębendã, tenentur eum recipere in canonicum saltẽ? Arg. ꝙ sic. ĩ. de preb. c. dilectus. 1. & 2. & inf. de dolo & contu. c. cũ dilecti. Arg. s. ĩ. de off. deleg. c. cũ sup. abbatia. ff. ꝙ cum falso tuto. l. j. §. j. & l. 2. arg. quasi a ɔ̃rio. 2. q. 6. c. ei qui. §. defini-

d ¶ Vacaturam.] quod solus Papa potest. ut inf. de præb. c. per totum.

e ¶ Admittere.] idest perficere.
f ¶ Præcipiendo.] per executorias.
g ¶ Et cum de hoc.] s. iuramento uel confirmatione ut infra colligitur, vbi dicit numerum canonicorum, qui nunc est in eadem ecclesia, &c. ut notatur in fine illius notabilis, hic duo.
h ¶ Mentionem.] hæc allegatio non ualet si uenissent contra numerum illum aliquãdo propria auctoritate. infra, de præb. cap. pro illorum. sup. de constit. ca. cum 60 accessissent.
i ¶ Et dictas litteras, scilicet executorias.
[Glo. seq. obijcit, ponit opinio. Io. & soluit. secundo quærit, & soluit. tertio arg. alleg. contrarium, & soluit, in fine dat unum simile.]
k ¶ Iuramento. sed in omni tali iuramento semper intelligit auctoritas maioris excepta: ut hic innuit a contrario sensu ... ad ... imperatores. in prin. ĩ. de iureiu. uenientes. §. q̃a uero. in fi. ergo. non facerent ɔ̃ iurm̃, si ad mandatũ dñi Papæ illum reciperent. Item si talis conditio inest iuro nunquam est necessaria dispẽsatio in tali iuro: q̃a si displicet Papæ, nõ est ligatus tali iuro. Ioan. dicebat hanc conditionẽ in iuramento non esse, sed ideo dr̃ auctoritas superioris excepta: q̃a non præiu-

præiudicatur ei quin possit hoc facere. Verius videtur ꝙ condō talis subintelligitur vt huiusmodi iuramētis : & hoc ideo, quia super re alterius vel quasi iuramentum tale præstatur, & de re alterius præcise iurari non potest, immo esset anceps periurium. ff. de in litem iuran. l. videamus. in prin. & ff. rerū amo. l. Marcellus. & ideo auctoritas dñi Papæ in talib. intelligitur excepta tacite, licet nō excipiatur expresse. simile 22. qō. 2. beatus. & inf. de iureiu. ca. quemadmodum. circa prin. quare si Papa mādat aliquē recipi in canonicum nō obstante tali iuramento, tunc licite eum recipiunt, quia sic apparet ꝙ Papa iuřm factū quasi de re sua non vult ratum habere, cū administratio sola cōmissa est capitulo, et non dominium collatum, & hoc iuramentum seruare tenētur canonici, quātum in se est, nisi Papa contrarium mandet. & ideo non valent litteræ taliter impetratæ, in quib9 de iuramento mentio non fiebat. Sed quid si iurassent ante præsentationem, & post datam? Tunc non obstaret iuřm : quia data respicitur, vt dř hic. & sup. eo. ca. eam te. Præterea aliud vř hic : ꝙ canonica sola siue præbenda, augeret numerum canonicorum: quia si non augeret numerum, iuramentum nō obstaret, quin possent ipsum recipere: & simile supr. de consti. ca. cum M. Ferrarien. Item arg. ꝙ canonia potest esse sine prouentibus. arg. infr. de p̄b. c. relatū. Sed contra. j. q. 3. si quis obiecerit. Sed ibi appellantur res corporales iura, ex quib. res ipsæ corporales percipiuntur. Et sicut debet fieri mentio de iuramento, ut hic dicit, sic etiam de pactis, si qua in aliquo contractu interueniant, debet fieri mentio, alias non valet priuilegium. infr. de deci. c. ex multiplici.

[Glo. seq. arguit & remittit.]

a ¶ Impetrasset.] Hic consideratur tempus datæ. Item non dicit ante monitorias. Et sic est arg. quòd per monitorias ius non acquiritur. aliàs dixisset, ante monitorias. De hac materia satis habetur infr. de renuncia. c. veniens.

[Gl. seq. arguit & remittit.]

b ¶ Irritum.] & ita ea quæ fiunt per litteras surreptitias, non valent, de hoc dicemus inf. c. e. ad audientiam.

c ¶ Præbendam.] & in canonicum recipi: ista sunt cōnexa. 1. q. 3. si quis obiecerit.

SVper litteris.] Dolosa surreptio vitiat rescriptum in totum. Si autem processerit ex simplicitate vel ignorantia, eatenus vitiat quatenus fuit causa concessionis. Diuiditur in tres partes. Nam primo recitat casum super quo antiquitus erat opinio. Secundo illos per distinctionem bimembrem ad concordiam reducit. ibi, Nos igitur. Tertio dat regularem doctrinam : ibi, vt sic. Abb. Sicul.

...tequam prædictus clericus litteras executorias impetrasset, [a] quicquid factum est occasione litterarum ipsarum irritum [b] decernatis; alioquin ei faciatis in eadem ecclesia præbendam [c] (si qua vacat) sublato cuiuslibet appellationis obstaculo, assignari.

¶ Idem A. canonico. Pictaueñ.

¶ Difficile & famosum cap. & est clauis totius tituli. Et hoc dicit in summa Exprimens falsum, vel tacens verum in rescripto; si malitiose, caret prorsus impetratis. Sed si per simplicitatem vel ignorātiam, aut obtinuisset vero expresso, & supresso falso, saltem litteras informa communi, & delegatus procedit seruato iuris ordine, & non speciali forma rescripti: secus si nullo modo litteras habuisset.

CAP. XX.

SVper † litteris, quæ ab aliquibus ex malitia, & a nonnullis ex ignorantia (tacita veritate, vel suggesta falsitate) impetrantur a nobis, diuersos [d] intelleximus diuersa sentire, alijs asserentibus eos debere prorsus carere omni cōmodo [e] litterarum, cum mendax precator carere debeat penitus impetratis, aliis vero dicētibus, quod & si forma carere debeant in litteris nostris expressa, nihilominus iuxta rigorem [f] iuris sit a delegato iudice in negotio procedendum.

¶ Nos igitur inter eos, qui per fraudem, vel ma-

† Capit. 10. eo. titu. in 3. compil.

CASVS. Quidam impetrauit litteras à domino Papa per malitiam, alij per simplicitatem siue ignorantiam, tacita veritate, vel suggesta falsitate. quidam dicebant, quòd tales litteræ non valent, cum mendax precator carere debeat impetratis. Alij dicebant quòd si forma litterarum carere debeat: nihilominus tamen iudex procedere debet secūd ius cōe. Dominus Papa distinguit inter illos qui per fraudem vel qui per malitiā, & illos qui per simplicitatem vel ignorantiam litteras impetrant tacita veritate, vel suggesta falsitate. Illi qui per malitiam vel fraudem falsitatem exprimūt & supprimunt veritatem, nullum commodum de huiusmodi litteris consequātur, ita tamen quòd postquā delegati fides super hoc facta fuerit, de causa vlterius non cognoscat. Inter alios qui litteras impetrēt expressa falsitate, distinguitur. nam si talis veritas sit suppressa vel falsitas suggesta (q̄ si fuisset tacita, s. falsitas; vel expressa. s. veritas, Papa saltem in forma communi cōcessisset litteras) delegatus secundū ordinem iuris procedat, & non secundum formam litterarum. Si vero talis falsitas sit expressa, vel veritas occultata (quæ si illa fuisset tacita vel expressa, Papa nullas litteras concessisset) delegatus non procedat per illas litteras, nisi in hoc vt partes conuocet ad præsentiam suam, & de qualitate precum cognoscat : vt sic in vtroque casu eadem ratio, quæ delegantem moueret, moueat & delegatum: & vbi delegans suas litteras denegaret, delegatus suum officium nullatenus interponat. Not. quod qui per malitiam & fraudem litteras impetrat tacita veritate, & suggesta falsitate, litteræ indistincte non valent propter fraudem : & ita dolus seu malitia facit quod nulla distinctio hic est adhibenda. Item qui fraudem allegat, fraudem probare debet. Item qui per simplicitatem fecerit, non imputatur. Item secundum quod Papa in iudicijs facit, ita & inferiores iudices facere debent.

[Glo. seq. ponit quattuor similia.]

d ¶ Diuersos.] Nam quot sunt capita, tot sententiæ. de consecra. distinct. 4. sicut in sacramentis. §. item si posset. variæ enim sunt hominum voluntates. ff. ad Treb. l. quia poterat. & homines faciles sunt ad dissentiēdum. ff. de arbi. item si vnus. §. principaliter. & diuersitatem corporum sæpe diuersitas sequitur animorum. infr. de conces. præben. c. quia diuersitatem.

e ¶ Carere omni commodo.] litterarum. 25. q. 2. c. dicenti. §. & si legibus.

f ¶ Iuxta rigorem.] 25. quest. 2. cap. dicenti. §. præscriptione.

[Glos. seq. pro simplicitate allegat 8. iura. & duo in contrarium, & soluit.]

Simplicitati, & imperitiæ, quatenus parcat.

a ¶ Simplicitatem.] Simplicitati subuenitur. de consecra. dis. 2. c. 3. & inf. de re. pmu. cum vniuersorũ. nec obest quod per simplicitatẽ omissum est: vt ff. de uen. inspi. l. 1. §. vlt. Item imperitiæ parcitur, ff. de proba. cum de indebito. §. si autem is. ff. de eden. l. 1. §. vlt. ff. qui satisd. cogan. de die. §. si seruus. versi. minori. C. qui admit. ad bo. poss. quicumque. & ff. si quis in ius vo. non ie. l. 2. §. si quis in ius. arg. contra. C. de in ius vo. l. 2. C. de fal. mo. l. 1. Dicit in prima rubrica: quia rusticitati parcendum est. Contraria casualia sunt.

† distinctionem habendam.

ADDITIO. Scilicet in iure naturali, & in falsa moneta, ut dicit Hostien. reprobatur etiã simplicitas in promouẽdo. 19. dist. Petrus. & in magistro. de trãs. inter corporalia. de ferijs. capellanus. Ioann. Andr. in nouella.

K ¶ Procedat.] Secus si per malitiã falsitatem expresserit, vel veritatem occultauerit, & ita aliquando receditur à forma in rescripto data, & redditur ad ius cõmune, vt sup. eo. causam quæ.

Glo. seq. ponit xx. casus quibus expressio falsi, vel taciturnitas veri vitiat rescriptum.

litiam, & illos qui per simplicitatem [a], vel ignorantiam litteras a nobis impetrant, huiusmodi credimus discretionem [b] † adhibendam, ut hi qui priori modo [c] falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem, in suę peruersitatis pœnam, nullum ex illis litteris commodũ consequantur, ita videlicet, quod delegatus (postquã sibi super hoc facta fuerit fides [d]) nullatenus [e] de causa cognoscat. Inter alios autem qui posteriori modo [f] litteras impetrãt, duximus distinguendum, quę falsitas suggesta fuerit, vel quæ veritas sit sup- pressa. nam si talis expressa sit falsitas [g], vel veritas occultata [h], quæ quamuis fuisset tacita vel expressa, nos nihilominus (saltẽ in forma cõmuni [i]) litteras dedissemus †, delegatus nõ sequens formam in litteris ipsis appositam †, secundum ordinem iuris in causa procedat. [k] Si uero per huiusmodi falsitatis expressionẽ, uel suppressionẽ ẽt veritatis, litteræ fuerint impetratæ, quæ tacita uel expressa nos nullas prorsus litteras dedissemus [l], a delegato non est aliquatenus ꝓcedẽdũ †, nisi forsitan [m] eatenus, ut partib. ad suã pñtiã cõuocatis

b ¶ Discretionem.] per hanc decre. cassatæ sunt omnes solutiones, quæ recitabantur 25. q. 2. c. dicenti. §. præscriptione. C. si contra ius uel util. publicam. l. rescriptum. & l. & si legibus.

[Glo. seq. recitat per quæstionem.]

c ¶ Priori modo.] scilicet per fraudem uel malitiam, & qui hanc fraudem allegat, eam probare tenetur. ff. de probat. quoties. §. qui dolo. quia quilibet præsumitur bonus, donec probetur malus. inf. de seru. cap. vnic. & inf. de presump. dudum.

Hanc glo. dicunt esse sing. Inn. & Abb. hic ad hoc ꝙ exprimẽs falsum, uel tacẽs uerum in impetratione rescripti, præsumitur hoc prima fronte fecisse ex simplicitate: & non ex dolo.

d ¶ Facta fuerit fides. simile 25 q. 2. cap. dicenti. §. & si legibus. & §. si non cognitio. quia cum dubium sit, poterit de hoc cognoscere iudex, quia ratione dubitationis fit quod alias non fieret. ff. de lib. cau. ordinata. §. fi. & C. eo. tit. lite ordinata. & ita qui fraudem allegat, eam probare debet, ut dictum est.

e ¶ Nullatenus.] opposita exceptione legitima, suspensa est iurisdictio iudicis circa principalem causam: & si dubia est, de hoc prius cognoscat: postea cognoscat iudex de fraude uel malitia de qua excipitur: nec distinguitur in hoc casu quæ falsitas sit expressa; vel ueritas occultata, sed sufficit ꝙ per malitiam hoc fecerit, & sic intelligitur lex ista 25. quæst. 2. cap. dicenti. §. & si legib. Sed qualiter probatur malitia? Certe ex perspicuis indicijs, puta ex qualitate personæ, & ex forma rescripti. Bern.

f ¶ Posteriori modo.] scilicet per simplicitatem, uel ignorantiam.

g ¶ Expressa sit falsitas.] puta si dixerit se de possessione vi eiectum, cum non esset: nihilominus darentur ei aliæ litteræ, ex quo petit causam committi, uel tacet se decanum: & impetrat litteras super usuris uel super alia re propria. sup. eo. ad aures.

h ¶ Veritas occultata.] puta si occultauit quod ad arbitros itum erat, nec causa per eos potuit terminari. infra de testib. præsentati. argum. C. si contra ius uel util. l. 1.

i ¶ In forma communi.] Secundum istum modum intelliguntur iura illa, 25. quæst. 2. ca. dicenti. §. præscriptione. & §. prædicto & si legibus.

l ¶ Litteras dedissemus.] ex hoc patet quod simplicitas vel ignorantia, non prodest circa huiusmodi litteras impetrandas, immo ad hoc vt rescriptũ teneat, nihil debet supprimi ex his quæ mouere possunt animũ principis ad dãdum rescriptũ uel ad denegandum. Et primo quidem series facti est exprimenda. inf. de choab. cle. & muli. sup. eo. Item processus causæ. inf. de re iudi. inter monasterium. Item nõ valent litteræ, si quis taceat sententiam latã arg. inf. de fid. instru. inter dilectos. C. senten. rescin. nõ pos. l. vlt. Item si tacuit nomen dignitatis suæ, supra eodem ad aures. Item si tacuit aliud beneficium sufficiens. supra eodem, cum adeo. siue etiam minus sufficiens, inf. eod. si proponente. & infra, de præben. cum teneamur. Item si tacuit vicariam perpetuam, infra eodem, postulasti. Item si tacuit pactum præcedens siue compositionem. infra de deci. ex multiplici. Item si tacuit statutum numerum canonicorum iuramento firmatum. supra eodem cap. proxi. & infra de præben. pro illorum. Item si tacuit statutum quod dignitas non esset ulterius in ecclesia. sup. de consti. cum accessissent. Item si tacuit priuilegium. supra eodem cum ordinem. Item si tacuit dispensationem. infra de fil. presby. ex tua. Item si tacuit se regularem petendo confirmationem inf. de confirm. vti. uel inut. porrecta. in fi. Item si dixit se clericum non esse, cum esset. inf. de trans. ex litteris. Item si tacuit quod præbenda non vacaret de facto. inf. de concess. præb. cum nostris. & c. litteras. Item si tacuit exceptionem. ⁊. de proc. in nostra. Item si tacuit appellationem a se factam. ⁊. eod. ex parte. uel factam ab aduersario. ⁊. de confir. vtili vel inut. bonæ. Item si tacuit quod alius de mandato Papę fuerit receptus. inf. eod. mandatum. & duobus cap. seq. Item si dixit se habuisse monitorias. quod fuit falsum, & executorias impetrauit, non ualent. infra eod. ex insinuatione. Et generaliter, vbicumque talem ueritatem tacuit, uel talem falsitatem expressit, qua tacita, uel expressa Papa litteras non dedisset, rescriptum inutile fit.

† Vide l. j. & ibi Bal. C. si cõtra ius uel util. publi. † Sed. Rescriptum quot modis vitietur, accurata disputatio.

† Vide l. mutus. cum gl. 2. ff. de proc. & ff. de pet. hęre. l. si possessor. & l. quid possessor.

[Glo. sequens dupliciter exponit illud, forsitan.]

m ¶ Nisi forsitan.] istud forsitan, non est dubitatiuum, immo affirmatiue ponitur: quia de hoc ipso cognoscere debet, an scilicet preces ueritate nitantur. ff. de iudic. si quis ex aliena. & infra de appellat. cum parati. simile forsitan habes 33. quæstio. 2. admonere. versic. si forte ignoscat. infra de procurator. tuæ. Vel ideo dicit, forsitan. quia si notoria esset exceptio, statim posset cessare: & in hoc casu ubi notorium est quod aliquis non est iudex meus nec re, nec gestu, ut si

si citet me, qui est vltra mare; non tenor. ire, argum. inf. de accusat. euidentia. & arg. inf. de iureiuran. ad nostram. 2. C. de iurisdictio. omnium iud. in criminali. & 2. q. 3. si episcopus. vbi de ista materia notatur per Ioan.

a ¶ De precum qualitate.] idest, de veritate vel falsitate precum opposita contra impetrantem.

b ¶ In vtroq; casu.] primus est cum tacita veritate, vel falsitate expressa per simplicitatem Papa litteras concedit in forma cõmuni, ac si esset veritas dicta, uel falsitas tacita. Secundus casus est cũ Papa nullas litteras dedisset tacita falsitate, & expressa veritate per simplicitatem.

de precum qualitate [a] cognoscat, vt sic in vtroque casu, [b] eadem ratio, quæ delegantem moueret, moueat ét delegatum: & ubi delegans suas litteras denegaret, delegatus ét suæ cognitionis officium nullatenus interponat.

¶ Idem abbati & conuentui Premonstra.

¶ *In causa monasterij cõuenitur abbas ꝑ rescriptũ in quo nulla fit mẽtio de cõuentu, nec ꝑpter hoc appellari põt, nisi abbatis & cõuẽtus bona essent distincta oĩno.*

B Doceri.] Solet multum allegari. Diuiditur; q a primo ponitur duplex quæstio. Secundo solutio: ibi, Sup quo. Tertio ratio: ibi, Cũ ex officio. Quarto exceptio: ibi, nisi. Et hic no. vnũ (qđ nescio alibi) ꝙ inter abbatem & cõuentũ bona monasterij possunt esse diuersa, ut aliqua pertineant ad mensam abbatis, aliqua ad mensam conuentus. Abb. Sicul.

† Cap. 11. eo. tit. in 3. compilatione.

CAP. XXI.

E Doceri † postulatis à nobis, vtrum per litteras aduersus abbates (nulla mentione habita de suis conuentibus) impetratas, teneantur abbates ipsi super causis (quæ ad conuentus pertinent, & eosdẽ,) de ipsis querelantibus respõdere: ac licet inhibita sit appellatio, ꝑ appellationis obiectum possint (ne respõdeãt) se tueri. ¶ Super quo diximus respondendum, quod (nisi alia causa rationabilis suffragetur) per appellationem se tueri non possunt, quominus debeãt [c] auctoritate litterarum huiusmodi legitime respondere. ¶ Cũ ex officio suo teneantur congregationũ suarum negotia procurare: Nisi forte abbatis & conuentus negotia essent omnino discreta. [e]

CASVS. Aliquis impetrauit litteras Apostolicas appellatione remota contra abbatem quẽdam, nulla facta mentione de ipsius conuentu: quærebatur utrum abbas tenebatur rñdere per litteras illas super causa q̃ communiter pertinet ad abbatem & monachos: & si abbas appellauerit ne compellatur respondere super causa illa, vtrum valeat appellatio? respondetur, quod per appellationem abbas se tueri non potest, quo minus auctoritate huiusmodi litterarum respondere teneatur, nisi alia causa rationabili iuuetur: quia abbas ex officio suo negotia sui conuentus tenetur procurare, nisi forte abbatis & cõuentus negotia essent omnino discreta. Not. quod ꝑlatus officium suum adimplere tenetur, & non valet appellatio contra vtilitatem ecclesiæ interposita. No. quod per litteras contra abbatem tantum impetratas super causa conuentus, potest abbas conueniri. Item qui causam habet cũ monasterio, abbatem cõueniat, & non monachos. Not. ꝙ prælatus officium suum adimplere tenetur, & negotia suæ congregationis procurare. Not. quod si res abbatis & conuentus sint diuersæ, non abbas, sed conuentus poterit conueniri.

[Gl. seq. facit quattuor. Primo consulit prælatum, conueniendum duplici de causa. & dat simile. Secundo dicit prælatum sine capitulo vel econtra non agere vel defendere: distinguit triplicem speciem causarum, quædam spectant ad prælatum, quædam ad capitulũ, quædam communiter ad utrunque. Tertio recitat per quæstionem an subsequens consensus, &c. Quarto quę rit, & soluit.]

Abbas non cõuẽtus cõueniri dẽt, & quare.

c ¶ Debeant.] Discrete agit qui abbatem conuenit: nam si conuentus conueniretur, statim prælatum nominaret in iudicio, & sic inducias obtineret. inf. vt lit. nõ conte. qm̃ frequẽter. §. ꝙ si super. & C. vbi in rem act. l. 2. quia sine licentia abbatis nec agere nec rñdere pot conuentus, quin retractetur sententia. inf. de iudi. causam. 16. q. 1. monachi. & q. 3. si sacerdotes, sicut nec filius quandiu est in ptãte patris. C. de an. except. l. [illegible] si 16. q. 3. si sacerdotes. & ideo abbas primo cõueniẽdus est. Dico tamen, quod nullum collegium conuenit uel cõuenit sine auctoritate prælati; & ecõuerso prælatus sine auctoritate capituli, nec cõuenit nec cõuenitur, sed per syndicum, actorem uel procuratorem ab ipso prælato de cõsensu [illegible] constitutum [illegible] negotiũ principaliter [illegible] inf. de procu. cap. j. & si negotium principaliter tãgit capitulũ, ab ipso capitulo cõstituatur de auctoritate prælati, infra de iudic. causam, quæ. C. de epo. & cle. oẽs. §. hoc nihilominus. & hic, & 12. distin. non decet. in princ. Et hæc locum habẽt quãdo negotia capituli, & prælati sunt discreta, vt dicit ĩ fi. Si vero sunt communia, prælatus de cõsensu [1] capituli constituit syndicũ. Vnde vacãte sede nihil est innouãdum. inf. ne se. va. ca. 1. 2. & 3. nec tunc currit præscriptio contra ecclesiam. inf. de præsc. c. 1. & c. de quarta. Et si forte capitulum agit, non sufficit subsequens cõsensus prælati, sicut nec sufficit subsequens auctoritas tutoris. ff. de auct. tut. obligari. §. vlt. & insti. eo. ti. §. tutor. Sed hoc non credo: sufficit enim si postea accedat consensus prælati, vel econuerso. inf. de dona. pastoralis. in fin. & inf. de ijs, quæ fi. à præl. si consen. ca. cum nos. Et dicit lex quæ confirmat prædicta, quod qui non potest alienare, non potest rem in iudicium deducere. ff. de iur. delibe. ait ptor. Sed quid si lis oriatur inter collegium & prælatum? Adeatur superior, & ille dabit collegio curatorem ad litem ipsam cuius officium cessabit lite finita, insti. de auct. tu. in fi. & ff. de tu. l. 3. §. si pupillus. in fi.

1 Vide Ioan. And. in c. olim cãm. de resti. spolia.

ADDITIO. Licet non negetur hoc fieri posse, tamen sine tali curatore capitulum velut habens legitimam administrationem agere, defendere, & procuratorem constituere poterit. vt de cauf. poss. cum eccle sia. & c. cum olim. de instit. cũ uenissent. ibi, ad petitionem Eboraceñ. ecclesiæ. &c. Ioan. And.

[Gl. seq. recitetur per quæstionem.]

d ¶ Teneantur.] & quidem tenentur, licet non fiat mentio in rescripto. nomine enim prælati ecclesia intelligitur: & prælati monasterium. ff. de annu. lega. l. annua. §. 1. & ff. de condit. & demonstra. filiosfamilias. Et ecclesia est in episcopo, & econuerso. 7. q. 1. scire debes. & ff. de rebus dub. ciuibus. non tamen nomine prælati semper intelligitur ecclesia. inf. de testamen. requisisti. & 12. q. 2. illud. & q. 3. pontifices.

e ¶ Oĩno discreta.] bñ dicit discreta: q a si sunt discreta oĩno, ñ tenet rñdere nisi de parte sua, q a rescripta nõ exten-

extẽdunt ad res, vel ad personas in eis non comprehẽsas, : qm̃ stricte intelligẽda sunt, ar. sup. e. sedes. & inf. de off. dele. cũ olim abbas. §. q̃a uero. & melius c. P. & G. Et licet sint omnino discreta, tñ nec prælatus sine consensu capituli, nec capitulũ sine consensu prælati hoc facere possunt, vt dictum est in prima notula.

dati diligentissime seruanda est. Item processus contra formam mandati friuolus est.

a ¶ Impetratas.] quæ falsæ erant, ut infra de exceptione. prælator. inter dilectos. §. præterea.

b ¶ Nostram.] & cancellarij, uel alterius qui debebat requiri. inf. de cri. fal. licet.

c ¶ Mentio non fiebat.] & ideo secundæ litteræ non ualuerunt. sup. eo cæterũ. nec quod per eas factum est. vt inf.

d ¶ Personaliter.] not. casum nouum: cum mãdatur alicui vt personaliter negotium exequatur, potest alij cõmittere vices suas. si partes consentiant: nisi i duobus casibus. In ca sa inquisitionis. Item cum Papa prouidere mandat ecclesiæ alicui de prælatis, & alijs ministris. if. de offi. de leg. qm̃ Apostolica. §. is autem. Et est simile quod dicit lex, si pmisisti mihi pet te facturum nauem vel aliquid cõsimile per aliũ, me non cõsentiente facere nõ potes propter industriam tuam quam elegi. ff. de sol. inter artifices.

Personaliter exeq̃ debens, in quo possit alij cõmittere.

¶ Idem archiepiscopo & magistro. vv. canonico Magdeburgeñ.

¶ *Processus factus per litteras surreptitias irritatur, sed factus contra formam rescripti irritus nũciatur.*

CAP. XXII.

Cum dilecta.] Diuiditur principaliter in quattuor partes. In prima succincte tangit quæstionem. In secunda irritat processum secundorum iudicum: ibi, Deprehendimus. In tertia irritum decernit pcessum primorum iudicũ: ibi, Dictum. In quarta committit cãm, & mandat restitui spoliatos ibi, Ideoq; Ab. Sicu. De facto huius decre. loquitur inf. de re iudi. ad probandum.

CASVS. Vacante monasterio Hesieñ. duæ electiones ibidem fuerũt celebratæ. vna de custode illius monasterij. & alia de G. moniali ipsius monasterij. super istis electionibus causa fuit commissa primo Hildeseñ. scholastico, & coniudicibus suis, sub hac forma, ut psonaliter ad monasterium accedentes personæ idoneæ, cõmitterẽt administrationẽ abbatiæ, cui fieret restitutio quorũdam subtractorũ ab vtraq; parte. Iudices isti contra formã mãdati pcesserũt, postmodũ cã fuit cõmissa abbati Remecheñ. & coniudicib. suis p surreptionẽ: q̃a in litteris pter cõsciẽtiã domini Papæ fuit articulus insertus de resignatione subtractorũ, qui in litteris prioribus continebat, & isti iudices cęperunt pcedere in causa. tandem negotiũ ad Sed. Apost. est delatum. Papa sciens de pcessibus iudiciũ pdictorũ, inuenit lĩas iudicum secũdorũ p surreptionẽ obtẽtas: q̃a articulus de resignatione subtractorũ pter cõsciẽtiã dñi Papæ insertus in secundis litteris fuerat, qui in prioribus positus erat. de quibus in secundis litteris mentio non fiebat. & ideo Papa cassauit quidquid factum fuit occasione litterarum secundarum. præterea primi iudices processerunt contra formã mãdati, qui cũ deberẽt accedere ad locũ, & personæ idoneæ administrationem cõmittere abbatiæ cui fieret resignatio subtractorum hic inde: ipsi hoc capitulo pter misso, de alijs inordinate cognouerunt: pp q̃d dominus Papa pcessum eorum denũciauit irritũ & inanẽ: q̃a cõtra formã mãdati & iuris ordinẽ pcesserunt. Mãdat ergo dñs Papa tertijs iudicibus, q̃ primo isti iudices restituant quasdã moniales, q̃ spoliatæ fuerũt, & postea mãdati forma diligẽter obseruata, in negotio ipso præuia rõne pcedant. No. quod litteræ p surreptionẽ obtentæ nõ valent: & opposita exceptione cassatur quicquid fit per eas. Item secundæ litteræ non valent nisi de primis fecerint mentionem. Item quæ primo fieri mandantur, primò expedienda sunt secundum formam mandati. Item forma man-

† Adde tex. in l. fi. & in l. præscriptione. C. si contra ius uel util. pub.

† Cap. 12. eod. titu. in 3. collectio.

† Hesiasen.

† Idest tacendo verum, vel exprimẽdo falsum.

Cvm † dilecta in Christo filia R. custos Hesieñ. † Ecclesiæ, ac pcurator G. monialis. super electionibus in eadem ecclesia celebratis litigauerint aliquandiu corã nobis: & inf. ¶ Deprehendimus litteras ad abbatem de Remech. & suos cõiudices ĩpetratas [a] fuisse p subreptionẽ† obtẽtas; cũ ĩ eis illi articuli, videlicet, de subtractorũ resignatione, fuerit pter cõsciẽtiã nostrã [b] cognitio demandata, q̃ in prioribus litteris ad Scholasticum Hildeseñ. & coniudices suos obtẽtis, insertus fuerat; de q̃bus in secundis litteris mentio [c] nõ fiebat; & ideo q̃ ipsarũ litterarum occasione dignoscitur attentatum, duximus irritandum. ¶ Dictum insuper Scholasticũ & cõiudices suos inuenimus minus prouide processisse: cum enim litteris nostris eisdem principaliter mandaretur: vt ad pdictam ecclesiam personaliter [d] accedentes personæ idoneæ administrationem cõmitterent abbatiæ: cui ad opus eius fieret hincinde resignatio subtractorum, ipsi formam mandati apostolici trãsponẽtes, [e] illo capitulo ptermisso; de alijs articulis [f] inordinate plurimum cognouerunt:

¶ Glo. seq. notat ordinem scripturæ seruãdum alleg. sex iura, & tria in contrarium, & soluit distinguendo, Demum obijcit quærendo, & soluit.]

e ¶ Transponentes.] not. in rescriptis ordinem scripturæ seruandũ, ut hic, & 43. di. sit rector. in fi. & 3. q. 6. in grauibus. & 2. q. 1. in primis. ff. de vsufruc. quoties. Et ordo verborum ostendit ordinem processuum. de cõse. dist. 2. in Christo pater. versi. vos autẽ. in glos. cur gradũ. & ff. ad Trebel. hæ̃des. in fi. Ar. contra. sup. eo. causam q̃. & ar. sup. eo. inter cæteras. ar. C. de ap. l. 1. Solu. vbi aliquid principaliter mandatur illud tamquam principale & primo tranctandum, est: cætera verò secundario tamquam accessoria subsequenter sunt expediẽda, sicut hic. Vbi vero plura principaliter cõmittuntur, non refert quod illorum primo tractetur nisi forsan vnum de natura sui præcedat: ut inde cre. sup. eod. causam. & arg. ĩ. de causa pos. & proprie. pastoralis. & C. de rei vendi. ordinarij. Et ideo cassatus, i. cassus & irritus nunciatur hic processus iudicum, quia articulum principaliter commissum omiserunt, de alijs inordinate plurimum cognoscendo, ut dicitur in littera, & idem penitus habes. inf. de off. deleg. venerabilis. Sed quare non confirmauit quod legitime factum fuit. inf. de prob. dilectus. 1. in fi. & ĩ. de arbi. cum tempore. & inf. de priuil. cum olim, 2. §. fin. Resp. quia non reseruarũt formam sibi datam: & quia cum principale sit cassatum, accessoria etiam cassata intelliguntur, inf. de fid. instru. inter dilectos. versus fin. & 2. q. 6. post appellationem. §. si quis ex pluribus. Bern.

f ¶ De alijs articulis.] scilicet, de electione, & pertinentijs suis.

a ¶ Iuris

a ¶ Iuris ordinem.] iuris ordo exigit vt primo de spoliatione cognoscatur q̃ de proprietate, vt 3.q.1.cap.2. & quasi per totum.& 2.q.2.per totum.& C.de rei ven. ordinarij.& C.de interdi. Incerti iuris non est. & ff.de iudi.si de vi & possessione.& inf.de restit. spolia.ex cō q.estione. & quæst.o spoliationis priuilegiata est. inf. de ordi.cog. sup spoliatione. Et q.i isti iudices hũc ordinem non seruauerũt Papa illorũ ꝓcessum irritauit,i.irritũ esse ostendit. j.ut lit. non cōte.accedēs 1. & p̃cipue quia illa fuit forma mãdati: & ita est de substantia i iuris ordinarij ordo iste: & sic in duob. peccauerunt: qa ꝯ formã sibi datam, & contra ordinem iudiciariũ, sic j.de confir. uti. uel inutil. examinata. Sed hic vr̃ loqui de alio ordine, quē nõ seruauerũt. i.iudices in alijs articulis, ut ipsa littera dicit: & qa cõtra mãdati formã fecerũt, & ordinē iuris in alijs articulis nõ seruauerũt, Papa ꝓcessũ illorũ denũciauit irritũ & inanem, & sic in duobus peccauerunt non, seruando formam rescripti, nec etiam seruando ordinem iuris in alijs articulis forte dimittendo contestationem litis: & sic duobus modis potest intelligi, quod dicit, iuris ordinem.

Vide quod notat.2.q.1. summa. q3 dicit̃ f. de app. ratione per. 1. gl. offic. deg. pruden ã. super si gl. Io.An.

propter ꝙ processum ipsorum contra nostri formam rescripti, ac iuris ordinē [a] attentatum, irritum [b] decernimus & inanē: Ideoq; mãdamus quatenus G. & quibusdam alijs sororibus ecclesiæ, (sicut iustum fuerit) restitutis, [c] & forma mandati nostri exacta diligentia obseruata, in negotio ipso ratione præuia ꝓcedatis.

¶ Idem.

¶ *Valet secundum rescriptum licet de primo non faciat mentionem, quo uti noluit impetrãs intra annum.*

Cap. 13.e. t. in 3. cōla.

CAP. XXIII.

PLerunque † contingit, quòd aliqui (nostris litteris impetratis) illis vti multo tp̃e postponentes, tunc demũ eas exhibēt, cum aliarum auctoritate ab eis contra quos primitus litteras impetrarunt, cœperint conueniri, dicentes posteriores litteras non ualere; vtpote nõ facientes de priorib. mentionem. ¶ Cum igitur nõ sit malitijs [d] hominum indulgendum, statuimus, vt si quis nostras litteras impetrans, infra annum [e] postquam copiam iudicũ habuerit ex malitia vel negligentia [f] postposuerit vti eis, auctoritate posteriorum litterarum valeat conueniri, licet in ipsis nulla de prioribus mentio habeatur.

[Glo.seq.rec.per obiect.]

b ¶ Irritum.] & supra dixit, irritandum: quia ibi ipso iure nõ erat irritus processus, sed irritandus pp litteras surreptitias.s̃.e.c.super litteris. hic ipso iure ꝓcessus nullus: & ideo dicit irritũ duab.de causis: qa contra formã, & contra iuris ordinē, vt 2.q.6.c.& qui appellat.& diffinitiua.uer. item sentētiæ circa solitum ordinem, &c.& inf.de confir. vti.uel inuti.examinata.

[Gl.seq.obijcit & dupliciter soluit.]

Hanc. gl. dicit esse singula. Abbas hic ad hoc ꝙ religiosus spoliatus potest petere restitutionem in sententia sui prioris.

c ¶ Restitutis.] Sed qualiter potest monachi petere restitutionē? Dico quia non habebant abbatissam, 2 & illæ spoliatæ erãt.arg. ff.de iudic. si longius.§. si filius familias vel quia petit restitui non tanquam monacha, sed quasi de corpore: sicut si collegium non hēat vnde soluat creditori, soluent singuli non quasi singuli, sed quasi de corpore: & petit monachus partem ubi res monasterij diuiditur. 18.q. 2. in nullo.& etiam vbi recedit à collegio.27.q. 1.si quis rapuerit.& vbi monachus percutit.inf.de sent. excom. parochianos. Sed ibi non datur actio iniuriarũ monacho; sed monasterio: & intentabit eam syndicus monasterij; sicut dominus agit pro iniuria serui.insti.de iniuri.§. si seruus.

PLerunque contingit.] Diuiditur quia primo tangit impetrantium malitiam. Secundo adhibet medicinam competentem. ibi, Cum igitur. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam impetrabant litteras contra aduersarios suos, sed eis non vtebantur; postea aduersarij eorum impetrauerunt alias litteras super eadem cã ad alios iudices; & tunc primo primi impetrantes exhibebant suas litteras cum per secundas conueniebantur, dicentes secundas litteras non valere, vtpote non facientes de prioribus mentionem. Quærebatur quid iuris? Papa dicit, cum malitijs hominum non sit indulgendum, statuimus, quod si quis litteras impetrauerit, & eis per malitiam vel negligentiam non fuit usus intra annum, postquam habuit copiam iudicum, auctoritate secundarũ poterit cõueniri, licet de priorib. nullã fecerint mentionē. Not. quod malitijs hominum non est indulgendum. Item per lapsum tēporis ꝓbat̃ malitia uel negligentia. Item non currit ei tēpus, qui copiam iudicis habere non potest.

d ¶ Malitijs.] s̃.eo. sedes. infra qui ma. accu.pos. significante.& ff.de rei uend. in fundo.

[Gl.seq. dat primo sex cõcor. ad id quod dicitur de spatio annali, demum q̃rit, & ponit quattuor opiniones, & primam approbat: vltimo ponit ius nouum & remittit.]

e ¶ Infra annum.] No.hic annalē præscriptionem.j.ut li. non conte. quoniam frequenter. 2.respon. & infra de offi.ordi.pastoralis.§.1.inf.de offi.deleg.quærenti. & 11.q.3.rursus.& c.quicunq; & 20.q.2.puella.Sed quæritur quando incipiat currere iste annus. Tunc cum incipit habere copiam agendi, cum primo habeat copiam iudicum. ff de diuer.& temp.præscri.l.1.& 2.q.6. biduum.& ff. de serui.rustic. præd.Attilicinus.& si tunc negligens fuerit, imputatur ei, ex quo habuit tēpus prosequendi suum ius: & huiusmodi negligentia latæ culpæ comparatur.arg. C. de tu.non ge.l.1. & 2. 23.q.1.dominus noster. Dicunt quidam, ꝙ incipit currere à tempore præsentationis litterarum factæ iudici.inf.de appel.super. eo. 2.3. Alij dicunt quod à tēpore quo composuit sarcinulas suas & potuit aduocatum quærere.ff.ex qui.cau.ma.l.ab hostib.§.sed quod simpliciter. Quarti dicũt, & male, quod a tempore datæ litterarum. supra. eo. tit. eam te. & c. constitutus. quod primum dicitur, uerum est. ut dicit littera ista. Hodie uero ista locum non habent; sed potior est cõditio occupantis. licet secundæ litteræ non faciant mentionem de primis. inf. de appellatio. ut debitus honor. & inf.eo.capitulum sanctæ crucis. De hoc tamen dictum est satis supra. eo. tit.c.1.qualiter intelligatur hoc.c.& illud supra.eo. si autem.

3 Dic ut in glos. in uer. modicum in l. ꝓmisit. §. 1.ff. de constit. pec. & in l. non enim in gl. restituit. ff. ex qui. cau. ma.

[Gl.seq.quærit & soluit.]

f ¶ Vel negligentia.] Sed quis probabit hanc negligētiam? Respond. trãscursus anni probat hoc, 4 nec alia interpellatio est facienda. inf. de lo. & condu. potuit. nisi ille vellet ostendere contrarium, sicut dicitur de anno.appellationis. inf.de appel. cum sit Romana. in prin. Tamen ista non operantur aliquid hodie; quia ille obtinet, qui primo litteras suas exhibet iudici, ut dictum est, nisi primus copiam iudicis habere non potuerit antequam secundas litteras suas presentasset. quia tũc excusatur: & hoc uerum est si hoc fuit publice protestatus, quia iudicis copiam habere nõ potuit: & ita

4 Placet Cõpostellano, quod sequitur in glo.

& ita præmissa ista protestatione secundus non poterit eum præuenire. inf. de app. si iustus metus.

Cum contingat.] Quotidie practicatur ista decret. in executionibus gratiarum; cum executores diuersorum mandant contraria capi. seu ordinario loci. raro autem practicatur in terminis proprijs. s. in executionib. causarum. & h. d. Instruitur ordinarius quid facere debeat cum a diuersis delegatis recipit mandata cõtraria. Primo ponitur q̃stio. Secundo distinguens responsio. ibi: Super quo. Tertio duplex istructio, ibi. Cæterum. Abb. Siculus. Pars huius decr. est de æta. & qualit. & de offi. deleg. cum contingat.

CASVS. Quidam impetrauit lrãs ad iudices contra aduersarios suos, pars altera impetrat causam eandem alijs iudicibus cõmitti. quidam obtenti a parte altera mandant alicui ut partem aduersam denunciet excommunicatam. Alij iudices post modũ mandant eidem ut eandem, de nunciet absolutam; quæritur, quid super hoc sit faciendum. Papa dicit hic esse distinguendum, cum primum recipit mandatum ille cui hoc mandatur, uideat an sibi innotuerit, inter illos qui primo mandant, & alios super iurisdictione discordiam suscitatam, an nihil omnino sciuit: & si nihil intellexit, cum primum mandatum recipit, illud exequatur, si postea ab alijs contrarium demandetur: tunc petere debet copiam vtriusque rescripti: & si euidenter appareat, ita q̃ non sit dubitandum aliquatenus quòd litteræ illorum a quibus recepit secundum mandatũ reuocent primas: tunc mandatum illud adimpleat quod secundo loco mãdatur. Si uero constet quòd litteræ illorum qui dederunt primum mandatum, non reuocentur per litteras aliorum. illud nullatenus exequatur, donec inter illos concertatio sopiatur; & illud idem facere debet si primo mandato recepto, & non dum executioni mandato, ei innotuit quòd inter eos super iurisdictione huiusmodi concertatio esset oborta. In istis omnibus mandatis discretus debet esse qui ea recipit, ne dicat se dubitare ubi dubitandum non est, nec dicat se certum ubi certus non est. In fine dicit, quòd licet certa in his detur doctrina qualiter in his procedendum est, nulla tamen potestas datur huic executori, ut inter delegatos aut partes iudicare debeat de iurisdictione. Nota, quòd in hac decretali statuitur, propter contraria mãdata quæ frequenter occurrunt. Not. quòd per contentionem iurisdictionis res fit dubia, ut executor hic non procedat.

[Glossa seq. quærit, arguit negatiue, & dupliciter soluit.]

¶ Idem Rotho. Archiepiscopo.

¶ Si a delegato aliq̃d mandatur ordinario, dẽt humiliter exequi. Sed si alius delegatus per alias litteras post executionem mandat contrariũ, vel si ante executionem innotuerit ordinario, inter delegatum qui mandauit, & alium, contẽtionem esse de iurisdictione, faciat sibi vtrarumq; litterarũ copiam exhiberi: nõ ut iurisdictionaliter cognoscat, sed ut se informet, an p̃ secundas reuocentur primæ, & si primæ reuocẽtur, exequatur secũdũ mãdatũ. Si aũt nõ reuocẽtur, uel de hoc dubitet, non exequatur scd̃m mandatũ, donec cõtentio de iurisdictione terminetur. Abb. Sicu.

CAP. XXIV.

Cvm † cõtingat: & infra. Preterea cum quidam super aliquo litigantes ad diuersos iudices litteras impetrant, quorũ q̃dã obtenti a parte altera tibi mãdant, ut partem aduersam denuncies excõicationis sñiæ subiacere, alijs iudicib. postmodum tibi iniungentib. ut eandẽ denuncies absolutã: q̃ris an vtrisq;, an neutris, vel alterutris saltem obedire debeas in hac parte. ¶ Super quo tuæ prudentiæ rñdentes, credimus distinguendũ, an cum primum mãdatũ recepisse dignosceris, tibi forsan innotuerit inter illos & alios super iurisdictione discordiam suscitatã, an super hoc nihil oĩno sciuisti. [a] Et quidẽ si super cõtentione huiusmodi nihil tibi penit⁹ innotescat; cum primum mandatum recipere te contingat; illud debes humiliter executioni mandare. [b] † Sed si postea contrarium tibi ab alijs demandatur: tunc litterarum [c] ad vtrosque

a ¶ Nihil omnino sciuisti.] nec per famam, vel alio modo. inf. de sent. excomm. cum desideres. §. secundæ quæstioni. hoc enim dicimur scire, quod ab alijs audiuimus. 22. qõ. 5. hoc videtur. Sed quid si audiuit ab aliquo leuis opinionis: nunquid hoc sufficit vt non debet parere mandato iudicis? Videt̃ quod non. infra de spon. cum in tua. & 11. q. 3. in cunctis. & infra de testi. licet. sed vr̃ q̃ sic: quia in dubijs potius obediendum est, vt 23. qõ. 1. quid culpatur. in fi. & inf. de præscript. cum ex officij. [1] Et illa est ratio quare executio sententiæ differri nõ debeat: nisi incontinenti probetur exceptio. inf. de testi. veniens 2. & inf. de restit. spo. litteras. Dico quod non sufficit. alioq̃n retardaret executionem sententiæ, qui diceret se habere priores lrãs quæ reuocatæ nõ essent, vel qui posteriores litteras diceret se habere quæ reuocarent primas. & sic sequeret̃, q̃ nullus iudex posset excommunicare uel absoluere. uel ferre sententiam, si diceret aliquis ante p̃lationem sententiæ causam illam alijs esse commissam, & sic daretur occasio figmentis, quod esse nõ debet. 32. quæst. 1. dixit dñs. instit. ui bo. ra. §. sed nedum talia. & C vnde ui si quis in tãtam. ff. ad car. l. 1. §. si quis non. ff. de liti. l. 1. immo probabilem causam debet habere ille qui recipit mandatum de diuersitate litterarũ, antequam credat. 23. qõ. 4. quam magnum. & infra de cler. excom. mi. illud. ff. quod cum falso tuto. l. 2. in fin. Vel dic, quòd qualiscumque notificatio sufficit in secũdo casu ut iudex non debeat dici dubius. 1. quæst. 4. cap. turbatur. versic. si quis uobis dixerit hoc idolis, & cæt. infra de spon. præterea. [2] ff. de peti. hær. itẽ ueniunt. §. a quo denunciatum. & ff. de admi. tut. quidam decedens. §. ex quo. 2 & hoc videtur innuere littera ista, nihil omnino sciuisti.

b ¶ Executioni mandare.] quòd & fecit, scilicet, quia denunciauit partem illam excommunicatam.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

c ¶ Tunc litterarum.] Sed qualiter potest illud perpendi ex sola inspectione litterarum? Nam licet secundæ expressam faciant mentionem priorum iudicum, & rerum contentarum in prioribus litteris: per hoc non constat primas litteras esse reuocatas: cum possint esse impetratæ per falsi suggestionem, & ita non reuocant primas. infra de offic. deleg. coram. & infra eodem ex parte circa princip. & infra de re iudi. inter monasterium. & argum. sup. eod. cæterum. infra de dol. & contum. ex litteris. Ad hoc ergo ut executori nullatenus sit dubitandum, oportet ut discat per assertionem partium; quia causarum merita partium assertione

† Cap. 1. eti. in 4. compilatione.

1 Adde te l. quoti ff. de reb dub. & in cũ de non in glo. 1. de legib.

† Quod non fecer poterit c pel ad cr quẽdum, de offi. de c. pastoral

2 Et ex q nõ liqu bitro de non cogi pronũcia cum ali cogeretu ff. de arbi Pompon §. ulti. & de re iud uni. sec dum V Ioan. A

tione pandunt.C.si per uim,uel alio modo. l.ult. inf. de restit.in integrum,tum ex litteris . & sic uidetur ꝙ aliquam possit exercere iurisdictionem inter partes : quod falsum est , ut dicit in fi. aliàs non poterit scire vtrum secundæ reuocent primas . Et hoc uerum est , ut dicit Ioan.ꝙ nunquam ex sola inspectione poterit scire: nisi aliquid intelligat de hoc ex partiũ assertione : sed per hoc nullam habet iurisdictionem inter partes . Sed hoc uerum est si ille qui habet priores litteras, aliquid non obijciat contra secũdas: alias iudex præsumeret primas esse reuocatas:ex quo in secundis fit mentio expressa de primis. supra eo. cæterum . Si autem aliquid obijcit , statim executor debet supersedere: 1 quia per negationẽ res fit dubia . C. qui ad li. procla. non li. l. 3. Et in hoc casu intelligitur quod legitur . supra eod. pastoralis . vt ibi dicitur,scilicet quod tũc dubium est de reuocatione litterarum , quando fit mentio expressa & iudicum & rerum : sed ab aduersario obijcitur litteras impetratas esse per falsi suggestionem , per decre. prædictas.Item licet executor dubitet an debeat absoluere vel condemnare, tamen secundum regulam Ariani pronior erit ad absoluẽdum quã ad condemnandum. Regulam illam habes. ff.de act. & oblig. Arianus , & infra de probat. ex litteris.hoc ideo dicit, quia non constat an ille iudex habeat iurisdictionem : per hoc tamen non iudicat de iurisdictione quorum sit iurisdictio , sed tantum dicit se debere exequi mandatum,uel non debere. infra eod. ex parte.

1 Vide de hoc tex. in l. ... re nostræ . fin. & ibi ... r. ff.de te... men. tut.

Contẽtio.

[Glo.seq.quærit & soluit.]

a ¶ Præcipimus.] Sed quid si non exhibentur secundæ? Non exequetur secundum mandatum si ad terminum præfixum non exhibeantur.ut inf.de excep.pastoralis. nã litteræ quæ non apparent,non sunt. ff.de contrah. empt.in lege.& l.Rutilia Polla.de consec.d.1. solennitates.in fi.non potest tñ cogere aduersarium ad exhibẽdum:quia non habet iurisdictionem inter partes,ut dicitur in fi. Nec etiam tenetur obedire mandato . nisi uideat rescriptum.inf.de off. deleg.cum in iure.

ADDITIO. Dicit ꝙ non habet iurisdictionem,sed terminus cum causæ cognitione datur 3. q. 3. cap. in induciæ.§.spatium. Sed secundum Inno. illud locum habet in termino qui datur pro vestibus,& ad instructionem causæ,secus in alijs.Ioan.And.

b ¶ Hæsitandum.] Videtur ꝙ executor non debet petere copiam rescripti, nisi ubi recipit contraria mandata, sed non est uerum,ut dictum est in proxima notula.

à sede Apostolica obtentarum copia postulata , (quas tibi auctoritate præ- 10 sentium districte præcipimus [a] exhiberi) si ex ipsarum tenore deprehenderis euidenter (ita quod nõ sit aliquatenus hæsitandum [b]) quod litteræ,quæ ad illos , a quibus secun- 20 dum mandatum receperis,impetratæ noscuntur , expresse reuocent litteras aliorum : tu illud intrepidus exequaris , quod tibi secundo loco [c] mandatur . Si vero ex litterarum inspectione manifeste ti- 30 bi constet,quod litteræ obtentæ ad illos , qui primũ dedere mandatum , per alias minime reuocantur , secundum mandatum nullatenus exequaris. Quod si super hoc tibi merito 40 fuerit dubitãdum, ad exequendum secundum mandatum te procedere non oportet : donec iuxta cuiusdam nostræ constitutionis [d] tenorem inter eos huiusmodi concertatio † sopiatur . Et idipsum [e] fa- 50 cere debes , si primo mandato recepto & nondum executioni mandato , tibi forsan innotuerit , quod inter se super iurisdictio- 10 ne demandata cœperint disceptare .

¶ Cæterum in his omnib. puram, & prouidam te cõuenit intentionem habere:ne vel ad declinandum mandatum dubitare te dicas , ubi dubitandum non 20 est: vel etiam ad exequendum te asseras esse certũ , ubi certus esse non debes. Licet autem ex his certa tibi detur doctrina, qualiter in his te debeas habere , nulla tamen tibi attri- 30 buit potestas , ut inter delegatos , aut partes de iurisdictione debeas iudicare . [f] †

¶Idem magistro G. & P. de Firmisca.

40 *¶ Quando in rescripto plura narrantur diuersos effectus operantia,non sufficit impetranti alterum solum probare ad vtrumque effectum consequendum.*

50

CAP. XXV.

OLim † ex litteris sancti Nicasij Rhemeñ.

[Gl.seq.obijcit & soluit.

c ¶ Secundo loco .] Sed quare reuocatur quod legitime factũ est per primas litteras ,cõtra id quod legitur . inf. de restit. spol.audita. sup. eo. causam quæ. Sed per istum executorem nihil reuocatur : sed denunciantur illi absoluti , qui primo fuerant excommunicati.

d ¶ Constitutionis.] sup.eo.c.pastoralis.

e ¶ Et idipsum.] ita ut nõ exequaris mãdatũ.& iste §. respicit proximum. inf.

f ¶ Iudicare.] hic fallit illa regula . ff. de iudic.de qua re.

OLim ex litteris. Diuidit. Primo ponitur consultatio. Secundo responsio : ibi. Nos igitur . Vel secundum Host. diuidit in tres partes. Nam primo ponit relationem priorũ iudicum. Secundo ibi. Nos igitur. commissionem factã secundis iudicibus. Tertio ibi, Verum . dubitationem emergẽtem. Abb.Sicul.

† Adde concor. in l. qui procuratorẽ. in gl.1. ff.de proc. & in l. a diuo Pio.& ibi Bart. & Doc. ff. de re iud.

CASVS . P. clericus sancti Remigij detinebat parochiam de Salice , quam R. de Cliuo dicebat se canonice adeptũ fuisse.vnde idem R. impetrauit causam super hoc cõmitti quibusdam abbatib.ipsi abbates partes ad suã p̃sentiam primo. secundo, & tertio citauerunt.& quia dictus P. per se uel per aliũ corã eis cõparere noluit , excõicauerunt eundem facientes fructus illius parochiæ sequestrari:postmodũ idẽ P.ac- 60 cedẽs ad eos promisit iuri parere, & sic fuit absolutus: & litteras absolutionis eidẽ cõcesserunt,assignantes locum & diẽ in quo faceret,quod promisit: ipse vero locũ & diẽ de litteris radẽs . in loco rasuræ scripsit quod sequestrati fructus restituerent eidem . & hoc idem P. confessus fuit coram duob.iudicib.tertio se excusante. iudices ipsi hæc omnia significauerunt domino Papæ: & ipse mandauit iudicibus præsentibus , ut si esset ita, ipsi P.super ipsa parochia perpetuum silencium imponerent,& præfato R.præfatam parochiam restituerent cum fructibus sequestraris. sed prædictus R. probauit bene falsitatem prædictam, vnde petebat parochiam illam sibi assignari. Iudices illi dubitauerant super clausula illa [si esset ita] utrum ad omnia prædicta deberet

† Cap.2. eo. tit.in 4.compilat.

beret referri, an tm̃ ad uitium falsitatis. Consuluerunt dñm Papam, & ipse rñdet, ꝙ clausula illa ad oĩa debet superiora referri, ad hoc ut ipsi Roberto ecclesia conferatur: quia licet propter illam falsitatem esset priuandus ecclesia supradicta præfatus P. qui falsitatem huiusmodi perpetrauit: tñ ꝑ hoc nõ est illa ecclesia aduersario conferenda, nisi prius super alijs fuerit facta plena fides. Not. ꝑ contumaciã potest q̃s excõicari. Licet agatur actione reali, ordinarium tñ est iudiciũ in possessionẽ mitti. Itẽ clausula [si est ita] oĩa præcedentia respicit. Item qui falsat litteras iudicis, dẽt priuari eo, super quo litigatur, propter hoc tamen non acquiritur ius alteri parti.

a ¶ Per interpositam personã.] Quod potest fieri. inf. de præben. accedens.

[Gl. seq. rec. per q. an poterit fieri sequestratio, &c.]

b ¶ Sequestrari.] q̃d de iure fieri non debuit: nisi causa subesset. inf. de sequestr. adhoc. & duobus ca. seq. ubi de hoc: in q̃bus duobus dr̃ ꝙ qñ fructus dissipantur, debet fieri sequestratio. C. de prohibita sequestra. l. unica. De hoc nota. 2. q. 6. quoties. 2. Sed in casu isto scilicet ꝑ cõtumaciam bene fit sequestratio, vt mitius agatur cum reo. inf. de do. & cont. ex litteris. 1 sed in casu isto non dr̃ proprie sequestratio, prout traditur. infra de sequestr. per totum. quia ibi non fit sequestratio propter contumaciam.

[Gl. seq. signat cõtrarium, & remittit. item argu. alleg. duo iura. & quattuor alle. in contrarium.]

c ¶ Ad omnia.] vĩ ꝙ per hanc clausulam [si est ita.] uel per hanc: si premissa uera sunt. teneat impetrator probare oĩa ꝓmissa esse uera, licet aliqd̃ ex ꝓmissis sufficeret 2 ad propositũ probandũ. simile sup e. ex parte Couentrensis. ff. de excus. tut. qui testamento. nam nisi quis plene probet suam intentionem, succumbit. C. de rei uen. l. vlt. fines enim mandati diligenter sunt obseruandi. sup. eo. cum dilecta. & imputet sibi qui plura narrauit, quorum vnum suffi eret per se. Arg contra quòd sufficit unum probare. ff. de condi. & demon. falsa. in fi. & ff. de condi. insti. l. 2. §. ult. ff. de manumis. testamen. l. si ita. inf. de præben. cum iam dudum. Dic, vt sup. eo. ex parte. Item arg. est hic quod sequens clausula respicit omnia præmissa. inf. de ap. secũdo requir s & cinquisitione. & c. antep arg. contra. infra de do. cum dilecti. vbi non respicit omnia superiora clausula illa de foresta, sed tantum proximam donationem & inferiorem. 3. q. 5. constituimus. in fin. & in glos. quia infames. & de consecra. dist. 2. cum omne, in princip. & in gl. quod quam sit. Sed melius est quod ad omnia referatur. & sic facit pro alia parte. ff. de in rem ver. si pro parte. §. penult.

Dilectus.] Diuiditur: quia in prima ponitur facti narratio. In secunda iudicum instructio: ibi. Nos igitur. Abb. Sicul.

CASVS. Abbas Sancti Stephani Bonõ. datus fuit visitator à sede Aposto. in ciuitate ac diœcesi Boñ. abbas iste B. & A. presbyteros ꝓpter suos excessus manifestos remouit ab ecclesijs suis & excommunicauit: & ijdem presbyteri litteras impetrauerunt à sede Apost. in forma communi super restitutione eorum, de causa remotionis suæ & excommunicatione, qua tenebantur adstricti, nullam facientes mentionẽ. Opponebatur eis coram episcopo Imolen. negotij executore, ꝙ litteræ istæ non ualent, eo quod non faciebant mentionem de causa suarum remotionũ, nec de excommunicatione eorundem consultus Papa respondet dicens, quod si est ita, litteræ non valent tanquam per surreptionem obtentæ; & quod episcopus iste decernat eas uiribus carere. Nota quod excommunicatus non potest impetrare litteras ad agendum: quia isti presbyteri simpliciter impetrauerunt, tanquam essent spoliati, ad petendam restitutionem, unde dicitur in forma communi.

† Sarginen.

Sargieñ. † & Vallis regiæ abbatum fuit nostris auribus intimatũ, quod cum ad eos semel, & iterum, a nobis litteræ processissẽt, super eo quod P. clericus sancti Remigij, parochiã de Salice (quã R. de Cliuo per interpositã personam [a] sibi collatam fuisse proposuit) detinebat: ipsi partes semel, secundo, & tertio ciuitauerunt, & dictum P. quia citatus pluries comparere noluit per se uel per responsalem aliquem coram eis, excommunicationis vinculo innodantes, fecerũt fructus ipsius parochiæ sequestrari.[b] Cumque postmodum idem P. accedens ad eos se iuri promiserit pariturum, ac obtinuerit se absolui: ipsi absolutionis litteras concedentes, diẽ ei assignauerunt, & locum quib. coram eis qđ promiserat adimpleret; qui diem & locum ex litteris illis radens, in loco rasuræ scripsit quod ipsi ei sequestratos fructus assignari mandabant, quod coram duobus eorum tandem (tertio sui absentiam excusante per litteras) est confessus.

¶ Nos igitur cum tantæ temeritatis excessus, falsitatis scrupulo nõ careret: uobis dedimus in mandatis, (vt si esset ita †) ipsi ꝓsumptori super dicta parochia perpetuũ silentium imponẽtes, præfato R. de Cliuo assignaretis eandẽ cum fructib. sequestratis. ¶ Verũ sicut vos per vr̃as nobis litteras intimastis, cũ dictus R. rasurã ꝓfatam corã uobis per testes idoneos ꝓbauisset, & ob hoc postulasset sibi dictam ecclesiam assignari, vos † utrum clausula illa [si esset ita] de omnibus superioribus, an de articulo tãtum rasuræ deberet intelligi, dubitastis. Nos igitur respondemus, ꝙ clausula illa ad oĩa [c] debet superiora referri, ad hoc ut ipsi R. ꝓfata ecclesia conferatur: quia licet vitiũ falsitatis ad imponendum ei perpetuum silentium super ecclesia ipsa sufficiat, qui falsitatem huiusmodi perpetrauit, non tñ propter hoc eadem ecclesia est aduersario assignanda, nisi super alijs fuerit plena fides.

¶ Idem episcopo Imoleñ.

¶ Non ualet rescriptum super restitutione beneficij impetratum quod de causa excõmunicationis & amonitionis impetramus non facit mentionem.

CAP. XXVI.

Dilectus † filius abbas sancti Stefani Bonoñ. nobis per suas litteras intimauit, quòd cum ipse (cui visitationis officium

1 Concord. tex. nam Arianus. ff. de act. & obl. & in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur.

† Adde ꝙ si ista clausula desit in aliquo rescripto, illud ꝓsumitur esse falsum. Archi. & doct. in ca. cordi. de ap. lib. 6.

2 Hoc verũ si astringit se ad utrunque. infra de proba. licet. Ioan. Andr.

† Vos d. clausula illa, ita est.

† Cap. 3. eo. tit. in 4. compilat.

[Glo.

in ciuitate ac diœce. Bonon. cōmisimus) B. & A. presbyreros ab ecclesijs suis (pp eorum graues & manifestos excessus) duxerit amouēdos, ijdē super restitutione sua nostras ad te in cōi forma lr̃as impetrarunt, de amotionis suæ causa [a] & excōicationis [b] † qua tenentur adstricti, nullam facientes penitus mentionē. ¶ Nos igitur fraternitati tuæ mandamus quatenus (si est ita) lr̃as ipsas tanquam per veri suppressionem obtentas, viribus carere [c] decernas.

¶ Idem Ep̃o Veratisam.

¶ Per litteras iustitiæ nō tenetur episcopus prouidere habēti perpetuam vicariā, vel sufficiēs patrimonium. nec valēt litteræ gratiæ ad beneficium obtinendum, in quibus impetrās tacuit perpetuam vicariam. Hoc dicit, comprehēdendo vtrumque intellectum.

Gl. seq. notat causam exprimendam.]

a ¶ Causa.] Not. ꝙ non sufficit narrare seriem facti in litteris Papæ: nisi causa facti adijciatur, argu. 23. q. vlt. occidit. inf. de testi. cum causam. & cā facti potius quærenda est quàm ipsum factum. 15. q. 1. c. 1. in fi. & ff. de fur. verū. & j. de accu. cū dilectus. C. de adopt. l. 3. & etiam modus 1 facti. C. de transact. vt responsum.

[Gl. seq. primo notat rescriptū impetratū ab excōmunicato nō valere: & reddit triplicem causam. secundo signat contrarium, & soluit. in fine remittit]

b ¶ Excommunicationis.] Hic hēs ꝙ si excōmunicatus impetrat litteras vel rescriptum tacens de sua excōmunicatione, ꝙ non valēt litteræ, tū quia tacuit ꝓcessum iudicis j. de re iud. inter. tum quia tacuit uitium suum, tum etiam qa ĩgessit se cōioni hominū, propter quod puniēdus est. inf. de cle. ex. mi. illud. §. illud autē. & 11. q. 3. placuit. vnde inconueniēs esset quod ex eodem facto consequeretur pœnam & cōmodum. ff. de ne. gest. l. siue. in fi. & ĩ glo. fin. 16. q. 1. legi. in gl. deteriores. Cōtra. j. de exce. significauerūt. & c. venerabilē. ubi dicitur ꝙ excommunicati non repelluntur à prosecutione appellationis: sed isti presbyteri erant rei, ergo non deberēt repelli. De hoc dicemus inf. de exce. venerabilē, & c. significauerunt. Sed pro nunc dic breuiter, quod isti non erant rei, sed actores qui petierunt restitui, nec appellauerant: in quo casu loquuntur contraria. Et sic est arg. quod quæstio spoliationis nō sit priuilegiata. An autem litteræ ab excommunicato impetratæ, valeāt eo absolūto? 2 dic super hoc prout no. inf. de excep. pia. [lib. 6.] in gl. quæ incipit, sed mirum.

[Gl. seq no. specialiter causam excommunicationis exprimendam. in fi. dicit hic non probari ꝙ non ualeat rescriptum ab excommunicato impetratum.]

c ¶ Viribus carere.] vt sup. eod. c. cum dilecta. Et sic videt̃ quod si aliquid factum sit per litteras surreptitias illud debeat reuocari. De hac materia plenius dicetur inf. eo. c. ad audientiam. Et dic carere, si constiterit de istis exceptionibus, scilicet quod nō fecerint mentionem de causa suæ remotionis; & excommunicationis qua tenebantur adstricti. Et merito de causa excommunicationis tenebantur facere mentionem: quia qui petit absolui ab excommunicatione, tenetur exprimere causam excommunicationis suæ: aliàs non valent litteræ impetratæ super absolutione: vel si aliam causam exprimeret, quam illam pro qua fuit excommunicatus. inf. de off. ord. ex parte & inf. de fid. instr. quod sup his. in illa decr. ex parte. notatur de hoc in gl. quæ incipit, ex eo. & inf. de sent. exc̃o. cum pro causa gl. quę incipit, istud tanquam. Et in hoc casu non valent litteræ impetratæ ab excommunicato tacito de causa excōmunicationis. secus si aliquis impetrat litteras ad agendum contra aduersarium, tacens de sua excommunicatione: quia tunc valent litteræ eo absoluto. infra de exceptio. pia. [libro 6.) vbi de hoc in gloss. quæ incipit, sed mirum. Alia etiam de causa non valuerūt huiusmodi litteræ: quia non fecerunt mentionē ꝙ per sententiam spoliati fuissent propter suos excessus, a qua fuit appellatum. C. sent. rescin. non poss. impetrata. & 3 ita duabus de causis nō ualuerunt litterę istorum presbyterorū. Olim cōsueuit decr. ista allegari ad probandum quod litteræ impetratæ ab excommunicato ad agendum, non ualebant, sed hoc non ꝓbatur per hanc decr. quæ non loquitur ĩ tali casu. Ber.

Hoc uerū … c. Inn. qñ … odus cām … ndi vel de … gandi p̃… ret, & si … et actum … modum … qstionis, … iter si alio … odo de ac… qualiter … de simo. li… t Io. And. … Sententia … aliquot … tiquis.

… Casus est … hoc in ter… inis in ca. … de rescri… 6.

3 Et sic ēt cōtra lr̃as opponi poterat exceptio rei iudicatæ. de lite contest. c. 1. l. 6. ueniet ēt in modū perēptoriæ, ut ibi. Ioan. And.

CAP. XXVII.

POstulasti † per sedem Apostolicam edoceri, vtrum alicuius ecclesiæ ꝑpetuo vicario, de prouentibus vicariæ, bonisq; paternis habēti vnde valeat cōmode sustentari, tenearis per illam formam cōmunem [cum secundū [d] apostolum] in ecclesiastico beneficio prouidere. ¶ Ad quod sic duximus respondendū: ꝙ cū ꝑ formā prædictam necessitatibus pauperum clericorū (qui nullum sunt ecclesiasticum beneficium [e] assecuti) sedes Apostolica duxerit succurrendū, perpetuus vicarius (nisi de vicaria fecerit mentionem) cōmodum reportare nō dēt de huiusmodi litteris, utpote veritate tacita, impetratis. ¶ Non. n. beneficio carere debet dici, cui competenter [f] de perpetuæ

† Cap. 4. eo. tit. in 4. cōp.

POstulasti.] Diuiditur, quia primo ponitur q̃stio. Secūdo solutio: ibi, Ad quod. Tertio ratio: ibi, Non enim. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam erat perpetuus vicarius in quadam ecclesia, habens insuꝑ bona paterna, de q̃bus poterat commode sustentari. iste vicarius impetrauit contra episcopum, qui ipsum ordinauit secundum illam formam communem [cum secundum Apostolum.] quæsiuit iste episcopus a Papa, utrum teneretur ei secundum illam formam in beneficio ecclesiastico prouidere. Respondet, quod per illam formam. [cum secundum Apostolum] sedes Apostolica consueuit pauperibus clericis, qui nullum beneficium habent, prouidere: & ideo perpetuus vicarius talium litterarum commodo carebit, nisi de vicaria sua fecerit mentionem, vtpote veritate tacita impetratarum: non enim dicitur carere beneficio, cui de vicariæ perpetuæ prouentibus est prouisum, & pro habente beneficium, competens ex certa scientia super obtinendo alio beneficio: Papa non scribit de leui, quin de ipso faciat mentionem. No. quod perpetuus vicarius beneficiatus reputatur. Item semper est facienda mentio de priori beneficio, aliter non valent litteræ: ut hic dicitur.

d ¶ Cum secundum Apostolum.] quam habes. inf. de præben. cum secundum.

e ¶ Beneficium.] nomine beneficij intelligitur vicaria siue præbenda, siue aliud beneficium. 1. q. 3. ex multis. in princ. & inf. de uerb. sign. tua nos.

Nomine bñ̃ficij quid intelligatur.

f ¶ Competenter.] Istud competenter, intelligas secundum modum illius decret. de monachis. inf. de pręben. de hoc dictum fuit sup. eo. cum adeo. dic ut ibi.

[Glo.

[Gl. seq. arg. quod de patrimonio, &c. alleg. in contrarium. & primo argumento respondet. demum quærit, soluit & remittit.]

a ¶ Prouentibus.] de duobus quærebatur, scilicet de paterna hæreditate, & de beneficio vicariæ. sed de beneficio tantum respondet: ergo licet non faciat mentionem de paterna hæreditate, tenent litteræ, quia vnum negando, alterum con fitetur. inf. de psum. nonne. Sed vr̄ ꝙ talis indigne petit beneficium ecclesiasticum 16. q. 1. quoniā quicquid. & 12. q. 2. illi autem. in glo. fi. & iudicium sibi mā ducat & bibit. 1. q. 2. c. clericos. &c. seq. Item quia ordinatus est ad certum titulū, quia ad titulū sui patrimonij est ordinatus. inf. de pben. tuis. Sed non est verum quod de hæreditate principaliter quæreretur, sed de vicaria, hoc addito ꝙ habeat bona paterna similiter. Sed quid si modicum habet beneficium: nunquid tenetur facere mentionem de illo? Tenetur quidem. inf. eo. si proponente. vbi dicetur de hoc.

vicariæ prouentibus [a] est prouisum. Et pro habente beneficij sufficiētis sub sidiū, ex certa scientia super obtinēdo alio beneficio, de leui nō scribimus, quin faciamus de primo ī nostris litteris mētionē.

¶ Idem in concilio generali.†

† Lateranēsi c. 37. de litteris non impetrandis, &c.

¶ Per litteras Apostolicas de hac constitutione mentionem non faciētes non po test quis trahi vltra duas dietas extra suam diœcesim, nisi de consensu partium litteræ fuerint impetratæ. hoc dicit vsq; ad §. sunt & alij.

ADDITIO. Et est expressum inf. de præ. si motu proprio. 2. resp. li. 6. Dixit ēt hic Inn. dato ꝙ impetrās beneficio quod tacuit renunciare velit, non conualescent litteræ, cum inspiciendum sit tempus datæ. sup. eo. eam te contrarium notasse videtur infra eo. in nostra. & ibi dicam. Ioan. And.

Nonnulli.] Istud principium vsque ad §. Sunt & alij. Diuiditur in tres partes. Nam primo ponit abusum impetrantium iudices remotos. Secundo prouidet: ibi, Cum autem. Tertio excipit; ibi, Nisi. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam abutebantur gratia sedis Apostol. litteras impetrantes ad iudices remotos, ut sic reus fatigatus laboribus & expensis, liti cederet, uel saltem uexationem suam redimeret: & quia per iudicium iniuria fieri non debet, statuit concilium generale, ne quis ultra duas dietas extra suam diœcesim per litteras Apostolicas trahi possit, nisi de assensu partium fuerint impetratæ, uel nisi de hac constitutione fecerint mentionem. In secunda parte dicitur, quod alij erant qui nouum genus mercimonij circa litteras Apostolicas exercebant, ut finitas lites suscitarent, uel nouas fingerent quæstiones; fingunt enim causas, & super illis impetrant litteras sine mandato dominorum, & illas exponunt uenales: quandoque reo, ne ab actore fatigetur, quandoque actori, ut indebite reum molestet: Sed quia lites potius sunt restringendæ quàm ampliandæ, statuit concilium generale, ut si quis super aliqua quæstione de cætero litteras impetrauerit sine speciali mandato domini litteræ illæ non ualeant, & ille de iure tanquam falsarius puniatur, nisi forte sit de illis personis a quibus non exigit impetrator mandatum. Not. quòd in iure nulli est facienda iniuria in suo iure. Item ultra duas dietas extra suam diœcesim per litteras Apostolicas nullus trahi potest. Item litteræ sine mandato non ualent impetratæ.

b ¶ Abutentes.] id est, malo modo vtentes. sic in f. eo. quia nonnulli. & sup. eo. sedes.

c ¶ Ad remotos.] no. ꝙ dr̄ remotus qui est vltra duas dietas extra diœcesim. & facit ad inf. de cle. cum inter vniuersas. & cap. nihil est 1.

CAP. XXVIII.

Nonnulli † grā sedis Apostolicæ abutentes, [b] litteras eius ad remotos [c] iudices impetrare nitunt̄, vti reus fatigatus laborib. & expensis, liti cedere, vel importunitatem actoris redimere cōpellat̄. ¶ Cū aūt p iudicium iniurijs aditus patere non debeat (quas iuris [d] obseruātia interdicit) statuimus, ne quis vltra duas dietas [e] extra suam diœcesim per litteras Apostolicas ad iudicium trahi possit [f]: Nisi de assensu partiū fuerint impetratæ, vel expressam

d ¶ Iuris obseruantia,] quia non debent inde nasci iniuriæ vnde iura oriū tur. inf. de accu. qualiter & quando 1. C. vnde vi. meminerint. simile supra in j. constitutione Gregorij.

[Glo. seq. quærit. arguit pro vulgaribus, & sic soluit. secūdo quærit, soluit, contra solutionem objicit, & respondet.

e ¶ Vltra duas dietas.] nunquid hoc intelligitur de vulgaribus dietis, quæ habentur secundum consuetudinem regionis, aut de legalibus secundum quod viginti milliaria cōputantur pro dieta. ff. de verbo. sign. l. 3. & ff. si quis cau. l. vicena? Videtur quod de vulgaribus, quia nomina ex communi usu intelligenda sunt. inf. de spons. ex litteris. 1. non enim ex opinionibus singulorum, sed ex communi usu nomina exaudiri debent. ff. de supel. le. l. Labeo. & consuetudo est optima legum interpres. infra de consuetu. cum dilectus. & ff. de leg. si de interpretatione. & plus statur usui quàm significationi uocis, ff. de legat. tertio, non aliter. immo usui statur contra naturam vocis. ff. de legatis tertio. uxori. in princ. De hac materia multa argumenta notantur. 12. distin. illud. Et dicas quod de vulgaribus dietis istud est intelligendum, quia lex debet conuenire consuetudini regionis. 4. distinct. erit autem lex. Sed pone quod aliquis impetraret litteras ultra duas dietas, non facto constitutionis istius nomine, sed iudices citant ad locum vltra duas dietas non remotum a sua diœcesi ipsum reum, nunquid ire tenetur? Credo quod sic, per hoc quod dicit; vltra duas dietas non trahatur, & est expressum infra de except. olim. sed expensis actoris debet iudices ad locum ire, aliàs fieret fraus constitutioni huic. argumen. ad hoc ff. de edend. prætor ait. in fine. Sed videtur quod non valent litteræ: quia sunt impetratæ tacita ueritate, tali, quam si dixisset, litteras non habuisset. supra eodem. super litteris. ergo non debent ualere: quia eadem æquitas quæ mouet delegantem, mouere debet delegatum: ut dicit illa decre. super litteris. in fine. Sed eadem ratione uidetur quod ualeant: quia si dixisset quod non traheret ille aduersarium ultra duas dietas; litteras habuisset: ergo debent valere, & bene ualent, ut dictum est: quia iste purgat uitium: & remouet exceptionem, quæ posset opponi, quare non ualent: quia litteræ non sunt nullæ ipso iure, sed per exceptionem annullantur. argumen. infra de vsuris. quia frustra.

f ¶ Trahi possit.] non dicit quod litteræ non ualeant, sed ne trahatur per eas ultra duas dietas.

[Glossa sequens recitetur pro solutione contrarij.

a ¶ Fece-

1 Contr... tex. in l. 1. C. de dilat. ... ibi not. & ... l. 1. C. de ... & in glo. ... versi. quem locum. ... nullus ... temp. ... lib. 6.

1 Cap. 5. ... tit. in 4. co... pilatione.

Non in... dietæ qd ... qualis die... intelligitu...

Cõiter non exprimit no- iãe constitu- ionis: sed dr̃ on obstante stitutione e duab.die- is edita ĩ cõ- lio gñali. o.And.

de hac constitutione fecerint mentionem.

¶ Non valent litteræ ad lites impetratæ sine speciali mandato domini, nisi impetrentur per coniunctam personam. h.d.

¶ Sunt & alij qui se ad nouum genus mercimonij [b] cõuertentes, vel vt sopitas possint suscitare [c] querelas, vel nouas immittere qõnes, fingunt causas, super quib. a sede Apostolica litteras impetrant, absque dominorum mãdato: quas vel reo (ne propter eas laborum vel expensarum dispendio molestetur,) aut actori (vt per ipsas aduersarium indebita molestatione fatiget) venales exponunt. ¶ Cum autem lites restringendæ [d] sint potius quam laxandæ, hac generali constitutione sancimus, vt si aliquis super aliqua quæstione de cætero sine speciali mandato [e] domini litteras Apostolicas impetrare præsumpserit, & litteræ illæ non valeant, & ipse tanquam fal-

a ¶ Fecerint mentionem.] vt si ita dicatur, nõ obstante tali constitutione, & sic patet ex hoc loco, ꝙ rescriptum debet facere mentionem de constitutione. 1 ad hoc ut ei præiudicet arg. inf. de æta. & qualit. eam te. sic debet etiam facere mentionẽ de priuilegio. sup. eo. cum ordinem. Nec habet locum illa regula; speciale derogat generali, licet non faciat mentionẽ de illo. sup. eo. c. 1. & c. pastoralis. sed hic rescriptũ speciale nõ derogat generali cõstitutioni; & illa est causa: qa constitutio illa continet ius commune, sed ius cõe non tollitur per rescriptũ, cum rescriptum cõcedi debeat secundũ ius cõmune, & non cõtra. 25. q. 2. rescriptum. & ideo necesse est ut semper rescriptũ impetratum vltra duas dietas faciat mentionem de hac constitutione: quia Papa ignorat locorum distantiam.

¶ SVNT & alij.] iste §. in tres partes diuiditur. In prima parte ponit abusum impetrantium. In secunda prohibet. ibi, Cum autem. In tertia excipit ibi, Nisi. Abb. Siculus.

b ¶ Mercimonij.] simile inf. eo. quia nonnulli. ubi aliqui tradunt litteras alijs eiusdem nominis.

c ¶ Suscitare.] per rescriptum principis lites sopitæ suscitari non debent. C. de transact. i. causas vel lites. immo tales a limine iudiciorum debent expelli, qui nolunt lites sopitas suscitare. C. de sen. rescin. non pos. l. ultima. & sup. eo. dilectus.

d ¶ Lites restringendæ.] sic de pe. dist. 1. pęnæ. ff. de libe. & posth. cum quidam. ff. si cer. pe. quidam. & sic videtur ꝙ in rescriptis verba potius sunt restringenda quam amplianda. infr. de offic. deleg. cum olim abbas. in fin. & c. P. & G. nisi indulgeant beneficia. inf. de do. cum dilecti. in fi. & inf. de verb. sig. olim tibi.

[Gl. seq. no. ꝙ gñalis procurator non impetrat inducit quinque similia. Secundo obijcit ad hoc, & soluit. tertio quærit. arg. pro, & soluit. quarto quærit quis ꝓbet. argu. quòd impetrans ponit opi. Io. distinguentem in forma verborum qualitatẽ causæ. In fi. ponit quod de litteris gratiosis, & obseruantia curiæ.]

e ¶ Sine speciali mandato.] sic ergo generalis procurator non sufficit ad impetrandum litteras. quod est bene notabile, sicut requiritur specialis procurator in trãsactione. C. de transa. transactionis placitum. & inf. de arbi. per tuas. in princ. Et in integrum restitutione petenda. ff. de mi. illud §. si talis. & de restit. in inte. corã. Et in delatione iuramenti: quia procurator non debet deferre iuramẽtum alteri parti. ff. de iureiu. iusiurãdũ. §. procurator. Sic per procuratorem gñalem non potest fieri acceptilatio, nisi habeat speciale mandatum. ff. de accept. l. 3. Sed nõne ratihabitio domini sufficit ad hoc ut litteræ ualeant seu ualere incipiant quæ prius non ualebant? qđ vr̃, ff. de iud. l. licet uerũ. & ratihabitio retrotrahitur. ff. de pigno. si fundus. §. 1. & inf. de clan. despõ. ꝙ nobis. in gl. fi. & ĩ. de elec. ꝙ sicut. circa prin. uer. ꝙ si eos. in fi. Item litteræ, quæ primo non ualent, postea conualescunt. inf. de fo. comp. licet 1. in gl. iustitiæ complementum. & c. ex tenore. in fin. ibi, dummodo. Ad hoc respondeo, ꝙ licet procuratio quę nulla est, possit ratificari, non tamen ualent litteræ istæ aduersario contradicẽte. ĩ. eo. ex parte. ꝑ rõnẽ q̃ in lr̃a ipsa redditur: quia lites 2 restringendæ sunt, &c. Sed nunquid litteræ istæ sunt nullæ ipso iure? Videtur quod sic: quia tanquam falsarius punitur & sic istæ litteræ sunt falsæ: sicut sententia venalis nulla est, 2. q. 6. C. ei qui. §. venales. & ĩ. de vi. & ho. cle. cum ab omni in fi. Dico ꝙ ꝑ exceptionẽ sũt annullãdæ. in utroque casu istius capituli si reus nihil obijceret, ualerent, Sed quis dẽt probare ꝙ sine mandato sunt impetratę, an ille q̃ excipit ꝙ non sunt impetratæ per ꝓcuratorem, an dñs qui utitur illis? videtur ꝙ dñs, qui vtitur illis lr̃is, & exhibet eas, dẽat ꝓbare mãdatum. quia executor non tenet̃ obedire mandato iudicis nisi primo probetur mãdatum. ĩ. de off. deleg. cũ in iure. s̃. eo. cum contingat. qualiter. n. possit reus probare ꝙ non esset impetratæ per procuratorẽ, cum sit pura negatiua & negantis facta per rerum naturam nulla est probatio. infr. de ele. bonæ. 1. §. porro. & 6. q. 5. c. accusator quod asseuerat. Præterea licet aliquis ostẽdat instrumenta ecclesię, non tñ ei creditur, nisi caueat de rato. inf. de offi. dele. corã. in prin. Et gñaliter traditur ꝙ quoties de mandato dubitatur, uel procurator dẽt probare mandatum, uel cauere de rato. C. de procu. l. 1. Præterea nõne iubetur cũ authẽtico exhiberi libellus porrectus Papæ. 81. dis. Maximianus. in gl. ꝓspecto. arg. 7. q. 1. præsentium. sed ad qđ nisi ad hoc, s. per quẽ fuerit impetratum? nam forte ꝑ excõicatũ sunt impetratæ, quæ non ualent argu. inf. de prob. post cessionẽ. sup. eo dilectus. de hoc dic ut in dec. pia. de excep. lib. 6. Nec obstat si dicat ꝙ instr̃m apparet nõ uitiatũ, ergo stãdũ est ei donec cõtrariũ ꝓbetur. C. de edi. diui Hadr. tollen. l. ult. circa princ. ibi, ex quacunq;, hic. n. non impugnatur scriptura quin uera sit bulla. & uerus sit actor. sed tñ de mandato impetrãtis dubitatur. Ad hoc dicit Io. quòd si ita contineatur in rescripto, & conquestus est talis procurator de tali: tunc non est necesse ꝓbare mandatum: qa ꝑ litteras illas satis apparet de mandato, ex quo Papa appellat eum procuratorẽ: qa constat ꝙ uidit mandatũ: Sed si continetur in litteris; significauit nobis talis, uel cõquestus est nobis, cũ ille non fuerit in curia. sed alius q̃ dicit se fuisse procuratorẽ legitime constitutum: tunc tenetur probare mandatũ, quia pleriq; fingunt se esse alios, & sub noĩe aliorũ lr̃as impetrant, & nisi doceat de mandato, non dẽt audiri, ut hic dicit. In causa appellationis dicebat ipse Ioannes, ꝙ non tenetur probare mandatũ: quia non est credẽdum ꝙ aliquis negligat ius suum in prosequendo appellationẽ, qui alias diligens est. ar. C. qui & aduer. quos. l. 1. Si aũt per simplicẽ q̃relam sint litteræ impetratæ, necesse est semper probare mandatũ. Constitutio ista non bñ seruabatur, nec admittebãt iudices talẽ exceptionẽ: sed certe bene debet admitti: quia non valẽt litteræ nisi sint impetratæ ꝑ procuratorem. & hoc probatur in decr. Greg. infra eod. tit. ex parte. ut ibi dicemus. Secus credo in litteris super beneficijs obtinendis. quia ibi non exigitur mandatum: cum super nulla lite impetrentur, sed de gratia tantum concedantur: sed rescripta ad lites iam ortas, & non futuras impetrantur. inf. eod. titu. cap. ult. Curia

2 Propter quarũ odium in hoc casu speciale est ꝯ regulã, sicut & in alijs casib. q̃ not. de pac. c. 2. de regu. iu. ratihabitionẽ. li. 6. Io. And.

ſarius puniatur. ¶Niſi forte de illis perſonis extiterit, a quibus nō debet exigi [a] de iure mandatum.

¶ Honorius iij. Cantuarieñ. archiepiſcopo, & con iudicibus ſuis.

¶ Si occaſione duorū ſcriptorum vnius. ſ. in cauſa principali, alterius in cauſa appellationis contenditur: non iudex ſuper principali; ſed deputatus ſuper appellatione, cognoſcere debet de validitate appellationis.

C A P. XXIX.

ij Dilectus filius I. Sarracenus clericus expoſuit coram nobis, quòd cum Iordanus clericus Dumelieñ. † ipſum ſuper eccleſia San. Nicolai Dumolieñ. † coram vobis authoritate litterarum noſtrarū traxiſſet in cauſam: ex parte ipſius I. fuit excipiendo propoſitum, quod authoritate ipſarum litterarū non poterat cōueniri eo, quod vltra duas dietas a diœceſi (vbi prædicta eccleſia erat) contra ſtatuta concilij generalis [b] (de quo in eiſdem litteris non fiebat mentio) diſtabatis. † Et quia huiuſmodi exceptionem admittere denegātes, procedebatis in cauſa (pro eo quod idem I. ī Ropheñ. & Elien. diœceſibus beneficia obtinet, quaſi ex hoc ibi domicilium [c] intelligeretur habere) ipſe ad noſtram audientiam appellauit: & inf. Cumq; idem I. appellationem interpoſitam proſecutus, ad Eboracen. archiepiſcopum & eius collegas, ſuper præmiſſis litteras impetraſſet: vos in cauſa ipſa nihilominus procedentes, eiſdem iudicibus ne in commiſſo ſibi procedant negotio, inhibetis. [d]

¶ Quocirca mandamus quatenus (ſi eſt ita) cauſæ ſuperſedeatis eidē, cū non vos, ſed dicti iudices [e] cognoſcere habeant ad quos iuriſdō debeat pertinere.

Romana non conſueuit hanc exceptionē de mandato admittere, nec nos admittere debemus, & ſi pp hoc appellaret, nō darentur litteræ ſuper tali appellatione. † ADDITIO. Dixit Goffr. ꝙ talis exceptio, ſ. [non habes mandatum.] bene admitteretur in audientia contra impetrantē. Sed poſt impetrationem iā factā ꝯ utentē reſcripto, non admitterēt exceptio. Nec obſtat decr. ex parte ĩ. eo quæ loquitur ĩ eo qui non vult hēre ratum factū impetrantis ſm eum uel ſm Vinc. & Petr. de Sāp. cōtra impetrare volentē admittetur exceptio: & habebit ēt impetrare uolens probare mandatum poſt impetrationem ēt contra vtentē admittēt exceptio, ſed habebit excipiēs ꝓbare reſcriptum impetratum ſine mandato, & qūo hæc ꝓbari poſſint, dixi ſ. ea. gl. Dixit Cōpoſt. ꝙ curia non cōpellit procuratorē impetrantem probare mandatum ad petitionē procuratoris contradictoris: niſi prius ille ſuū mādatū oſtēdat. Io. And.

a ¶ Non dēt exigi.] quę ſint illę pſonæ, habes ff. de proc. ſed & hæredes.

ij Dilectus filius] Cum agiē actione reali, cōputatio dietarū fit a fine diœc. loci ubi ſita ē res. Et de meritis appellationis non iudex cauſæ principalis, ſed cui commiſſa eſt appellatio, cognoſcere debet, ita communiter ſummant doct. Sed profecto pars prima ſummarij nullo modo probatur in text. nec puto eam ueram in ſe. nam in tex. ſolū definiē quis cognoſcere debeat de meritis appellationis. Et uenit hoc ad limitandum c. paſtoralis. ſup. eo. Diuiditur in duas partes. In prima ponitur querela appellantis. In ſecunda prouidetur, ibi, Quocirca. Abb. Siculus.

CASVS. Iordanus clericus Dumelieñ. impetrauit litteras contra Io. Sarraceñ. ſuper eccleſia S. Nicolai Dumelieñ. dictus Io. ad iudicium euocatus excipiendo ꝓpoſuit, quòd authoritate illarum litterarum non poterat conueniri, ex eo quod ultra duas dietas a diœceſi ubi ſita erat eccleſia prædicta trahebatur contra concilium gñale, de quo in litteris mentio non fiebat. ipſi iudices hanc exceptionem noluerunt admittere, pro eo quod idem Io. in Ropheñ. & Elieñ. diœceſibus obtinet beneficia. quaſi ex hoc domicilia haberet ibidem. quare dictus Io. ad ſed. Apoſt. appellauit: appellationis cauſa fuit commiſſa archiepiſcopo Eboraceñ. & eius coniudicibus. ſed primi iudices nihilominus in negotio procedentes, inhibebant iudicibus appellationis, ne in negotio ſibi commiſſo procederent. Vnde mandat Papa primis iudicibus quod ſi ita eſt, in ipſo negotio non procedant: quia non ipſi, ſed iudices appellationis cognoſcere debent ad quos iuriſdictio debeat pertinere. Not. quod inter iudices datos in principali cauſa, & iudices datos in cauſa appellationis non reuocatur in dubium quorum ſit iuriſdictio. Iudices. n. appellationis cognoſcere debēt an ſit legitime appellatū: qa nemo cognoſcere habet de appellatione ab eodē ad ſuperiorem interpoſita, ut hic patet: ſed ſupior ad quem appellaē.

b ¶ Concilij generalis.] ſup. c. proxi. [Gl. ſeq. notat quod habere eccleſiā vel prębendam, &c. tractans vbi diciē quis habere domiciliū.]

c ¶ Domicilium] ex hoc uidetur quòd licet aliquis hēat præbendā uel eccleſiā [1] alibi, quòd propterea non habeat ibi domicilium. Nam ſola poſſeſſio dom⁹, quæ in ciuitate alia comparatur, non facit domicilium. ff. ad muni. libertus, §. ſola domus, veruntamen bñ poteſt qs habere domicilium in pluribus locis. dū modo ſe in utroque æqualiter collocaſſe videaē. ff. ad muni. l. aſſumptio. §. iuris prudentib. & inf. de fo. comp. ex parte B. alias dr̄ ibi habere domiciliū, ubi maiorem partem rerum ſuarum poſſidet, & aſſidue conuerſaē: & ibi debet reſpondere. C. vbi ſe. uel cla. l. ſenatore. Vel etiam ubi uendit, emit, contrahit, & feſtos dies celebrat. ff. ad munici. eius. §. 1. ratione uero de qua agitur, poteſt conueniri. inf. de fo. comp. ſane. C. ubi in rem act. l. fi. & ex hoc forum ſortitur. ĩ. de foro comp. c. ult. vbi numerantur plura, ex quib. ſortitur quis forum. Et ſic patet ꝙ dietæ iſtę ſemper ſunt computandæ reſpectu diœceſis ubi eſt res de qua quis conuenitur. inf. de fo. comp. ex parte B. licet intra illas habeat bñficium, vel quandoque inueniatur, ut hic dicitur. Sed in perſonali actione ſecus: quia poteſt conueniri ubicunque habet domicilium.

d ¶ Inhibetis.] & male: quia poſtquam cauſa appellationis eſt commiſſa ex certa ſcientia, iuriſdictio priorum iudicum eſt ſuſpēſa. inf. de offi. del. c. paſtoralis. §. præterea. Sed iudex appellationis poteſt inhibere iudici a quo appellatum eſt, ne in eadem cauſa procedat: ut inf. de offi. ord. Romana. §. nec pro eo. uerſ. ſimiliter. & §. a quibus. [lib. 6.] & inf. de appel. Romana. §. ſi autem. [lib. 6.]

e ¶ Sed dicti iudices.] Nam iudices appellationis debent cognoſcere an ſit legitime appellatum: & ſi legitima eſt appellatio, ipſi cognoſcant, aliàs remittant partes ad priores iudices, in expenſis condemnando appellantē. inf. de app. ut debitus. &c. cum ſpeciali. Et

ita

† Alias, exceptione.

† Dunelienſis.

† Dunelieñ.

† In non[...] lis manu[...] legitur [...]batis.

1 Vide Io. And. ĩ. de [...] uil. c. ex[...] in glo. ſu[...] uerbo. it[...] ne poſſeſ[...]nis.

ita, qñ iudices ad appellationem dati sunt, semper debent cognoscere de hmõi iurisdictione: nec conuenire cum prioribus, sicut qñq; vidi fieri. Illud enim habet locum qñ diuersi iudices cõtendunt se habere iurisdictionem principaliter. sup. eod. pastoralis. Bern.

hic. De hac materia dicas vt dixi, s. eo. ca. 1. Sed illa decre. ex parte. inf. de off. dele. loquit in alio casu, cũ iam litteræ sunt primo præsentatæ ante præsentationem secundarũ, & ita concordat cum ista. Alij dicunt, & forte bene, ꝙ primæ litteræ valent, & non secundæ: quia de primis nõ faciũt mẽtionẽ, si primus impetrans non fuit negligẽs in ꝓsequẽdo ius suum, & hoc cõstat, licet prius p̃sententur secundæ: dum tñ non recipiat secundus ante præsentationẽ priorũ: & ita cessant c̃ria. sed si primus nõ ꝓsequat ius suũ dolo vel negligẽtia, cũ ꝓsequi possit, valebũt secũdæ, licet de primis nõ faciant mentionẽ; secus in rescriptis ad lites obtentis, vbi p solicitudinem præsentatis ꝑditur primum rescriptum, licet secundũ de primo non faciat mẽtionẽ inf. de app. vt debitus. ibi enim remanet ius saluum utrique impetranti.

Capitulum.] Diuiditur. Nam in prima ponitur facti narratio perplexitatem cõquerentis cõtinẽs. In secũda definitionis cõmissio, illam tollens. Secũda: ibi, Quocirca. Abb. Siculus.

CASVS. Callimachus clericus impetrauit litteras monitorias cõtra capitulũ sanctæ crucis Cameracẽ. super obtinẽdo bñficio in eadẽ ecclesia: & deinde p̃ceptorias obtinuit contra eosdẽ. B. cleric⁹ cõtra capitulũ idẽ sup cõsimil. bñficio in eadẽ ecclesia sibi cõferendo, ad archidiaconũ Tornacen. & ad eius collegas litteras executorias impetrauit: qui monuerunt capitulum sanctę crucis, ut dictũ B. reciperẽt in canonicũ, & in fratrẽ, à quibus iudicibus capitulũ appellauit, sed iudices nõ obstãte appellatione tulerunt sñiam suspensionis in eosdẽ: postmodum dictus Callimachus litteras executorias super executione mandati pro ipso facti ad alios iudices impetrauit, qui tulerunt sententias suspensionis, & excommunicationis in eosdem. capitulũ sanctæ crucis factum istud significauit domino Papæ. Papa mandat epo & archi. Legionen. ut illum in canonicum recipiant, & beneficium assignent ei qui prius mãdatum apostolicum prædicto capitulo reportauit: relaxantes sententias predictas iuxta formam ecclesiæ, super præbendali beneficio alteri silentium imponendo. No. qui primo mandatum Apostolicum repræsentat super beneficio, debet beneficium obtinere: sicut seruatur in litteris super controuersijs impetratis.

¶ Idem episcopo & archidiacono Legion.

¶ *Si plures impetrant in eadem ecclesia, statur datæ, vt primus impetrans præferatur, et solus admittatur. Ita cõmuniter summant doct. Et procedit istud summarium secundum opinionem communem, quæ hodie inualuit propter iura noua.*

CAP. XXX.

Capitulũ † sanctæ crucis Cameraceñ. exhibita nobis petitione monstrauit, ꝙ Callimacho clerico super præbendali beneficio in eorum ecclesia obtinendo, litteras nostras ad eos prius [a] monitorias, & demum præceptorias impetrante, B. clericus contra eos super cõsimili [b] beneficio in eadẽ sibi ecclesia conferendo, ad I. archiepis. Torcaneñ. & eius collegas, de prædictis litteris nõ habita mentione, [c] executorias a nobis litteras impetrauit: q̃ post appellationem [d] ad nos interpositam, in eos suspensionis [e] & † excommunicationis sententias protulerunt: ac dictus C. super executione mandati pro eo facti, ad alios obtinuit scripta nostra, qui tulerunt suspensionis, & excommunicationis sententias in eosdem. ¶ Quocirca mandamus quatenus eo recepto in canonicum & in fratrem, assignatoque sibi beneficio præbẽdali: qui ad eos prius mandatum Apostolicum reportauit prefatas sententias [f] iuxta formam ecclesiæ relaxetis: [g] alteri super præbendali beneficio in eadem ecclesia silentium imponentes.

† Dictio, capitulum, hic capitur pro collegio. simile cap. ad hoc. c. inter alia, & cap. quod in dubijs. de sen. excom.

† In multis manuscrip. ita; ĩ eos suspẽsionis sẽtentias protulerunt.

[Gl. seq. recitatur per obiectionem, & soluit.]

b ¶ Consimili.] Ergo nõ super eodem beneficio, sed diuersis: alias nõ diceret, consimili; quia si cõsimile, ergo aliud, & non idem, uterque istorum impetrauerat, ut ei prouideretur in beneficio præbendali: sed nõ super uno, sed ita simpliciter, quia nihil est idem, cuĩ simile est. argumen. ff. si mensor fal. mo. dixe. l. 1. §. hęc actio.

[Gl. seq. signat contraria. & soluit. & opi. ponit solutioni contrariam.]

a ¶ Prius.] & ita q̃ præuenit. 1 alium, ille obtinet, j. de appellatio. vt debitus. ibi priusquã. in gl. & j. e. abbatem. & est simile, ff. de procu. pluribus. & inf. de procu. nõ iniustæ, ubi potior est cõditio occupãtis. & simile, ff. de ver. obl. si Titius. Sed vr̃ ꝙ ille ꝓ quo fuit prius lata sñia, deberet obtinere: non ille qui primo p̃sentauit rescriptum, sicut si quis à pluribus conueniatur ex noxa eiusdẽ serui, non ei qui primo egit: sed ei qui ad sñiam prius peruenit, debet dari, ff. de noxa. si quis à multis, sic etiam in actione de pec. ff. de pec. si uero adhuc. Forte idẽ posset dici hic, ille enim obtinuisset qui prius receptus fuisset. arg. inf. de præben. dilectus 2. sed hic neuter ad sñiam venit. Hic põt assignari multa cõtraria, inf. de offi. deleg. ex parte. 1. & s. eo. ti. ceterũ. & multa consimilia. Sed iura illa hodie correcta sunt per id quod habes j. de appel. ut debitus. & per id qđ dicit

Si intelli- s in impe- ndo, pla- est, si ĩ p̃ ndo, fal m est: nisi qñ gratiæ at æqua- & nesci- quis fit mus if. e. en. lib. 6. d. And.

[Glo. seq. obijcit, & remittit.]

c ¶ Non habita mẽtione] per hoc uidebatur, quod litterę nõ ualebãt. s. eo. cetcrum. & inf. de offic. deleg. ex parte 1. Sed primę ibi iam fuerant pręsentatę ante pręsentationem secundarum, & sic non contradicit. sed concordat huic no. Et etiam non obstat. c. ceterum.

[Glo. seq. arguit, & remittit.]

d ¶ Post appellationem.] Vnde uidetur quod sententia postea lata non tenuit, inf. de sent. excom. per tuas. Sed contrarium dicitur. inf. ubi dicit, sententias prefatas relaxetis, sed ibi dr̃ ratio quare tenuit sententia. Vel intellige quod ex iusta causa appellatum est, quia forte litteras alterius receperant, uel aliam iustam causam allegarunt. & sic non tenuit sententia. Vel dicas ut in ultima notula.

[Gl. seq. alleg. quinque concor. obijcit, & soluit.]

e ¶ Suspensionis] Arg. ꝙ suspensus potest amplius suspendi, sicut excommunicatus potest excommunicari. 3. q. 4. Engeltrudam. & 11. q. 3. excellentissimus. 12. q. 2. de uiro. & inf. de Iudæ. & Sarra. ita quorundam, in fi. vbi de hoc.

f ¶ Sententias.] f. excommunicationis, & suspensionis latas. proxime cap.

[Gl. seq. obijcit, & tripliciter soluit.]

g ¶ Relaxetis.] Ex hoc patet ꝙ sententia suspensionis post appellationẽ lata tenuerit. Sed vr̃ ꝙ appelatio tenuit

tenuit, ex eo, ꝙ ei tm̄ qui litteras primo p̄sentauit prouidere deberet, & non illi qui secundo p̄sentauit litteras suas, cōtra quē fuit appellatū. Dicas ꝙ ideo tenuit sñia non obstante appellatione, quia nondū ꝓuiderat alicui illorū, & litteris continebatur, si alium ad mandatū nostrum nō recepistis. hæc enim clausula nisi de mādato nostro eadem ecclesia in receptione alteri⁹ fuerit grauata] erat in utrisq; litteris inserta, vt patet in integra, sed ipsi non receperāt adhuc, unde nō tenuit appellatio, cum nōdum competeret eis exceptio. Vel dicas, si uis; præd. ctas sententias relaxetis, ad cautelam quantum ad illam sñiam, quæ lata fuit post appellationem, quæ legitima fuit quantū ad aliam latā pro Callimacho, ubi appellatio non præcessit; tenetur proprie illud verbū, relaxetis. Et si ꝓprie & īꝓprie simul istud tenetur. similie 28. di. p̄sbyterū. 63. di. in synodo. Quid si præsentatio n. p aliquem illorum facta ipsi capitulo alij iudices post app. excōicauerunt? Vr̄ ꝙ teneat appellatio, quia ex quo alius ꝓuenerat, ius habebat. Vnde si capitulum appellauit, contra scd̄o p̄sentantē, bene ur̄ tenere appellatio: quia ei debetur prouidere qui primo præsentauit: ut hic dicit, & ideo absolutio ad cautelam fieri debet. Sed non credo: quia quoties aliqui absoluuntur ad cautelā illud exprimitur, sup. de appel. ad præsentiā. inf. de test. ueniens. in fi. unde prima ratio uerior uidetur. Vel intelligitur tantum de sententijs illorum à quibus non est appellandum, & ita planum est.

† Ergo pensio sup^ beneficio non uidetur posse dici beneficium, cum sicut diuersa hic ponātur, adde cap. quamuis, de præbē. lib. 6.

¶ Idem Bituricen. archi. Apostolicę sedis legato.

¶ *Si habens litteras Papæ ad beneficium, eis propter annuam pensionem renunciat, non ualent litteræ beneficiales per eum hoc tacito impetratæ.*

CAP. XXXI.

ij AD audientiam nostram peruenit, ꝙ quidā clerici obtentis à sede Apostolica litteris sup prouisione sua in aliquib. ecclesijs tibi subiectis, recipiētes ab eis annuas pēsiones, [a] seu † alia beneficia ab eorum impetitione desistūt, renunciātes [b] beneficio litterarū. & infra.

¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus eos q post litteras taliter venditas, † alias (de illis mentione nō habita.[c]) impetrabunt de cętero, vel hactenus impetrarunt, carere decernas commodo earundem, & ecclesias nō permittas earum occasione vexari: reuocando in irritum [d] si quid earum prætextu inueneris esse factum.

¶ Greg. ix. archiepiscopo Mediolañ.

¶ *Receptus p litteras Apostolicas, licet præbendā expectet, per alias litteras hoc supprimentes, in alia ecclesia recipi non debet, hoc dicit, īhærēdo uerbis litteræ.*

ij AD audientiam.] Diuiditur, quia in prima ponitur facti narratio. In secunda prouisio: ibi, Fraternitati. Abb.

CASVS. Quidam impetrauit litteras à se. Apo. ut prouideatur ei in ecclesijs alicuius diœcesis subiectis. tandē recipit annuas pēsiones, seu alia beneficia, & destitit ab earum impetitione: & renunciauit beneficio litterarum, postea impetrauit alias litteras super sua ꝓuisione, non facientes mentionē de alijs, uel de pensione uel renunciatione: significatum fuit hoc dño Papæ, mādat Papa archiep̄o Bituricen. contra illos, q post tales litteras prius uenditas, alias impetrant, non facientes mentionem de alijs, ac etiam impetrabūt, de cætero, ꝙ decernat eos carere omni commodo litterarum. nec permittat ecclesias per tales litteras uexari, reuocando in irritum quicquid illarum authoritate inuenitur factum esse. Nb. ꝙ tenetur facere quis mentionem de litteris quibus renunciauit: sed illud contingit quia vendidit illas. & ita quasi beneficiati reputantur quantum ad impetrandam, quia gratiam sibi concessam uendere non debebant.

a ¶ Pensiones.] huiusmodi pensiones, quæ in fraudem fiunt de prouētibus ecclesiarum, prohibitæ sunt in concilio generali. inf. de præben. extirpandæ. in fin. & inf. de collusione. audiuimus.

[Glos. seq. quærit, argu. pro vacillando, soluit contrarium.]

b ¶ Renunciantes.] sed nunquid continet simoniam hmōi renunciatio? Vr̄ ꝙ sic, cum ex litteris habet ius ad petendū beneficiū spirituale: & in talib. oīs pactio & contradictio cessare debeat. j̄. de pac. c. ult. & 1. q. 2. quam pro. Posset dici ꝙ non est simonia: quia ea quæ percipiuntur à iure licite deducuntur in pactum etiam in spiritualib. inf. de electione, significasti. in princip. & i gl. 2. & 18. q. 2. Eleuther us. in prin. & in gl. 1. & istud est de iure ꝙ renunciet litteris si vult habere beneficium: sed si habeat etiam beneficium, posset deduci in pactum ꝙ ei renunciaret, si vellet aliquod aliud beneficium obtinere: quia vtrūq; habere simul nō potest. inf. de præbe. cū nō ignores. Et scd̄m hoc expone. vēditas. i. cum tali pacto renūciatas. Vel potest dici, ꝙ simonia fuit. quod hic non negatur. Vel dic ꝙ non fuit simonia pp hoc commissa, quod est æquius: cum nullū ius speciale habuerit per litteras illas. Ber.

† Con hic uenditas lege mouuit, in omni manuscr ditas in tur, id e li pacto nunciata

c ¶ Mentione non habita.] Et ideo non valent, j̄. eo. c. proxi. & sup. eod. tit. ad aures. & c. cum adeo.

[Gl. seq. primo quærit de reuocatione processus facti per scriptum surreptitium. Secundo alleg. pro. inducens tria ca. & rationem, quam fortificat: soluit etiam obstaculum. & inducit tria similia: tertio alleg. 4. in contrarium: quarto ponit opin. Ioan. quinto sol. dist. inter rescripta ad lites, & ad beneficia.

d ¶ In irritum.] Sed q̄ritur an generaliter sit verum, quod quicquid fit per litteras tales surreptitias, debeat reuocari? Hoc manifeste probatur in capitulo isto, & est simile. s̄. eo. cum dilecta. & c. constitutus, & hoc iō, quia per litteras tales iurisdictio no uidetur dari, inf. de offi. vica. iua nobis. & 35. q. 9. ueniam. in princ. ib. surreptum huic sedi. & capit. sententiam. & reuocatur etiam quod fit altera parte absentē: vt inf. de re iudic. cum olim. §. post hæc. & ff de iudi. l. si prætor. §. Marcellus. Nec obstat si dicas quod post sententiam non admittatur exceptio. 3. q. 6. capit. 1. §. exceptio. & infra de re iudic. inter. 1. Sed illud non habet locum in exceptionibus in quib. agitur de falso. inf. de proc. in nostra. in fi. & inf. de prob. licet. §. post hęc. cum enim per tales litteras non receperint iurisdictionem, quicquid per eas factum est, non tenet, & est sim. quia replicatio omissa ante sententiam ex causa probabili, post sententiam proponitur. ff. quando ac. de pecu. annalis est d. l. quæsitum. multo fortius exceptio. Ad idem facit infra de re iudi. ad probandum. argum inf. de despon. impu. ad dissoluendum. in fi. sed illa decr. aliter intelligitur. Et contra videtur quod per tales litteras detur iurisdictio, licet possint elidi per exceptionem, vt sup. eod. nonnulli. dictum est. arg. ff. de bon. pos. secundum tabulas. l. pen. §. testamento. vnde non potest dici retro iudicium nullum fuisse: vnde si aliquis sciuit sibi competere exceptionem, & non excipit, sibi imputet, si nesciuit, ꝙ prætextu exceptionis post repertæ sententia non retractetur, infra de re iudic. inter. & c. suborta.

1 Videt cum gl. perempt rias. C. rescin. pos. & in officium de rei ut

e ¶ Postulastis.] Postulo 2 te primo si cõsentire licebit. Consentire nego, nisi te bene postulo primo. Forsitan indignus & turpi crimine læsus. Sic aliter possem primo post iure carere. Si minus est dignus: tũc me poscente tuetur.

2 Hæc gl. nõ inuenitur in antiqs exemplaribus.

† In aliquot manuscripitis ita de solita tñ benignitate sedis Apostolicæ cõcedimus &c.

f ¶ Priuare.] Ergo fuit constitutum in cõcil. Lateranẽ. ĩ. de elect. ca. cum in cunctis. ut qui scienter indignum elegerint, eligendi ea uice potestate nouerint se priuatos. & ad postulationem extenditur: vt hic, & inf. de elect. c. bonæ memoriæ. in fin. & hoc ideo est: quia per postulationem peruenitur ad electionem. argu. sup. de consti. c. nam concupiscentiam. & ff. de spons. l. oratio. secus tamen est, cum postulatur illegitimus ut dispensetur cum eo, vel legitimetur. 56. di. Cenomanensem. & inf. de elect. c. innotuit.

g ¶ Possemus.] idest, priuati essetis.

h ¶ Concedimus.] per 3 officium iudicis & de gratia non de rigore. contumaci enim & delinquenti potest iudex remittere pœnam de gratia; ut inf. de offi. dele. c. consuluit. ubi dicit: nisi per gratiam ei benignitas iudicantis subueniret. & inf. de offi. dele. c. nisi specialis dilectio. bene dicit, concedimus: quia quod non poterat de iure communi, concedit eis per priuilegium, ut patet in capitulo sequenti.

3 Hãc gl. nõ habetur in antiquis codicibus.

GRatum.] Continuatur hoc c. ad præcedens. tractat enim de illa materia. Diuiditur in duas partes. nam in prima ponitur narratio duplicis postulationis. & alterius admissio, ac alterius derogatio. secundo ponitur papalis approbatio; ibi. Nos igitur. Abbas.

CASVS. Canonici Senonen. receptis litteris cassationis postulationis prædictæ, fraudulenter sumpserunt litteras ipsas. legatus tñ Apostol. sed. qui super hoc mandatum Apostolicum receperat, mandauit canonicis prædictis, vt ad electionem procederent canonice celebrandam. quidam canonici Senoñ. postulationem cassatam à dño Papa iterum innouarunt, quidam alij canonici licet essent numero pauciores, postulauerunt, epm Cameraceñ. Cardinalis intelligens ꝙ illi qui postulationẽ cassatam innouarũt, essent eligẽdi seu postulãdi potestate priuati, & ideo ad alios (licet pauciores numero essent) postulandi auctoritas est deuoluta, postulationem factam de epo Cameraceñ. penitus admisit & Papa prædictum epm Cameraceñ. à vinculo absoluit, quo tenebatur ecclesiæ Cameraceñ. & confirmauit factum legati. Nota qui ꝑsonam indignam eligit vel postulat, amittit potestatem eligẽdi, & potestas ad alios licet pauciores numero tunc deuoluit.

i ¶ Cassata.] supra c. prox.

K ¶ Cassatam.] i. non admissam.

l ¶ Niterentur.] postulando eundem Altissiodo. & male: q̃a ex quo alicuius electio, uel postulatio cassatur vitio personæ, non est assumendus ad eandẽ. inf. de electio. c. super eo.

[Glo. seq. quærit. arg. ponit opin. Ioan. demum soluit, & alleg. ĩ cõtrariũ rñdet.]

m ¶ Pauciores.] Hic patet quod si maior pars delinquit in electione, eligendo, uel postulando indignum, electio deuoluitur ad alios, licet numero pauciores, inf. de elect. c. bonæ. 2. & c. cũ in cũctis. & c. cum Vuintonieñ. sed quid si omnes delinquunt præter unum, nunquid ille unus poterit eligere? Videtur quod sic: quia uniuersitas remanet in uno, siue ius uniuersitatis. ff. quod cuiusque uniuersi. sicut municipij. in fin. & 65. dist. si forte. Et dicit lex hominibus coactis, sic accipere debemus, ut siue unus solus uim fecerit, siue etiam hominibus coactis, quantum enim ad uerba non refert an solus uim faciat, an hominibus coadunatis: quia adhuc non deficiunt uerba. ff. ui bono. rapt. l. ait prætor. §. homines. Sic siue unus solus sit, siue plures, ille potest eligere. Io. dicit 4 quod unus solus non põt eligere, & in eo solo non potest ius illud retineri. arg. inducit ad hoc infra de elect. cap. 1. & 10. q. 3. unio. ff. de uerb. sig. Neratius. quia cum duo siue tres faciant collegium, qui debent sibi eligere prælatum, non potest hoc esse in uno, cum iam desinat esse collegium, sicut grex desinit esse, si unum tantum animal remansit de grege. ff. de legat. 1. l. si grege. & ad hoc inducit etiam 65. distinct. si forte. quin si unus solus epi-

4 Et G[illegible] hic qu[illegible] dit tres [illegible] tiones, q[illegible] colligas [illegible] quent a [illegible] to tñ [illegible] unus p[illegible] à supe[illegible] petere, [illegible] clesia pro[illegible] deat. [illegible] And.

lus eps remaneret in prouincia, debet ipse alios conuocare ad consecrandum electum; vt inf. de elect. c. bonæ. 2. Tu dicas quod vnus solus potest eligere, & ius eligendi remanet in vno solo per iura primo inducta. Et iura quæ inducit Io. non contradicunt. Primo illud c. si forte. non contradicit; quia ipse solus non potest aliquem consecrare, immo ad minus debent esse tres, & est de substantia consecrationis. ita quod aliàs non esset consecratus. 66. dist. por ro. vbi forma consecrationis traditur, sed a [illegible] sula, quæ solus facere potest, nō vocabit alios. Et illa decre. bonæ. non contradicit, quia cum prima electio nō esset nulla ipso iure, immo ille H. qui solus eligit, secundo eam poterat confirmare: vt inf. de elec. ca. quod sicut. non debuit procedere ad secundam, nisi prima cassata: quod si fecisset, debebat postea solus eligere, vt vñ pp culpam illorum. Sed in casu illo dicit Ioan. quod non deuoluitur potestas eligēdi ad contemptum: sed tunc qñ eligunt indignum, satis potest dici, quod pp talem contemptū non deuoluitur ius eligendi ad contemptū: quia non tñ peccant illi qui contemnunt, quā tū illi qui eligunt illi indignum 1. & sufficit quod cassetur electio: qa nō est nulla, in quo casu tñ priuati sunt. in fr. ti. proxi. c. cū in cunctis. Sed debent tunc priuari per sententiam. sicut qñ peccatur in forma. inf. ti. proxi. ca. quia pp. & in c. bonæ. Alia iura quæ dicunt quod desinit esse collegium, non contradicunt, quia licet collegium desinat esse collegium omnibus mortuis, præter vnum: nihilominus ius collegij siue vniuersitatis remanet in illo. per legem sicut municipij, §. vlti. & hoc dicunt Laurentius, Vincentius, & Tancredus.

† Aliàs, ita: idem clericis Rauen.

1 Adde quod eligens indignum uidetur scienter facere. ff. de confir. tuto. si patronus. per Bar.

ad hoc pertinet consilio saniores eligendi, vel postulandi deuolutam esse licentiam, prædictum Cameracen. ad eorum instantiam in pastorem auctoritate fretus Apostolica prouidisti. a

¶ Nos igitur a solicitudine Cameracen. ecclesiæ ipsum reddidimus absolutum: quod a te mandato nostro factum est, aucto ritate Apostolica confirmantes.

¶ Idem † clericis Raueñ. ecclesiæ.

¶ *Postulatio per quam priuata vel minor vtilitas communi vel maiori præfertur, vel quæ fit a minori quam a tertia parte collegij, admitti non debet.*

CAP. III.

10 BOnæ † memoriæ Guil. archiepiscopo vestro viā vniuersę carnis ingresso, quidam vestrum sanctæ Praxedis presbyterū Cardinalem; quidā vero Imoleñ. episcopum postulauerunt, & infra. ¶ Nos igi- 20 tur auditis quæ de facto, & de iure fuerant allegata, plenius etiam pro vtralibet partium curauimus allegare b; considerauimus † vero quod eiusdem Cardinalis pręsentia vtilior sit 30 non solum Romanæ, sed etiam ecclesiæ generali c tam apud Apostolicam sedē, quā apud ecclesiam Ra de facto, etiā allegauit, plenius pro vtraque parte, cōsiderans quod præsentia Cardinalis esset vtilior non solum ecclesiæ Romanæ, verum etiam tam generali ecclesiæ quā Rauennaten. ideo Papa volens præferre cōem vtilitatem priuatæ, & maiorem minori, postulationem Cardinalis non admisit: ex alia parte considerans, quod eps Imoleñ. à minori quam à tertia parte fuit postulatus, et huiusmodi postulationes in discordia factas Romana Ecclesia admittere non consueuit: quia quando etiā in cōcordia fiunt, cum nō tam ex iure quā ex gratia moueatur postulationem Imoleñ. epi non admisit, mandans capitulo Rauennateñ. vt in personam idoneā conuenire procurēt. No. quod iudex potest supplere de iure & de facto quod aduocati omittunt. Itē communis vtilitatis præferri debet priuatæ. Item Postulatio & iuri & gratiæ innititur.

† Cap. 3. eo. tit. in 3. compilatioae.

† Aliàs, ita; cōsiderantes igitur.

[Gl. seq. recitetur per quęstionē, an iudex de facto supplere debeat, & ponit duas opiniones, & primam approbet, respondens ad legem contrariam.]

a ¶ Prouidisti.] De nostro speciali mandato, aliàs non posset illum transferre. inf. de officio leg. c. nisi specialis. & c. quod translationem. & ideo benedicit, prouidisti. non enim debuit dicere, confirmamus, quia nihil est quod confirmaret cum per postulationem nullum ius acquiritur. inf. e. c. penul. Sed debet dicere superior postulationem admittimus, vel postulationem vestram non duximus admittendam. infr. eo. c. proxi. & sup. eo. c. proxim.

BOnæ memoriæ.] Diuiditur in tres partes. In prima ponit duas discordes postulationes. In secunda ibi, Nos igitur. vtramque repellit, causam exprimens. In tertia ibi, Mandantes, monet nouam prouisionem fieri. Abb. Siculus.

Consuetudo est in ecclesia Rauennate, quòd mortuo archiepiscopo significant hoc Papæ, sed de ipsius mandato eligunt, aliter sine mandato eius eligere non est moris.

CASVS. Vacante ecclesia Raueñ. canonici illius ecclesiæ episcopum Imolen. postularunt, quidam uero postulauerunt S. Praxedis presbyterum Cardinalem. postulationes istæ delatæ sunt ad sedem Aposto. Papa auditis allegationibus hincinde tam de iure, quam

b ¶ Curauimus allegare.] Sic ergo patet quòd iudex potest supplere quæ aduocatus omisit, sicut Papa hic supplet, & C. ut quæ desunt aduoca. iud. supr. l. unic. & de 40 iure debet supplere, & non de facto: nisi tale sit factum quod iam sit ei notum vt iudici, prout dicit dominus Azo. Alij etiam dicunt sicuti Placen. quod etiam de facto. & inducunt ad hoc ff. de pet. hæred. l. ultima. Sed primum verius est, quod de tali facto supplere tantum debet, quod est ei notum tamquam iudici. 2. argum. C. de appell. l. ultim. in fin. 1. respon. & est argum. instit. de act. §. si minus. ff. de ædil. edict. l. bouem. §. aliquando. Et debet supplere ut iudex, sedendo, & non stando, 50 ne aduocati officium sumat. C. de postuland. l. quisquis. inducendo legem uel decretum, uel decretalem. Inuenio quòd quandoque iudex supplet altera parte absente. C. de tem. appellat. l. 2. §. ult. & C. de appellat. l. ulti. in princ. Sed utraque parte prę́sente supplere non debet: nisi in casu propter publicam utilitatem repellendo militem à procuratione etiam tacente altera parte. ff. de procurato. l. filiusfamilias. §. ueterani. & C. de procurato. l. militem. Et lex quam inducit Placen- 60 ti. ff. de petitione hæreditat. l. ultima. non obstat: quia potius consulitur illi iudicijs officio quam iure ordinario. Et est simile ei quod dixit de milite. Nam iudex ex officio suo si scit aliquem excommunicatum publice, ipsum debet repellere ab agendo, etiàm si ab aduersario non excipiatur. infr. de exceptionibus. ca. exceptionem. & sic officio iudicis consulitur aduersario: sicut in l. de petitione hæreditatis. l. ultima. & hic Papa supplet ex officio suo, & inf. de elect
ion. cap. cum. nobis olim. ubi de hoc dicitur: quare in hoc casu officium iudicis locum habet.

2 ut quod scriptū est in attestationibus uel alijs actis, secundum Innoc. sup. eo. ti. ca. 1. alle. & cor. uitia. c. 1. for te pp id quod ibi dicam sub uerbo scandalo. non de eo quod est sibi notū ut Deo, sed ut homini. de offi. ordi. si sacerdos Io. Andr.

¶ Generali.] Arg. quod Papa & Cardinales curam & solicitudinem gerant pro statu ecclesiæ generalis: & Impera-

Imperator vt subiecti qniete viuāt, noctes ducit insomnes. in Authen. vt iud. sine quoquo suffrag. in princip. coll. 2. & idem dicit. voluntarios labores appetimus vt quietem alijs præparemus. in authent. vt diuinæ iussi. subscriptionē habeant gloriosissimi quæstoris. in prin. coll. 8. infr. de resti. spoli. c. frequens. & de exc. c. vlt.

[Gloss. seq. alleg. 4. concor. & soluit quattuor iura cōtraria.]

a ¶ Communem.] & ita publica vtilitas præfertur priuatæ. 7. q. 1. scias. & ff. pro socio. l. actione. §. Labeo. & C. de cadu. tollen. l. vnica. §. penul. & in authen. de rest. & ea quæ parit. §. ea enim q̄ cōiter. coll. 4. & hoc verum est, tñ cum in cōi vtilitate priuata includit, sicut fit in prælatura: aliàs quilibet debet propriā vtilitatē preferre cōmuni. argu. 19. q. 2. quæ sunt, inquit, & 33. qu. 5. si non licet arg. C. de seru. l. presses. & ff. de arbi. l. licet autem.

[Glos. seq. obijcit & soluit.]

Publica utilitas priuatæ debet præferri.

† Al mouea mur.

uennatē, vnde non immerito preferentes speciali vtilitati cōem, [a] & minori maiorē, prædictum Cardinalem postulationi vestræ non duximus concedēdū. ¶ Attendentes aūt ex altera parte, q̄ prædictus eps a minori quā tertia parte fuerit postulatus: & quod Apostolica sedes postulationes huiusmodi non cōsueuerit in tanta diuisione [b] ac contradictione recipere; cum etiam quando aliquis ab alijs vnanimiter postulatur, ad admittendam postulationem eorum, non tam ex iustitia, quàm ex gratia [c] moueatur, † postulationem ipsius non duximus admittendam. ¶ Mandātes quatenus cum his qui vocem [d] in electione habere noscuntur per electionem, postulationem, seu nominationem [e] canonicam in personam idoneam conuenire curetis.

10

¶ Idem Præposito, & capitulo † Strigoñ.

20 ¶ *Archiepiscopus in archiepiscopum postulatur. Et ex quo postulatio præsentata est Papæ, non possunt postulantes ab ea recedere, sed debet superioris iudicium expectari. h.d. quo ad titulum.* 30

CAP. IV.

is

Bonæ † memoriæ Guil. archiepo ve-

gratiam, nisi velit: quia nemo inuitus de suo cogitur facere beneficiū. 10. q. 2. præcariæ. 2. non igitur quicquid iudicis potestati permittitur, iuris necessitati subijcitur. ff. de iudi. l. non quicquid. arg. inf. de offi. deleg. ca. consuluit. Sic ergo patet q̄ in huiusmodi postulationibus implorādum est officium iudicis. & non iuris actione agendum est, vt sup. eo. c. ad hæc. versi. fi. & inf. de in integ. resti. p totum. & Inst. de offi. iud. per totū. Iudicis enim officiū proponitur p actione, cū deficit actio. inf. de offi. iud. ca. iudicis officiū. sed nō proprie imploratur iudicis officium in casu isto, sed potius gratiam debent implorare à superiore: Bernar.

d ¶ Qui vocē.] Hoc ideo dicit, quia forte erant aliqui eligēdi potestate priuati. infr. de elect. ca. cum Vuintonieñ. vel qa omnes sunt vocandi, qui ius habēt eligendi. inf. de elec. c. quod sicut.

ADDITIO. Vel propter suffraganeos ecclesiæ Rauennatis, qui debent de consuetudine interesse. Ioan. And.

e ¶ Nominationem.] Nominatio canonica potest dici 40 quando omnes concordant in aliquo intelligibili assumendo. & vadunt ad eum à quo petendus est consensus, & requiritur eius consensum, vt cum ipso dispenset. Et hæc potest dici nominatio canonica, quæ nō potest dici postulatio proprie. quia postulatio solenniter debet fieri: quia talis nominatio satis similis est postulationi, immo quasi idem est, vnde dicit postulationem seu 3. nominationem.

ADDITIO. Habes de hac nominatione 16. q. vlt. cōtra sanctorum. 2. quæst. 6. ca. ei qui. §. diffinitiua. uersic. nomina. Ioan. And. 50

postulato ... quit, & ... ut ibi. & ... de quod ... citur de ... iud. cū Bertholdus. ... 3. gl. Io. An...

2 Concord. tex. in l. 2. ff. de condi. & demon. l. ... patron. §. ... nec illud. ... ad Treb.

† Al. canonico.

† Cap. 4. ... ti. in 3. compilatione.

b ¶ In tanta diuisione.] Ad hoc enim vt postulatio preiudicet electioni, requiritur vt numerus postulantium sit duplo maior numero eligentium. infr. de elec. c. scriptum est. de hoc tamen dicas secundum quod not. infr. ti. proxi. c. scriptum. in gl. quæ incipit, hic dicit Papa. Vn̄ fi q̄ minima pars eligentium deberet præferri multis postulantibus: quia postulantes soli gratiæ innituntur, vt hic. Sed eligentes iure cōi iuuantur, similiter & electus, sed hoc nō est verum. nam patronus laicus in præsentando soli gratiæ innititur. 16. q. 2. si quis episcoporum. & tamē iniuria fit præsentato, si non admittatur. 17. q. 7. decernimus. & inf. de iure pat. c. pastoralis. gratia ergo fit postulato si admittatur, iniuria si repellatur. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. pen. vnde non solum postulato, sed postulātibus fit iniuria, si postulatus est idoneus, & repellitur. ff. qui satisd. cog. l. si vero. in fin. Alia ratio potest melior assignari, quàm huiusmodi videatur. licet eligentes nitantur iuri, & postulantes gratiam nō debent præferre electores ex quo sunt minima pars capituli, quia nunquam tenet electio, nisi fiat à maiori parte capituli. infr. de elec. capit. ecclesia vestra. & c. Cumana. ita tamen quòd maior pars non peccet, vt ex hoc ipso iure priuetur: quia tunc valet electio minoris partis capituli. sup. proxi.

[Glo. seq. recitatur per quæstionem quo iure petatur postulationis admissio.]

c ¶ Gratia.] Hoc ideo dixit: quia post huiusmodi postulationem siue gratiam, ius nō acquiritur postulato. inf. eo. ti. c. pen. & ideo quia gratia est, non compellitur prælatus concedere postulatum. 63. distin. litteras. in authet. de sanct. epis. §. nullus. coll. 9. si tamen iusta causa exigit, debet compelli per superiorem, vt illum concedat. infra de iu. pa. cap. nullus. Item indirecte quodammodo compellitur illum concedere si est idoneus: quia tenetur ei prouidere in consimili beneficio. infr. de iur. patro. capit. pastoralis 1. Item idem superior istum potest concedere vel repellere: quia non tenetur ei facere

1 In præsentato, non in

Bonæ memoriæ.] Diuiditur hæc decret. in sex. partes. In prima ponitur postulationis admittēdæ petitio, contra eam exceptio & replicatio. In secunda Apostolica trimembris prouisio ibi, Nuncijs, usque ad §. cæterum. In tertia temeraria & iniusta postulatio. & eius repulsio, prouisionis faciendæ monitio: & eiusdem cōmunicatoria retētio usque ibi, Verum. In quarta suffraganeorum ad concordiam reuocatio, canonicorum dissensio, duplicis postulationis iniusta innouatio, usque ibi, Nec obstabat. In quinta ponitur tacitæ obiectionis 60 responsio usque ibi, intelleximus. In sexta ponitur diffinitiua prouisio, archiepiscopalis translatio, ac pallij vtendi prouisio. Abb. Siculus.

CASVS. Ecclesia Strigoñ. uacante. canonici Strigo. postularunt archiepiscopum Coloceñ. quidam suffraganei Strigon. ecclesiæ. scilicet. Quinqueeccle. episcopus, & quidam alij episcopi huic postulationi se opposuerunt, dicentes q̄ eis contemptis & exclusis, qui ius in electione habebant, huiusmodi postulatio fuit facta, propter quod nuncij utrrusque partis ad sedem Aposto. accesserunt, sed nuncij capituli econtra responderunt, q̄ suffraganei de gratia solummodo fuerāt requisiti, sed ipsi suū consiliū denegauerūt, & alia ēt nuncij proponebāt contra ipsam postulationem, quia de his non constitit

3 Adde quod ista gl. cōit... allegatur ... i ista electione, seu, q̄ n... sit uera diffi... ctiua. uide ... ea p Bart. in li. 1. ff. de auro & argen. leg. & Cyn. post Petr. de Bel. pert. in l. cum quidam. ff. de uerb. sign.

domino

dño Papæ, ita super hoc duxit ridendum: si suffraganei ꝑsistere voluerint in cõtradictione sua, & canonici Strigoñ. voluerint instare postulationi suæ vtraque pars procuratores ideos ad sed. Apostol. debeat destinare. Si vero suffraganei voluerint desistere à sua contradictione, & canonici volũt in suo ꝓposito permanere, mittant ꝑsonas idoneas, q̄ dñm Papam reddant certiorẽ super negotio postulationis. Si aũt suffraganei in cõtradictione ꝑsistere voluerint & canonici diffidant de iure suo: tunc aliã personam sibi prouideãt in pastorẽ canonice. Istud fuit primũ mandatũ, sed antequã illud mandatũ ad capitulũ ꝑueniret q̃dã canonici temere recedentes a postulatione, quã dño Papæ præsentauerant, alijs persistentibus in sua postulatione, prædictum Quinqueeccl. epm postulauerunt, suam postulationem dño Papæ pręsentantes, sed dñs Papa, eam non admisit, cum facta fuisset in maiori ꝯdictione quam prima. & ꝯ formã prædicti mãda. mandant capitulo ut personã idoneam sibi prouideãt in pastorem requisito assensu suffraganeorum, si de consuetudine antiqua esset requirendum: alioquin Papa prouideret ecclesiæ de pastore. Istud fuit secundum mandatum: quod cum ad capitulum peruenisset canonici innitentes mandato priori, suffraganeos ad concordiam reuocauerunt præter episcopum Quinqueeccleſieñ. quo facto receperunt secundum mandatum, & illi qui Coloceñ. archiepiscopum postularunt, eadem postulationem innouarunt, reuersis ad eos quibusdam, qui dictum episcopum postularunt, illi uolentes procedere iuxta tenorem secundi mandati ad capitulum cæteros conuocauerunt, & illi noluerunt conuenire cum illis illi credentes penes se remansisse potestatem eligendi. dictum episcopum postulauerunt, propter quod utraque pars ad sedem Apostol. accessit. auditis allegationibus hincinde, scribit Papa super hoc, capitulo Strigoñ. dicens quod non nocet discordia illorum qui prædictum episcopum postularunt. quia primo in postulatione Coloceñ. omnes consenserunt, & consensum suum proprijs subscriptionibus roboratum ad sedem Apost. transmiserunt. Vnde non potuerunt postea suum consensum mutare. si enim postquam postutatio pręsentatur domino Papæ possent ab ea recedere, postulantes sibi frequenter illuderent, & ipsius iudicium ab illorũ arbitrio pendere videretur. & ideo licet Papa neutram postulationem admittere teneretur, tamen quia omnes licet diuersis temporibus conuenerint in Coloceñ. postulationem ipsius admisit, absoluens ipsum a uinculo quo teneretur ecclesiæ Coloceñ. & dat ei licentiã transeundi ad Strigon. ecclesiam, sibi postmodum pallium trãsmissurus. Nota postquam postulatio præsentata est superiori, non possunt ab ea recedere postulantes. nec mutare consensum, sicut nec post electionem. Item

† Vox, episcopus, deest in multis antiquis.

† Al. pastore.

stro viam vniuersæ carnis ingresso, cum in Colocen. Archiepiscopũ postulandum a nobis contulissetis [a] vnanimiter vota uestra, suffraganei Strigon. ecclesiæ Quinqueecclesiẽ. episcopus † videlicet & quidã alij, postulationi vestræ se opponere curauerũt asserẽtes quod eis contemptis [b] qui ius habebãt eligendi vobiscum, postulatio eadem fuerat attentata: licet vestri nuncij ꝓponerẽt ex aduerso, qđ super ꝓficiendo vobis Pontifice, † de gratia [c] multoties suffraganeorum fuerat requisitus assensus, sed ipsi vobis consilium denegauerunt.

¶Nuncijs igitur in nostra præsentia constitutis, & proponentibus aduersarijs quædam alia contra postulationis vestræ processum, quia nobis de propositis non constabat, ita diximus prouidẽdum, ut si suffraganeis persistentibus in contradictione sua, vos † postulationi vestræ velletis instare, per procuratores idoneos ad sedem Apostolicam veniretis. Si autem illi a contradictione sua cessarent, & uos instaretis proposito vestro, ad præsentiam nostram mitteretis personas idoneas, quæ super his, quæ opportuna forent, nos redderẽt certiores. [d] Quod si contradicentibus episcopis memoratis, vos contingeret de iure vestro diffidere, [e]

si contempti volunt postea consentire, bene valet postulatio siue electio, dummodo in forma vel in persona non sit uitium.

a ¶ Contulissetis.] ipsum postulando.

b ¶ Eis contemptis.] Et ideo cassanda erat electio, si verũ dicebant. inf. de causa poss. c. cum ecclesia. & 63. distin. obeuntibus. & j̄. de electio. capit. quod sicut. & capit. uenerabilem. & cap. bonæ 2.

[Glo. sequens circa uocatos de gratia tria dicit, & dat consilium.]

c ¶ De gratia.] Si hoc esset ꝙ de gratia uocati essent, nec ius, nec aliquod commodum sibi acquisitum fuisset, inf. de uerb. signif. c. abbate. & 10. q. 3. quia cognouimus. & C. de serui. l. 1. & ff. de aqua quot. & æsti. l. j. respon. 1. vnde ipse qui dedit, potest reuocare, [1] & illos ulterius non admittere: ut 10. q. 3. quia cognouimur. & C. de agri. & censi. l. litibus. libro 11. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. Aristo. & §. Trebatius. Nec tali datur restitutio, quia non dicitur spoliatus, cum nõ possederit: sicut ille qui sub cõditione possidet. inf. de rest. spol. c. olim causam. Consulo tamen alicui facienti gratiam, vt hoc protestetur, nec præsumat sibi ius creare in posterum: ut 7. q. 1. Pontifices & inf. de iure patron. ca. ex litteris. & c. consultationis. arg. inf. tit proxi. c. Cumana. Præterea qui non est de collegio, & dicit se debere interesse electioni, debet exprimere quo iure debeat interesse, inf. de elect. cap. constitutis. Vnde isti satis uidebantur excludendi.

† Al. & nos. &c.

1 De instit. cũ uenissẽt. Ioan. And.

d ¶ Certiores.] De modo postulandi & de persona postulata an sit idonea, dicitur. j̄. de electio. nihil est. ubi dicitur ꝙ de idoneitate personæ sit quærendum.

[Gl. seq. arguit ad duo de diffidentia, & utrumq; declarat distinguendo.]

e ¶ Diffidere.] Arg. ꝙ si prælatus diffidat de iure suo, debet dimittere rẽ quã tenet. j̄. de simo. per tuas. in fi. 54. dist. cap. generalis. in fi. quia bonã fidem agnoscere debet. ff. mandati. Quintus Mutius. 1. rñ. Sed hoc uerum est si de iure proprio diffidat, qđ tñ suam tangit personam: sed si diffidit de iure ecclesiæ, constituat aliũ defensorem nomine ecclesiæ. Arg. ff. de neg. gest. atqui natura. §. cum me absente. [2] Et not. ꝙ diffidentia iuris permittit uariare ubi non est ius alteri acquisitum, ut hic. inf. c. proximo. & inf. de electio. ꝙ sicut. nisi præsentatio iam facta esset superiori, ut inf. eo. cap. & inf. de elect. ꝙ sicut. sed hic poterat uariare de licentia Papæ, aliàs non, cum postulatio iam esset præsentata, ut j̄. sequitur, uel nisi iam publicatio scrutinij fuerit facta. j̄. de elect. publicato. Si uero ius est alteri acquisitum, licet diffidant, uariare non possunt in eius præiudicium j̄. de elect. cum inter canonicos. in fi. quia nemo potest mutare consilium suum in alterius præiudicium. ff. de reg. iur. l. nemo.

2 Adde tex. in c. dudũ. §. 1. de elect. & in l. 2. & ibi Bal. C. de serui. & aqua.

[Glo.

aliam personam idoneam prouideretis uobis canonice in pastorem.

¶Cæterum quidam vestrum a postulatione uestra, quam nobis præsentaueritis communiter, temere [a] recedentes, alijs persistentibus in eadem: prædictum Quinqueecclesien. episcopum in archiepiscopum postulauerunt: & infra. Nos igitur postulationem ipsam, quam inuenimus in multa discordia, non solum suffraganeorum, verumetiã canonicorum Strigonien. ecclesiæ, ac contra formam mandati [b] nostri temere celebratam, non duximus admittendam: sed uobis dedimus in mandatis, ut ad prouidendum uobis pastorem idoneum per electionem canonicam vel postulationem concordem (requisito suffraganeorum assensu: si essent de antiqua, & approbata consuetudine [c] requirendi) procedere curaretis: alioquin [d] nos ipsi prouideremus ecclesiæ viduatæ.[e]

¶Verum antequam [f] ad vos litteræ † nostræ peruenissent, innitentes mandato priori, suffraganeos, præter Quinqueecclesien. ad cõcordiam reuocastis: & infra.

¶Post † hæc mandato nostro recepto, hi qui in Colocen. conuenerant, ab eius postulatione recedere noluerunt, sed innouauerunt eandem, reuersis ad eos quibusdam canonicorum,† qui in partẽ alterã declinarãt: & inf.

¶Cæteri uero, qui Quinqueecclesien. episcopum postularunt, conuenientes in unum, cæteros canonicos ad capitulum cõuocarunt, ad postulationẽ concordem, vel electionẽ canonicam iuxta mandatum Apostolicum procedere cupiẽtes: sed illis nolentibus conuenire, intelligentes [g] penes se tãtum remansisse facultatem liberam eligendi, quia reliqui ius suum prosequi negligebant, prædictum Quinqueecclesien. denuo postularunt; & infra.

¶Nec obstabat † eorum discordia qui alium postularunt, cum prius in postulatione archiepiscopi supradicti conuenissetis pariter uniuersi, & consensum uestrum annotatum litteris, & subscriptionib. proprijs [h] roboratum, petijssetis a nobis per cões nuncios cõfirmari: nosque vestram recepissemus postulationem dijudicandã, si suffraganei forsitan in cõtradictione persisterẽt, vel, si consentirent, aut ẽt cederent, approbandam. Si enim postquam postulatio subscriptionibus postulantium roboratur, & præsentatur Romano Pontifici approbanda, possent ab ea recedere postulantes, nobis frequenter illuderent,[i] & iudicium nostrum ex eorum pendere arbitrio videretur. & inf. Intelleximus itaq;, quod si neutra esset postulatio approbanda, [k] iuxta tenorem tamen † posterioris rescripti, ad nos de cætero Strigon. ecclesiæ prouisio pertineret. Quia uero non plenam de personis illius regni notitiam habebamus, ideoque non poteramus salua consciẽtia eidem ecclesiæ in alia

[Gl. seq. soluit contrarium.]

a ¶ Temere.] ideo dicit temere, qa alij appellauerant & pseuerauerant in proposito suo, nec poterãt uariare, etiam si alij non appellassent: cũ iam postulationem suam cõiter factam præsentauerant dño Papæ approbandam, uel improbandam, & ideo temere faciebant: aliàs possent variare, ut vr̃: cum per huiusmodi postulationẽ nullum ius sit alicui acquisitum. j̃. c. proxi. nisi iam publicato scrutinio vellent ẽt mutare suam postulationem: quia nec tunc variare possunt. inf. de elec. publicato. vt dixi in prima notula: nec est cõtra. 63. d. quanto. qñ ibi elegerant indignũ, uel ibi nõ erant duæ partes capituli ad faciẽdũ electionẽ.

b ¶ Contra formam mandati.] & ideo nõ ualuit. sup. de rescri. cum dilecta. ff. man. l. diligenter. & inf. de electio. cum in veteri lege.

c ¶Consuetudine.] idẽ esset ac si essent in quasi possessione eligendi. inf. de iure patro. c. consultationib. & j̃. de cau. poss. c. cum ecclesia. & infra ut lit. pend. ca. 1. 2. 3. & 4. uel ideo dicit hoc; quia ex quo non sunt de capitulo, debet apparere an habeant ius eligẽdi, & dicere quo iure sunt admittẽdi. inf. de elec. c. constitutis.

d ¶Alioquin.] idest, si nõ ꝓuiderẽt intra terminum præfixũ.

e ¶Viduatæ.] Si canonici negligunt sibi eligere epm̃ infra tres menses, seu monachi abbatem: transfertur potestas eligẽdi ad proximũ superiorem. inf. de elect. c. ne pro defectu. in alijs inferiorib. p̃laturis, siue bñficijs. j̃. sex menses. inf. de cõcess. præb. nulla.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

f ¶Antequam.] Si nondum receperant secundas litteras, nõ debuit cassari quod legitime factũ erat. inf. de rest. spol. audita. & ff. man. l. si mãdassem. & s̃. de resc. ex parte decani. Quare ergo dicit in fi. & si neutra esset postulatio admittenda? Solut. forte hoc ideo dicit, quia utraque postulatio in discordia facta fuit, & postulationes factæ ĩ discordia nõ cõsueuerunt admitti, sup. c. proxi. Ista rõ non valet: qa prima facta dr̃ in cõcordia. licet diuersis tp̃ib. consentirent, ut dicit in fi. & illa lr̃a sic debet exponi: Et si neutra earum approbanda esset postulatio, i. quamuis neutram approbare teneremur, quia cũ gratiæ innitantur postulationes potius quam iuri, non tenebatur facere gratiam nisi uellet, ut sup. e. ca. proxi. uel dato ꝙ neutra esset facta in concordia, neutra esset approbanda.

g ¶ Intelligentes.] & male, qa illi non negligebant ius suũ. sed insistebant suæ postulationi, ut illã facerent concordem iuxta primum mandatum Papæ.

h ¶Proprijs.] quare variare non poterãt. j̃. de ele. publicato.

i ¶Illuderent.] qđ esse non debet. j̃. de offic. leg. l. licet. cum hoc ludibrium esset, vt C. de bon. quæ libe. l. vlt. §. ubi. & 61. dist. nullus. & est simile 6. q. 3. denique Suffredus. C. de rela. l. 1. Et si dixerit se uelle referre, ulterius se intromittere non debet. infra de appell. intimasti. sic & in postulatione præsentata superiori; quia quantum ad se, illam approbauerunt per p̃sentationem. j̃. de elect. cum inter canonicos. ĩ fi.

K ¶Approbãda.] de iuris rigore, cũ esset in discordia facta.

a ¶Alie-

† al. litteræ nostræ secũdæ peruenissent.

† Al. post hæc mandato nostro secundo recepto, &c.

† Al. quibusdam canonicorum ex his, qui, &c.

† Noceba[t] in manus[c]...

† Dictio, tamen, deest in antiquis...

a ¶ Alienum.] 71. dist. hortamur. C. de episcop. & cler. in ecclesijs. & ff. de tuto. & cur. da. ab. l. diuus. nec obst. inf. de cler. pere. c. vlt. nec obstat. inf. de inst. ad decorē. quia illi erant omnes extranei, & qua ratione illi Veneti instituebantur, eadem ratione & alij: dummodo aliud impedimentū non obsistat.

b ¶ Honestius.] nam de minori ad maius aliquis est promouē dus. 93. d. legimus. in fi. & ff. de mun. & hon. ut gradatim. & sic potius de pari ad parem quam de maiori ad minorē. inf. de transla. c. ult.

[Gl. seq. arg. & signat contrarium.]

c ¶ Diuersis.] arg. ꝙ si oēs canonici successiue cōueniant in aliquē, ꝙ ex tali consensu ius illi acquiritur. ſ. de elect. c. ꝙ sicut. ff. de serui. rus. præd. l. per fundum. Sed contra vř. 2. q. 6. c. ei qui. §. nominationes. sub illo. §. est quandoque. & ſ. de elec. c. quia propter. in fi. & c. in genesi. ADDITIO. Et 63. dist. c. 1. & c. auditis, ubi de hoc. Dixit Abb. primum verū qn ab initio facta est electio a maiori parte cap. quod sicut. de electio. secus si ab initio a minori sit facta, vt in ca. auditis. ad l. per fundum. respon. ut no. de cōsti. c. cum omnes. in 1. gl. Ioan. And.

[Gl. seq. obijcit, & soluit. secundo quærit, & soluit.]

d ¶ Palliū.] Sed quare debet ei mittere pallium? nonne habet ipse suum quod personam sequitur, & cum ea sepelietur, nf. vsu pallij, ad hoc? Respon. pallium datur personæ, sed contēplatione loci. vnde non utitur illo extra ecclesiam suam siue prouinciā. inf. de vsu pal. c. cum super. & c. ex tuarum. & ꝙ pallium respiciat locum, patet in archiepō, qui renunciat loco archiepāli, qui pdit usum pallij. ſ. de renun. ad supplicationē. Sed nunquid successor istius qui transfertur ad ecclesiam, eo ipso ꝙ confirmatur, utetur pallio quod ibi inuenietur? Non sine licentia speciali dñi Papæ: & iniuriam faceret ei si denegaret priuilegium, qđ prædecessor eius habuit. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. pe. B.

persona, † quæ de regno Hungariæ originem duceret cōgrue prouidere: nec vellemus ei præficere alienum:[a] quāuis honestius[b] videretur, si † suffraganeus ad metropolim suam accederet, q̄ archiepiscopus ad metropolim transferretur, partem tñ elegimus potiorem. Et eundē archiepiscopum, in quem oēs, quorū cōsensus in electione, vel postulatione pastoris requirit, licet diuersis[c] tēporibus cōuenerant, a vinculo, quo tenebat Coloceñ. ecclesiæ absoluentes, ad metropolim Strigoñ. transferimus, & ei licentiā tribuimus transeundi: † pallii[d] ei ad nomē, & vsum eiusdē eccles. transmissuri.

¶ Idem cap. Strigoneñ.

¶ *Postulatio contra quam agitur de contemp[t]o, potest sine præiudicio alicuius reijci: potest tamen de speciali gratia admitti. h. d.*

CAP. V.

POstulationem † quam celebrastis: & infra.

POstulationem.] Postulatio dependet a gratia. Et potest diuidi in duas partes, qa in prima ponitur decisa facti narratio. in secundā: ibi, Licet. Prouisio. Abb.

CASVS. Dicit Papa ꝙ per huiusmodi postulationem nullum ius acquiritur postulato: & ideo sine præiudicio alicuius potuit [illegible] postulationem repellere, tamen de gratia mandauit, quod partes mittant procuratores suos ad ipsum, ut utraque parte præsente quod iustum fuerit, decernatur.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

e ¶ Nullum.] Et ideo possunt ab ea recedere postulantes, nisi iā sit præsentata superiori. inf. c. proxi. vel nisi publicatio scrutinij iam sit facta, tunc non possunt ab ea recedere. ſ. de electio. c. publicato. Et licet nō possint a postulatione recedere: nullum tñ ius adhuc acquisitū est postulato, quo possit petere iure actionis confirmationē, sed totum dependet ab arbitrio superioris, & licet gratiā solam dēat petere: tñ iniuriam ei facere vř, si non admittitur per l. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. pen. & non acquritur per noīationē ius nominato. inf. de elec. ꝙ sicut. in prin. vnde non possunt ab ea recedere, vt ibi dicitur. Sed nunquid patronus potest aliū præsentare, primo p̄sentato nondum admisso per epm? Non dēt illud facere: tñ si secundum præsentauerit, & admittatur, secundus obtinebit, cū distinctione decretalium quas habes. ſ. de iure patr. c. cum autē. & c. quod autem. & c. pastoralis.

f ¶ Idoneos.] qui sciant & possint reddere rationem. 17. dist. multis. & inf. de procur. c. 1.

g ¶ Præsente.] quia causarum merita partium assertione pandunt. C. si per vim. vel alio mō. l. 2. & ſ. de rest. in integ. cap. Et tum ex litteris.

¶ Licet ergo per postulationem huiusmodi nullū[e] ius sit alicui acquisitum, ideoq; sine præiudicio alicuius postulationem potuissemus repellere memoratam, vt tñ vobis de speciali gratia cōsulamus, ita diximus prouidendum, ꝙ procuratores idoneos[f] ad omnia sufficienter instructos, nostros vos conspectui præsentetis, quatenus vtraq; parte præsente,[g] quod iustum fuerit, decernamus.

¶ Hono. † iij. capitulo Calaritano.

¶ *Episcopus non est eligendus ad aliam dignitatem, sed postulandus.*

CAP. VI.

ET si vnanimiter vota vestra concurrerint, ad Sutriñ. episcopum in ecclesiæ vestræ archiepiscopum eligendum, cum suæ alligatus ecclesię, liberum † non habeat sine nostra permissione[h] volatum: electionem de ipso factā, tanquam contra canones, ...

ET si unanimiter.] Diuiditur quoad mentem, nāni primo recitat factum. Secundo cassat electionem, & rationem submittit.

CASVS. Canonici Calaritani concorditer elegerunt in archiepiscopum suum, episcopum Sutrinum, petentes ipsum cōcedi a domino Papa, Papa respondet: quāuis concorditer sit electus, cum ipse alligatus suæ ecclesiæ sine permissione domini Papæ ecclesiam ipsam dimittere nō possit, electionem ipsam irritauit, quia nullo modo debuit eligi, sed tantum postulari. Not. ꝙ epi semper sunt postulandi, & non eligendi quando ad aliam ecclesiam petuntur. totum in littera patet, quia non possunt consentire sine licentia domini Papæ.

[Gl. seq. rationem reddit. Secundo ponit alios quattuor postulando. s. patientes defectum ordinis, ætatis, natalium. & laicos. de alienigenis tenet contrarium. finis recitetur per q. an valeat postulatio de eligibili.]

h ¶ Permissione.] Sic ſ. de renunc. nisi cum pridem. in fi. & ſ. de transl. c. inter corporalia. ver. sicut autem. & ideo

† al. Innocentius iij.

† In quibus antiq. ita liberum non habeat ad aliā sine, &c.

In quibus... am vulga... s hic infe... tur dictio, ... si, q̄ nec in ... tiquis, nec ... veteri cō... latione ha... etur. ... vt.

De pallio ... ide in syno... o octaua, ... an. 27. & ... ionem par. ... c. 325.

Cap. 5. co... t. in 3. cō... latione.

ideo sine licentia Papæ transire non debet : quia est alteri matrimonialiter alligatus ; & hic dicit, & in illa decret. inter corporalia. & tale uinculum dissolui non potest, nisi auctoritate diuina, id est auctoritate illius quem constat esse vicarium Iesu Christi, ut in d. capit. inter corporalia. Et ita patet, quod cum non possit consentire, non potest eligi : sed tātum debet postulari a Papa su. eo. bonæ memoriæ. in princ. vt hic dicitur. Idem est dicendum de quolibet ; qui est in minoribus ordinibus constitutus, & qui non sit ætatis legitimæ. j. de elect. c. dudū. 1. & j. de ætate & quali. cap. præterea. quia huiusmodi personæ inhabiles sunt ad eligendum : quia cum non habeant ea propter [1] quæ eliguntur, merito eligi non possunt simile. j. de cler. excom. si celebrat. & ideo postulari debēt ab eo qui potestatē habet dispēsandi cū illis. Idem est dicendū de illis qui alias non sunt idonei, ut illi qui non sunt legitime nati. inf de elect. innotuit. in fi. Sed idem videtur de quocunque clerico, qui promoueri debet ad aliam ecclesiam, & præcipue de alio episcopatu: quia ex toto consentire non potest, nec ecclesiam dimittere sine licentia sui epi, ut 7. q. 1. eos. & §. si quis presbyter. & j. de renunc. cap. admonet. & sic omnes postulandi sunt, & pauci eligendi. Dico, quod illi qui idonei & legitimi sunt ad eligendum, debent eligi. & possunt ad quamcunque ecclesiam siue in sua siue in aliena. inf. de elect. c. cum inter canonicos ; ibi, electus fuit de aliena ecclesia. Et idem credo seruandū in postulatione: & si postulatio facta sit in concordia. vel duabus partibus idem credo. & si a longe maiori & præsentata superiori, uel etiam publicatio scrutinij facta sit, non possunt ab ea recedere postulantes. sup. ea. bonæ memoriæ. 2. & j. de elect. c. publicato. licet nullū ius sit acquisitum postulato. ut ex hoc possit agere, sed potest petere gratiam a superiori. & quamuis omnes clerici adstricti sint ne possint dimittere ecclesias sine consensu episcoporum eorum, nihilominus eligi pūt: qa nō est tāta cōiūctio inter eos, & eorū ecclesias. sicut inter epm, & ecclesiam, cui est matrimonialiter alligatus. j. de testam. c. requisisti. sed illud vinculum non est in alijs inferioribus prælatis. Et idem videtur de abbatibus, qui tantum subsunt domino Papæ, quod de episcopis, s. q sine licentia Papæ, uel ipsius legati recedere non possunt, sup. de consuet. c. cum venerabilis. Dic tamen, q tales abbates ēt exempti sunt eligendi. ca. si abbatem. de elect. in 6. Et laicus eodem modo est postulandus. De hac materia dicitur. 61. dist. cap. Osius. §. sed aliud est. Et not. q sicut postulandus non debet eligi, ita & eligendus non debet postulari : quia non consentiunt postulantes in illum, ut in sponsum per postulationem. Vel satis potest dici, q ualeat talis postulatio, quia forte dubitatur utrum sit eligendus uel postulandus, & ita consentiunt in illum, ac si eligeret. Et si dicunt; eligimus, & postulamus secundum quod de iure melius potest, bene ualet quod agitur, siue sit eligendus, siue postulandus: alias non ualet si eligendus simpliciter postularetur : quia quamuis eligibilis sit, nō eligit, sed postulatur. Potest dici, quod potuit, noluit, & q uoluit, non potuit adimplere : quia vox, illud, non significat. ff. de rebus dub. in ambiguo. & nullū ius est acquisitum postulato, & superior potest illum admittere uel repellere. 2.

nones † minus licite attentatam, de fratrum nostrorum consilio diximus irritandam, cum eligi nullo iure potuerit, sed potius postulari.

CAP. VI.

De electione, & electi potestate.

¶Lucius † Papa.

¶Ecclesiæ collegiatæ non debet prouideri de prælato per collationem seu prouisionem, sed per electionem canonicam faciendam per ipsum collegium. hoc dicit Abb.

CAP. I.

NVllus † in ecclesia, vbi duo [a] vel tres fuerint in cōgregatione, [b] nisi eorū electione canonica, presbyter eligatur. & infra. ¶Si vero aliter [c] quis ecclesiam adeptus fuerit, eo quod per cupiditatem illam acquisierit, atq; contra canonicę regulę disciplinam egerit, expellatur.

¶Ex concilio Sardicen. †

¶Electus ad clamorem populi, non debet per superiorem confirmari.

CAP. II.

OSius episcopus dixit; Si quis ita teme-

DE ELECTIONE, &c.

¶ Quia postulatio est præambula electioni: fit .n. ut per eam sublato impedimēto efficiatur quis habilis ad eligendū : merito post rubricā præcedentem subijcitur ista de electione. Vel sic. Supra visum est de uno modo, per quem prouideretur ecclesiæ per viam gratiæ : nunc subijcit alium modum per quem prouidetur per viam iuris : quia postulatio innitit gratiæ & electio iuri. Et quia in tractatu electionis potest dubitari de potestate electi, ideo ne auctor haberet materiam ponendi rubricam specialem subiecit etiam de clerici potestate. Abb. Siculus.

¶De hac materia tractatur 60. 61. 62. & 63. & 69. dist. & 1. q. 6. & 8. q. 1. & q. 3. per totum.

NVllus.] Congregatio ecclesiarum, seu collegium ecclesiasticum debet sibi prælatum eligere, & aliter adeptus ecclesiam, expellendus est. h. d. secundum omnes. Primo prohibet. & secundo contra factum uitiat ; ibi, Si vero. Abb.

CASVS. Dicitur in cap. isto q ubicunque sunt duo vel tres in ecclesia tanquam collegium, ad ipsum collegiū pertinet electio ; aliter uero electio non ualet. Nota hic quòd de iure communi ad collegium pertinet electio prælati.

a ¶Duo.] Nota q duo faciunt congregationem, ut hic; tres collegiū, ut ff. de verb. sig. l. Neratius. retinetur tñ in uno ius collegij. ff. quod cuiusq. vniu. l. sicut. §. vl. Et decē hoīes faciūt populū. 10. q. 3. vnio. [3] & plures q 10. aut 15. tutelā. ff. vi bon. rapt. prætor ait. §. 1. Et quattuor vel quinq; porci, uel decem oues faciunt gregem. ff. de abigeis. oues. Et quod dicit, duo faciunt congregationē, hoc intelligo vbi mortuo prælato plures remanent in congregatione, ad minus duo, [4] ut hic dr, duo uel tres, per id q sequitur in littera : nisi eorum electione, ergo non minus, & ita patet, q ubi tantum est sacerdos, & clericus, ibi non dicitur congregatio siue collegium. Bernar.

b ¶In congregatione.] tunc. n. conuentus est electio. inf. de iure patro. c. nobis. 16. q. ult. congregatio. secus si essent ibi plures nō tanquā collegium, tunc. n. solius patroni est electio. inf. de iure patr. c. postulasti.

c ¶Aliter.] quam per canonicam electionem.

OSius episcopus.] Populus non debet episcopum uel alium prælatum eligere. hoc dicit. Primo ponitur narratio. Secundo approbatio ; ibi, Synodus. Abbas.

CASVS.

† Adde q contrauenire canoni est peccatū, & notatur in c. 2. & in c. illud de maiorit. & obe.

† Codices antiqui hic uariāt: nam quidā, Pius. alij. Alexander, habent.

1 Hæc quæ in glossa ponuntur, possunt his versibus adnotari ; postulo Pōtifices, non sacros : atq; minores, exēptos, laicos, male natos, religiosos.

† Cap. 1. tit. in 1. compilat.

2 Vide ca. eo. tit. lib.

† Conc. Sardicen. can. 2. chardus, 1. decr. Iuo par. 73. & c. 2. ti. in j. cō

3 Vide l. perator. ff. bon. rapt.

4 Vide in l. prætor ff. vi bon. rapt.

CASVS. Osius eps in concilio generali Sardien. dixit, si quis litteras populi accepit, per quas populus ipsum petat in suum prelatum, quia psumptio est contra ipsu ꝙ populum premio corruperit & mercede, dixit quod fraudes damnarentur, ita quod laicam cōionem in fine non accipiat, nisi pęnituerit. & synodus sententiam ipsius approbauit. Not. quod laici ab elect. sunt repellendi.

a ¶ Populi.] Not. ꝙ ad clamorem populi nullus est eligendus: quia spe aut gratia hoc faciunt, aut ptiū inde recipiunt: vt 8. q. 1. si ergo. quia populus sequendus non est, sed docendus. & 62. dist. docēdus. & 61. dist. miramur. Et vanæ voces populi non sunt audiendæ. C. de pęnit. decutionum filij. & arg. ad hoc ff. de appel. si constat.

b ¶ Sinceram.] charitare informatam.

[Gl. seq. alle. contrarium. & vnum contra eor. & soluit.]

c ¶ Corrumpi.] not. hic dubia in deteriorem partem re interpretari. infr. de cleri. nō resi. c. 1. ar. cōtra. infr. de reg. iur. estote. Hoc ideo fit, quia frequētius laici hoc faciunt & iura ad ea quæ frequētius eueniūt, adaptāt. 28. dis. de Syracusanę. & 63. di. nosse. & ff. de leg. & senatuscons. l. nā ad ea.

d ¶ Pænituerit.] quia venia non datur nisi contrito & correcto. 24. qu. 2. legatur. & qūo gaudebis te fuisse correctum, nisi doleas te fuisse peruersum: 23. quæst. 7. quemadmodum. & 50 dis. penitentes.

rarius extiterit, vt talem excusationē afferens, asseueret, ꝙ litteras populi [a] acceperit: cū manifestum sit, potuisse plures eorum qui sinceram [b] fidem non habent, præmio & mercede corrumpi, [c] vt clamarēt in ecclesia, & ipsum petere viderentur: oīno fraudes has damnandas esse arbitror, ita vt nec laicam in fine communionem (nisi de hoc pęnituerit [d]) talis accipiat: si vero omnibus placet, statuite: Synodus respondit, Placet.

¶ Gregorius. iij. †

¶ Electo canonica confirmanda est: debet tamen superior ante confirmationē inquirere de conuersatione & vita electi, vbi fuit conuersatus.

POstquam.] Diuiditur: quia primo ponit vnum dictum. Secundo aliud. ibi, Cuius. Abbas.

CASVS. Dr in capitulo isto, ꝙ qn̄ confirmatio electionis petitur a suo superiori, superior inquirere debet de vita & moribus electi in loco in quo conuersatur: vt si dignus inueniatur & electio sit canonica, sine dilatione debeat confirmari.

e ¶ Impleantur.] 65. di st. de persona. & infr. de elec. cū inter vniuersas. c. nihil est. & §. vltimo.

f ¶ Conuersatus.] Not. ꝙ ibi facienda est inquisitio, vbi quis conuersatur; quia notus est ibi. simi. 22. dis. illud. arg. inf. de præsump. quosdam. & 24. q. 1. pudenda. & 47. dis. de Petro. & infr. eo. scriptum est. & qui aliquē purgant, debent notam habere ipsius conuersationem. 2. infr. de purg. cano. cum P. Manconella. & ca. cum dilectus. alias non posset de ipsius vita constare. Ber.

SIgnificasti.] Pertinet istud c. ad secundam partem rubricæ. Primo ponit admirationem, quam cōfundit. Secundo duplex admirandi motiuum. cui respondet. Tertio concludit. Secunda ibi, Aiunt omnes. Tertia ibi, cum igitur Abb. Sicul.

CASVS. Dn̄s Papa per nuncios suos misit pallium archiepo Panormitano tali conditione, si ipse sacramentum præstaret scd̄m formam quam illi Papa transmiserit per apocrisiarios suos, hoc est nuncios, vel secretarios; propter quod mirati sunt reges, & maiores regni; ꝙ Papa hoc iuramentum exegit: dicentes quòd nō est iurandū auctoritate Euangelij. Nolite iurare omnino, quod amplius est, a malo est. nec ab Apostolis nec in concilijs inuenitur ꝙ sit iurandum. Archiepiscopus significauit hoc dn̄o Papæ, & ipse rescribit ei dicens: Mirentur isti principes super hoc dn̄m Iesū Christum, qui eandem conditionē apposuit dum dixit: Simon Petre, si diligis me, pasce oues meas. † argu. Papæ est ex facto Dn̄i: si ergo qui conscientias horum nouit, hac conditione vsus fuit: multo fortius Papa potest apponere hanc conditionem, qui hominum cōscientias nō nouit. postea rn̄det auctoritati Euangelij. Nolite iurare, &c. quod amplius est, &c. dicit quod incredulitas eorū qui nolunt credere, nisi iuretur, facit vt hoc malum, id est, iuramentū exigatur dn̄o permittente. multi etiam post iuramentum præstitum ab vnitate ecclesiæ, & ab obedientia sedis Apost. recesserunt: quod malum est, & propter hoc malum, iuramentum pro fide pro obedientia, pro vnitate debet p̄stari. Dicunt enim quod in concilio nō inuenitur quod sit iurandum: sed hoc non obstat, qđ Romana eccl. præstat auctoritatem concilijs: & per eius auctoritatem robur accipiunt, & in concilijs semper excipitur eius auctoritas. In fine dicit, iustum est, vt qui a sede Apost. exigitis vestræ insignia dignitatis, illi debitæ subiectionis signa persoluatis, quæ insignia subiectionis exhibita declarant vos seruare catholici capitis vnitatem. Not. quòd in spiritualibus honestæ conditiones possunt apponi. Item qui petit sibi ab alio iustitiam exhiberi, ei non debet illud quod iustum est, denegare.

† Ca. 11. eo. tit. in 1. collect.

CAP. III.

POstquam: † & inf. Confirmationem petētium desideria, (nihil est quod electum impediat) impleantur. [e] ¶ Cuius vita vel actus, quia melius possunt, vbi est conuersatus [f] cognosci, inquirantur. ibid.

¶ Paschalis Panormitano archiepiscopo.

¶ Electo in archiepiscopū, sedes Apostolica pallium non tradit, nisi prius præstet fidelitatis & obedientiæ iuramentum.

CAP. IV.

SIgnificasti † reges & regni maiores, admiratione permotos, ꝙ pallium tibi ab apocrisiarijs † [g] nostris, tali conditione [h]

† Ca. 21. eo. ti. in 1. compilat.

† Apocrisiarius dicit responsalis a ἀποκρίνεσθαι, quod est, respondeo, Iustinian⁹ nouella 25.

g ¶ Appocrisiarijs.] Apocrisiarij dicuntur nuncij domini Papæ, quasi secretarij. nam crisis quandoque dicitur secretum, quandoque aurum, quandoque iudicium. Versus.

Aurum, iudicium, secretum dat tibi crisis.

[Gl. seq. signat contrarium, & tripliciter soluit.]

h ¶ Conditione.] signatur contra. 1. c. 2. quam pio. Sol. Conditio ista non est reprobanda, nec simoniā inducit. inf. de pact. c. pactiones. sed ostendit palliū nō aliter esse tradēdum. Sic hæc adiectio, si satisdederis, cum præses prouinciæ tutorem facit, non habet conditionem, sed commonet tutelam non aliter committendā. ff. de tut. l. muto. §. 1. quia tutor sub conditione dari non potest: quia actus legitimi conditionem nō recipiunt. ff. de regu. iur. actus. infr. eo. in electionibus. [lib. 6.] licet possit institui sub conditione à testatore, institu. quibus modis tu. fin. §. sed & si. Et tacitæ conditiones non faciunt legatum conditionale. ff. de condi. & demonstr. conditiones. Vel refert à quo apponatur conditio: quia si à superiore, non est simonia. Vel potest dici, & melius, quòd ius commune est, quod hic exigitur. 18. q. 2. Eleuthe-

† al. Grego. x. & male Gregori⁹ li. 8. episto. 18. registri. & c. 11. eo. tit. in 1. compilatio. De hoc vide B. Tho. 2. q. 60. ar. 4.

Directi. inst. 3. par. [3.] modo processum examinādi.

Eleutherius, & hoc onus annexum est dignitati. infra de præben. significatum. & 18. distin. diaconi. Et nota quod superior potest apponere conditionem ante subditi confirmationem, 23. distin. quamquam. & 28. dist. de Syracusanæ. sed inferior non potest, nisi post electionem. 8. quæst. 3. Artaldus. & vbi onus rei exprimitur, non est simoniacum. infra de præben. ca. significatum. Et præterea conditiones quæ ipso iure insunt, bene apponuntur & exprimuntur sine aliquo uitio, de quibus traditur inf. de iureiu. cap. quemadmodum. & supr. de rescriptis c. 3.

[Gl. seq. obijcit, et dupliciter soluit.]

a ¶ Oblatum.] Sic infra de simo. & si quæstiones. Sed quare Papa offert ei pallium, cum pallium non sit dandum nisi fortiter postulanti. vt 100. distin. prisca. sicuti & in litteris dimissorijs episcopi. 72. distin. episcopus. sicut nec Apostoli dari debent nisi petantur instanter. 2. q. 6. post appellationem. & infr. de appel. cord. lib. 6. & qui præest, parcissime debet commeatum dare. ff. de re mil. l. officium. §. paternus. Sed hic & in illa, & si quæstiones, dicendum est quod nuncij ipsius prius instanter petierant: 1. vt patet in fin. ca. & Papa eis per nuntios suos pallium destinauit. Vel voluit eis gratiam facere sine aliqua postulatione, sicut vid. tur sup. de post. prel. c bone. 2. in fi.

b ¶ Pasce oues meas.] per hac verba eligit eum Deus in prelatum, & per hæc facit ad titulum.

oblatum [a] fuerit: si sacramentū, quod à nobis scriptum detulerant, exhiberes: & infra. Mirentur in hac causa dominum nostrum Iesum Christū, qui cum ouium suarum curam Petro committeret, conditionem posuit dicens: Si diligis me pasce oues meas. [b] Si conscientiarum factor, & cognitor secretorum, conditione hac vsus est, nec semel tantum, sed & secundo, & vsq; ad contristationem; qua nos solicitudine oportet tantam ecclesiæ prælationem imponere fratribus quorum conscientias nō videmus? Aiunt omne iusiurandum in Euangelio à Domino esse † prohibitum, nec ab Apostolis post dominum, nec in concilijs inueniri posse statutum. [c] Quid est ergo quod Dominus subsequenter ait: Quod amplius [d] est, à malo est? hoc enim [e] amplius vt exigamus, malum [f] nos illo permittente [g] compellit, [h] Nonne malum est ab ecclesiæ vnitate, & a sedis Apostolicæ obedientia resilire, & contra canonum statuta prorumpere: quod multi etiam post sacramentum præstitum presumpserunt: & infra: Hoc nimirum malo [i] ac necessitate compellimur iuramentum pro fide, [k] † pro obedientia, [l] pro vnitate [m] requirere. Aiunt [n] in concilijs statutum non inueniri: [o] quasi Romanæ ecclesiæ legem concilia vlla præfixerunt: cum omnia concilia per Romanæ ecclesiæ auctoritatem, [p] & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani † Pontificis patenter excipiatur auctoritas: [q] & inf. ¶ Cum igitur a sede Apostolica vestræ insignia dignitatis exigitis, quæ a beati Petri tantum corpore assumuntur, [r] iustum est; [s] vt vos quoque sedi Apostolicæ subiectionis debitæ signa soluatis, quæ vos cum Beato Petro tanquam membra de membro habere, & catholici capitis vnitatem seruare declarent.

¶ Alexander iij. Pet. presbytero Card. Apostolicæ sedis legato. †

¶ Si schismaticus ad vnionem ecclesiæ reuersus eligitur in episcopum, electio non tenet, sed ex dispensatione potest confirmari.

[Glo. seq. quærit & soluit.]

c ¶ Statutum.] supple contrarium.

d ¶ Amplius.] Id est, iuramentum.

e ¶ Enim.] in est, quia, & venit expositiue sup. de consti. translato.

f ¶ Malum.] id est, incredulitas siue malitia. vt postea sequitur. sic etiam exponitur malum pro incredulitate. 22. q. 1. c. 2.

g ¶ Illo permittente.] id est. Christo.

h ¶ Compellit] Compellit, nos. vt exigamus hoc amplius, id est, iuramentum.

i ¶ Malo.] 22. q. 1. ita ergo. in fin. 2. q. 5. si quis presbyter. & inf. de iureiu. & si Christus.

k ¶ Pro fide.] retinenda, quam susceperit, suspectus est in fide. de consec. dist. 2. ego Berengarius. & inf. de hær. ab abolendam. & c excommunicamus. & 1. q. 7. quoties.

l Pro obedientia.] exhibenda. 23. dist. quamquam, & inf. de iureiu. nullus.

[Gl. seq. ponitur sex casus, quibus licite iuratur, & ponit versus.]

m ¶ Pro vnitate.] s. seruanda: vt schismatici, qui scindunt se ab vnitate ecclesiæ, aliàs pro veritate, s. habenda seu inquirenda. 14. q. 2. quam quam pro pace iuratur. 22. q. 1. omne quod infr. de iud. c. nouit. pro fama. 2. quæst. 5. presbyter si à plebe. & ca. si mala. & inf. de purg. can. per torum titulum. & inf. de coha. cleri. & mulie. tua. in fi. pro dāno dato iuratur. 2. q. 1. in primis, & C. vn de vi. si qn. in istis sex casib. licite iuratur: Vide versus:

Pax & fama, fides, reuerentia, cautio dāni:

Defectus veri sibi poscunt magna caueri. Ber.

ADDITIO. Idem not. infr. de iureiu. nullus 2. q. 5. ca. 1. & alios uersus de hoc habes. j. q. 7. quoties 1. in pen. gl. Io. And.

n ¶ Aiunt in concilijs.] Secunda oppositio.

o ¶ Non inueniri.] vt iuretur.

p ¶ Auctoritatem. 18. distinctio per totum.

q Excipiatur auctoritas.] 3. q. 6. dudū. & in capit. peregrina. & in iuramento auctoritas Papæ semper intelligitur excepta. sup. de rescri. c. constitutus. & infra de iureiurando. venientes. & ff. ad municipalem. l. Imperatores.

r ¶ Corpore assumuntur.] Sed qualiter assumitur de corpore beati Petri? sic intelligitur, quod de corpore beati Petri, &c. pallium benedicitur & consecratur a Papa super altare beati Petri, & ibi ponitur, & ille qui debet vti pallio, recipit ipsum de altari, si est presens, vel alius pro ipso, si est absens, & sic assumitur de corpore B. Pet.

Glo. seq. arguit, & alle. duo contraria.

s ¶ Iustum est.] Argu. quod frustra petit debitum, qui quod debet non impendit. infra de mu. petitioni. ca. 1. & 2. C. de senten. & inter. om. iud. cum Papinianus, & 3. quæst. 8. capitu. accusatores. §. cuius in agendo. 95. dis. esto subiectus. Argum. contra. C. depo si. l. pen. & infra depo. c. 2.

Ioan. 21.

† Hic fuit error Valdensium. Eymericus in Directorio parte, 2. q. 14. & q. 17.

1 Nec ex tali petitione potest notari ambitio: vt nota in prælleg. ca. prisca. quia iure suo vtūtur, et ad hoc tenentur. Io an. And.

† Vide Tho. 2. 2. q. 89. arti. Sotum li. de iust. et re. q. 1. ar. vbi licitum esse iurare vere ostendunt.

† In aliquibus antiqu. Romanæ ecclesiæ.

† In concilio Lateran. titu. elect. & electi potestate. pitu. 2.

Ballium cur de corpore B. Petri assumi dicat.

Quia diligentia.] Diuiditur, quia in prima ponitur quæstio iuris, in secunda responsio: ibi, Duximus. quæ tria facit. Primo confirmari gratiose permittit, si tria concurrant. Secundo de consecratione prouidet: ibi. Mandantes. Tertio protestatur: ibi. Salua. Abb. Siculus.

† Schismatici redeuntes ad ecclesiam abiurant. Turrecremata de eccles. lib. 4. par. 1. cap. 15. & de iure ciuili suspenduntur. textus est, & ibi Baldus. ... 1. de pace iuramēto firmanda.

CASVS. Quidam schismaticus reuersus ad catholicā vnitatē, electus fuit in epm Aquilegēs. ecclesiæ, quę tunc schismatica erat, quidam Card. Apost. sed. qsiuit, an ipsius electionem debeat cōfirmare? Rñdet Papa, quod si à schismatico nullum ordinem receperit, & ipsius electio facta fuit secundum formā canonū, dūmodo nihil aliud sit qd impediat, permittit Papa dispensatiue ipsius electionē confirmari, mandans vt ipsum faciat à catholicis episcopis suffraganeis Aquilegiē. ecclesiæ consecrari, salua debita iustitia & reuerentia eiusdē ecclesiæ. Nota, quod qui scindit se ab vnitate ecclesiæ, de iure communi non potest promoueri. Item licet prælatus ecclesiæ schismaticus fit, ecclesiæ tamen non præiudicat, cum redierit ad vnitatem.

† Eā. in antiquis.

CAP. V.

Quia diligētia tua requisiuit, an electionem electi, qui abiurato schismate [a] † ad vnitatem ecclesiæ rediit, debeas cōfirmare. Duximus respondendum, quod si a schismatico nullum ordinem susceperit, [b] & eius electio secundum formam canonū fuerit celebrata, eū † (dummodo alia non impediant) dispēsatiue permittimus cōfirmari. Mandantes, vt eum facias à catholicis episcopis suffraganeis Aquilegien. ecclesiæ in episcopum ordinari.

¶ Salua debita iustitia, [c] & reuerentia [d] eiusdē ecclesiæ, cum ad catholicam redierit vnitatem.

¶ Idē in concil. Lateran. †

In concilio Lateranensi tit. de electio. sum. Pōtif. c. 1

¶ *Electus in Romanum*

a ¶ Schismate. Octauiani, q cōtra Alexandrū erat, & Aquilegien. patriarcha tunc schismaticus erat. Vnde dicit, facias eum consecrari à suffraganeis salua, &c. Schisma 1 enim interpretatur diuisio siue scissura, & est græcum nomen. Vnde scissura in vnitate ecclesiæ esse non potest: & qui schismatici sunt ab eo qui est unum, se diuidunt, quare spiritum sanctum non habent 24. q. 1. schisma. inde quod uestis Domini quæ unitatem significabat, remansit indiuisa. 16. quæstio. ulti. sicut Domini uestimentum.

1 B Thom. 2. 2. qō. 39. Turrecremata in sū. eccl. lib. ... par. 1. ca. j.

[Glos. seq. in fine soluit contrarium.

b ¶ Susceperit.] quia si ordinem suscepisset, careret effectu, & repelleretur à dignitate: nisi probaret se cum ordinaretur, ordinatorem nesciuisse damnatum. inf. de schisma. c. 1. & 9. q. 1. ordinationes. sic & qui ordinatur à simoniaco. 1. q. 1. si quis à simoniacis. & cum talib. qnq; dispensat ut hic, & inf. de schis. ca. 2. & c. si quis a simoniacis, sed si sciuisset, non dispensaretur: ut ibi dicitur, in c. si quis & sic schismatici non promouētur sine dispensatione, vt hic dicit, alias esset contra. 12. di. nos consuetudinem.

... n. ca. 19.

c ¶ Iustitia.] quia per talem consecrationem non fit præiudicium Aquilegien. ecclesiæ in posterum. sup. de sum. trin. in fine c. 1. & c. damnamus. circa finem.

[Gl. sequens elicit duo arg. ad primum alleg. quattuor concor. & sex ad secundum. ad quod signat duo contraria, & soluit.]

d ¶ Reuerentia.] quia eps consecratus nihilominus debebit facere obedientiam patriarchæ cum redierit ad catholicam vnitatem. Et est arg. ꝙ protestatio necessaria est in huiusmodi. sic 7. q. 1. pontifices. & 24. di. presbyteri. & 9. q. 2. saluo. & huiusmodi protestatio semper necessaria est; vt inf. de iure patro. ex litteris. Item est arg. ꝙ excommunicati vel suspensi omnia iura recuperant post absolutionem. 15. quæst. 6. nos sanctorum. & ca. iuratos. & 3 q. 4. beatus. & 4. quę. 1. cap. 1. & 32. q. 5. præceptū. in fin. 6. qō. 1. illi q. Ar. cōtra. 2. qō. 3. c. Euthemiū. §. hic colligitur. & 3. qō. 4. consanguineorū. In fi. Sol. Prima pars vera est, & etiam famæ restituitur, si infamia canonica tantum sit irroga. arg. 6. q. 1. illi qui.

Pōtificem à duabus partibus Cardinaliū, nulla exceptione obstante est Papa. Electus autē à minori numero gerens se pro Papa incidit vna cum sibi adhærētibus in pœnas hic cōtētas.

CAP. VI.

Licet † de vitanda discordia in electione Romani Pontificis, manifesta satis a prædecessoribus nostris constituta [e] manauerint: qa tamē sæpe post illa, per improbæ ambitionis audaciam, grauē passa est ecclesia scissurā; nos etiam ad malum hoc euitandum, [f] de consilio fratrum nostrorū & sacri approbatione concilij aliquid decreuimus adiungendum. ¶ Statuimus ergo, ut si forte inimico homine [g] super seminātē

† Cap. 15. e. tit. in 1. compil.

Licet.] Continet tres partes. In prima ponitur constitutionis causa. In secūda constitutio. In tertia quædam protestatio. Secunda ibi, Statuimus. Tertia ibi, ex hoc. Abb. Siculus.

CASVS. In ordinatione Ro. Pont. ecclesia sæpe passa est scissuram propter multorum ambitionem ad malum. tandem in posterum statuit Alexāder in concil. Lateranen. ꝙ si in ordinatione Rom. Pon. plena omnium Cardinalium non potuit esse concordia, & duæ partes cōcordauerint, & tertia noluerit concordare duabus, uel aliū nominare psumpserit: ille q à duabus partibus electus fuerit, sine omni exceptione Romanus pontifex habeatur. Si quis uero de tertia parte confisus ipsam vsurpare præsumpserit excommunicationi subiaceat, ita etiam vt viaticum sibi deneget in fine, nisi resipuerit. Præterea si a paucioribus quā duabus partibus aliquis fuerit electus, nisi maior concordia interuenerit, nullatenus assumatur, & prædictæ pœnæ subiaceat: ex eo. tū ꝙ de ordinatione Ro. Pont. statuitur, nullum pīudiciū fiat canonicis institutis, & alijs ecclesijs in quibus sententia maioris & sanioris partis debet pualere: quia qd in eis in dubiū uenerit, p suū superiorē poterit diffiniri sed in Ro. ecclesia speciale. quod statuit: qa ibi nullus superior reperitur. No. ꝙ ad cautelā futurorum multa statuuntur, & futuris casibus obuiandum est. Item nōt. ꝙ electio Papæ a duabus partibus facta tertia discordante, rata debet esse.

e ¶ Constituta.] 2. 79. d. si qs Papa. & 23. d. in noīe dñi.

[Gl. seq. arg. & signat contrarium.]

f ¶ Euitandum.] Arg. ad cautelam futurorū aliquid faciendum, 23. dist. in nomine Domini. & 1. q. 7. conuenientibus. & inf. de ser. non ordi. c. 1. & ff. si ser. vē. harum. & l. legi. Arg. contra. ff. de usuf. l. 1.

g ¶ Inimico homine: Idem diabolo. Et diabolus d ctus est homo ab euentu: quia deuicit hominē sicut imperator dictus est Africanus ab euētu: qa deuicit Africā: [3]

ADDITIO. Vel inimico, id est. uitioso de pēn. dist. 2. princeps. vel homine, id est, hominis, unde 1. Petri vlti. Sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius uester, &c. secundum Hostien. Io. And.

[2] Vide cap. vbi periculum. de ele. o. lib. 6.

[3] Vide in auth. de hæ. & fal. coll. 1. in prin. & in proę. Insti. per glo.

a ¶ Zizaniam.] syllaba ante penult. longa. Vnde versus.
Neue super ueniens zizania seminet hostis:
Frontibus imprimitur unctio sacra Dei.
b ¶ Exceptione.] & sic nulla exceptio potest opponi sibi. nisi de hæresi. 40. distin. 1. Papa : alias enim quantumcunque præcise etiam ipse Papa scribat, legitima exceptio est admittenda. infra de offic. deleg. ex parte 2. & sup. de rescrip. si qñ. & arg. c. cum adeo. eod. tit. & inf. de præben. cũ teneamur. Et est speciale in Papa, vt nulla exceptio admittatur.

1 Difficilis est intellectus c. si Papa. de ono uide [illegible] ibi dicantur.

statutum: ibi, Præsenti. Abb. Siculus.

CASVS. Quia aliqui eligebantur in epos, qui non erant scientia, moribus, & ætate idonei, statuit concilium Lateran. quales debeant esse qui in epos eliguntur, ostendens hoc per locum à minori. dicens, ꝙ in cunctis sacris ordinibus & ministerijs requirantur tria pcipue, s. ętatis maturitas, grauitas morũ, & litterarum scientia. ergo multo fortius in epo hæc sunt inquirẽda: quia cum eps ad curam animarũ sit positus aliorũ, in se ipso debet ostẽdere qualiter alij se debeât habere: ne igit, qđ pro necessitate tpis qñq; factum est, trahatur à posteris in exemplũ, statuit conciliũ Lateranen. vt nullus de cætero eligat i epm, nisi trigesimum suæ ætatis annũ peregerit, & de legitimo sit matrimonio natus, & q vita & scientia laudabilis demonstretur, & cũ electus fuerit, & habuerit cõfirmationẽ & possessionẽ ecclesiasticorũ bonorũ, trãsacto tpe de cõsecrãdis epis à canonib. definito; ille ad quẽ spectat collatio bñficiorũ ipsius, liberã habeat conferẽdi potestatem. Scdo dĩ, qđ inferiora ministeria, puta decanatũ, archidiaconatum, & talia, q̃ curam animarũ habẽt annexã, nullus recipiat, nisi qui vigesimũ quintũ annũ suæ ætatis attigerit; & scientia & moribus laudabilis demonstret. Cũ aũt aliqs de pdictis assumptus fuerit, & monitus, ad ordinẽ debitũ pmotus non fuerit, statuto tpe definito à canonibus ab illo remoueatur officio, & alij cõferat, qui uelit & possit ea adimplere. & si super hoc appellauerit, nullatenus audiat. & hoc statutum non de pmouẽ [illegible] motis [illegible] obseruari. Tertio dĩ, qđ clerici qui cõtra formã istã quemq̃ elegerint, eligendi [illegible] priuatos, & à beneficijs ecclesiasticis nouerint se suspẽsos [illegible], & eps q contra hoc fecerit, aut fieri cõsenserit, cõferẽdi pdicta officia ptãtem [illegible] metropolitanũ [illegible] qđ tria requir [illegible] tur. s. ætatis maturitas, morum grauitas, & litterarum scientia. Item [illegible] matrimonio sit natus. Item quicquid hic dicitur, notabile est.

† Interuenit.

† Capit. concilij Lateranen.

† Cap. tit. in lib. pil.

zizaniam [a] inter Cardinales, de substituẽdo summo Pontifice, non poterit esse plena concordia, & duab. partibus concordantibus pars tertia concordare noluerit, aut sibi aliũ psumpserit nominare, ille absq; vlla exceptione [b] ab vniuersali ecclesia Romanus Pontifex habeatur, quia duabus partibus concordantibus electus fuerit & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione cõfisus (quia de rõne esse nõ põt) sibi nomẽ epi vsurpauerit, tam ipse, quam ij, qui eum receperint, excõicationi subiaceant, & totius sacri ordinis priuatione mulctentur ita vt viatici etiam eis (nisi tm̃ in vltimis) cõio denegetur & si non resipuerint, cum Dathan, & Abiron (quos [c] terra viuos absorbuit) accipiant portionem. Præterea si à paucioribus quam à duabus partibus [d] aliquis electus fuerit ad Apostolatus officium; nisi maior concordia intercesserit, nullatenus [e] assumatur, & prædictę pęnę subiaceat, si humiliter noluerit abstinere. ¶ Ex hoc tamen nullũ canonicis constitutionib. & alijs ecclesijs preiudicium generetur; in quib. dẽt maioris [f] & sanioris partis sententia præualere; quia ꝙ in eis dubium venerit, † superioris poterit iudicio diffiniri. In Romana uero ecclesia speciale [g] aliquid cõstituitur, quia non poterit ad superiorem recursus [h] haberi.

¶ Idem in eodem. †

¶ *Electio ad episcopatum fieri debet de digno scientia, moribus, & ætate, & quod habeat 30. annum cõpletum, & sit de legitimo matrimonio natus. h. d. vsque ad §. cum vero.*

CAP. VII.

CVm † in cunctis sacris ordinibus & ecclesiasticis ministerijs sint ætatis maturitas, [i] graui-

c ¶ Quos.] 7. q. 1. de nique.

[Gl. seq. q̃rit arg. pro: soluit cõtrariũ.]

d ¶ A duabus partibus.] nunquid ille qui eligitur, cõputabitur inter duas partes? Videtur ꝙ sic. inf. eo. tit. cum in iure, & ff. qđ cuiusq; vniuer. l. plane. dic ꝙ non, vt no. inf. e. l. cũ in iur. & if. de sortileg. c. 3. inf. eo. Cumana. tñ ꝙ dicitur in hac decr. de duabus partibus, hodie quandoque seruant Cardinales, aliquando non.

[Gl. seq. querit, & soluit.]

e ¶ Nullatenus.] qđ ergo fiet si nullo modo duæ partes cõsentiant? Tunc brachium sæculare se interponere debet. argu. 17. dist. nec licuit. & 23. q. 5 de liguribus. ita vt Cardinales includãtur in aliquo loco de quo exire non valeant, donec consenseriut. ita dicitur factum fuisse in electione Honorij iij. apud Perusium: & idem fuit factum post mortem Greg. ix. tamen de iure id faciendum non est.

Cardinales põt compelli ad Papã eligẽdam. vt est hodie textus in c. ubi periculum §. præterea. de elect. lib. 6.

f ¶ Maioris.] In alijs enim electionibus valet, quod fit à maiori parte capituli, dum tamen seruetur una de formis illis. inf. eo. quia propter.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

g ¶ Speciale.] sed non est speciale: quia in alijs obtinet quod hic dicitur de duabus partibus, quia non obtinet quod fit ab ordine decurionum, nisi duæ partes consentiant. ff. de decret. ab ord. fac. l. 3. & ff. quod cuiusque uniuersi. l. plane. Non contradicunt illa iura, quia non dr̃ quod duæ partes debent consentire, sed quod debent esse præsentes; & sic est speciale, 2 uel est speciale habito respectu ad alias electiones inferiorum prælatorum, & hoc innuit littera sequens.

2 Hæc secundæ solutio est verior.

h ¶ Recursus.] & ideo dum eligitur confirmatur, & statim habet plenam & liberam administrationem. 23. dist. in nomine domini.

CVm in cunctis.] Diuiditur istud princi. usque ad §. cum uero. in tres partes. Nã primo ponitur una ratio statuendi. Secundo alia: ibi, Ea propter. Tertio

i ¶ Aetatis matur[illegible] mas morum & litterarum scientia. in persona electi debent inquiri. inf. eo. cum nobis olim. arg. 78. dist. presbyter. & 38. dist. q̃ ipsi [illegible] qđ sit de legitimo matrimonio natus. inf. e[illegible] quod sit in sacris ordinibus. inf. eo. ca. dudum [illegible] de æta. & qual. [illegible]

In [illegible] eius [illegible] git, [illegible] quales [illegible] lit [illegible]

a ¶ Graui-

¶ Cum vero electus fuerit, & confirmationem [f] electionis acceperit, & ecclesiasticorum bonorum administrationem [g] habuerit, decurso tempore [h] de consecrandis [i] episcopis a canonibus diffinito, is, ad quem spectant [k] beneficia quæ habebat, de illis disponendi liberam habeat facultatem.

¶ In dignitatibus et officijs citra episcopatum ac curatis beneficijs debet assumendus 25. annum attigisse & alias esse idoneus scientia & moribus, & si non est in ordine requisito, debet se facere promoueri in proximis tēporibus, alias monitus non parens priuatur beneficio, non obstante appellatione, nisi ex causa legitima excusetur. h.d. vsq; ad § clerici. Abb. Sic.

¶ Inferiora etiam ministeria, vt puta decana-

tas morum,[a] & litterarum scia,[b] inquirenda: multo fortius [c] in epō hæc oportet inquiri, qui ad curam aliorum positus, in seipso debet ostendere, qualiter alios in domo Dei † oporteat conuersari. ¶ Ea pp, ne quod de quibusdā pro necessitate tpis factū est, trahat a posteris in exemplum: pñti decreto statuimus, ut nullus in epm eligatur, nisi qui iā † trigesimum annum ætatis exegerit,[d] & de legitimo matrimonio [e] sit natus, qui ēt vita, & scientiam commendabilis demōstretur.

¶ Beneficia electi in episcopum vocant per confirmationem, adeptionem possessionis, & consecrationem secutam, vel post quā præfixum tempus ad petēdam cōsecrationem lapsum fuerit. h.d. vsque ad §. inferiora. Abb. Sicul.

a ¶ Grauitas morum.] quia incompositio corporis inæqualitatem indicat mentis 41. dist. in fi. dist. ubi de Catilina dicitur.

b ¶ Litterarum scientia.] pp defectū enim scientiæ repellit quis ab epatu ēt iā pmotus. inf. de ęta. & qual. c. vlt. ubi legit de quodam epo qui nunq̄ audiuit grāmaticam. inf. eo. congregato. 1

[Glo. seq. instruit quomodo argumentum a minori sumitur affirmando, & a maiori negando.]

c ¶ Multo fortius.] quia vilissimus comparandus est, q̄ præcellit dignitate, nisi præcellat alios scientia & sanctitate. 1. q. 1. uilissimus. & 1. q. 7. conuenientibus. & in auth. de san. episc. §. damus. coll. 9. Item argumentū est a minori, & sumit sc̄dm hanc regulā affirmādo. Si id de quo minus vr̄ inesse, inest: & id de quo magis. 38. dist. si in laicis. & 3. q. 3. de iudicijs. & 59. dist. si officia. & 34. q. 2. cum per bellicā. & 13. q. 2. nō æstimemus. Item argumentum a maiori sumitur hic negando secundum hanc regulā: Si id de quo mai⁹ vr̄ inesse, non inest: nec id de quo minus. Si Paulus vr̄ fortior Eustochio, sed non est, ergo nec ipse. 32. q. 5. si Paulus. 8. q. 2. si ergo. & 6. q. 1. imitare. & 40. d. quælibet.

[Gl. seq. obijcit, & dupliciter soluit, demum ponit de materia distinctionem bimembrem.]

d ¶ Exegerit.] sed vr̄ q̄ sufficiat si iam inchoauerit. ff. de mu. & ho. ad rempublicam. sed aliud in sæcularibus dignitatibus, ut ibi, & aliud in spiritualibus. Et pōt dici quòd est speciale in episcopo. Vnde in alijs inferioribus dignitatibus sufficit attingere annum legitimum, ut infra dicit ibi, nisi qui iam 25. annum attigerit. sed ille qui eligitur in episcopum, debet esse 30. annorum in authen. de san. episc. §. clericos. coll. 9. & 67. distin. quicumque. 2. Vel distingue. quandoque fauor tantum uertitur in causa, ut in usucapione: & tunc sufficit incipere diem. ff. de diuer. & tem. præscrip. in usucapione. quandoque odium tantum, ut in præsciptione 30. annorum, & tunc oportet impleri. ff. de act. & oblig. in omnibus. quandoque vtrumq;: & tunc tempus de momento in momentum computatur. ff. de mino. l. 3. §. minorem.

e ¶ Matrimonio.] & istud est quartum quod requiritur in epo, & in quolibet alio qui promouetur ad honorē. inf. de filijs presbyte. c. ut filij. vel ad regimē animarum. inf. de filijs presbyte. c. penul. & vlt.

f ¶ Confirmationem.] Bene dicit, confirmationem: quia ante confirmationem nihil debet attingere in administratione, alioquin repelleret. inf. eo. qualiter. & c. nihil est & inf. de præb. cum iam dudum.

g ¶ Administrationem.] Nam aliquando contingit, q̄ statim non [illegible] possessionem. 92. dist. si qui episcopi. & c. [illegible] conferri.

[Gl. seq. [illegible] quæstionem [illegible] quod tempus &c.

h ¶ Tempore.] quod videtur esse sex mensium, quia intra tres menses a [illegible] vacationis [illegible] eligi 50. d. post quā. & inf. eo. tit. ne pro defectu. & inf. alios tres menses debet cōsecrari. 100 dist. [illegible] quoniam q. dam. 3 Sed uerius est quod illud tempus tantū [illegible] post confirmationem, ut ex eodem capitulo colligitur quod [illegible] c. expressum. 75. dist §. 2. & c. 2. in fi. nisi necessitas [illegible] dierit petere cōsecrationem: q̄a tunc non currit ei tempus: ut 1. dist. cap. qm̄ quidem. & 75. d. c. 1. aliàs obtinet quod hic dicitur, ut 16. q. 1. ne pro cuiuslibet. quia cum sit in mora petendi consecrationem, mora sibi debet imputari, & debet etiam ab illa dignitate repelli, ut in d. c. qm̄ quidem.

[Glos. seq. signat cōtrarium, & remittit.]

i ¶ De cōsecrandis.] Arg. contra inf. de cōcess. præben. post electionem. in prin. ubi soluitur.

[Gl. seq. recitetur per duas quæstiones. scilicet quæ sit ratio quare expectatur consecratio, & quid si intra tempus fuerit consecratus.

K ¶ Ad quem spectant.] ante enim consecrationem non dicitur pleno iure habere ecclesiam, cum adhuc tempore consecrationis possit excipi contra ipsum. inf. de accus. super his. merito debet expectari vsque ad tempus consecrationis: postea uero possunt conferri beneficia quæ habuerat, & cum fuerit negligens, & in mora, vt dictum est. & sic ante consecrationem non dicitur eccl. siam habere: quia habere, est cum effectu habere. ff. de verborum signi. nomen filiarum. §. habere. tamen dicitur maritus ecclesiæ, vt sine licentia Papæ eam dimittere non possit. inf. de transl. in ter corporalia. Sed si ante tempus prędictum, consecrationem recepit, statim possunt conferri beneficia priora, quia plene dicitur translatus. 21. q. 2. si quis iam translatus. & 16. q. 1. ne pro cuiuslibet nec potest repelli à consecratione, nisi per accusationem directam, ut inf. de accu. super his. & c. qualiter & quando. in alijs dignitatibus inferioribus secus est: quia qui habet curam animarum, si eligatur ad consimilem, habita confirmatione & administratione, ipso iure uacat prima, vt j. eod. dudum. 2. & inf. de præb. de multa. si primum beneficium non habere curam animarum, sed secundum; tunc primum ipso iure uacat, sed non de facto, semper retineat primum. infra de concess. preb. litteras. & c. cum nostris.

1 Adde. 38. dist. omnes. & inf. de renunc. c. nisi cum pridē. §. pro defectu.

† Domini.

† Vide Burchardum li. 2. decretorū. cap. 9.

2 Concord. text. in l. nō putabam. ff. de condi. & demonst. & C. quando dies legat. l. his uerbis].

3 De istis tēporibus ad [illegible] elect [illegible] præ[illegible] [illegible] lib. 6.

tum, archidiaconatū,[a] & alia, quæ curā animarum habent annexam, nullus omnino suscipiat, sed nec parochialis ecclesiæ regimen, nisi qui iam † vigesimumquintū annū ætatis attigerit,[b] & sciā & moribus co[m]mendandus existat. Cum aūt assumptus fuerit, si archidiaconus in diaconum, & decanus, & reliqui admoniti non fuerint, præfixo, a canonibus[c] tpe in presbyteros ordinati: & ab illo remoueantur[d] officio, & alijs conferatur, qui & velint & possint[e] illud conuenienter implere. Nec prosit eis appellationis refugium, † si forte in cōstitutionis isti⁹ transgressionē, per appellationem voluerint se tueri. Hoc sane non solū de promouendis,[f] sed ēt de his qui iam ꝓmoti[g] sunt, si canones[h] nō obstant † præcipimus obseruari.

¶Eligentes indignum contra formam huius cap. priuati sunt pro prima vice petestate eligendi. & idem in collatore, & defectum capituli supplet episcopus & econuerso: & si capitulum negligit fit deuolutio ad metropolitanum. h. d. vsque ad finem.

¶Clerici sane, si cōtra formam istam quemq̃ elegerint, & eligendi tunc[i] potestate priuatos,[k] & ab ecclesiasticis beneficijs[l] triénio nouerint se suspensos. dignum est enim, ut quos Dei timor a malo nō reuocat, ecclesiasticæ saltē coerceat[m] seueritas disciplinæ. † ¶Episcopus aūt si contra hęc fecerit,[n] aut consenserit fieri, in conferendis[o] prædictis officijs & beneficijs potestatem amittat & per capitulū[p] aut per metropolitanum (si capitulum concordare nequiuerit) ordinetur. † ¶Idem Rauennati archiepiscopo.

¶Compromittentes super electione tenentur recipere electum a compromissario si est idoneus.

CAP. VIII.

Causam, † quæ inter moniales sanctę Margaritæ: & infra. ¶Si sorores in episcopum ele-

[Glo. seq. notat quòd archidiaconus habeat curam. signat contrarium, & soluit.]

a ¶Archidiaconatum.] sic uidetur ꝙ archidiaconus habeat curam animarum, sed non principaliter. arg. 14. q. 7. c. nullus, 1. arg. inf. de offi. arch. cum satis. ubi de hoc. Et est verum, ꝙ archidiaconus, qui habet inquirere, & visitare parochiā suam, curā habeat animarum. vnde si recipiat aliam prælationem curam animarum habentem, ipso iure vacat archidiaconatus: ut est expressū. inf. eo. dudum 2. & inf. de preben. de multa. & pōt excōicare & suspēdere. inf. de eo. q fur. or. rece. c. 1. & ēt alij prelati. ut ibi dr̄. Sed videtur contra 16. q. 2. uisis. 24. q. 3. corripiantur. vbi dr̄, ꝙ anathema est mucro ep̄i uel Archidiaconi, alij prelati non possunt excommunicare cum solēnitate illa, de qua traditur. 11. q. 3. debent. & cap. cum aliquis. ut capitula illa intelligantur, & loquantur de illa solemnitate.

¶Glo. seq. obijcit. & soluit.]

b ¶Attigerit.] Dispensatiue tñ potest, licet sit in minori etate. inf. de etat. & qual. preterea. ut q-dam dicunt, de hoc dicetur. inf. eo. cum dilectus. Sed contra. 78. d. si triginta. &c. presbyter. 1 ubi dicitur, quod ante 30. annum presbyter ordinari non debet: & hic dicit ꝙ statim deberet post 25. annum: quia tales prelati debent esse presbyteri 21. q. 2. sicut. arg. de æta. & qualita. præterea. Satis potest dici, quòd hodie statur huic c. secundum quod no. in c. illo. si triginta.

c ¶A canonibus.] hic fit mentio de illis canonibus. 75. dist. quasi per totum. & ī. de tempo. ord. c. 1. 2. & 3. & qa post confirmationem debent ordinari in proximis quattuor temporibus, vel saltem vsque ad sex menses: nec credo ꝙ loquatur de illis canonibus. 77. dist. quicunque. ibi, post diaconatum statur per quinquēnium ad sacerdotium recipiendum: quia non credo tantum expectandum.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

d ¶Remoueantur.] signatur cōtra hoc 74. dist. cōsuluit. Sol. cum iste susceperit alterum connexorum, tenetur ad reliquum: secus in alijs clericis, qui per subtractionem beneficiorum sunt compellendi ad ordines quando necessitas vel utilitas subest. inf. de eta. & qualita. c. quæsis.

e ¶Velint & possint.] alias sola uoluntas non sufficit, ubi est opus facto. inf. de eo q mit. in pos. constitutus.

[Glo. seq. recitatur per obiectionem.

f ¶Promouendis.] habes hic quod constitutio trahitur ad præterita: de hoc dictum est sup. de cōst. c. ult. Et hęc est ratio quare trahitur ad pręterita: qa sine aliqua constitutione ad hoc tenentur per alia iura antiqua.

g ¶Promoti.] idest electi & confirmati, sed non sunt ordinati.

h ¶Si canones non obstant.] ꝯ. inf. de æta. & qual. ut abbates. Sic Solue. Hoc intelligitur de tali, qui sine culpa sua factus est talis, ꝙ ordinem recipere nō pōt scd̄m canones. Vnde pp hoc non debet remoueri, licet ordinē non possit recipere: quia non est addenda afflictis afflictio. inf. de cler. egro. ex par. & 7. q. 1. cū percussio. Et illud intelligitur de tali, q culpa sua factus est irregularis, & ideo remouetur.

i ¶Tunc.] idest, illa uice tantum. inf. eo. cum Vinton.

K ¶Priuatos.] ipso iure. infra eod. innotuit.

l ¶Beneficijs.] non officijs. quis enim officiaret tunc ecclesiam?

m ¶Coerceat.] simile 62. dist. docendus. & 81. dist. plurimos. in fin. & C. de emenda. prouin. l. una. & belli pestis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei præcepta non reuocāt. 34. q. si quos, in fi.

n ¶fecerit.] cum ad eum pertinet collatio beneficiorum.

o ¶Conferendis.] ea vice cum ad ep̄m pertinet collatio beneficij, uel cōfirmādo primū successorē, & hoc cum ad alios pertinet collatiō. & insuper a perceptione proprij beneficij suspendatur. ī. eo. tit. c. nihil est.

p ¶Capitulum.] & ita habes ꝙ minor supplet negligentiam maioris, & econuerso. ī. de conces. præb. nulla. &c. quia diuersitatem. & 9. q. 3. cū simus. 65. dist. c. vlt. 89. dist. c. 1. & maior negligentiam minoris, sed illud est ordinarium, ut in c. cum simus.

Causam quæ.] Communis est diuisio. secunda ibi, Si sorores. Abb. Siculus.

CASVS. Vacante monasterio sanctæ Margaritæ, moniales eiusdem monasterij cōtulerunt potestatem eligendi abbatissam in episcopum Bonon. promittentes eam recipere in abbatissam, quam ep̄s eis duxerit proui-

† Vide concilium Carthaginense. c. 16. & Burchardum in lib. 2. decretorum. c. 10. & 11. & 12.

† Vide l. 2. §. quęsitum. cum ibi no. ff. de app. gl. in c. non solum. de appel. lib. 6.

† Concord. tex. in l. priuilegia. C. de sacrosa n. eccl. & c. 1. de constit.

1 Et si dubitet de etate, probabit actor. ut ibi no. uide qđ dicitur ī. de proba. in p̄sentia. super. 1. glo. And. Andr.

2 Eadem rō est in usur. ī. de usur. cum tu.

† Concord. tex. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn.

† Ordinentur, legitur in concilio vnde sumit.

† Post cōcil. Lateran. sub Alexan. iij. par. 40. c. 1. & c. 17. eod. tit. in j. compilat.

ꝓuidendā. Moniales postmodū re non integra, voluntatem suam mutare volebant: mandat Papa quatenus si hoc verum est, illam quā episcopus eius prouiderit, ī suam faciant recipi abbatissam, si idonea fuerit. Not. ꝙ potestas eligendi bene potest personis idoneis conferri. Item per hanc decretalem videtur quod potestas taliter data non potest reuocari.

a ¶ Contulerint.] Illud quidem recte ꝑt fieri, & est vna de formis cōcilij generalis. inf. eo. quia ꝓpter. & est simile. ff. quod cuiusq; vn itē eorum. §. si decuriones. & etiam extra collegium potest cō promitti, quia, licet est de collegio, licet sit caput. infra de testa. requisisti. argu. vbi non est tanta communio inter episcopum & monasterium.

b ¶ Promittentes.] simile. inf. de renun. post translationem.

[Gl. seq. quærit. & remittit.]

ctionem cōtulerint,[a] promittentes[b] quod illam q̄ † eis ꝓuideret,[c] reciperent: ipsam quam prouiderit, facias ab eis (si tn̄[d] existat idonea †) in suam recipi[e] abbatissam.

¶ Idē Vuigoren. † Episc.

¶ Electus ante confirmationē beneficia conferre, vel aliter administrare non potest.

CAP. IX.

NOsti † quomodo Lincon. electus concedendi[f] honores, vel ꝑbendas, aut aliàs disponendi de reb. ecclesiæ (cum sua non sit electio confirmata[g]) non habeat facultatem:[h] & inf. ¶ Mādamus igitᵉ, quatenus ei auctoritate nostra ꝑcipias, vt cōcessionem, si quā fecit de prædictis,[i] studeat reuocare.[k]

¶ Idem.

¶ Electio facta post appellationē & prima non cassata, & contra priuilegia ecclesiæ cassanda est.

† Al. ita. q̄ episcopus eius. &c.

† Nam dantes alicui potestatem vidētur intellexide de idoneo. facit l. si ꝓcurator. ff. de condi. inde.

† Exonien.

† Post conci. Lateran. sub Ale. iij. par. 40. c. 1. & c. 18. eo. tit. in 1. compilat.

c ¶ Prouideret.] quid dices, nunquid possunt reuocare talem collationem factam episcopo antequam ipse ꝓuiderit? Non vr̄ inf. e. in causis. ubi dicitur de hoc.

[Gl. seq. arg. alle. 11. iura. & 6. alleg. in contrarium, & soluit.]

d ¶ Si tamen existat idonea.] arg. est hic quod cum aliquid generaliter committitur arbitrio alicuius, non ualet, nisi legitime factū sit. inf. de iureiu. Quintauallis. &c. ueniens. ff. de ritu nup. quamquā. ff. pro socio. unde si Neruæ. & in authen. de hære. & fal. §. is igitur. col. 1. & ff. ne quid ī loco publico. l. 2. §. si quis a principe. ff. de ope. lib. si libertus. C. de inoff. test. si qn̄. inf. de offi. de leg. ex parte. & 16. quæstio. 1. & temporis. & c. post q̄. arg. contra. 32. q. ult. c. ul. & 2. q. 6. c. à iudicib. §. arbitrarij. & inf. de iureiu. si uero. ff. de re. iu. q siquis. & ff. de damno infect. qui bona. §. cum inter. & 23. quæstio. 4. displicet tibi. in princip. Solut. si arbiter est compromissarius, eius arbitrio standum est, siue ęquū siue iniquum sit. ff. de arb. diem. §. stari. nisi contra ius sciptū, uel contra formam compromissi sit latum: q̄a tunc nō tenet. 2. quęstio. 6. ei qui. | diffinitiua. & inf. de confir. uti. uel inuti. examinata. & ff. de arbi. si cum dies. §. compromissio. & C. quia sent. sine appel. re. l. j. Si uero tanquam uir bonus arbitrari debet, tunc non ualet dictum suum nisi sit æquum, ut in dictis cap. ueniens, & Quintauallis. & ff. pro socio. si societatem. & lege sequenti. ut hic.

[Gl. seq. quærit. alleg. pro quadrupliciter, sed dupliciter soluit.]

e ¶ Recipi.] sed quid si elegerit malam, nunquid aliā episcopus poterit eligere, uel etiam si electa noluerit consentire? arg. quod sic, inf. eo. cum terra. & qui optauit acetum, potest iterum optare uinum. ff. de opti. legat. l. 2. & reprob. electio nulla est. 7. quæstio. 1. factus est. & ff. de pigno. act. l. elegāter. §. qui reprobos. ff. ad Velleia. quamuis. §. si cum venerit. Item qui iurauit aliter quam ei delatum est, iterum iurare debet. ff. de iureiurando. qui per salutem. In casu isto non poterit amplius eligere, quia functus est officio suo. inf. de offi. dele. in litteris. & ff. de re iud. Paulus. q̄a semel functus est officio suo, siue bene siue male, ut ibi. sup. eod. cap. proxim. & inf. eod. innotuit. & cap. in causis. Bernardus.

NOsti. quomodo.] Diuiditur, quia primo ponit ius ex quo infert mandatum. ibi, Mādamus. Ab. Sic. CASVS. Quidam electus fuit in episcopum Lincon. Iste sic electus antequam haberet confirmationē, cœpit administrare ac conferre præbendas & dignitates. quærebatur a domino Papa, utrum sic electus ante suā confirmationem conferre possit præbendas. Respondit Papa, ꝙ cum istius electio cō firmata non fuerit, prædicta facere non potest. Vnde mādat episcopo Vuigorē. vt ei pięcipiat ꝙ si quā fecit concessionem de prædictis, eam studeat reuocare. Not. quod nullus electus ante suam cōfirmationem potest aliquid administrare: quod si fecerit, hoc ipso repellatur. Item not. ꝙ contra factum suum potest quis uenire.

[Glo. seq. recitatur per obiectionem.]

f ¶ Concedendi.] quod si faceret, deberet repelli. inf. eo. qualiter. & inf. de præb. cum iam dudum. in fi. nisi in casu, inf. eo. nihil est. §. vlt. & illud dispensatiue fit, ne interim ecclesia patiatur detrimētum. in temporalibus vel spiritualibus, ut ibi dicitur, sed hic Papa voluit parcere huic electo. quia poterat ipsum repellere.

g ¶ Confirmata.] per cōfirmationem acquirit electus plenam administrationem, & uinculum coniugale contractum est. inf. de translat. inter corporalia.

h ¶ Facultatē.] immo priuari deberet. inf. eo. qualiter.

i ¶ Prædictis.] ista decr. continet gratiam in eo quòd non fuit punitus, continet ius in eo quod dicit ꝙ non habet facultatem disponendi ante confirmationem.

[Gl. seq. obijcit, & soluit. secundo argu. quod contra factum suum, &c. allega. quattuor iura pro, & quattuor contra, & soluit distinguendo.]

k † Reuocare.] Sed quid est quod dicit, ꝙ studeat reuocare? quia talis traditio nulla est: quia pro non dato habetur quod ab illo donatur qui de iure donare nō potest. infra de iure patr. quod autem. in fi. sed talis reuocatio potius erat de facto quam de iure, sicut donatio de facto tantum fuit, nec ex tali facto crederet ius habere, & ne credatur hoc sibi licere. Item argu. quòd aliquis potest contra factum suum venire. 12. q. 1. certe. 55. dist. pęnitentes. 35. q. 9. quod quis cōmisit. C. de euic. si tibi liberam. Arg. contra. 17. q. 4. sunt qui opes. 18. q. 2. Eleutherius ff. de ser. ru. præ. per fundū. inf. de clerici. coniu. diuersis. Solu. in suis interlocutorijs iudex potest mutare vel reuocare suam interlocutoriam. ff. de re iudic. quod iussit. infra. de appel. capitul. cum cessante. Circa negotia distingue, si ex mutatione nulli fit præiudicium, licitum est mutare: vbi est mutatione alteri fit præiudicium, adhuc re integra licitum est mutare. ff. de iurisd. om. iudic. si conuenerit. re non integra non potest. ff. de regul. iur. l. nemo nisi fauor aliud inducat. C. de li. cau. interrogatam. Et est simile in reuocatione sententiæ spiritualis uel corporalis matrimonij, vbi decipitur ecclesia. 35. quæstio. 9. sententiam. & melius. c. loci. ff. his ita respondetur. & de re iud. lator. &c. consanguinei. Et ideo hic potest contrauenire, quia administratio est ei interdicta, & sic replicaret de administratione si ei obijciatur quòd contra factum suum venire non possit. ff. de iureiuran. l. iusiurandum. 1. responso. & l. seq. Bernar.

Consideravimus.] Dividitur: nam præmittit causam cassationum. Secundo utranque electionem cassat: ibi, Quapropter. Tertio mandat ecclesiæ provideri. ibi. Vobis autem. Abb.

CASVS. Vacante quadam ecclesia quidã canonici appellauerũt, ꝙ alij nõ procederent ad electionem sine illis, & cõtra priuilegia ecclesiæ suæ: illi nõ obstãte illa appellatione, elegerũt Io. F. õtinũ. appellãtes statim ne alij cõtra suã electionẽ aliqd attentarẽt: illi videntes, ꝙ non deferrent suæ appellationi, & contra tenorẽ priuilegiorũ ecclesiæ [illegible] electionẽ [illegible] quẽdã [illegible] elegerũt. Delata est super [illegible] ad dñm Papã auditis allegationib. partiũ, Papa considerãs, ꝙ electio Io. Frontini facta fuit post appellationẽ, & cõtra priuilegia ecclesiæ, videns ẽt ꝙ electio B. post illã talẽ qualem nõ cassatam, & post appellationem per quã omnia ad suum statum debent reduci, facta fuit, vtramque cassauit, & consulit canonicis vt aliã personã idoneã sibi eligãt in rectorẽ, ita tñ ꝙ vtriq; prædictorũ non minus fama ipsorum integra cõferuetur, & ꝙ in aliis ecclesiis possint promoueri, & liceat eis in alterũ ipsorũ cõsentire præterquam in ista ordinatione. Not. quod non debet fieri secunda electio prima non cassata. Item quæ fiunt post appellationẽ, debent in statum primum reuocari. Item licet cassetur electio alicuius propter modum electionis, non præiudicatur electo, quin possit iterum eligi.

† Cap. 22. e. tit. to. 1. cõpil.

† Hæc duo verba: ad nos. de sunt in multis antiquis.

† Al. nondũ.

CAP. X.

Consideravim⁹ † ꝙ electio Ioann. Frontini, post appellationẽ [a] ad nos † interpositã, & contra tenorem priuilegiorũ [b] ecclesiæ vestræ fuerit celebrata: Perpendimus ẽt qđ electio B. post illam qualemcunq; electionem nõ † cassatam: nec nõ & post appellationẽ [c] (per quam ad suum statũ oĩa debent reduci) facta fuit: & infra. Quapp vtrãq; electionem oĩno cassamus, & vobis in aliam personã idoneam & honestam conueniendi liberam tribuimus facultatem: ita quod vtrique pdictorũ fama [d] sua non minus integre cõfertur, & quod in aliis ecclesiis possint (si Deus dederit) promoueri. Vobis aũt liceat præter istam ecclesię vestrę ordinationem, [e] in eorum alterum conuenire.

¶ Idem.

¶ *Metropolitanus confirmatus, licet nondum receperit pallium, potest suum suffraganeum consecrari facere.*

CAP. XI.

Suffraganeis † alicuius Metropolitani, ad mandatum ipsius post confirmationem electionis suæ, ẽt si pallium [f] nõ receperit: licitum est electũ, qui ad eius iurisdictionẽ pertinet, consecrare.

Clemens tertius.†

¶ *Is cuius electio fuit cassata non vitio personæ, sed electionis modo, iterum eligi potest, secus si vitio personæ.*

CAP. XII.

Super † eo vero quod quærere voluisti, si alicuius electione cassata,

a ¶ Post appellationem.] Appellare, ne fiat electio, nõ valet. sed ne fiat nisi canonica, tunc bene valet. inf. eo. cum nobis, & intellige ꝙ allegata fuit aliqua probabilis causa: qa siue appelletur in iudicio uel extra, appellati [illegible] causa exprimenda est. ut in lecc. Inn. iij. cord. nobis tit. de appellat.

1. Lib. 6.

b ¶ Priuilegiorum. Quæ essent ista priuilegia, non habemus. H.

[Glo. seq. signat duo iura in contrarium, & soluit.]

c ¶ Appellationẽ.] inf. eo. bonæ 1. & inf. de app. constitutis. Cõtra in illis tenuit electio [illegible] facta, & post alterius partis appellationem. In illa, constitutis. tenuit electio secũda: quia prima ipso iure nulla fuit: hic uero prima non fuit nulla, sed annullanda. In decre. illa, bonæ 1. non tenuit tribus de causis, ut ibi dicitur. De hac materia dicetur. inf. eo. auditis.

Glo. seq. arg. alleg. in contrarium. & soluit.]

d ¶ Fama.] Argu. infamiam non comitari depositum ff. de re mili. qui cum vno. §. non omnis. & §. exauctoratus. Arg. contra. ff. de his qui not. infami. l. 2. §. ignominiæ. solut. est inf. eodem super eo. quia non fuit cassata vitio personæ.

e ¶ Ordinationem.] dicunt quidam [2] præter ista quæ nunc cassata est, ꝙ iterũ possunt alterũ eligere si volunt. inf. eo. super eo. sed hoc non credo: quia propter scandalum noluit Papa ꝙ in illa uacatione aliquis eorum promoueretur, hodie tñ alia debet esse forma in electionibus faciendis. If. eo. qa ppter.

2 Tãcredꝰ scilicet & Vincentius, & bñ dicunt quo ad [illegible] ris ordinem si talis [illegible] sus hodie occurreret.

Suffraganeis.] Ista decre. facit ad secundam partẽ rubricæ. & h. d. Metropolitanus cõfirmatus & consecratus non potest pallio non recepto suffraganeũ suũ consecrare, sed põt mandare aliis suffraganeis ut illum consecrent. Abb. Sic. Incipe constructi: ibi, Licitum est suffraganeis, &c.

† Cap. 1. e. tit. in 2. cõpila.

CASVS. Quidam electus est, & confirmatus fuit in archiepiscopũ: q̃ritur vtrũ suffraganei sui possint ad mandatũ ipsius aliquem suffraganeum suũ electum in epm consecrare, si adhuc pallium nõ recepti, in quo cõfertur plenitudo officij pontificalis? Rñdet, dicens ꝙ suffraganei sui bene possunt & debẽt ad mãdatũ ipsius Metropolitani electum illum in epm consecrare, licet pallium non receperit. Not. ꝙ tale mãdatum de iurisdictione fit, non de ministro consecrationis. No ꝙ per confirmationem conceduntur ea quæ sunt iurisdictionis.

† Al. Alexandrij.

† Cap. 3. eo. tit. in 2. compil.

[Gl. seq. obijcit, opinionẽ ponit, quam primo improbat, secundo defendit. in fine remittit. Io. And.]

f ¶ Pallium.] Sed contra videtur: quia propter palliũ nondum receptum consecratio episcoporum differretur. 100. dist. quoniam. ubi de hoc, quia ante pallium receptum non potest consecrare virgines, ordines celebrare, vel episcopos consecra. inf. eo. quod sicut. ad idẽ facit inf. eo. trãsmissum. propter hoc dicunt quidam ꝙ hæc non est decre. sed fuit quædã prouisio. tñ põt tolerari, & videtur subesse quædam æquitas: ut cũ nõ dum sit in mora petendi pallium, hoc habeat locum: quod nõ uidetur: quia in traditione pallij, plenitudo confertur pontificalis officii if. đ usu pallij nisi specialis. unde & cum per se hoc facere nõ possit, neque auctoritatem alij faciẽdi præstare potest: & est opt. arg. inf. de consecra. ecc. uel alta. aqua. & arg. ff. ad Senatusconsul. Mace. filium habeo. Dic ergo hic ut dixi. inf. đ transl. cum ex illo. Bar.

Super eo.] Ista decr. quotidie allegatur: in qua primo ponitur quæstio. Secundo solutio: ibi, Hoc tuã. In quo duo facit. nam primo respondeo distinguit. Secundo excipit. ibi, Nisi. Abb. Siculus.

CASVS. Aliquis electus fuit in aliquam prælaturam, cassata est eius electio, idem electus fuit postmodum ad regimẽ alterius ecclesiæ: quæritur an electio eius debeat confirmari. Respondet Papa, quod si prior electio [illegible] cassata uitio personæ, sed propter modum ele-

idē ad alterius ecclesiæ regimē electus fuerit, an eius electio debeat confirmari; 10 hoc tuam volumus discretionē tenere, ꝙ si prior electio non uitio ꝑsonæ,[a] sed modo electionis cassatur promotionem eius in eadem etiam ecclesia, (Nisi forte simoniacæ[b] prauitatis aliquid intercessisse † constiterit) 20 nō debeat impedire.

¶ Celestinus tertius.

¶ Non professus potest postulari in abbatē si ex aliqua bona causa fiat talis po- 30 stulatio, hoc dicit secūdum lecturam, quæ est magis singularis.

CAP. XIII.

e ¶ De veritate dicenda.] notat ergo ius nouum, licet ratio esset antiqua & sic ēt obseruatur, qđ in causis spiritualibus iuramentum de veritate dicēda tm̄ præstatur, & non de calumnia. inf. de iur. calum. litteras. Sed nunquid huiusmodi iuramentum debet exigi à prælato qñ litigatur per syndicũ noīe collegij in causis spiritualibus? Non vr̄, quia illud iurm̄ debet præstare syndicus, q vr̄ dñs litis factus per cõtestationē, sicut p̄stat iurm̄ de calumnia. inf. de iura. calum. in pertractandus. & c. seq. & c. cum in causa & idē dico in hoc iuro quod in iuro de calumnia, vt qui illud præstare non vult, actor cadat ab actione instituta. & reus pro confesso habeatur. j. de iuram. casum cum in causa. & C. eo. ti. l. vlt. §. ꝙ si actor. Iuramentum illud de veritate dicēda quidam exigunt à prælato. licet præstitum sit à syndico, & in spiritualibus & in ciuilibus causis, vt prælatus dicat inde veritatē de causa illa, sed quo iure hoc faciant, non vidi ius sup hoc, sed ex quadam ęquitate hoc dicunt, quæ posset cõtinere qñq; iniquitatem. quia posset corrumpi prælatus. Sed nunquid crederetur confessioni p̄lati, vt per talem cõfessionem condemnaretur ecclesia: & iam fundasset ecclesia intētionem suā, nunquid præualeret confessio prælati contra ecclesiam facta? Certe non, arg. opti. 23. q. 1. postea quam, quia. factum prælati non debet ecclesiæ sic imputari, 16. q. 5. si episcopum. & inf. de excep. cum venerabilis. Qui tale iuramentum exigunt, dicunt quòd confessio prælati sola non præiudicaret ecclesiæ, sed cũ alijs adminiculis præiudicaret, vt si altera pars semiplene probasset, ita quod non sufficeret ad condemnandum, tunc confessio prælati complet probationem. Sed non credo quod deberet talis exigi confessio: nisi forsan cùm prælatus deberet respondere de eo quod ipse fecit, sicut seruus quandoque interrogatur de facto suo. 4. quæstio. 3. si testes. §. item serui neque. C. de quæstio. interrogari. nec tunc dicerem quòd confessio illa præiudicet ecclesiæ: quia delictum personæ. &c. nisi id fecisset de mandato capituli, vel ratum postmodum habuisset & hoc probat decre. illa, præsentium. quæ hic inferius allegatur, licet consuetudo se habeat in contrarium. Hodie vero habemus quandam decretalem super hoc, quæ dicit quòd prælatus nomine suo, & in animam capituli vel maioris partis præstat hoc iuramentum de veritate dicenda, & sic debet respondere veritatem, quam ipse fecit & intelligit per eos in quorum animas iurauit. & incipit; præsentium tibi auctoritate, & mittitur cuidam archiepiscopo. 1 Et ita confessio solius prælati non præiudicat ecclesiæ, & ita non debet exigi. Ber.

f ¶ Confiteretur.] & ideo pro conuicto debet haberi, cum sua excusatio non valeret: quia confessos in iure, pro iudicatis placet. C. de confess. l. vnica. & infra. de confess. cum super. & ca. ex parte. tamen si quis probat se errasse, non nocet confessio capit. vltim. & C. de iuram. & fac. igno. error facti. De hac materia tractatur plene infra. de confes. capit. vltim. & infra de iud. c. at si clerici.

[Gl. seq. arguit a contrario allegat tria iura. & ar. fortificat per vnam decret. secundo cõtraallegat quattuor iura tertio soluit.

g ¶ Suspendit.] innuit ꝙ secus sit de iure cõi, q. d. Archidiaconus ea quæ sequuntur facere non debuerat de iure

† Dicto, factas, de est in omnibus antiquis exemplaribus.

† Vide l. defensor. §. qui intercogatus ff. de inter. act. et in l. 2. C. de diuer. resc.

1 Cõcor. tex. in l. 1. §. præterea, ff. de iti. actu. priua. & in l. 1. & ibi Petrus de Bellaperti. & Cy. C. de alior. iu. mu. ca. fac.

Litis contestatio qualiter fiat.

An cum prælati testificatur, debeat præstare iuramentũ de veritate dicenda.

2 Hāc decretalem habe[...] modo [...] tulo de testi[...]bus. lib. 6.

Cõfessio nõ nocet erran[ti].

Archidiaconus an habeat curam animarum

excommunicat, & absoluit presbyteros, & priores, & parochiales ecclesias interdicit, nec nõ archidiaconus visitat,† & inquirit, q̃ viderit inquiréda, & procurationes ratione visitationis recipit, euidenter apparet, quod curã habeat aĩarum annexam: q̃ si etiam non haberet, negare non poteſt, quin perſonatus exiſtat: cũ idem de perſonatibus,[a] quod & de beneficijs curam animarum habentibus, iudicium ſit habendum. [b] Inſuper indulgentiam, quam ſuper hoc aſſerit ſe habere, inualidam reputauimus, cum in ea falſitatem ſuggeſſerit, & ſuppreſſerit ueritatem, qua tacita uel expreſſa [c] ipſam nullatenus habuiſſet. [d] Suggeſſit enim quod prædictas parochiales eccleſias antequã fuit in archidiaconum aſſumptùs, canonice fuerat aſſecutus, cum nullus potuerit plures parochiales eccleſias obtinere, niſi una penderet [e] ex altera, uel vnam intitulatam, [f] & alteram† commendatam haberet. unde cum idem vtramq; illarum intitulatam haberet, ipſas nequiuit canonice habuiſſe. Item ſuggerens, quod redditus perſonatus [g] ſui erant tenues & exiles,

iure communi, ſed de conſuetudine. j. de offi. archi. ad hoc. ſ. de exceſ. prælat. ad hæc. Itẽ ꝙ non de iure communi hoc faciãt, eſt arg. 16. q. 7. nullus omnino. immo vr̃ de iure communi ꝙ cõſuetudo nõ proſit, inf. de off. Arch. cum ſatis. immo cõtrarium vr̃ ꝙ de iure communi hæc ſpectẽt ad archidiaconum. 25. diſtin. perfectis. 63. diſtin. ſi ĩ plebibus. j. de offi. archidia. ca. ad hæc. & ca. vt noſtrum. Quid eſt ergo tenẽdum de iure cõmuni? Videtur quod hęc ꝑtineãt ad archidiaconum per iura proxima. Sed conſuetudo ſeruatur in talibus. 1 De hac materia dicetur. j. de offi. archidia. ad hęc. & eo ipſo quod archidiaconus vel alius prælatus hoc exercet, ĩtelligere poteſt ꝙ curam habet animarum annexam.

a ¶ Idem de perſonatibus.] inf. de præb. de multa. §. vl. & eſt argu. ꝙ de ſimilibus idem debet eſſe iudiciũ. j. de transla. ca. inter corporalia. & ſ. de reſcript. iter cętera. in ſi Similis. n. æquitatis ratio ſimilia iura ſuadere vr̃. C. ad leg. Fal. l. vlti. ff. ad leg. Aquil. illud. & C. de conſti. pecu. l. ult. & j. de confir. uti. uel inut. cum dilecta. & ſ. de conſt. nam concupiſcentiam, & quoties ex una radice uitium naſcitur, conſequens eſt ut eadem lege tollatur. C. de nupt. ſi libertam.

b ¶ Habendum.] poteſt hic dici prout dicit 17. quæſtio. 4. uxor felicis. uerſic. ſic eſt ad ſingula, &c.

c ¶ Expreſſa.] ſup. de reſcrip. ſuper litteris. multa exempla potes habere ſ. de reſcri. cum adeo. & conſtitutus. Infra de offic. delega. coram. infra de re iudi. inter monaſterium, & ſic idem iuris eſt in indulgentijs, ſiue cõfirmationibus, ſicut in reſcriptis, ut hic patet, & in priuilegij. inf. de deci. ex multiplici. ut non ualeant ueritate tacita impetrata. Ad hoc ut confirmatio ualeat, neceſſe eſt quod Papa ex certa ſcientia confirmet omnia beneficia, alias non ualet, ut hic patet, & inf. de conſan. & affi. c. quia circa. inf. de conceſ. præben. quia diuerſitatem.

d ¶ Habuiſſet.] ut ipſe dicebat.

e ¶ Penderet.] de hoc no. j. de æta. & qualita. eam te.

Gl. ſeq. ponit quinque modos, quibus dicitur titulus, ſecundo ponit regulam, & quinque caſus exceptos tertio quærit, & ſoluit.]

f ¶ Intitulatam.] no. ergo ꝙ nullus poteſt habere duas eccleſias intitulatas. Vt hoc melius intelligas, uideas primo quid ſit titulus. Titulus quãdoque dr̃ ſignũ, ut 16. q. 6. conſuetudo. Et dr̃ titulus omnis cauſa acquirendi dominij, ut titulus, pro emptore, pro donato, ꝓ hærede, pro ſuo, pro dote, pro legato, pro derelicto. 2 unde dicitur ꝙ in præſcriptionibus eccleſiaſticis bona fides, & iuſtus titulus exiguntur. infra de præſcrip. ſi diligenti. & qui aliquem talem habet titulum, habet cauſam præſcribendi. Item dr̃ titulus ipſa eccleſia, ut titulus S. Petri: unde ſinguli tantum clerici per ſingulos tantũ titulos ſunt ponendi, id eſt, eccleſias. 80. diſt. epi, unde in ordinationibus quando uocantur clerici, dr̃, talis ad titulũ. 3 talis plebis. Itẽ titulus dicitur clericatus, vel canonicatus in aliqua eccleſia: unde dicitur intitulari, i. in clericari, vel canonicari. Et dr̃ titulus quilibet ordo eccleſiaſticus, & quælibet dignitas uel ꝓlatio vnde dr̃ quis intitulari in aliqua eccleſia. i. ordinari vel præfici. 70. diſt. ſanctorũ. Eſt ergo regulariter uerũ, ꝙ nulli clerico de iure cõi licet hr̃e duas eccl'as, vel quo ad titulum clericatus, vel quo ad titulũ canonicatus, vel ordinationis, vel ꝓlationis, uel dignitatis, ut 70. diſ. ſanctorũ. & hic, ubi dicit ꝙ null⁹ pt̃ hr̃e plures parochiales eccleſias uel dignitates, cũ idẽ iudiciũ de huiuſmodi ſit habẽdũ, ut hic dicit, & j. de pb. de multa. & 13. q. 1. c. 1. & 80. d. epi. & 7. q. 1. in apibus. & 21. q. 1. clericus ab inſtãti, nam habere plures eccleſias, eſt genus negotiationis, ut in prędicto c. clericus ab inſtanti, qa eis ſeruire non poteſt. j. de pręben. qa in tãtum, & j. de cle. non reſi. qa nonnulli, & qui ad utrũq; feſtinat, neutrum bene peragit. 16. q. 1. presbyteros. Item ſicut uxore uiuente nullus aliam poteſt habere. 4 ſic nec clericus ſecundam eccleſiam poteſt habere. 7. q. 1. ſicut alterius. & ſic accipitur titulus in decr. prædicta: & in decretis prædictis. Iſta quidem ſunt regulariter uera: tamen in caſibus. 5 poteſt quis habere plures eccleſias. Primo ubi una pendet ab altera, ut hic, & inf. de æta. & quali. eam te. & inf. de præb. extirpandæ. §. 1. Item ſi habet unam intitulatam, & aliam commendatam, ut hic, & 21. q. 1. qui plures. Item propter paupertatem eccleſiarum. 10. q. 3. unio. & inf. de æta. & quali. eam te. Item olim propter penuriam clericorum. 21. q. 1. c. 1. in fin. Item. per diſpenſationem dñi Papæ. inf. de præb. de multa: & hodie in talibus epi diſpenſare non poſſunt, ut etiam dicit illa decr. de multa. ſed in illa quam quis habet commendatã, non dicitur prælatus eſſe. Vnde uerſus.

Paupertas pendens defectus gratia ſeruant.
Eccleſias retinere duas dat quodlibet horum.

Hæc uera ſunt in prælaturis & dignitatib. Quid dicemus de alijs clericis, nunquid poſſunt eſſe clerici in plurib. eccleſijs; & ibi habere ꝓbendas? de iure communi pt̃ dici ꝙ in pluribus eccleſijs intitulari nõ poſſunt, niſi eſſent tenues in ſubſtantia, ut dictum eſt de prælaturis: ſed per diſpenſationẽ epõrũ bene poſſunt, quia epi diſpẽſatio cũ talibus clericis non eſt prohibita, immo tacite ur̃ conceſſa per contrariam conſuetudinem quam ſcit Papa & tolerat: ſic & ipſo facto derogatum. eſt illi decre. 29. diſt. ſanctorum. Sed in diuerſis epiſcopatibus neceſſaria eſt utriuſque epi diſpenſatio. Sed hic uidetur permitti ꝙ clerici poſſint habere titulum in pluribus eccleſijs: quia non prohibet hic, niſi de parochialibus, & ſic ꝑ cõtrariũ ſenſum ꝑmittit clericis hr̃e plures canonias. Sed credo ꝙ ſi primum beneficium ſit ſufficiẽs, quod ſm̃ nõ poſſit habere niſi diſpenſatione.

g ¶ Perſonatus.] id eſt, decanus ſuper quo impetrauit indulgentiã, ut ipſam cũ pdictis parochialib. eccleſijs retineret. Vel forte loquit̃ de archidiaconatu, ut illas retineret cũ archidiaconatu. j. de conſ. & affi. qa circa.

† Vide concilium Trident. ſeſſio. 24. de reformatione, c. 3.

1 Concord. text. in l. ob ſeruat. §. antequam. ff. de offi. procõ. & l. item eorum. §. 1. ff. quod cuiuſ. uniuerſ.

2 Pro ſoluto, & ꝓ trãſacto. & de his oib. ponit Hoſ. ſpeciales rubricellas in ſumma ſua de præſcri. ſup prima parte rubricæ, quæ tractat de uſucapion.

3 Vnde dicebat Abb. ꝙ ſicut titulus deſignat nomẽ libri, ſic bñficiũ intitulatum nomen, uel cognomen, uel denominationẽ clerici. Io. Andr.

† Aliam.

4 Tex. eſt in l. Arethuſa. & ſequen. cũ uulg. ff. de ſta. homi.

5 Hic caſus no. 21. q. 1. in ſumma. & Hoſt. ponit hic uerſus: Dependens, tenuis, ratus uel gratia Papæ, utilius urgẽs, uel cõmẽdatio iuſta: Diuerſos titulos ꝑmittunt iure teneri. Io. And.

[Gloſ.ſeq.notat,& dat ſimile.]

a ¶ Retinere.]not.quod qui habet plura bñficia,quorũ alterũ per ſe ſufficeret, nõ põt ſine mortali peccato retinere aliud : ſed diſpenſatio reddit licitũ qđ erat [1] illicitum,ſicut uides ſimile, conſuetudo facit quod in abſentia licite poſſit beneficiũ percipi. ſ.de conſti. cum omnes.

[1] Intelligo regulariter ꝙ in his quę ſunt iuris poſitiui.

b ¶ Si quod.] id eſt, quia non uidebatur cõpetere, ideo ceſſit ſpontanea volũtate. ſic. inf. de ſimo.per tuas.quaſi male conſcius ſibi ceſſit.

ſuppreſſit,quod alios reditus in pluribus eccleſijs noſcitur obtinere.Suppreſſit ẽt,ꝙ plures parochiales eccleſias, cũ pluribus alijs beneficijs in diuerſis eccleſijs obtineret : cum intentionis noſtræ non fuerit ſe cum in tot beneficijs (prę ſertim habentibus curam animarum) diſpẽſare; nec intentionis noſtræ fuerit aliquid ei de nouo concedere, ſed ut per indulgentiam poſſet habita licite retinere : [a] & infra. ¶ Tandem cum non reſtaret,niſi proferenda ſententia,idem tã iuri (ſi quod [b], ei competere videbatur) quam liti ceſſit † ſpõtanea volũtate, cuius ceſſionem duximus admittendam.

† Collige ex l. ... timã practicã cedendi liti &c. ſimi. eſt in l. poſt quã liti. C. de pac. Bart. in l.qui Ro. æ. §. duo fratres ff. đ ver bo. obl.g.

¶ Idem.

¶ Irrita eſt electio, quam collatio non præceſſit, uel quæ facta non eſt à maiori parte capituli, uel quæ non fuit communis.

CAP. LV.

IN Geneſi legitur:& inf. ¶ Cum in concilio [c] † caueatur, ut is collatione [d] habita eligatur, ĩ quẽ omnes uel maior & ſanior pars capituli conſenſerit. quamquam maiorem partem habuit partium [e] comparatione minorum. ¶ Nec plene numeri ad numerum, quia utrum G. & H. de quibus aduerſarij referunt quæſtionem, in electione vocẽ habuerint, tractatum nõ extitit, nec diſcuſſum: nec zeli ad zelum,[f] nec meriti ad meritum collatio facta fuerit. ¶ Nec etiam electio communiter [g] celebrata, quoniam licet in eundem G. ſingulariter ſinguli conſenſiſſent, non tamen debuit ſubſequi ſingularis electio, ſed communis, ne vel idem repeti [h] uideretur, uel ex hoc

† In concilio Lateranẽſi ſub Innocentio 3. cap.24.

IN Geneſi.] Sunt duę partes. Prima ponit tres caſſationis cauſas. Secunda caſſat : ibi, Nos his. prima cauſa vſque ibi,Nec plene.Secunda vſq; ibi, Nec etiã & ab ĩde tertia.Abb. Et aduertere qa totum legitur ſuſpenſiue vſque ad finem. CASVS. Vacante quadam eccleſia cathedrali, cũ canonici ſtatuta die ad celebrandã electionẽ cõ ueniſſent, qdã canonicus G. noĩe fuit admiſſus cũ ꝓteſtatione.qdam canonicus H. noĩe cũ eſſet ĩ regno Frãciæ, nõ fuit ad electionẽ uocat⁹ cũ de conſuetudine uocari debuit.pmiſſo ſcrutinio ſm formã concilij gñalis, qdã cõſenſerũt in G. Quidam uero in alias ꝑſonas ſingulares, ita quod in ipſo ſcrutinio plures nunciati & electi fuerunt : publicato ſcrutinio illi qui in eũdem G. in ſcrutinio ſingulariter conſenſerunt. eundem G. ſingulariter elegerunt. demum cauſa ſuper iſtis electionibus ad ſedem Apoſt. eſt delata. examinatis electionibus Papa ſuper his ita proceſſit. dicit Papa, in concilio generali cauetur ut hic collatione habita eligatur, quem omnes,uel maior & ſanior pars conſenſerit, ſed in G. maior pars totius capituli non conſenſit, quamuis habuit maiorem partem comparatione minorum, nec fuit plene collatio facta numeri ad numerum, quia in collatione tractatum non extitit, nec diſcuſſum, utrum prædicti duo G. & H. uocem in electione habuerant, nec fuit collatio zeli ad zelum, nec meriti ad meritum : præterea electio non fuit communiter celebrata : quia licet in dictum Guli. ſinguli ſingulariter conſenſiſſent, non tamen publicato ſcrutinio debuit ſubſequi ſingularis electio, ſed communis. ne idem repeti uideretur,ut tot eſſent electiones quot eſſent numero electores, quod eſt abſurdum, quia ex ſingularibus conſenſibus electio non apparet uniuerſalis.nec communis,quamuis quilibet ſingularis ueritatem exprimat ſuæ partis, & hoc probatur per quoddam ſimile:ex ſingularibus propoſitionibus,licet ſint ueræ, non apparet uniuerſalis propoſitio, niſi ꝑ ſignum uniuerſale exprimatur. præterea prædicti duo non debeant ſic excludi, quia G, erat in poſſeſſione canonicatus vel quaſi, habendo ſtallum in choro, & locum in capitulo legendo, & cantando, & in tractatu electionum tanquam canonicus ſit vocatus, quãuis fuerit cũ proteſtatione admiſſus. Alius vero erat in tali loco, de quo debuit vocari,cum de toto regno Franciæ vocentẽ abſentes cõſuetudine eccleſię Gallicanæ. His igitẽ plenius examinatis Papa electionem ꝑ miſſam cõtra formã cõcilij gñalis in plurib. attentatam decreuit irritã,& inanem. Not. quædam ſunt de forma electionis,quę ſi omittãtur, uel aliquid ex iſtis, non ualet electio. Primum eſt,ꝙ maior & ſanior pars totius capituli dẽt eſſe in electione,aliter nõ valet electio. Item collatio neceſſaria eſt numeri ad numerũ, zeli ad zelum,meriti ad meritum. Itẽ cõis debet eſſe electio ſiue vniuerſalis,i.oẽs qui in ſcrutinio conſenſerunt, publicato eodẽ, oẽs una uoce debent ipſum eligere, uel unus de mandato aliorũ. Itẽ oẽs q requiſiti fuerunt in ſcrutinio,debẽt eſſe in collatione.Itẽ abſentes uocandi ſunt in loco unde cõſueuerunt uocari, ſed iſtud ultimũ nõ eſt de forma:quia ſi abſens poſtea uellet conſentire, non caſſatur electio propterea, ſed potius confirmatur.

c ¶ Concilio.] ſup.eod.tit.c. quia propter.

d ¶ Collatione.] quæ ſi non fiat,non tenet electio. ſ. eo.Cumana.in fi.

e ¶ Partium comparatione.] ſic. ſup. eod.eccleſia ueſtra.& c. Cumana.

f ¶ Ad zelum.] ſic patet ꝙ in electionibus hodie conſideratẽ zelus,& merita electorum conſiderantur,& dignitas eligentium, ut ex omnibus iſtis maior,& ſanior pars cenſeatur.ſ.eod.eccleſia ueſtra. & ita non ſemper ſtandũ eſt numero,ut ſ.eod.eccleſia.in fi.& inf.de teſt. in noſtra.Illa enim maior pars,& ſanior cenſetur, quæ eſt iuſtior,& maiori ratione nititur, & æquitate. 40.d. multi.in fi.& ff.de pact.maiorem.

Electio qualiter dicatur fieri à maiori & ſaniori parte.

g ¶ Communiter.] in communi enim & publice debet electio celebrari, & non ſingulariter,uel clandeſtine.ſup.eo.quia propter.in fin.& hic eſt expreſſum qualiter fieri debeat.

h ¶ Repeti.] ſic uidetur idem repeti, quia in ſcrutinio publicato quilibet per ſe conſentit ſingulariter, & ſolus.ſi poſtea publicato ſcrutinio quilibet per ſe eligeret,uel ſi quilibet per ſe ſeparatim eligeret,idem repeti uideretur,quod eſſe non debet, ut ſequitur, uel tot eſſent electiones,&c.

[Glo. ſeq. inducit duo ſimilia de teſtibus ſingularibus. & de actione communi pluribus. Signat contrariũ de l.per fundũ.cum ſimilib.& de decre.bonæ.]

a ¶ Nec

a ¶ Nec ex singularibus.] cõsensus eligentium oẽs simul ad inuicẽ conuenire debent, & simul exprimi per vnum vel plures vel simul oẽs. s̃. eo. q͞a pp, & s̃. eod. bonæ memoriæ. vbi nõ credit testibus qui sunt in suis testimonijs singulares. & c. cum dilectus. & ĩ. de accu. cum dilecti. Nec voces eorũ tamq̃ pluriũ admittunt, quos diuersitas tporum simul interfuisse ꝓhibuit. 3. q. 9. nihilominus. simul enim testes in vnum concordare debẽt, sicut etiã electores in vnũ, cũ ius eligendi cõe sit oĩbus, ꝑ singulos diuidi nõ dẽt: sicut cũ vna actio cõis est oĩbus & pluribus, non debet diuidi ꝑ singulos, sed tota simul in iudiciũ venit, vel venire debet. ff. de iur. om. iud. si idem. §. & vna actio. & argu. ad hoc, ff. de ser. rust. ꝓ dio. si vnus ex socijs. arg. cõtra. ff. de seru. rusti. p̃d. ꝑ fundum. vbi ius cõe eũdi per fundũ cõem pluribꝰ potest mihi separatim concedi: & cum oẽs cesserint, ius habeo eũdi, ut ff. com. p̃d. receptum. & l. si quis duas. §. item si duo. & ff. de aqua plu. arcen. si autẽ & diuersis tpibus possunt aliqui cõsentire electioni s̃. de postu. bonæ. in fi. & supra eod. quod sicut.

a Immo per unũ tm̃, & ꝑ uerba singularis numeri. s̃. eo. cum ab uno. de re iudi. c. penu. lib. 6. Ioan. And.

† Vide l. qui habebat. ff. de lega. 3. & l. si pluribus & ibi Bar. ff. de leg. 2.

† Vide text. in l. certũ. C. de rei uendi.

a Si plures sunt domini illius loci per quem aqua ducit: uolũtas omnium requiritur: ultimam tamen prætor tuetur. Io. And.

sequeretur absurditas, vt tot essẽt electiones, quot essent numero eligentes: Nec ex singularib. [a] vel particularib. cõsẽsib. appareret vniuersalis electio vel cõis, licet q͞libet singularis veritatem exprimat suæ partis: queadmodum ex singularib. ꝓpositionibus (licet veris) vniuersalis ꝓpositio nõ apparet † nisi per signũ vniuersale forsitan exprimatur. Nec p̃missi duo [b] canonici poterant sic excludi, cũ primus [c] existeret in canonicatus possessione, [d] vel quasi † habẽdo stallum in choro, locũ in capitulo, legendo & cantando vt canonicus, & ad tractatus ac electiones dignitatum & ꝑsonarum, q̃ occurrerũt pro tpe faciendæ, tãq̃ canonicus sit vocatus. quamquam hac vice fuerit cum protestatione ad-

10

missus: secundus vero esset in tali loco, de quo fuerat ad electionem vocandus, cum de toto regno Franciæ vocentur absentes de consuetudine [e] ecclesiæ Gallicanæ. ¶ Nos his plenius intellectis, de consilio fratrũ nostrorum p̃missam electionẽ, vtpote contra formam [f] concilij attẽtatam, decernimus irritam, [g] & inanem.

20

¶ Idem capitulo Massano.

30

¶ *Non valet electio Pontificis per laicos & canonicos facta, etiamsi hoc habeat cõsuetudo, h. d. & quotidie solet allegari.*

CAP. LXI.

Massana † ecclesia † pastore vacante, & infra. ¶ Edicto perpetuo prohibemus, ne per laicos [h] cum canonicis Pon

40

[Glo. seq. arg. & opi. ponit. quam reprobat.]

e ¶ De consuetudine.] sic vr̃ ꝙ in talibus potius standũ sit consuetudini q̃ alicui iuri. Quidam dicunt ꝙ oẽs de prouincia vocandi sunt, & soli ad electionem. arg. illius decr. s̃. eod. corã quia cõis dẽt esset electio, vt ibi no. de hoc veriꝰ credo vt consuetudini stetur, vt ibi dixi.

f ¶ Formam. argum. ꝙ formam mandati exacta diligentia est obseruanda. s̃. de rescrip. cum dilecta ĩ. de offi. deleg. venerabilis. & q͞ ꝯtra facit, nihil fecisse putatur, vt ibi. & s̃. eo. q͞a pp, &c. Cumana. Per hoc & ꝑ illud q͞d dr̃ in ea. illo, Cumana & cap. cum in veteri. & ĩ. de offic. dele. c. uenerabilis. patet qualiter illa constitutio, quia propter. sit intelligenda & per hoc quod habet. sup. inf. eo. ecclesia.

g ¶ Irritam. sic intellige. sup. eo. ecclesia uestra. Ber.

Massana ecclesia.] Hæc decr. tria facit. Primo prohibet, Secũdo decretũ ponit. Tertio dãnat cõtrariã consuetudinẽ. secunda ibi: Quæ si, tertia: ibi, Non obstante Abb. Siculus.

CASVS. In ecclesia Massana consuetudo inoleuerit, ꝙ eadem ecclesia uacante, quidã laici cũ canonicis eiusdẽ ecclesiæ admittebant ad electionem pastoris: significatũ fuit hoc dño Papæ: ipse attendens talem consuetudinem esse ꝯtra canonicas sanctiones, edicto perpetuo ꝓhibet, ne per laicos cũ canonicis fiat electio Pontificalis: & si forte facta fuerit, nullã obtineat firmitatem, non obstante contraria consuetudine, quæ dici dẽt potius corruptela, q̃ consuetudo. No. ꝙ laici ad electionem non debent aliquo modo admitti.

† al. Messana.

† Vide conciliũ Bracarense. c. 1. & Burchardum lib. 1. decre. cap. 10.

[Glossa sequens recip. per ob. & solutionem, & remissionem.]

b ¶ Nec præmissi duo.] de quib. nihil discussum fuit. Et ita nec Papa debuit aliquid dicere eis. cum de qua re cognouit iudex, de ea tantum debeat iudicare. inf. de causa poss. cum super. & ff. de iud. de qua re. Sed ipse hoc supplet ex officio suo. Quando iudex supplere debeat, dictum est sup. de postu. bonæ. & hoc precipue debet inquirere an forma sit seruata, & an persona sit digna, etiam si nihil dicatur. De hoc dixi sup. eod. cum nobis. & c. uenerabilem.

50

c ¶ Primus.] s. Guil.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

d ¶ Possessione uel quasi.] unde ab electione excludi non debuit, sed uocari. inf. de causa poss. cũ ecclesia. & potest eligere, & ualet talis electio etiamsi ius in ueritate nõ haberet: dummodo possideat quiete, q͞a credat habere ius, ut s̃. eod. querelã. & ĩ. de cau. pos. cũ olim. & ĩ. de iure pat. consultationibus. Si tñ ab initio anteq̃ fiat electio, negatũ fuerit illos habere ius in electione, & admittatur sub protestatione ut uox eorum ualeat, si de iure debeat ualere, nec ualebit uox eorum nisi constiterit eos ius habere: unde talis possessio non prodest. ĩ. eo. Cumana. unde ꝯdicit ei q͞d hic dicit. Non est cõtra q͞a nõ fuit hic discussum an debeat interesse uel non: & ita remansit adhuc in sua quasi possessione, & ita protestatio hic non fuit necessaria ratione præmissa. Præterea aliud est hic, quia ius commune pro se habebat, quia canonicus erat: ille uero non. Ber.

60

[Glo. seq. fortificat tex. secundo arg. ad pro. utile uitiari per inutile alleg. 5. iura ad hanc partem, & 5. ad contrariam.

h ¶ Per laicos.] quia ius eligẽdi in collegiata ecclesia nõ cadit in laicũ s̃. eo. sacrosancta. hmõdi. n. mere spiritualia à laicis possideri nõ p̃nt. 15. q. 7. c. 1. & ĩ. de p̃scrip. causam quæ. cũ de ecclesiasticis dignitatib. nulla sit eis attributa disponendi facultas. 16. q. 7. laicis. quos obsequendi manet necessitas, nõ auctoritas imperandi, ut ea. causa & q̃stione, c. nõ placuit. & 95. di. bene quidem. quod si attentare uoluerit, tamq̃ sacrilegus iudicet, ut ea. cã. & ea. q. si quis principũ & ꝑ laicos nullꝰ ecclesiam teneat. ut ea. q. ꝑ laicos. & talis electio nulla est. s̃. eo. q͞squis. imo sunt excõmicandi, ut ead. q. si quis deinceps. & duobus capi. seq. Item hic habes ꝙ utile uitiatur ꝑ inutile. sic ĩ. de offi. dele. ca. super abbatia. ff. de arbi. Pædius. & 9. dist. si ad scripturas. & 3. q. 9. pura & simplex. 8. q. 1. sciendum. arg. contra. s̃. e. illa. & ĩ. de cleri. excom. mi. si celebrat. & ĩ. de præb. dilectus. & 7. q. 2. si quos. & 22. q. 4. inter cætera.

Laicis non datur eligendi potestas.

K a [Glo.

tificis electio presumatur. Que† si forte psumpta fuerit, nullam obtineat firmitaté: Non obstante contraria cósuetudine,[a] quę dici debet potius corruptela.†

¶ Idem capitul. Cathalañ.

¶ *Non sufficit ad confirmationem electionis quod sit facta à maiori parte capituli, nisi etiam illa pars sit sanior.*

C A P. LVII.

ij ECclesia vestra destituta pastore, conuenientes in vnū (absente G. qui tūc noluit interesse[b]) ad celebrandā electionem terminū statuistis. Venienté vero termino, & dicto G. (cum absens existeret) nō vocato,[c] pręmisso iuxta formā cócilij† generalis scrutinio, quatuordecim magistrum G. presbyterū Cardinalem concanonicū † vestrum, & septédecim R. Remeñ. canonicum elegerunt, præfato G. postmodum electioni eiusdem R. suum prębente consensū. ¶ Tandem procuratoribus vtriusque partis in nostra præsentia constitutis allegabat̃ p electione dicti R. qđ cū in iiii. excederet aliū cōputato G. prædicto maiorē capituli partē habebat, & p hoc debebat pars sua sanior reputari: cū vbi maior numer⁹ est, zel⁹ melior psumat̃ † Pars vero altera electionē eādē multipliciter īpugnabat, proponēs prænominatum R. in ætate[d] pati defectū, nec esse sufficiētis[e] sciētiæ ad ecclesiam supradictā: cum ętatis maturę, & eminentis scientiæ præfatus

[Glo. seq. exprimit quare non ualeat consuetudo.]

a ¶ Consuetudine.] cum talis consuetudo sit 9 ecclesiasticam libertatem. sup. eo. sacrosancta. &c. cū terra. & s̄. eo. quisquis. & j̄. de re iud. cū causa. & nulla tēporis longinquitate defenditur. sup. de consu. cum inter. &c. cū venerabilis. & c. ad audientiam. & s̄. eod. causam q̄. & 1. q. 3. si quis pbēdas. & quia non est rationabilis, non potest præscribi. sup. de consue. c. vlti.

† Quod si

ij ¶ Ecclesia uestra.] Non sufficit ad ualiditaté electiōis, ꝙ sit facta à maiori parte capituli, sed requiritur ꝙ illa pars sit sanior. h. d. Et est casus notab. & semper menti tenendus. Diuiditur. Nam primo ponitur duplex electio. Secundo allegatio pro uno electorum: ibi, Tādem. Tertio pro alio. ibi, Pars uero. Quarto. diffinitio: ibi, Nos ergo Abbas.

† Videl. oēs iudices. cum no. C. de Decu. lib. 10. in gl. 1. & in authē. ut nulli iud. §. 1. in glo. magna. coll. 9.

CASVS. Vacante ecclesia Cathalañ. canonici conuenientes in unum, terminum statuerunt ad electionem celebrandam absente G. concanonico suo, q̃ noluit interesse cū eis, adueniēte termino. G. prædicto absente, & eo non uocato, præmisso scrutinio secundum formā concilij. xiiij. ex canonicis elegerunt G. magistrum Cardinalē concanonicum suum. xvi. elegerunt R. canonicum Remen. postmodum uero superuenit dictus G. & electioni dicti R. consensit pro istis duabus electionibus procuratores utriusque partis ad sedem apost. accesserunt ex parte dicti R. pro electione ipsius allegabatur, ꝙ cū in quattuor excederent aliam G. præfato computato, maior & sanior pars reputari debet. & ubi est maior numerus, ibi maior zelus reputatur. allegabatur etiam ꝙ dictus G. fuerat ab eis contemptus, & ꝙ postea consenserat prædictus G. in prædictum R. Ex aduerso dicebatur ꝙ dictus R. in ætate patiebatur defectū, nec erat sufficientis scientiæ ad ecclesiam supradictam: suus autem electus erat eminentis sciēntiæ, ætatis maturæ, & electores ipsius præcellebant alios meritis & auctoritate: & ideo meliorē zelum eos constat habere. Præterea ex parte G. dicebatur ꝙ consensus prædicti G. (quem pars R. dicebat esse contemptum, asserente parte G. potius ab eo capitulum contemptum fuisse) cū non fuerit pstitus in scrutinio, & licet post electionem accesserit, nihil adiicere poterit, allegabat̃, etiam ex parte R. ꝙ pars G. peccauerat contra formam concilij generalis. quo cauetur ꝙ oībus præsentibus. &c. Sed G non fuit præsens: ergo, &c. Sed contra hoc dicebat pars G. ꝙ concilium quod dicit electionem non ualere quando contra formam peccatur, non debet referri ad contemptum. nec ad alia quæ non sunt de forma: unde quod dicitur, in concilio, ꝙ electio aliter faciat non ualeat, ea tantum respicit, quæ contra formam concilij attentantur, & non alia, quæ ibi continentur: quale est illud ꝙ præsentibus, omnibus qui volunt, debent, & possunt commode interesse, electio sit facienda, ne alia iura, quæ super hoc statuta sunt, vnico verbo tollantur: nec enim est credendum, ꝙ dñs Papa, qui iura tuetur, illud quod est alias excogitatum multis vigiliis & inuentum, vnico verbo subuertere voluisset. Papa auditis hinc & inde propositis, cum ex concil. Lateranē (posita de his quæ sunt a maiori par. capi. c. 1.) in ordinationibus ecclesiarum maior & sanior pars capituli exigatur, & in generali concilio caueatur, vt is in quem maior & sanior pars capituli consenserit, eligatur: electionem dicti R. quòd maior pars capituli non consenserit in eundem. cassauit, & electionem G. Cardinalis confirmauit. Nota quòd non semper statur maiori numero; nisi numerus maior sit sanior. Item auctoritas præfertur numero.

† Concilij Lateraneñ. sub Innocentio iij. c. 24.

† In antiquis, canonicum, inuenitur.

† Vide tex. il. ita stipulatus. §. credendū est ff. de uerb. ob.

b ¶ Interesse.] si noluit interesse: uidetur iuri suo renunciasse, vnde sine ipso alii procedere potuerunt. s̄. eo. quod sicut & j̄. de offi. de leg. prudentian. §. adijcimus s̄. eo. quia propter. & s̄. eod. cum nobis nec ipsius absentia electionem habuit retardare. C. de Decur. nominationum. Vel dic, si noluit interesse ad terminū statuēdū, in quo debebat electio fieri, non renunciauit pter hoc, quo minus uellet interesse electioni.

Qui noluit interesse electioni, an iuri suo renunciasse credatur.

[Glo. seq. quærit, & dupliciter soluit.]

c ¶ Vocato.] Sed nunquid debuit iterū uocari; Non credo quia. dicendo se nolle interesse, per consquens dixit ꝙ ulterius nō uocaretur sic de offi. deleg. c. cum super, 11. & aliquo negato, omnia negantur q̄ sequuntur ex illo. s̄. de constit. nā concupiscentiā. & qui scit, certiorati non debuit. ff. de act. emp. & uen. l. 1. in fin. s̄. eod. cum inter & scienti prætor non subuenit, sed ignoranti. ff. ꝙ cum fal. l. 2. in fi. ipse enim decepit. scienti enim & uolēti non fit iniuria siue dolus. C. de transac. l. cū donationis. Vel dic ꝙ debebat uacari ut ad terminum statutum ueniret ad electionē celebrandam, & quia non fuit uocatus, contemptus uidetur. unde cassari debebant electiones nisi postea consensisset. si prosecutus fuisset contemptū. s̄. eo. ꝙ sicut. q̃a licet tunc noluerit interesse. non tamen renunciauit propter hoc quod minus uellet interesse ut dicitur in fine primæ notulæ.

1 Ad hoc j̄. de dol. & cō tu. cū quilr. 9. & uide ꝙ ibi dicā sup gl. uidebat. & j̄. de procur. auditis. in gl. maxime. Io. An.

d ¶ In ætate] si hoc esset uerū, electio nulla fuisset s̄. eo. c. cum in cunctis.

e ¶ Sufficientis.] & ex hoc electio redditur nulla unde electio alterius, partis, etiā lōge minoris, ualet, ut s̄. eo. congregato. &c. cum in cunctis: alias si esset sufficienti scientiæ. licet non eminentis, toleraretur. supra. eo. c. cum nobis. de hoc dicitur. supra eod. cap. congregato-

a ¶ Dicba-

Cardinalis existat, & cum electores Cardinalis alios meritis & authoritate pręcellerēt, habito p̄sertim respectu ad p̄sonam electā, meliorem zelū eos habuisse constabat. Dicebat [a] p̄tereà, ꝙ cōsensus dicti G. (quem pars eiusdem R. confitebat fuisse contemptū, asserēte parte reliqua capitulum potius cōtemptum ab ipso fuisse) cū nō fuerit cōsensus p̄stitus in scrutinio, sed post electionem accesserit, adijcere [b] nil valebat, [c] & infra. Denique [d] statutū generalis cōcilij, ꝙ electionem decernit inualidam, cum cōtra eiusdem concilij formā in electione peccatur non debet ad contemptum & ad alia, q̄ non sunt de forma referri vn̄ quod ibi dr̄, ꝙ aliter electio celebrata nō valeat, ea respicit tantum, quæ attantantur contra formam concilij memorati: non autem alia, quæ ponuntur ibidem, sicut est istud, [e] quod præsentibus omnibus qui debent, volunt, & possunt commode interesse, haberi debeat in electione processus, cetera quæ super hoc alibi statuta cognoscuntur, vno verbo videantur euerti. Neque enim credendum est Romanum Pontificem (qui iura tuetur) quod alias excogitatum est multis vigilijs [f] & inuentum, † vno verbo [g] subuertere voluisse.

¶ Nos ergo quæ hinc inde fuere proposita plenius intellectis (cum ex Lateranen. [h] concilio, in ordinationibus ecclesiarum maior, & sanior pars capituli exigatur, & statutum generalis concilij contineat inter cetera, vt is eligatur in quem omnes, vel maior, & sanior pars consentit) electionem dicti R. non personæ, sed potius electionis vitio, (cum maior, & sanior pars non consenserit [i] in eundem) de fratrum nostrorum consilio duximus sententialiter irritandam.

a ¶ Dicebatur.] a parte electorum Cardinalis.

[Gl.seq. quærit, ar. negatiue & affirmatiue, & soluit negatiue. iterum quærit, & soluit.]

b ¶ Adijcere.] iste dixit se nolle interesse, vt dictum est in princ. nunquid cōsensus istius post electionē præstitus cōputandus est, dato ꝙ pars sua esset æqualis alteri dignitate, & electus sit idoneus? Vr̄ ꝙ non, quia semel renūciauit iuri suo, ergo vlterius ad id redire non pōt. Esau 1 enim primatus suos postmodū recipere non potuit, qa semel cessit, vt 7. q. 1. quam periculosum, & remittentib⁹ actiones suas non est amplius dandus regressus ad eas. ff. de ædil. edic. l. quærit. §. si vēditor, & 23. q. 4. in illis. & dicit lex qui semel noluit petere bonorū possessionē, p̄dit ius eius. vbi enim noluit, cœpit ius eius p̄tinere ad alios, ff. de suc. edi. l. 1. §. tutor. & qn̄ semel potuit, noluit & qn̄ voluit, adimplere nō potuit. j̄. de offi. deleg. c. cum super. & præcipue cum res iam non esset integrà. s̄. eo. in causis, & sic ad ius suū amplius redire non potest: ex quo remisit ius suū alijs, nō pōt vlterius se intromittere: sicut iudex, qui refert causam ad superiores. j̄. de off. deleg. ca. licet, & si tm̄ dicat se velle referre, nō potest se vlterius intromittere. j̄. d̄ appell. C. intimasti. Sed eš vr̄ ꝙ adhuc valeat eius consensus: qa licitum est ei pęnitere. arg. 2. q. 6. c. ei q. §. si quis libellos, ne iustę pęnitudinis humanitas auferatur, & iudex pōt mutare suam interlocutoriā nō obstante appellatione, j̄. de appel. c. cū cessante, & ff. de re iu. l. quod iussit, & magnæ sapientiæ est hominē reuocare ꝙ male locutus est: 22. q. 4. magnæ. Nō credo ꝙ vox sua sit computanda, cū non fuerit in scrutinio, ex quo dixit se nolle interesse, & se absentauit quousque electio fuit celebrata, licet vocari debuerit, vt dr̄ in fin. secundæ notulæ, & quia consensit electioni R. nō pōt prosequi contemptum. Si vero ante electionem factam & scrutinium reuersus fuisset, bene admitteretur, quia res integra est, simile. ff. de mino. l. Scæuola. Si vero facto scrutinio, & ante electionem reuertatur iterū debet fieri scrutinium si uellet contradicere, & prosequi contēptū, si erat in loco unde uocari debebat. alias non. Itē qd si aliquis erat absens in loco in quo nō debebat uocari, & tandem post factam electionem siue scrutinium, quasi casu superuenit: nunquid si consentiat alteri electioni, ualebit consensus talis, ut per talem consensum præualeat electio? Non credo quod talis consensus debeat computari, quia nec electionem posset impugnare, eo quod nō fuit vocatus tempore electionis faciendę, publicato scrutinio, dico spectandum qs habuerit maiorem partem: sicut consideratur an fuerit tunc electus idoneus. s̄. eod. C. dudum, alias, posset contingere: vt q tēpore electionis haberet ius, postea perderet illud per alios su peruenientes, qui vocandi non erant; & hoc per constitutionem, quia propter.

c ¶ Valebat.] & si etiam uere contēptus fuisset, electionem impugnare non posset tāquam contemptus, ex quo consentit electioni: & numerum eligētium non auget.

d ¶ Denique.] allegatio pro magistro.

[Gl.seq. recitetur per q. an vocatio absentium sit de substantia.]

e ¶ Sicut est istud.] nō credo quod istud sit de forma electionis, ut si aliqui non uocentur qui uocandi sunt, nec propter hoc cassabit electio: dummodo ipsi postea cōsentiant. s̄. e. cap. quod sicut, & s̄. de post. c. bonæ, in fine. Quę sunt illa quę sunt de substantia. dicitur s̄. eod. c. quia propter quæ nō sunt de substantia, collige. s̄. eo. Cumana, in fi. & c. in Genesi.

f ¶ Vigilijs.] qa noctes ducit insomnes ut subiecti quiete uiuant, in auth. ut iud. sine quo. suffra, in prin. colla. 2. & dicit Imperator, uoluntarios labores appetimus, ut quietē alijs pręparemus, in auth. ut diuinæ iussio, subscri. ha. gl. quæstio. in princ. colla. 8. & j̄. de rest. spol. c. frequens. [lib. 6.]

g ¶ Verbo.] C. de inoffi. testa. l. si quando. arg. s̄. de rescrip. c. causam, quæ inter P.

h ¶ Ex Lateranensi concilio] j̄. de his quæ fi. a maiori parte c. cum in cunctis.

[Gl.seq. tria prosequitur. quę in electonibus attendatur, demum format unam principalem, & duas uel quatuor incidentes quæstiones, & illas soluit.]

i ¶ Non consenserit.] ex hac decret. patet, ꝙ nō semp standū est numero in electionibus. Et ideo no. ꝙ plura ꝯsiderāda sunt in electione, authoritas, zelus, & numerus. Authoritas consideratur in dignitatibus, & meritis uitæ, zelus cōsistit in animo: ut sine carnali amore eligant, sed secundum meritum uitæ, personæ sunt eligendæ. 8. q. 1. si ergo, & j̄. ut ecclesia. benef. c. ut nostrum. De numero patet. Dicas quod secundum ista debet fieri collatio zeli ad zelum, meriti ad meritum, numeri ad numerum, habito respectu ad dignitatem, ut hic, & s̄. eod. in Genesi. Si enim ex una parte sit dignitas

1 Hæc historia de Esau altiorem habet contemplationē, ut docent Theologi explicantes ca. 23. in Genesi.

Verbū malū reuocare sapientis est.

† Vide text. in §. quotū, Insti. i proęmio, & in auth. ut iud. si. quo. suffr.

gnitas,& zelus melior tam reſpectu eligentium quam electi, & ex alia parte maior numerus pualebit dignitas,cum zelo ipſi numero,ut hic habes.arg.inf.de teſt. ca. in pręſentia. quia hic erat maior numerus ab una parte, nec tñ ſtatur numero & hoc intelligo, dummodo numerus non excedat multum, alias ſtaretur numero, dũ tñ electus eſſet ſuffi ciẽs, ſ.eo.c.dudum. 1. & inf. de appella. cõſtitutus. 1 ſed hic maior,& ſanior pars cẽſetur : licet numerus ſit maior ex alia parte,nã illa pars dicit maior, & ſanior q̃ maiori zelo & maiori pietate mouet, 40.diſ.multi.in fi.& 9. diſt. ſane quippe. & arg.8.q.1.ſi ergo. & ff.đ pac.l.maiorẽ. Si uero ex utraquè parte meritum par ſit, ſtandum eſt numero, licet ex alia parte ſit auctoritas, arg. C.qui bo.ce. poſ.l.ult.§.2.& ſic zelus, & numerus præferuntur auctoritati in hoc caſu.Sed quid ſi eſſet par zelus in meritis eligẽtis, numerus & auctoritas hincinde ? Recurrendum eſt tunc ad meritum electi.63.diſt.ſi forte.& c.ult.ubi de hoc. Sed ſi omnia ſunt hincinde æqualia, neutra electio ualebit de iure, quia neutra facta eſt a maiori parte capitu.ſ.eo.c. Cumana.& cap.eccleſia ueſtra.& c.in Geneſi,& ſic utraq; eſt caſſanda.In caſu iſto nõ crederẽ illos priuandos, quia non uidetur facere contra formam ita directe,unde iterum eligant,argu.79.diſt.ſi duo.Si iterum taliter eligant:tunc priuentur iure eligendi,ſuperior 2 tamen poteſt facere gratiam cui uult. arg.ĩ. de paro.c.1.& ff.ad Syl.l.ſi quis in graui.§.ſi cum omnes. & ff.de religio.& ſumpt.funerum,l.ult.in prin.& ſ.eo.cap.uenerabilem.

1 Concor. tex.in le. de maior. ff. ad munic. & l. nominationum. C. de decurio. lib. 30.

2 Papa ſcilicet, quia nõ poſſet, hoc ĩferior ſ formã concilij ſ.eo.qa pp. qđ intellige p viam confirmationis, ſed per uiã prouiſionis, ſi ad eum deuoluta eſſet bene poſſet alterũ præficere ſupra eod.bonę 1. in fi.& ſi alter canoniſta [illegible] logus, quem pferat, dicã de conſan.& affi.cap.1.ſuper uer. diſcretos. Ioã. And.

¶ Idem.

¶ Publicato ſcrutinio non poſſunt electores variare, ſed compelli debent ad collationem & electionem.

CAP. LVIII.

PVblicato ſcrutinio,[a] variare[b] nequeũt electores: Cum ſit facienda collatio, & electio celebranda. ¶ Ad quod per ſuperiorem, ſi oportuerit, compellantur.[c]

PVblicato ſcrutinio.] Breue eſt, primo ponit dictũ: ſecundo rationem,uel potius aliud dictum : ibi, cũ ſit,tertio aliud dictum:ibi,ad quod. Abb.

C A S V S. Vacante aliqua eccleſia,canonici procedũt ad electionem per formam ſcrutinij : in ipſo ſcrutinio quilibet conſentit ſm ꝙ ſibi placet, publicato ſcrutinio ipſi uolunt uariare & eligere aliũ: quærebatur utrum poſſint?Rñdetur ꝙ non, cum fieri debeat collatio,& electio ſit facienda,& ſi hoc facere noluerint, p ſuperiorem compellãtur. Nota ex iſto capitulo ex quo quis ſemel cõſenſerit, ſuum propoſitũ uariare nõ põt.

a ¶ Scrutinio] quid ſit ſcrutinium, habes ſupra eod. quia propter.

[Gl.ſeq.obijcit,& ſoluit,finis iterum obijcit,& ſoluit.]

b ¶ Variare.] ſed quare non poſſunt variare, cum tamen nondum ſit electus. Immo neceſſaria eſt ſubſequenter electio, alias non valeret electio, ſ.eod.c.in Geneſi.& c.eccleſia veſtra. & ita vř ꝙ poſſunt variare, cum non videatur adhuc ius acquiſitũ ? ideo non poſſunt variare, quia iam res non eſt integra, ſ.eod.ca.in cauſis. & c.eccleſia veſtra. & nemo poteſt mutare conſilium in [illegible] alterius præiudiciũ, ff.de re iud.l.nemo. & talis mutatio poſſet eſſe damnoſa eccleſiæ, quia ſic protraheretur electio, & mora eſt periculoſa,ſ.eod ca.cum in vniuerſis. & ĩ. vt lite non conteſt.cap. quoniam frequenter. §.porro, & ſic per huiuſmodi publicationem electio [illegible] quodammodo videtur ſicut per citationem negocium eſt quaſi cœptum ĩ.de off. deleg.c.gratum. & infra de fo. cõpe.c.propoſuiſti. Et eſt ſimile,ſi quis mihi ceſſerit ſeruitutem, ipſe quidem poſtea mutare non poteſt, licet ex toto mihi ius non ſit acquiſitum : niſi cum omnes ceſſerint, ff.de ſer.ruſt. præd.l.per fundum. & ita hic.licet per talem conſenſum & publicationem nõ ſit ius acquiſitum plenum uariare non poſſunt, immo per ſuperiorem eligere cõpelluntur, ut hic dicit. Sed contra.ĩ.Sed transla. cap. licet ibi dicitur, quod in electione initiatur ſpirituale matrimoniũ : & per hoc uidetur ꝙ antea poſſit mutari uoluntas,ſed ibi uere initiatur in electione,ſed hic pro tãto uidetur initiari, qa uariare nequeũt electores ratione prędicta.

Publicato ſcrutinio,cum variare nequeant electores.

[Gloſſ.ſeq.primo fortificat textum, ſecunda pars recitetur per quæſtionem, finis per contrarium, & ſolutionem.]

c ¶ Compellantur.] quia ex quo quaſi cœptum negocium eſt, per conſenſum præſtitum in ſcrutinio neceſſe eſt conſummare, & eſt ſimile:qui enim mandatum ſuſcepit, neceſſe habet conſummare.ff.commo.lege.in cõmodato.§.ſicut, & ff.manda.l.ſi quis alicui. §.qui mandatum. adiuuare enim beneficijs, nõ decipi nos oportet, ut in d.l.in commodato,§.ſicut. in fi.& ĩ.de commo.cap.unico, & quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt. 32.q.5.horrendus.infra.de deſponſa.impub.c.de illis. ff.de neg geſt.l.Pomponius, & quæ ſimpliciter ꝓmittuntur ſine conditione ſoluantur.32.q.ult.cap.ult.& quæ non cæpit, deliberet : quæ ingreſſa eſt perſeueret. 27.q.1.nuptiarum. ideoq; merito ſunt compellendi pficere quod cœperunt. Idem credo in poſtulatione, ut poſtquam fuerit publicatum ſcrutinium, ab ea recedere non poſſunt, immo tenentur illam porrigere ſuperiori: licet per poſtulationem ius non ſit poſtulato acquiſitum ratione prædicta, & de hoc dictum eſt, ſ. de poſtu.c.ult.& pen.& in hoc caſu ualet electio, licet non fiat incontinenti:quia fraus & dolus eorum non debet obeſſe nominato, 3 & ita non contradicunt, ſ. eo.c.quia propter.& c.cum poſt petitam.

Publicat[o] ſcrutinio.cu[m] electores cõ[m]pelli poſſin[t] ad election[em] & collatio[nem].

3 Concor tex. in l.ſi i[n] fraudem. C. de leg. & i[n] l.1.& le. ex dolo.ff.de dolo.

¶ Idem.

¶ Caſſata electione propter ſimoniam, etiam ſine culpa electi non diſpenſat epiſcopus ea uice cum caſſato, ſecus ſi electus libere reſignauit,hoc dicit ſecundum intellectum glo.2. in fine.

CAP. LIX.

SI alicuius electionem pp ſimoniam, eo ignorante,ac ratũ[d] non habente cõmiſſã cõtigerit repro

SI alicuius.] Inhærendo uerbis litteræ ſumma ſic. Caſſata electione prælati propter ſimoniam ſine uitio electi commiſſam, non diſpenſat ẽps ea uice cũ caſſato ſuper illa prælatione, ſecus in ſimplici beneficio ſuper quo diſpenſat, ſi libere reſignauit,h.d.& habet duo dicta,ſecundum ibi.Quamuis.Abb.Sicu.

C A S V S. Aliquis eſt in prælatum alicuius eccleſiæ electus per ſimoniam, eo tamen ignorante, nec ratum habente; talis electio propterea reprobata eſt, quærit̃ utrum epiſcopus cum illo poterit diſpenſare, ut iterũ ad eãdem prelaturam eligatur? Reſpondetur ꝙ ẽps illa uice cum illo diſpenſare non poteſt, ſed cum illo q ignoranter ſimplex beneficium per ſimoniam eſt adeptus, poſt liberam reſignationem poteſt epiſcopus diſpenſare. Nota quod in ſimonia ratihabitio retrotrahitur a contrario. Item mitius & lenius agitur cum ſponte renunciante, quam cum illo, qui ſententiam expectauit

d ¶ Ratũ non habente.] alias ſi poſtea cõſentiret,idẽ eſſet ac ſi ab initio procuraſſet ĩ.de ſimo.c.ſicut.Sic .n. ratihabitio in maleficijs retrotrahit̃, & mãdato cõparat̃.ff.de ui & ui ar.l.1.§.quoties.& ĩ.de reſt.ſpo.c.cũ ad ſedem.in.fi.& 2.q.1. notũ.in fi.nec refert utrum ante uel poſt dederit uel promiſerit 1.q.1.eos. in fi.Accipere enim eſt qñcunque accipere,ut ibi,& 1.q.3.ſi quis obiecerit,

obiecerit, in fi. & c. si q̄s. & sic quod meo nomine gestū non est, ratū habere possum. ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. item quæritur. & 9. q. 2. Lugdunensis. & ita habes ꝙ ignorantia excusat ipsum, vt possit cum eo postea dispensari. 1. q. 5. p̄sentium. j̄. de renun. c. post translationem. & ita habes. j̄. de simonia. c. ex insinuatione. vbi capitulu n dispensat.

[Glo. seq. in prin. dat simile, & soluit contrarium, ꝙ sine culpa, &c. secundo signat contrariū de c. præsentiū. & tripliciter soluit. tertio signat contrarium de decre. nobis & remittit. quarto format vnum quare, & dupliciter soluit.]

bari, cū eo super prælatione, ad quam taliter electus illa vice [a] non pōt episcopus dispensare: ¶ Quamuis circa eum, qui ignorāter recipit simplex beneficium per simoniacam prauitatem, post liberam resignationem episcopi, dispensatio tolleretur. †

¶ Idem.

Electoribus impeditis, currit tempus si possunt impedimentum tollere.

g ¶ Ductus cõsilio.] dato forte in fraudẽ, & sui lucri causa, vnde erant in dolo.ff.de dolo, quod si cũ scires, & ex consilio fraudulento obligabãtur.ff.de re.iu.consilij non fraudulẽti. unde habuit ĩ illos actionem de dolo, tamen apud se debuit explorare, an ei expediret tale consiliũ.ff.mãd. l.2.in fi quia non tenebatur sequi tale consilium. 14.q.1.c. quisquis.§.quod præcipitur. unde uĩ ꝙ ñ teneãtur, sed teneñt, si hoc constaret: & si vellet allegare hoc, illud deberet probare.ff.de probat.quoties.§.qui dolo. sed hic p̃sumitur dolus, unde ipsum recipere compellantur.

[Gl.seq.per vnum c.& per iiij.similia ꝓbat ꝙ tradendo litteras videtur renũciasse.alleg.contrarium, & ibi remittit.]

h ¶ Reddens.] & sic tradendo litteras renunciauit iuri suo. sic.ĩ.de pac.cum pridem. & donatis, & traditis instrumẽtis mancipiorũ, mancipia ipsa donata intelliguntur. C. de do.l.1.& q chyrographũ legauit, & actiones quæ ꝯtinentur ibi legauit.3.ff.de le.3.qui chyrographũ, & qui obligauit instrumenta, agrorũ suorũ, de agris ipsis cogitasse intelligitur. C.q̃ res pigno.oblig. pos.l.2. & si restitui tibi cautionẽ pignoris, ius pignoris remisisse uideor.C.de remis.pign.creditricem.& ff. de pac.l.2. secus est si restituo ibi pignus: quia nihilominus possum petere debitum.ff.de pact.l.3.ratio diuersitatis est, quia in altero utilitas, in alio non. Argum. contra eo. ueniens. Sol.ut ibi.

[Glo.seq.alleg. unam concord. & adiuuat textum. Secundo obijcit.& dupliciter soluit.]

i ¶ Sustinere.] ĩ. de fideius.peruenit. & sic reddebant mala pro bonis, & hæc quidẽ malorum sunt, unde eis nocet.23.q.4.sex sunt dr̃æ, & exhibitio suæ reuerentiæ siue honor impensus non debet ei esse damnosus. ff.de fur.l.si seruus cõis.§.qđ uero: & ff.quemadmo.testa.aper.sed si quis. & ideo q̃a fuit deceptus promissionibus, ei subueniĩ.ĩ.eo.super hoc. nam deceptis & non decipientibus iura subueniunt. ff. ad Velleia.l.2.§.j.& ĩ.de rer.permu.cum uniuersorum. & ĩ.de dona. inter dilectos.& C.si mi.se maio.dixe.l.2. Sed qualiter iste auditur cum nullum ius habeat: & nemo sine actione experitur, ff.de nego.gest. si pupilli.§.ulti. Verum est ꝙ nullũ ius habet, sed quia iste implorauit officium iudicis, admittitur ĩ eos qui eum taliter deceperũt, q̃a cum deficit actio, officium iudicis est implorandum inf.de offic.iudi.c.iudicis officium. & ff.de mi. in causæ.sim. habes.ĩ.de pac.cũ pridẽ. & ibi officiũ iudicis implorauit, alias non audireĩ.arg.ĩ.de ele.cum inter R.seniorẽ. Sed potest dici ꝙ per restitutionem huiusmodi litterarum non renunciauit institutioni, quã habuit a legato autho-

† Cap. 1. in 2. compilatio.ti.đ maioritate & obe. ex quo ꝑcipitur clarissima hui⁹ text.intelligẽtia cũ ibĩ integrum factũ & decisio narretur.

† In codice Barbatię ita: Quia uero indecẽs est. vt vnde misericordiam deberet impetrare, ĩde cogeretur dispẽdium sustinere, mandamus, &c.

3 Ratio huius not. inf de offi.delegat. corã.in fi.1. glo.Io. And.

Deficiente actione, officiũ iudicis imploratur.

authoritate sedis Apostolicæ, quia non renunciauit facto legati per talem restitutionem subijciendo se eorum misericordiæ: & ita de iure fuit auditus.

a ¶ Admittatis.] datis executoribus super hoc, ut patet in integra. Bernar.

decre. prædicta, præterea. contradicit, vt dictum est. & c. quisquis, conciliũ generale aliã pœnã imponit, quia efficit ineligibilis: & iõ melius vr̃ dicendum ꝙ illa iura 16. q. 7. si q̃s deinceps. & c. se. quæ dicũt ꝙ clerici, q̃ faciunt hoc, sunt suspensi, & laici, sunt excõicati, qui

sum in fratrem & canonicum admittatis.[a]

¶ Inn. iij. Nidrosien. archiepiscopo.

¶ Renunciatio beneficij facta in manibus laici nõ tenet renuncians tamen est beneficio spoliandus.

CAP. VIII.

QVod † in dubiis; & if. ¶ Hi præterea qui beneficiũ ecclesiasticũ sibi collatum sponte in manũ laicam[b] resignantes, illud deuuo a laico suscéperunt, eodẽ sũt bñficio spoliãdi, licet resignatio taliũ facta laico nullã obtineat firmitatem.

¶ Item Eboracẽ. archiepõ.

¶ Papa concedit licentiam cedendi episcopo, qui sine mortis periculo in ecclesia sua morari non potest.

CAP. IX.

AD † supplicationẽ Ragusien. archipi, eum a cura, qua tenebatur ecclesiæ Ragusien. duximus absoluendum, eo quod ibi non poterat secure morari:[c] & si accessum haberet ad illã, mortis sibi periculum imminebat: † & inf. ¶ Ne vero idem in vituperium ministerij nostri, defectum[d] in reb. tpalib. patiatur: mãdamus quaten⁹ beneficium, qđ de liberalitate regia, ac concessione tua, in epãtu Carleoli, & ecclesia de Malebron est illi collatum, ad sustentationem[e] conserues ipsius.

¶ Cui cõcessimus, vt in ipso epãtu absq; vsu pallij,[f] officium epãle valeat exercere, tibi tanquam metropolitano reuerentiam & obedientiam impensurus.

¶ Idem archiepiscopo Calaritano. †

¶ Ponti sex causas, ex quibus episcopi possũt petere et Papa consueuit concèdere cedẽdi licentiam, quæ sex causæ his versibus comprehendi possunt.

Debilis, ignarus, male conscius, irregularis.
Quem mala plebs odit, dãs scãdala, cedere possit.

QVod in dubijs.] propter breuitate non diuiditur. Et pars huius habetur inf. de consecr. eccle. uel alta. & de pœniten. & rem. quod in dubijs. Io. And.

CASVS. Quidam renunciauit beneficio suo in manu laici, & illud postea recepit ab ipso. quæritur an talis renunciatio ualeat? Rñd. ꝙ talis resignatio nulla est: uerũ tamẽ spoliari debet illo beneficio. Nota illud quod nõ tenetur inducere priuationem bñficij. Item spũalia a laico recipienda non sunt, nec sibi renunciãda.

[Gl seq. re. per q. an renunciatio ualeat arg. ꝙ nõ sol. ꝙ ualet quoad eum, alle. unã leg. in contrarium. secunda per q. an sit suspensus, &c. arg. ꝙ sic. alleg. in cõtrarium. & illud soluit, ponit opin. Ioan. & contrarium quam approbat.]

b ¶ In manum laicã resignantes.] non uidetur ꝙ talis renunciatio tenet, nisi fiat in manus eius a quo beneficium recepit. 6. q. 3. denique. 18. q. 2. abbas. & in aut. de đfen. ciu. §. qđ iterim coll. 3. & ff. de or. iu. l. 2. §. & cum placuisset. & arg. 17. q. q. 2. Cõsaldus. & optimum arg. C. de defen. ciui. l. ult. & s̃. eo. admonet. & hoc in fi. Solu. uerũ est, quod quantum ad ecclesias, uel quantum ad superiorem talis renunciatio non tenet, quoniam ecclesia uel superior potest illum repetere si uult. 7. q. 1. non oportet. & etiam superior. 33. q. 5. mulier. Sed ipse nõ potest eam repetere, & ita quo ad se tenet pactum: quia etsi inutilis sit talis renunciatio, tamen habet in se tacitum pactum ne repetat, sicut acceptilatio inutilis. ff. de pact. si unus. §. pen. & ff. de acceptila. si acceptilatum. & 7. q. 1. eos. arg. cõtra. ff. de accepti. an inutilis in prin. & quia postea recepit de manu laici, suspẽsus est. 16. q. ult. si quis deinceps. &c. seq. immo plus dicit conciliũ generaliter: ꝛ qui consentit electioni de se factæ per sæcularis potestatis abusum, ineligibilis efficitur. s̃. de electio. quisquis. arg. contra de iure pat. præterea, sed expone uerbum illud, communione priuetur: scilicet fidelium: cum iam sit priuatus communione sacramentorum recipiendo ecclesiam de manu laici dicit. Ioan. hic dicebat, quod clericus, qui sic recipit beneficium de manu laici, suspensus erat ipso iure, per c. si quis deinceps, quod satis posset dici, sed clericos instituunt, non tenet in hoc vt ipso iure pœnam imponãt, sed hodie laici sunt excõicandi. & clerici q̃ recipiunt beneficia, suspendendi, & ineligibiles fiunt per iura illa. inf. de iure patron. præterea. & s̃. de elc. quisquis. Ber.

AD supplicationem.] Prima recitat admissionẽ renunciationis, & eius cãm. Secũda: ibi, Ne vero causam mandati, & ipsum mandatum. Tertia: ibi, Cui concessionem illi factam, & ipsius moderationem Io. Andr.

CASVS. Archiepiscopus Ragusinus petijt licentiam cedendi a domino Papa: quia secure ibi non poterat commorati & ipse obtenta licentia cessit. Archiepiscopus Eboracen. de cõsensu regis Angliæ ꝯcessit eidem quoddã bñficium in quadam eccl'ia in epãtu Carleoli. Papa mandat archiepiscopo Eboracen. ne in vituperiũ ordinis clericalis mẽdicare cogatur, quatenus beneficium illud ad sustentationẽ conseruet ipsius, ita vt sine vsu pallij in episcopatu illo officium epãle valeat exercere, eidem archiepõ tanq̃ metropolitano obedientiam & reuerẽtiam impensurus. No. ꝙ cum quis timet interfici in ecclesia sua, p̃t petere cessionẽ. Itẽ no. ꝙ superior clericis ꝓuidere tenet̃, ne in opprobriũ ordinis clericalis mẽdicent. & sic ꝑ hoc vr̃ necessitas vnius tãgere omnes. Item no. casum ꝙ archiepiscopus, quj subest archiepiscopo non utitur pallio. Ber.

c ¶ Morari.] forsitan propter intemperiem aeris. 74. dist. quorundam. vel quia habebat capitales inimicos sup. de elect. bonæ.

d ¶ Defectũ.] si 93. di. diaconi ver. mẽdicat infelix, &c.

e ¶ Ad sustẽtationẽ.] huic prouidẽdũ est in bñficio quẽ nõ crimẽ, sed cã necessitatis abducit. 7. q. 1. q̃uis triste. sed male meritus publica egestate laborare debet. ff. depositi. bona fides. & merito huic prouidendum est, quia deposito subuenitur in necessarijs. 50. d. studeat. erit aũt iste tanquam plebanus ecclesiæ huiusmodi.

[Glo. seq. signat contrarium.]

f ¶ Vsu pallij. Arg. contra C. quemad. ciuilia mun. indi. l. 3. lib. 10. q̃m maioribus honoribus functos, nõ licet descendere ad minores, ut dicit lex p̃dict. & ar. ad idem. 93. dist. legimus. in fi. s̃. de transla. licet. & cap. 1.

¶ Cap. 1. eo. tit. in 3. compilatione.

¶ Vide l. quæro. §. si uẽdi tor. ff. đ ędi. edic. & l. Herennius. ff. de euic.

¶ Cap 2. eo. tit. in 3. compilatione. Et ad intelligentiam huius. cap. uide B. Thomam. 22. q. 185. ar. 5.

ꝛ Lateran. sub Innocẽ. iij. c. 25.

† Vide text. l. si putator. ff. ad legem Aquil. & l. si vt certo. §. commodatum. ff. commo.

† Episcop Arelaten.

NIsi cum pridem.] Sunt quattuor principales partes. Prima reprobat has duas causas cedendi, s. zelum melioris vitæ, & humilitatem. Secunda: ibi, Intueri. ponit sex causas, ex qbus epi possunt petere licentiā cedēdi. Tertia: ibi, Verum. reprobat alias causas cedendi, ut otium, laborē, inspirationē, & his similes probās id au ctoritatib. & rñdens ad id qđ opponi pos set. Quarta conclu dit, ibi, Monemus. Item secunda subdi uiditur in sex, quæ facile patent, Io. And.

CAP. X.

NIsi † cum pridem, & infra. ¶ Si in huiusmodi cessione frugem tibi melioris uitæ promittis, a scire te debes non esse sanctificato b in vtero sanctiorem, & ideo non

CASVS. Calaritanus archiepiscopus sæpe petijt licētiā renunciandi à dño Papa: super hoc Papa rescribit eidē dicens, q si p p huiusmodi cessionē promittit sibi fructum melioris uitæ, scire dēt q ipse non est sanctior q̄ fuerit Hieremias: & iō nō debet deserere officium prædicationis, cum & ipse Hieremias pdicando receperit verbū Dei, licet renūciauerit pdicādi officium: si enim propter humilitatem vult cedere, eo ipso vī ī superbiā se erigere, q in proposito resignādi se exhibet pertinacem: quia tunc ueram obedientiam ostendet, cum per ipsam locum regiminis non dimittet.

INTVERITE ITAQVE. In §. isto ponuntur causæ, ppter quas pōt quis petere cedēdi licētiā: primo consciētia criminis, debilitas corporis, defectus scientiæ, malitia plebis, graue scandalū, & irregularitas personæ. Sed his omnibus diligens est adhibenda cautela. Propter conscientiā criminis, pōt quis petere licentiā renunciandi: sed nō ppter cōscientiā cuiuslibet criminis, sed illius ppter q executio officij, et post peractā pœnitentiam impeditur, quòd si pro quolibet crimine quis cederet, pauci uel nulli remanerent.

ALIA VERO. Debilitas corporis est causa cedendi, quę procedit vel ex infirmitate, uel ex senectute, per quam impotens redditur ad exequendū officium pastorale, nō eñ p qualibet debilitate corporali dēt quis deserere officium suum, & hoc ostendit exēplo Apostoli.

PRO DEFECTV. Pro defectu scientiæ pōt quis petere cessionem: scientia enim circa administrationem spiritualium & corporalium est ualde necessaria: & ideo pro utriusque scientiæ defectu, uel ignorantia licite renūciatur. Vnde dicit Dñs. Tu scientiam repulisti, & ergo repellā te. & licet eminens sciētia desiderāda sit in prælato, competēs tamen toleratur, quia multa (scientia? ut dicit Apostolus) inflat, imperfectum cu ius charitas supplet.

PROPTER MALITIAM. Propter malitiam plebis aliquādo cedere debet plātus, videlicet qñ plebs adeo mala existit, ut proficere nequeat apud ipsam: & quanto prælatus magis laborat, tanto deterior fit. Vnde dixit Dñs per prophetam. Linguā tuā ad hærere faciam palato tuo. Et Apostoli dixerunt Iudæis: Ecce conuertimur ad gentes, quia verbi Dei uos fecistis indignos. Non tñ p p quamlibet culpam subditorum, pastor dimittere debet gregem suam, ne mercenario comparetur, q dimittit oues & fugit: sed tunc demum debet fugere, cum oues conuertuntur in lupos: & tamen tales sunt aliquando tolerādi: quia sanguinem elicit qui nimis emungit.

PRO GRAVI. Pro scandalo licitum est epo petere licentiam cedendi, cum aliter scan dalum sedari non potest: ne plus corporalē honorem uideatur affectare q̄ā salutem æternā. Sed inter scandalum & scandalum est distinguēdum: sicut Dñs distinxit, dū ait Apostolis: Sinite illos, qa cæci sunt & duces cæcorū & alibi dixit: Qui scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola in collo eius & demergatur in profundum maris.

PERSONÆ VERO. Propter irregularitatem debet petere cessionem? vt si sit bigamus uel maritus. uiduæ. vñ dixit Apostolus Oportet episcopum esse vnius vxoris virum, nō tñ p p quamlibet irregularitatem dari debet licentiā cedēdi ei, qui bene administrauerit: ut si non sit natus de legitimo matrimonio: quia licet nō debuerit tacuisse impedimētū, si occultū est factū, potest cum eo miseri corditer dispensari: hoc a debito moderamine, ut inter naturales & spu rios distinguat, nothos & manzeres.

VERVM. Si uero p p alias causas petat aliqs cessionē, nō est audiendus, cū talis postulatio nō uideatur discreta: quia ppter laboris angustias vel persecutiones, nō debet qs demittere spōsam suam, cui per manū se fide media copulauit: qm. Beati sunt q persecutionē patiūtur propter iustitiā. Sed diceret aliquis. spiritus ubi vult spirat, & nescitur vñ ueniat, aut quo vadat: & qui spiritu Dei ducitur, nō est sub lege, & ideo si cedendi licentia ei denegetur, tñ cedet. sed potest ei responderi: qūo spiritu Dei agitur qui contra veritatem aliquid agit? immo contra spiritum Dei agit qui contra ueritatem aliquid attentat.

PORRO. Sed si dicat q forsan alia causa latens est, propter quam cedēdi licentia diuinitus inspiratur: pōt ei responderi. Et tu qūo scis q talis inspiratio sit diuina? & subijcit exemplum de beato Martino ostendens illius exemplo quod renunciare non debeat.

QVIPPE. Dicit Papa in §. isto quantumcunq; quis virtutibus fulgeat, charitatem autē non habeat, nihil habere uidetur. Sed nulla est maior charitas, quā ut ponat animam suam pro subditis suis, uel pro amicis suis dummodo possit proficere ipsis: et si nō omnibus, tamē multis. Vnde ab eorum regimine propter laborem se excusare non debet, exemplo Apostoli: quia etsi non semper laborem sequatur effectus, nihilominus labor meritorius est apud Deū: iuxta illud: Reddet Deus mercedem laborum sanctorum suorum.

NEC PVTES. Dicit Papa in §. isto, q non debet credere. quod ideo Martha malam partem elegerit, quę circa plurima actiua uita multum laborabat, quia Maria optimam partem contemplatiuam uitam uidelicet, elegit, quæ non auferetur ab ea: quia licet contemplatiua uita sit magis secura, actiua est magis fructuosa. Vnde lippitudo Liæ propter sobolis fœcunditatem præfertur pulchritudini Rachelis: & pręterea simul potest quis esse actiuus & contemplatiuus, exemplo Moysi, qui quãdoque ascendebat in montem, ut ibi gloriam Domini cum maiori cerneret libertate: quandoque descendebat in castra, ut populo prædicaret, propter hoc inducit illum dominus Papa ne cedat. Monet ergo ipsum ut laborem regiminis non recuset. ueruntamen quia in postulando cedendi licentiam institit, dominus Papa relinquit illum conscientiæ suæ: ut si propter aliquam causam utilem & honestam, distinctis. sibi causis prædictis, in suo proposito perseueret de licentia sua cedat, alioquin cedendi licentiam nouerit sibi interdictam: quia licet habeat pennas quibus in solitudinem auolare desideret: tamen sibi ligatæ sunt nexibus præceptorum. Per hanc decretalem nota causas, per quas potest quis petere licentiam renunciandi. Not. quòd in omnibus factis discretio est adhibenda. Item quædam sunt crimina, quæ etiam post pœnitentiam peractam impediunt ut simonia in ordine, & homicidium. Item scientia inflat, charitas ædificat. Item distinguit inter irregularitatem propter conscientiam sæui criminis, & aliam Item communis utilitas præfertur priuatæ, si in communi includitur priuata. Item licet laborem nō sequatur effectus, est tamen labor remunerandus. Item temporalia & spiritualia possunt simul exerceri sine peccato. Item in iudicio uoluntario relinquitur quis conscientiæ suæ, non in contentioso.

a ¶ Promittis.] quasi credens q cedendo placeas Deo.
b ¶ Sanctificato.] scilicet Hieremia.

¶ Cap. 4. eo. tit. in 3. compila.
Et ad intelligētiā huius c. uide B. Th. 2. 2. q. 185. art. 4.

Causæ cedendi quot & quales.

a ¶ Ministerium.] quod priuilegiatum est. inf. de stat. mo. quod Dei timorem.
b ¶ Cum ille.] s. Hieremias q̃ p̃dicationis recusabat officium, & tamen postea recepit. 8. q. 1. in scripturis.
c ¶ Cuius.] scilicet uerbi Dei.
d ¶ Forsitan.] istud forsitã, non vr̃ poni dubitatiue, sed affirmatiue, sim. 33. q. 2. admonere. & inf. de pœ. tuę. & c̃ pen. d. j. quãobrẽ. & ff. de rei vẽ. itẽ si. §. 1. & verba sequẽtia hoc înnuũt. & s. de rescr. sup litteris. ver. nisi forsitã.

[Gl. seq. arguit & opponit. ponit solutionẽ cõsonam. arg. ponit cõtrariã Ioan. Tan. cui obijcit, & soluit partim approbando. Item quærit, & soluit.

e ¶ Sed duntaxat.] ex isto loco colligit ꝙ pro nullo crimine põt ep̃s renũciare si ne licẽtia Papæ, quã tuncunq; graui. Sup hoc dicũt q̃dã, ꝙ nullus criminosus, nullus irregularis põt renũciare sine licentia Papę. ar. 3. c. pxi. ver. vñ q̃dã. & 6. qu. 3. deniq;. & ff. de adm. tut. l. tutores. §. q̃ se. ẽt si talis sit qui titulũ nõ h beat, vt simon a us, & intrusus, in mortẽ pro pter necessitatẽ dẽnt renũciare. ar. illius. c. 17. q. 4. si q̃s suadẽte. Tan. & Io. dicunt ꝙ simoniacus & intrusus non hẽnt titulũ, sed fures & iuasores sũt. 1. q. 1. ordinationes. & 9. q. 1. ordinationes. & iõ quanto plus rem tenẽt, tãto plus peccant, & fur sp est in mora. ff. de con. fu. si per fure. §. pen. arg. q̃a nõ remittit peccatũ, & c. 14. q. 6. si res aliena. vñ dicũt ꝙ renũciare p̃nt sine licentia Papæ, q̃a ipsi ad hoc tenentur canonis auctoritate. 1. q. 1. si quis neque. In alijs qui titulum habent, secus est, ibi necessaria est licentia Papæ, ut hic dicit. arg. j. c. prox. §. rursus. & sr. Sed littera ista contradicit. s. non cuiuslibet, sed illius duntaxat, cuius executio post peractam pœnitẽtiam impeditur. sed hæc duo crimina tal a sunt, & sic vr̃, ꝙ hic sit petenda licentia: quia licet titulum non habeat simoniacus, tñ vr̃ habere titulũ, cum per electionem habuerit ecclesiam, quo ad cõem opinionem habet titulum, cum occulta fuerit simonia. vñ saltem ,ppter hoc tenetur licẽtiam petere, & causa potest subesse: quia si bene administrauerit, Papa de facili dispensabit cũ eo. arg. inf. e. c. §. personæ vero. Satis posset hic dici, ꝙ intrusus oĩno debet cedere: qui nec quantũ ad opinionẽ, nec quantum ad veritatẽ, titulum habet. Quæ ergo sunt crimina, q̃ post peractam pęnitentiã impediunt executionem ordinis? Dic ꝙ simonia est unum de illis. 1. q. 1. erga si moniacos. j. de sim. tanta. Item homicidium. j. de temp. or. c. ult. & 50. dist. miror. & de his duob⁹ criminibus hẽmus expresse. j. de accus. inq̃sitionis. in prin. Itẽ ſm Ioan. oẽ peccatũ ꝙ ipso iure irrogat infamiã. 3. q. 7. infames. §. porro. q̃a licet culpa p pęnitẽtiã tollat, ĩfamia tñ nõ abolet. 2. q. 3. c. Euphemiũ. §. hinc colligit. de hoc not. inf. de tẽp. or. & qua or. ex tenore. I ĩ istis enim criminibus, q̃ post pęnitentiã ipediũt execti nẽ or dinis, aut bñsi [illegible] tẽtionẽ, dẽt ep̃s petere licẽtiã cedẽdi: q̃a pęnitere nõ pot nisi renunciet. In alijs vero criminibus, de q̃bus põt [illegible] remanẽdo in officio suo, nõ tenet petere cessionẽ. ar. illius de [illegible]
f ¶ Culpæ.] hoc est [illegible] q̃ nõ oẽ crimẽ inducere irre [illegible].
g ¶ Pauci.] quia res [illegible] naturã est ꝙ q̃s sit sine peccato 25. d. §. nũc aũt. [illegible] postolus. in fi. sim. j. de pbẽ. [illegible]
h ¶ Impotẽs.] talis .n. morbus dr̃ sonticus: q̃a cuiq; rei agẽ dę impedimẽto est. ff. de re iud. q̃sitũ. & ff. de ver. sig. l. mor.
i ¶ Infirmitas.] q̃a feruor spiritus ad sublimiora cõscendit, sup. eo. litteras.
K ¶ Plerũque.] nisi esset talis scientia, quã cito addiscere potest: ad quod semper tenetur ep̃s. 28. dist. cap. ult. unde dicit Iuriscõsultus, si unũ pedem tenerem in sepulchro, adhuc addiscere vellem. ff. de fideicom. lib. apud Iulianum. 24. q. si habes.
l ¶ Spiritualium.] 38. dist. per totum.
m ¶ Temporalium.] 86. dist. fratrem nostrum. & 39. dist. Petrus. 36. dist. §. 1. & merito necessaria est scientia spiritualium & tpaliũ: q̃a in his alios docere debet ep̃s, & iõ aliorũ doctrina indigere nõ debet. 1. q. 7. conuenientibus. & in auth. de san. epis. §. damus. colla. 9.
n ¶ Scientiam repulisti.] 39. distin. omnes psallentes.

---

1 Dicendo a a a, Dñe, puer sũ ego: & nescio loqui. Io. An.

Hiero. 1.

† In quibusdam vulgatis legit: eligere, sed mẽdose.

2 Abb. hic formauit quandam distinctionem ad instruendũ an plat⁹ teneat cedere, distinguẽs an electio sit canonica ratione personæ & formæ, an canonica ex persona tãtum, uel ex forma tantum, cuius distinctiõis materiam, vide pleni⁹ tractam. sup. de elect. q̃d sicut. in fi. Io. And.

† corporalis

oportet te prædicationis iã susceptæ deserere ministerium: [a] cũ ille, [b] cuius [c] fieri baiulus recusabat, tãdẽ prædicãdum receperit verbũ Dei. ¶ Q̃d si forsan humilitatis causa de culmine quæris põtificali descendere, eo ipso humilitatis videris erigere † male verticem, ꝙ te nimis in resignandi proposito exhibes pertinacem; quia tunc in te veram humilitatem custodies, cum & per eam locum sublimen fugies, & per obedientiam nõ dimittes. ¶ Intueri te itaq; volumus, quòd hęc sunt illa, per quæ cedẽdi episcopus licentiã põt postulare: conscientia criminis, debilitas corporis: defectus scientię, malitia plebis, graue scandalũ, irregularitasq; personæ; sed in his oĩbus est obseruãda cautela. ¶ Propter conscientiam .n. criminis, cedendi potest licentia postulari, & forsitan [d] nõ cuiuslibet, sed duntaxat [e] illius, ,ppter quod ipsius officij executio, post peractam pęnitentiam impeditur; cũ si oẽs quos arguit conscietia cuiuslibet culpę [f] cederent, pauci [g] uel nulli in illo ministerio remanerẽt, & inf. ¶ Alia uero causa est debilitas corporis, † quæ vel ex infirmitate, uel ex senectute † procedit: nec tñ omnis; sed illa solũmodo, per quam impotens [h] redditur ad exequẽdũ officiũ pastorale; nã si pro qualibet corporali debilitate, susceptæ seruitutis officiũ posset deseri, frustra se fateretur Apostolus in suis infirmitatib. gloriari: cum interdum non plus hortetur senilis debilitas aliquẽ cedere, quam moralis maturitas (quæ in senib. esse solet) ipsum in suo suadet officio permanere, pro talibus enim de se dicit Apostolus; cum infirmor, tunc fortior sum, † quia nonnunquam corporis infirmitas [i] fortitudinem cordis augmentat. ¶ Pro defectu quoq; sciẽtię plerũq; [k] potest quis petere cessionem, quia cum ipsa circa spiritualium [l] [illegible]tionem sit potissimum necessaria, & circa curam tẽporalium [m] oppor[illegible] præsul, qui commissam sibi dẽt ecclesiam regere in vtrisq;, salubriter ei renũciat, si scientiam (in qua ipsam regat) ignorat. Tu enim (inquit Dominus) sciẽtiã repulisti, [n] & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: quamquã & si desideranda sit eminens sciẽtia in pastore, in eo tamen sit competens

† Adde q̃s dicatur senex, no. in l. si pater. §. in arrogationibus. ff. de ado. & l. inui ti. ff. de test.

3 Concord. l. 1. & vl. C. de sen. pas cum ibi no & l. 1. §. d qua. ff. de p [illegible]

2. Cor. 12.

Adduntur in vno uet[illegible] hæc du[illegible] verba, & po[illegible] tens.

† Vide tex. in authent. de iudi. §. [illegible] coll. 9. & l. quis. §. pro hibetur. [illegible] de edendo.

Osea 4.

a ¶ Tole-

a ¶Toleranda.] s. de elect. cum nobis olim. & s. de præb. venerabilis.
b ¶Plebis.] simile 7. q. 1. c. aduersitas, §. hoc tunc seruandum, & c. vlt.
c ¶Culpa.] subditorum, scilicet.
d ¶Fugit.] 23. q. 4. tres personas.
e ¶Vtiliter.] quisque enim dormire debet seueritas disciplinæ. 23. q. 4. ne amisso. & c. non potest & 11. q. 3. quando.
f ¶Elicit.] vt 4. dist. denique, & alibi, non li esse nimis iustus, quia iustus quandoque in iustitia sua perit. 2. q. 7. ca. plerunque. §. de his. & de pœnit. d. 2. serpens.
ADDITIO. Vnde versus.

Qui nimis emungit, solet extorquere cruorem.
Et violenta facit correctio deteriorem.
Sed moderata satis correctio gignit amorem.

g ¶Esca.] s. de noui ope. nunc. cum ex iniuncto.
[Gl. seq. circa scandalum distinguit triplicem ueritatem, & in ultima subdistin.]
h ¶Distinguẽdum.] prout Grego. distinguit super Ezechielem homil. 7. utrum scandalum fine peccato vitare possumus an nõ: nam in quantum possumus, sine peccato scandala uitare debemus, alio quin utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. s. de reg. iur. qui scandalizauerit. ueritas enim bonæ uitæ uel iustitiæ nunquam deserenda est, ueritas doctrinæ quandoque. tunc autem debet deseri ueritas disciplinæ quã multitudo peccantium est in causa, & non tñ uolunt defendere malum, quod faciunt, arg. 44. dist. cõmessatiões, ubi de hoc, & s. ... ut cõstitueret. & s. de ele. excom. ministratores. Si uero defendere volunt malum quod faciunt & excusare illud quasi ex auctoritate, tũc multitudini parcendum nõ est pp scandalum, de pœn. dist. 6. c. 1. in fi. argu. 82. dist. plurimos. & 7. q. 1. c. aduersitas. §. eum autem ver. ferrum quippe.
ADDITIO. De hoc dr̃. s. de tẽp. ord. c. sane. in 3. no. [2]
i ¶Hoc uerbo.] s. non omne quod in os intrat, sed quod ex ore pcedit, coinquinat hoiem, tũc dixerũt Apostoli, scis quia Pharisæi, quorũ religio est in cibis discernẽdis, audito hoc verbo, &c. vsque ibi, ut 11. q. 3. inter uerba.
k ¶Sinite. quasi dicat, non est curandũ de scandalo eorum.
l ¶Regl'r:] aliàs cum irregularis sit, rl'r ministrare non põt. Ex his .n. q̃ inordinate sũt acta, nõ pt aliqd ordinabiliter fieri. s. de accus. qualiter, & quã, sed dic rl'r. i. laudabiliter & vtiliter.
m ¶Nõ potuerit.] .i. non debuerit de iure tpe suę examinationis, & sic est argu. quod illud dicimur posse, quod de iure possumus. 22. q. 2. facit & argu. s. de rest. spol. sciscitatus, sed debuit confiteri saltem in secreto. s. de elec. innotuit.
n ¶Culpa.] quia nõ manifestauit impedimentum tpe suę promotiõis, uñ imponi det sibi pœnitentia, cũ dispensat cũ eo. vt sequẽs lr̃a dicit, tñ si culpa talis, & cã, si irregularitas sit, dispẽsat cũ ipso pp vtilitatem ipsius ecclesiæ.
[Gl. seq. arguit, & allegat cõtrarium.]
o ¶Latet.] arg. p opinione illorũ q dicũt quod peccata latẽtia faciũt hoies irregulares. 50. d. sacerdos. & c. sacerdotes. a priorẽ su. & ca. de his vero ar. 33. d. habuisse, & ar. s. 32. 5. Christiana. vbi dicit latẽtia peccata ñ hñt vindictã.
ADDITIO. In foro sæculari non hñt vim dictam, sed in foro animæ habent.
p ¶Et cã.] si [3] ipsa irregularitas occulta est, dispensatur cum ipso propter vtilitatem ipsius ecclesiæ.
q ¶Zelotes.] zelãs & ulciscens peccata, uel exactor casitat. 1. q. 3. Saluator. §. econtra. & 34. q. 2. §. 1.

[1. Corin. 7.] [Act. 13.] [Ezech. 3.] [Ioan. 10.] [1. Cor. 8.] [Matth. 15.] [Matth. 18.] [1. Tim. 3.] [Exod. 20.]

† Vide l. sed Iulianus, §. quod dr̃. ff. ad Mac. & l. ex pluribus. ff. de reg. iu.

[2] Si uero dubitet, an sit peccatũ, vr̃ scandalũ uitandũ argu. 14. dist. c. si. 1. q ult. & si illa. 23. q. 1. qd culpat. nã si dubitat de peccato, & certũ sit de scandalo dicemus cu Augustino. Tene certũ, & dimitte incertum, de pœn. dist. 7. §. j. ad fi. 10. Andr.

[3] Concord. tex. in l. aut facta. §. fi. ff. de pœn.

[3] Hæc glossula non habetur in uetustis codicibus.

toleranda: [a] quia secundum Apostolum scientia inflat † charitas autem ædificat: & ideo imperfectum scientiæ, potest supplere perfectio charitatis.

¶Propter malitiam autem plebis, [b] cogitur interdũ prælatus ab ipsius regimine declinare, quando plebs adeo duræ ceruicis existit, ut proficere nequeat apud ipsam, sed propter eius duritiam, quo magis satagit, eo magis iusto iudicio deficere permittatur, dicente domino per prophetam, Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, quia domus exasperans est. & Apostoli leguntur dixisse Iudæis, Ecce conuertimur ad gentes, quia verbi Dei vos indignos fecistis.

¶Non tamen pro qualibet culpa [c] pastor debet gregem deserere, ne mercenario comparetur, qui videt lupum uenientem, & dimittit oues, & fugit, [d] sed de superioris licentia, tunc demum põt non tam timide fugere, quam prouide declinare, cum oues conuertuntur in lupos, & qui debuerant humiliter obedire, iam irreuocabiliter cõtradicunt. cum etsi tales sint grauiter pro crimine puniẽdi, sunt tamen pro tempore vtiliter [e] tolerandi, qa sanguinem elicit [f] † qui nimis emungit: Pro graui quoq. scandalo euitando (cum aliter sedari non potest) licet episcopo petere cessionem, ne plus temporalem honorem, quam æternam videatur affectare salutẽ, memor illius quod dicit Apostolus, Si esca [g] scandalizauerit fratrem meũ, non manducabo carnem in æternum.

¶Sed inter scandalum & scandalũ est subtiliter distinguẽdum, [h] sicut Dominus ipse distinxit, cui cũ dixissent Apostoli, Scis quia Pharisæi audito hoc verbo [i] scandalizantur? respondit, finite [k] illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Alibi uero dixi, Qui scandalizauerit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, ut suspẽdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.

¶Personæ uero irregularitas, vt si forte sit bigamus, vel viduæ maritus, est causa, propter quam petere potest licentiam aliquis resignandi, attestãte Apostolo, qui dicit. Oportet episcopum esse unius uxoris virum; Non tamẽ propter quamlibet irregularitatem personæ, debet ei qui regulariter [l] ministrauit, cedendi licentiam indulgeri, utpote si de legitimo matrimonio non sit natus, quia licet irregularitatem hmõi nõ potuerit [m] subticere, si tamen & culpa [n] latet [o] & causa, [p] cum eo qui laudabiliter suum impleuit officium (iniuncta sibi pœnitentia competenti) potest non minus vtiliter, quam misericorditer dispensari. Ego sum, inquit Deus, zelotes [q] visitãs peccata pa-

a ¶Patet.]

a ¶ Patet.] à contrario sensu.
b ¶ Manzeres.] sicut legitur in historijs, in rubrica, qui bus non est fas ecclesiam Dei introire. Manzer proprie dicitur de scorto natus. Spurius de cõcubina. Nothus de adulterio natus, sic dicitur notha febris, quæ affligit sicut quartana, & tñ non est vera quartana, sic nothus quia vr verus filius, sed non est. Et oẽs tales illegitimi ab honoribus repellũtur, vt ĩ. de ele. cũ in cunctis, & ĩ. de ele. innotuit. & ĩ. de fil. p̃s by. c. 1. & vlt. Naturalis dr̃ natus de cõcubina, q̃ tenetur in domo quasi loco vxoris vnica. & talis ĩ bonis patris ab intestato succedit ĩ duas vncias paternæ substãtiæ, si alij filij nõ extẽt, nec coniunx legitima. C. de na. li. auth. licet patri. & ĩ bonis maternis succedit cũ legitimis filijs, C. de senatusc͡s. Orfi. si qua. §. vlt.

ADDITIO. Vnde de talibus reperiun tur isti versus.

Mãzer ortus scortum, sed mœcha nothis dedit ortum.
Vt seges à spica spurius sic est ab amica.
Sunt naturales qui nobis sunt speciales.

c ¶ Omittamus.] & tamẽ statim subiungit de illo, &c. & est color rethoricus, q dicitur præoccupatio simile. 8. qu. 1. Moyses in fine.
d ¶ Otiositas.] iuxta illud. Otia si tollas, periere cupidinis arcus: & alibi. Quærit Ægisth⁹ quare sit factus adulter; In prõptu causa est, desidiosus erat. Et dicit Hierony. ad Monachum, Semper facito aliquid boni operis: vt te diabolus inueniat occupatum, de cons. dist. 5. nunquam.
e ¶ Sponsam.] sup. de transla. inter corporalia & ff. so. ma. si. cum dotem, §. si maritus, & expone sponsam id est, ecclesiam militantem.
[Gl. seq. ponit triplicem lect.

† Vide B. Thomam 2. 2. q. 108. art. 4. & Alfonsum Castrũ lib. 2. ca. 10. de iusta hæret. punit.

† Pro intelligẽtia huius text. & glossæ quatenus agunt de filijs illegitimis, videto Cardinalem Paleotum in libro de nothis & spurijs filijs.

† In uno ueteri uaticanæ ita; cui defungẽdo. manũ tuam &c. fide media copulasti.

Matth. 5. Otium multa, & magna parit in commoda.

Ioann. 3.

trum in filios, vsq; in tertiam & quartam generationem; in his qui oderunt me, id est, in illis qui contra me paternum odium imitantur. vnde patet [a] † quòd illis qui paterna vitia non sequuntur ꝓprie possunt in talibus suffragari virtutes: illo discretionis adhibito moderamine, vt inter nothos † & mãzeres [b] naturales & spurios distinguatur, & infra.

¶ Verum si propter alias causas cessionem affectes, non est in hoc tibi postulanti fauendum: cum huiusmodi postulatio videatur non esse discreta, quoniam (vt id tanquam notissimum omittamus, [c] quod otiositas [d] & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas) propter laboris angustias, aut persecutionis incursus non debes deserere sponsam [e] tuam, cui † defigendo [f] manum apud extraneum te fide media copulasti, sciens quòd beati sunt illi, qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã, quoniam cum probati fuerint, accipient coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se.

¶ Sed dices: Spiritus vbi vult spirat, [g] & nescis vnde veniat, aut quo vadat: & ideo non est, qui possit vias [h] illius spiritus perscrutari; qui vero spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege: [i] quoniã vbi spiritus Dei, ibi libertas, quare si cedendi tibi licentia data ab homine non fuerit, ni- 10 hilominus tamen cedes; quia data est tibi libertas cedendi à Deo. certe desipis, si sic sapis, nam quomodo spiritu Dei agitur, qui contra spiritum Dei agit? si enim vera sunt, quæ præmisimus, (immo quia in- 20 dubitanter [k] sunt vera) proculdubio contra spiritum Dei agit, qui aliquid contra veritatem attentat, quoniam ipse est spiritus veritatis.

¶ Porro si dicas, quòd for- 30 san alia est causa latẽs, propter quam cedendi voluntas tibi cælitus inspiratur, & nos sic quidem respondemus, tu quomodo scis quòd talis inspiratio sit cęlestis? nonne recolis quid ille gloriosus Pontifex [l] 40 dixerit cum cępisset virib. corporis repente destitui: Domine, si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem, fiat voluntas tua. illius [m] exemplum secutus qui dixit, Cupio 50 dissolui, & esse cum Christo, manere autem in carne necessarium est propter vos, & infra.

¶ Quippe si quantocunque † virtutum flore [n] refulgeas, & in te nõ habeas 60 charitatem, nihil [o] te comprobaris habere, nulla si quidem maior poterit esse charitas, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis: cum autẽ propter hanc te deceat animam tuam pro subditis

traneũ. i. apud creditorẽ: q est extraneus. i. illius a fideiussore & reo principali, sic eps̃ defigendo manũ, id est per manualẽ obediẽtiã obligauit se pro ouib. suis apud extraneũ. i. creditorẽ, i. apud Deũ q sibi credidit gregẽ suũ mediante suo metropolitano, cui obediẽtiam fecit manualem. eps̃. n. tenetur reddere rõnẽ Deo pro aĩabus sibi cõmissis, si male custodierit oues suas. ĩ. de reg. iu. c. pe. Et expone apud extraneũ, i. apud aliũ: qa Deus est alius ab homine in eo ꝙ Deus, qa De⁹ est creator et hõ est creatura. Vel dic ꝙ Deus extrane⁹ est à quocũq; Christiano, & tñ q libet Christian⁹ est ei⁹ filius: filius. n. dr̃ esse ĩ potestate p̃ris quo usq; est emãcipat⁹: eo emãcipato dr̃ extraneus sicut q libet ali⁹, & tñ est eius filius. 1 ita De⁹ emãcipauit hoĩem, cũ dedit ei liberũ arbitriũ faciendi qdlibet bonũ vel malũ, & ita dict⁹ est extraneus.
g ¶ Spiritus vbi vult spirat.] vñ 2 d eo dr̃ Tu spiras vbi vis tua munera diuidis, vt vis, Scis cui des, qđ vis, quantum vis, tempore quo vis.
h ¶ Vias.] quia non sunt in hoĩe viæ ei⁹ 47. dist. c. sicut. §. necesse est, in fine.
i ¶ Sub lege.] 19. q. 2. duæ sunt, & infr. de reg. licet.
k ¶ Indubitanter.] quia ne fas est dicere, ꝙ scriptura mentiat. 23. q. 5. qd ergo
l ¶ Pontifex.] beatus Martinus.
m ¶ Illius.] s. beati Pauli Apostoli.
n ¶ Flore.] i. operibus virtutum: quia virtutem nullus potest habere sine charitate: qm̃ q habet vnã virtutẽ in actu, hẽt oẽs: & q caret vna caret oĩbus. 24. q. 1. vbi sana. 32. q. 1. cũ renũciatur, de pœn. dist. 2. si enim inquit. ĩ. de reg. iur. defleat peccator.
o ¶ Nihil.] iuxta illud apostoli: si tradidero corp⁹ meũ ita vt ardeã, charitatem

2. Cor. 1. Eps̃ de eis Deo redde rationem.

1 Concord text. in l. q. etiã. in si. ff. de rit. nupt. & in l. si du b⁹. C. de bo poss. contr tabul.

2 Hæc glossula non est in vetustis codicibus.

Philip. 1.

† quantumque.

Ioan. 15.

3 Quo ad ui tam æternã ꝓdest enim quo ad minus supplicium, ut ibi. Ioan. And.

f ¶ Defigendo manum.] verba sunt Salomonis in parabolis loquentis de fideiussore, q obligauit se apud ex- aut non habeam, nihil 3 mihi prodest de conces. dist. 4. solet. & de pœn. dist. 3. si quis autem. ad fi. dist.

a ¶ Multis.

a ¶Multis.] ut 7.q.1.ibi.
b ¶Plus.] 23.q.4.quis non.
c ¶Effectus.] iuxta illud: Non est in medico semper releuetur vt æger.& qñq; est vitiū materiæ, non artificis.ĵ.de lo.& conducto.pp.ff.ad leg.Aquil.si seruus.§.si calicem.& 43.dist. Ephesijs. nec euētus mortalitatis medico q diligēs fuit, imputari debet. ff. de offi. præsi.illicitas.§.si curi. & sufficit diligentiā adhibere q̄ pōt. 47.dis.c.vlt. & si negotiū non hēat effectum, sufficit si sit vtiliter cęptum. ff. de neg.ge. sed an ultro. §.1. licet secus, sit in negotijs pupilli. ff. eo.tit.l.si pupilli. in prin.& l.litis.l
d ¶Maria.] de qua dr̄: Maria vile forū: vas septē demoniorum: plorans immodice fit apostola de meretrice.
e ¶Illa.] s. vita contemplatiua.
f ¶Secura.] ergo potius amplectēda: nā tenere certū, & dimittere incertū debemꝰ, de pęn. d.7. c.ult. ff. de ritu nupt.adoptiuus. §.1. sed utraque est certa.
g ¶Ista.] s.actiua vita.
h ¶Liæ.] Lia lippa erat oculis, quę quattuor filios genuit ex Iacob: sed Rachel duos tantum, s. Ioseph, & Beniamin.
i ¶Legislatoris.] s. Moysi.36.dist.si quis vult.
k ¶Qua propter.] i. pp quam causam.
l ¶Ad præsulatum.] 18.q.1.c.unico. & 8.q.3.c.3.
m ¶Diuertenti.] id est, accedenti.
n ¶De licentia.] qui petit licentiā, & obtinet, cōpelli dēt ut cedat.ĵ.eo. quidam.

1. Cor. 15.

Sap. 10.

Luc. 10.

Gen. 29.

Exod. 24.

tuis ponere, nulla occasione (dummodo pficere illis possis, etsi non omnib. tamen multis [a]) ab eorum regimine te cōuenit excusare: qm̄ si laboris causam ptendis, exemplū te Apostoli subleuabit, q suadet tibi laborem huiusmodi non refugere, dum se asserit p cōi salute plus [b] ceteris laborasse. qa licet non semp sequat̄ laborem effectus, [c] nihilominꝰ tñ, ipse labor ē meritoriꝰ apud Deum: iuxta ꝙ legit̄, Reddet Deus mercedem laborū sanctorū suorū: & inf.

¶ Nec putes quod ideo Martha malam partē elegerit, q̄ circa plurima satagebat qa Maria [d] optimā partem elegit, q̄ nō auferetur ab ea; quoniā licet illa [e] sit magis secura, ista tamē est magis fructifera; & licet illa sit magis suauis, hęc tñ magis vtilis: cū in fęcūditate sobolis lippitudo Lię, [h] Rachelis pulchritudini sit plata, quamuis simul in vnum, & contēplatiuꝰ esse valeas, & actiuus, legislatoris [i] exēplo, q nunc ascendebat in mōtem, vt ibi gloriam Domini cū maiori cerneret libertate, nunc vero descēdebat in castra, vt cū vtilitate maiori necessitatibus populi puideret. [l] qua pp [k] facilius indulgē ut ascendat monachus ad pręsulatū, q̄ præsul ad monachatū descendat, & infra.

¶ Monemus itaq; ut laborem pastoralis regiminis non recuses, ne fortassis ad pedes suos cum Maria sperneret te recipere q † sibi apud te diuertenti [m] spreuisses cū Martha solicita ministrare, & inf. Quia verò in postulando cedendi licentiam instituisti, tibi te duximus relinquēdū, vt distinctis causis pp quas cedere oporteat si pp aliquā cām utilem & honestam in hmōi proposito perseueres, de licētia [n] nostra cedas: alioqn cedendi licentiam auctoritate Apostolica tibi scias esse penitus interdictam, qm̄ etsi pennas habeas, q̄bus satagas in solitudinē aduolare; ita tñ adstrictæ sūt uexibus pceptorū, ut liberū nō habeas absq; nostra permissione volatum.

¶ Idem episcopo Fauentiñ. in Archiepiscopum Rauen. electo.

¶ Episcopus, qui propter crimen renunciauit episcopatui & ad religionem transiuit, ad episcopatum reassumi nō potest: Secus si renunciauit propter persecutionē, infirmitatē, defectum sciētiæ, simoniam ipso ignorante cōmissam: vel aliam similē causam.

CAP. XL.

Post † translationem tuam ad ecclesiam Rauennaten. cum præpositus & canonici Fauentin. in I. eorū cō canoni-

† Si sibi apud, &c.

† Cap. 5. eo. tit. in 3. cōp.

Post trāslationē.] Sunt tres partes, prima ponit postulationē, & postulātiū petitionem. Secunda ibi, Verū canonē postulationi, & petitioni ꝯriū, quē interpretatur ponendo casus quibus canon obsistit, & quibus non. Tertia ibi, Cum ergo committit postulationem certis casibus admittendam, & in alijs repellendam. Io. And.

† Vide l. in emptiōe, cū l. in ver. re- ert. ff. de ędi .edic. l. iu- issime, in l. 1. eo. tit.

CASVS. Vacante ecclesia Fauentiñ. canonici contulerunt liberam ptātem eligendi in I. eorum cōcanonicū. Ipse vero postulauit Ioan. canonicum. S. Fridiani olim, epm Sarnateñ. ppositus & capitulum Fauentiñ. postulationem illā petierunt approbari a dño Papa: sed huic postulationi videbat̄ obstare capitulū Constantinopolitani ꝯcilij, in quo dr̄, ut q̄cunq; de pōtificali dignitate ad monasticā vitā & pęnitentię locum descēdit, ad pontificatū ulterius nō resurgat, vnde ꝯ illud cōciliū, ꝙ est unum de quattuor ꝯcilijs q̄ seruat ecclesia sicut quattuor Euangelia, non uidebat̄ eadē postulatio admittēda, uerū tñ in q̄busdā casib. ñ obstāte illo cōcilio, is q monasticā, uitā elegit, pōt iterum ad epatū assumi. Primo si pp psecutionē vel pp corporis infirmitatē, ad monasticam uitā descēderit, de superioris licentia, his cessantib. ad epalē poterit resurgere dignitatē. Itē si q̄s pp cupiditatē parentum eo ignorāte fuerit epatū adeptus, & hoc cōperto ad monasteriū de licētia superioris trāsiuit, q̄uis ad illū redire non possit, ad aliū tñ licite poterit reassumi. in istis casibus nihil dr̄ attētari ꝯ cōciliū pdictum, ꝙ loquit̄ in eo casu cū aliquis dimittit epatū pp aliquod crimē, & ad monasticā vitā penitentiæ cā descendit: alijs opinionib. reiectis, q̄ in lr̄a ponuntur. Quia nō constitit Papę pp quam cām pdictus I. cesserit epatui: mandat Papa Rauennati electo ꝙ si constiterit ei, ꝙ pp aliquā de pmissis causis uel cōsimilib. pdictus I. renūciauit epatui, dūmodo necessitas vel vtilitas id exposcāt, det ei licentiā transeundi ad ecclesiam Fauent. maxime si uerum est ꝙ asseritur, ꝙ ille loco tm̄ cesserit. & non dignitati uel ordini: qa tūc psumēdū est. ꝙ nō propter aliqd̄ crimē a se cōmisū, causa pęnitētiæ transiuit ad uitam regularem: alioquin cum durum esset nimis ꝯ tam solemne concilium huius postulationem admittere, iniungat capitulo Fauēñ. ut de alia persona idonea sibi prouideat in pastorem. Nota hic quattuor casus in quibus ille qui renūciauit epatui, transiens ad

mona-

monaſticam vitam põt iterum in epm̃ reaſſumi. Item nota ꝙ ius & poteſtas eligendi episcopum, in vnũ tantum põt transferri. Item eligi poteſt poſtulandus ad hoc ut poſtuletur. Item nota regulam ꝙ ceſſante cauſa ceſſat effectus. Item neceſſitas & utilitas parificantur. Item prælatus ꝯ ius ſcriptum petitionem admittere non debet.

ſi per cãm fiat diſpenſatio uel aliquid cõſimile: ceſſante cauſa, ceſſat quod factum eſt ex cauſa: ut in primis cap. ſi uero ius commune ſtatuitur ex cauſa, licet cauſa ceſſet tamen remanet ius quod ſtatutum fuit ex illa cauſa. ff. de poſtu. l. 1. §. ſexum, ut in contrarijs, uel ſic, licet cã impulſiua ceſſet, remanet ius quod ex ea ſtatutũ eſt ꝯ. 32. q. 1. exit dñs. Si finalis eſt cã q̃diu durat cã, durat quod ex ea cauſa ſtatutum eſt, uel quod ex illa cauſa fit ea vero ceſſante ceſſat cõſtitutũ ex illa cauſa. contra 32. q. 7. ca. ſi. vel ceſſat quod ex ea cauſa cõſtitutum eſt qñ in conſtitutione dictum eſt, ꝙ cauſa ceſſante ceſſet conſtitutio, ut in primis concordantijs.

† Vide l. itẽ, §. 1. C. ꝙ cuiuſq. vni. & in authẽ. de quæſt. §. 1. colla. 7.

† Sartan.

1 Vbi đ hoc vel fac vim in eo quod dicit: liberam, ſecundum Hoſt. Io Andr.

† Concor. l. ob æs. C. de act. & obli.

† Al. eadẽ.

[Glo. ſeq. notat ꝙ datus ut eligat. &c.]

a ¶ Liberam.] & iõ potuit eligere undecumq;. Et no. ꝙ qui poteſt eligere, poteſt poſtulare. ſ. de elec. in cauſis. 1 ſed econtrario. arg. ff. de ritu nup. generali hic expreſſe habetur ꝙ vni poteſt committi poteſtas eligẽdi. ſimi. ſ. de ele. cauſam, q̃.

[Glo. ſeq. reci. per q. quare iſte poſtulatus fuit, duas cauſas reddit, & primam reprobat.]

b ¶ Poſtulandũ elegit.] ſimpliciter eligi non potuerat, quia erat de alia eccleſia. 63. diſtin. litteras. & 71. diſt. fraternitatẽ. ſed in poſtulandum eligi poteſt. 63. diſt. Valentinianus, quia epiſcopus fuerat, iõ nõ eligi, ſed poſtulari debet. & hæc fuit cauſa quare fuit poſtulatus & non illa, quia de alia eccleſia vt dixit Ioan. de hoc dr̃. ſ. de elec. cum inter canonicos.

[Gl. ſeq. rec. ꝑ q. an ſolus prior, &c.]

c ¶ Priore.] & à capitulo: quia ſolus prior non poſſet perſonam alienare. arg. 12. q. 2. ſine exceptione. & 19. q. 3. ſtatuimus. cum maior ſit alienatio perſonæ q̃ rerum. 12. q. 1. præcipimus. ſi autem nollet dare ipſum, compelli debet per ſuperiorem. j. de iure patrona. nullus. niſi iuſtam habeant cauſam non dandi: tunc compelli non debent. 63. diſtinct. litteras. & 71. diſt. c. 1. & 2.

cũ liberam [a] eligendi auctoritatẽ vnanimiter contuliſſent, † ipſe I. ſancti Fridiani Lucañ. canonicum olim episcopum Sarnatẽ. † in Fauentiñ. epiſcopum poſtulandũ [b] elegit. Porro à ſancti Fridiani priore ſuper hoc req̃ſito & obtento conſenſu, † ꝑpoſitus, & alij poſtulationem eandẽ ap ꝓbari à nobis humiliter petierunt. Verum poſtulationi huiuſmodi videbat̃ concilij Conſtantinopolitani [d] capitulũ obuiare, in quo ſtatutũ eſt, vt q̃cunq; de pontificali dignitate ad monachorũ vitam & pęnitentiæ locũ deſcenderit, nequaquam vlterius ad pontificatũ reſurgat. vnde contra dictũ concilium (cum ſit vnum ex quattuor [f] principalib. q̃ ſicut quattuor Euãgelia eccleſia catholica veneratur) nullatenus videbatur eorum † poſtulatio admittenda.

¶ Ceterum ſpeciales quidã caſus inueniunt̃, in quib. (ꝑdicto cõcilio non obſtãte) is qui vitã monachalẽ elegit, rurſum licite põt ad epiſcopatum aſſumi, ſi enim quiſquam per ſecutionis rabie ſquiente, vel ꝑpediente inualitudine corporis, cum ꝓficere nequeat in regimine paſtorali, de ſuperioris auctoritate ad monaſticam vitam deſcendat; peſecutionis vel ægritudinis impedimento ceſſante, [f] ad epiſcopalem poterit reſurgere dignitatem.

¶ Item ſi quis ꝑp litteraturæ defectum (ne tanquã cęcus cęco [g] ducatũ ꝓbeat †) locum regiminis auctoritate Apoſtolica deſerendo, [h] ad otium ſe cõtulerit monachale, ac per exercitiũ lectionis, ſciẽtię repererit margaritam, procul dubio poterit denuo vocatus a dño, cathedrã reaſcendere paſtoralem.

¶ Rurſus ſi quis per cupiditatẽ parentum (eo tamen penitus ignorante) fuerit ep̃atum adeptus, & hoc comperto epiſcopatũ ipſum de licentia ſuperioris dimittens, [k] obſeruantiam elegerit regularẽ, & ſi ad epiſcopatũ eundem redire poſtmodum nequeat, [l] iuxta canonicas ſanctiones, ad alium tamen poterit licite reaſſumi. ¶ Quamquam au-

g Cæco.] vnde ver.

Si cæcus cæcum conatur ducere ſecum.
In foueam ductor primus cadit, indeſecutor

h ¶ Deſerendo.] ſup. c. proxi. §. pro defectu.

i ¶ Parentum.] data pecunia uel promiſſa. 1. q. 5. quæcunq;. & c. præſentium.

k ¶ Dimittens.] ſtatim cum illum ſciuit primo petita & obtenta licentia a domino Papa, ut hic dicit: & ſic non poteſt renunciare ſine licentia Papæ, 3 quãuis ſimoniacus, alias ratihabitio retro ſibi præiudicat. inf. de ſimo. ſicut. uel infra breue tẽpus. 1. q. 1. conſtat. & j. de reg. c. 2. qđ in maleficijs. uerum eſt, ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quoties. 34. q. 2. ſi virgo. C. de tranſac. quamuis. & C. quomodo & quando iud. ab eo.

[Glo. ſeq. reci. per q. an diſpenſari poſſit cum ſimoniaco & ſimoniace promoto. alleg. 5. iura ꝙ non, & quattuor in contrarium. ponit opin. Vinc. & demum aliorum, qui diſtinguunt ſimoniacum in ordine, & in beneficio, & ſimoniacum & ſimoniace promotum, & ſponte cedentem & litigentem.]

l ¶ Nequeat.] quia erga ſimoniacos nulla miſericordia eſt adhibenda. 1. q. 1. erga ſimoniacos, & 7. q. 1. præſentiũ. & ſ. de elec. ſup. eo. 1. q. j. quod q dã. & j. de ſimo. nobis fuit. Sed ꝯ vr̃ ꝙ poſſit cũ ſimoniacis diſpẽſari. ut 1. q. 5. quicunq;. & c. ꝑſentiũ. & j. de ſimo. de ſimoniace. & ſ. de ele. ſi alicuius. Solu. Vin. dicit ꝙ talis de iure non põt eligi ſiue poſtulari, ſed diſpenſatiue dẽt poſtulari. Alij dñt ꝙ ſi commiſſe fuit ſimonia in ordine, nullus põt cã eo diſpenſare, ut 1. q. 1. erga. &c. qđ q dã acc

† Vide text. l. 2. cum gl. in ver. venit. uenit. & ib. Bar. ff. de decurio.

3 Dicit Hoſtiẽ. ꝙ ſtat cum hoc ſciuit uocar debet perſonas idoneas quib. reue let quod tal qd compe rit: & proteſtetur ꝙ inuitus ep̃atum tenet cui ſine Papæ licenti cedere non põt; & cor illis, tunc ciat ꝓcuratorem, qu in illorũ p ſententia mi tat ad curia & ſic no aliter put illũ tutũ a le. de appe c. ſi. Io. An

d ¶ Concilij Conſtantinopolitani.] 7. q. 1. hoc nequaquam.

e ¶ Ex quattuor.] & ſunt hæc, ſcilicet Nicæn. Conſtantinopolitanum, Epheſinum primum, & Calcedonenenſe. 15. diſtin. ſicut.

Glo. ſeq. ponit Brocar. alle. 6. iura pro, & duo contra, & tripliciter ſol.

f ¶ Ceſſante.] arg. eſt hic ꝙ ceſſante cauſa ceſſat effectus, vt 1. q. 7. quod pro remedio. & 1. q. 3. quod pro neceſſitate. & 55. diſt. piſcis. & 61. diſt. c. ſtatuimur. l. his omnibus & c. neophytus. j. đ app. cum ceſſante. 2. ar. cõtra 32. q. 1. dixit dominus, 19. q. 2. duæ ſunt. So

2 Concord. text. in l. ſi pater, C. de hær. inſti. & in l. generaliter. C. de epiſ. & cler.

CASVS. Quidam dum erant in laicali ordine cōstituti contraxerunt matrimonium,postmodum mortuis vxorib.facti sunt clerici,& promoti sunt ad sacros ordines.demum contraxerunt secunda matrimonia;quæritur vtrum cum talibus clericis,qui talitet contraxerūt, possit dispensari vt in ordinibus suis remaneant,vel ad superiores possint promoueri? & primo ostendit quòd tales bigami sint iudicandi, in matrimonijs enim contrahendis non attenditur iuris effectus,sed animi destinatio.Vnde qui duas habet simul vxores,infamia notatur:quod partim ad factum conuenit retorqueri: sicut legitur de presbytero,qui contraxit matrimonium:qui pp hoc non legalibus nuptijs dr̄ detineri:quod factum refertur, non ad ius.eadem ratione tales de quibus est quæsitum,debent inter bigamos reputari. In ↄ̄rium vr̄ ꝙ non sint bigami reputandi:cum opinioni sit veritas preferenda.si dicamus istos bigamos,ſm hoc sequitur, quòd ille qui nullam habuit vxorem,esset bigamus reputandus: vt si quis de facto contraheret cum diuersis, cum quibus de iure non posset contrahere. Respondit Papa, quòd cum huiusmodi clericis tamquam cum bigamis dispensari non potest,licet in veritate bigami nō existant, non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cū opere subsecuto:quia quātum in ipsis fuit,secunda matrimonia contraxerunt.

g ¶ Duas simul habet uxores.] C.de adult.l.eum qui.

h ¶ Ad factum.] quasi diceret, de facto contraxit cum secunda: quia de iure non potuit Duas enim uxores simul habere non licuit, nisi cui ex reuelatione diuina concessum fuit.infr.de diuor.ca.gaudemus.

i ¶ Non legalibus nuptijs.] 28.dist.presbyterum.

k ¶ Tales.] clerici.s.de quibus primo quæsitum est.

[Glo.seq.alleg.7.concor.& sex contraria, & soluit.]

l ¶ Videntur inter bigamos.] hic collige quòd opinio præfertur ueritati. infr.de spon.c.iuuenis.& 3.q. 7.infamis.§.tria.uer.uerumtamen si seruus. & C.de testa.l.1.& 22.q.2.homines.ff. ad Maced.l.3.ↄ̄. de offi.de leg.c.coram.& infr.de iure pat.ca. consultationibus.& sup.de elec.ca.querelam. Sed contra.8.dist.ueritate.81. dist. quicunque.& infr. qui fil.sint legi.ca. per tuas.C. plus ua.quod agi.l.1.2. & 3 Sol.uerum est,quod ueritas præfertur opinioni. 3. alia casualia sunt: ut scilicet opinioni potius stetur quàm ueritati, uel in fauorem contrahentium, & odium decipientium. ff.ad Maced. l.3.uel in fauorem prolis.infr. qui fil.sint legit.ca.cum inter I.uel fauorem testamentorum. C. de testa.l.1.uel sententiarum.3. quæst.7.c.infamis.§.tria.uer.uerumtamen si seruus.

3 Vide l.dolī.§.1.ff.de fer. cor.& l. itē si.in glo. Sēpronius. & l.si pupil li.§. Titij.in gl. Sēpronij. ff.de neg.ge.

ADDITIO. Vnde uersus.

Testamenta, fauor, odium sententia proles.
Ex istis causis præfertur opinio veris.

a ¶ Quan-

a ¶ Quantum in ipſis fuit.] in maleficijs enim voluntas, non exitus ſpectatur. arg. 49. diſt. c. vlt. & ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. Diuus, C. de ſer. cor. l. ſi quis ſeruo.
b ¶ Tanquam cum bigamis.] not. arg. pp ſimilitudinem facti aliquem numerari inter eos, de quorum numero ipſe nō eſt. 27. q. 1. quotquot. & 50. di. ſi ille. ff. man. l. vl. in fi.

Gl. ſeq. ſignat contrarium: & ſoluit.
c ¶ Diſpenſari.] arg. ɔ. j. de cle. coniu. c. ſane. Illa loquitur de eo qui nunquam habuit uxorem, ſed in ſacro ordine ɔxit. & ideo cum tali diſpenſari poteſt. hic loquitur de eo, qui primo in laicali habitu contraxit, & poſtea fact⁹ ſacerdos iterum contraxit: vnde bigamus reputatur quantum ad effectum. licet in veritate nō ſit: & ſic punitur propter affectum tantū, cum opere ſubſecuto, & non pp defectum ſacramēti. Defectus enim ſacramenti unitatis non eſt in iſto, qa in ueritate carnem ſuā nō diuiſit in plures.
d ¶ Sacramenti defectum.] de quo j. eo. debitum.

DEbitum.] Primo ponit rōnes, vltimo rñdet, ibi. Vnde is. Pars huius habet j. de bap. c. debitum. CASVS. Mulier aliqua ɔxit matrimonium cum aliquo, & ab eo fuit traducta. tandem ea incognita mortuus eſt, quidam alius contraxit cum illo, quę poſtmodum mortua eſt, quæ ſitū fuit, an vir iſte poſſit ad ſacerdotium promoueri? & uidebať ꝙ nō; quia fuit maritus uiduæ, & tales ꝓmoueri nō pñt. Rñdet Papa, ꝙ duo ſunt in cōiugio carnali copula conſummato, ſ. cōſenſus animorū, & cōmixtio corporū, coniunctio animorū ſignificat charitatem, q̃ cōſiſtit in ſpiritu inter Deum & iuſtā animā. Vnde dicit Apoſtolus: Qui adhęret Deo, unus ſpiritus eſt cū illo. commixtio corporum, ſignificat conformitatem diuinæ & humanæ naturæ quæ conſiſtit in carne inter Chriſtum & eccleſiam. Vnde dicit Euangelium: Verbum caro factum eſt. ſed illud coniugium, quòd non eſt carnali copula conſummatum, non pertinet ad illud coniugium deſignandum, quod inter Chriſtum & eccleſiam eſt contractum per incarnationis myſteriū: ſecūdum quod Apoſtolus exponens uerba illa primi parentis: hoc nūc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea: & ſtatim ſubiunxit: hoc autem dico magnum ſacramentum in Chriſto & eccleſia: His præmiſſis dicit Papa, quòd propter ſacramenti defectum inhibitum eſt ne bigamus, aut viduæ maritus poſſit ad ſacros ordines promoueri, quia nec illa eſt una unius, nec iſte eſt unus vnius. ſic ergo patet, quòd ubi inter coniuges deficit commixtio corporum, ibi non deeſt ſignaculum huius ſacramenti: vnde ſoluo tibi quæſtionem propoſitam, ille q mulierem ab alio viro ductā, ſed non cognitam, duxit vxorem, propter hoc impediri non debet, quin poſſit ad ſacerdotium promoueri: quia nec ille, nec illa diuiſit carnem ſuam in plures. No. quòd defectus ſacramenti eſt cauſa, quare bigamus vel maritus viduæ corruptę ad ſacros ordines non poſſit promoueri: & ita non crimen, ſed irregularitas hoc facit.

† Hoc, tanq̃ nō eſt exp̃ſſuum ueritatis. ſed ſimilitudinariū, iuxta illud: Ex iſtis tanq̃ ad latronē, &c.

† Vide l. ſi in emptionem. ff. do mi. & l. ſi equo. ff. de leg. 1.

tingeret, ſi quis de facto cōtraheret cum diuerſis, quib. de iure non poſſet, matrimonialiter copulari. ¶ Nos aūt in hac qōne taliter rñdemus, ꝙ cum huiuſcemodi clericis, qui q̃tum in ipſis [a] fuit, ſecūdas mulieres ſibi matrimonialiter cōiunxerunt, tanquam † cū bigamis, [b] non liceat diſpenſari, [c] licet in veritate bigami nō exiſtant: non propter ſacramenti defectum, [d] ſed pp affectum† intentionis cum opere ſubſecuto.

¶ Idem Meteñ. epiſcopo.

¶ Qui contraxit cum virgine, licet prius ab alio fuerit deſponſata; bigamus non cenſetur.

C A P. V.

DEbitū† paſtoralis officij; & j. ¶ Fraternitatituæ duximus reſpondendum, ꝙ cum duo ſint in cōiugio, [e] videlicet cōſenſus animorum, & commixtio † corporum, quorum alterū [f] ſignificat charitatem [g] quę conſiſtit in ſpiritu inter Deum & iuſtam animam, ad quod ptinet illud quod dicit Apoſtolus. Qui adhæret Deo, vnus ſpiritus eſt cū eo reliquum [h] vero deſignat cōformitatem, [i] quæ conſiſtit in carne inter Chriſtum & eccleſiam, ad quod pertinet illud quod Euangeliſta teſtatur, Verbum caro factū eſt, & habitauit in nobis: profecto coniugum † illud, quod non eſt commixtione corporum cōſummatum, nō pertinet ad illud coniugium deſignandum, quod inter Chriſtum & eccleſiā per incarnationis myſterium eſt contractum, iuxta quod Paulus exponens illud quod dixerat protoplaſtus: [k] Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro [l] de carne mea, & propter hoc relinquet homo patrem & matrē, & adhęrebit vxori ſuę, & erunt duo in carne una, [m] ſtatim ſubiungit, hoc autem dico magnum ſacramentū [n] in Chriſto & eccľia.
¶ Cum ergo propter ſacramenti defectum, in

† Ca. 2. e. tit. in 3. cōpil. reliqua huius. c. habes. j. c. 4. de bapt. & eius effectu, ait Contius.

† coniūctio.

1. Cor. 6.

Ioan. 1.

† Vide magiſtrū ſniarū, & ibi Doctores ii b. 4. diſ. 27.

Gen. 2.

Epheſ. 5.

e ¶ In coniugio,] ſcilicet, carnali copula conſummato.
f ¶ Alterum.] ſcilicet, cōſenſu animorum.
g ¶ Charitatem.] i. dilectionem & coniunctionem.
h ¶ Reliquum.] id eſt, commixtio corporum.
i ¶ Conformitatē.] id eſt, coniunctione & unitatem.
K ¶ Protoplaſtus.] id eſt, Adam primo plaſmatus.
l ¶ Caro.] 35. quæſt. 10. fraternitatis. & j. de diuor. c. gaudemus.
m ¶ In carne vna.] id eſt, in carnali operatione ad unam carnem procreandam.

[Gl. ſeq. tractat de triplici ſignificato matrimonij. Secundū quærit de tertio, in quo conſiſtat, ponit opi. quam reprobat, & ſoluit.]
n ¶ Sacramentum.] triplex ſacramentum 1 deſignatur in matrimonio carnali copula conſummato. Primum eſt vnio fidelis animæ ad Deum per dilectionē & charitatem, & hæc deſignatur per coniunctionem animorum in ipſa prima deſponſatione, dum alter per mutuum conſenſum conſenſit in alterum; & de hoc ſacramento ſit mentio ibi? alterum ſignat charitatem, quæ conſiſtit in ſpiritu inter Deum & iuſtam animam. Secūdum eſt vnio humanę naturę ad Deum, quæ facta eſt in vtero virginali per incarnationem verbi Dei, & hoc deſignatur per carnalem commixtionem viri & vxoris, & de hoc ibi ſit mentio; reliquum vero deſignat conformitatem, quæ conſiſtit in carne inter Chriſtum & ſanctam eccleſiam. Primum eſt unio voluntatis. Secundum eſt naturæ conformitas, ut 26. diſtinctio. acutius. de conſecr. diſtinct. 2. in Chriſto pater, ubi habes de conformitate naturæ

1 Gló. hæc fortaſſis proprietatis uocum ignara accipit ſacramentum pro myſterio more Græcorū, ut docet concil. Colonien. de ſacramen. nouæ legis, in princ. & ita accepta nil falſi cōtinet.

hibitum sit, ne bigamus, aut maritus viduæ,[a] præsumat ad sacros ordines promoueri: quoniam nec illa est vnica vnici, nec iste unus vnius: profecto vbi deficit inter huiusmodi coniuges commixtio corporũ, non deest huiusmodi signaculũ sacramenti. ¶Vnde is q̃ mulierẽ ab alio viro ductã, sed minime cognitã [b] duxit vxorẽ, quia nec illa nec ipse carnem suam diuisit [c] in plures, propter hoc impediri nõ debet, quin possit ad sacerdotiũ promoueri.

¶Idem Lug. archiepõ Apostolicæ sedis legato.

¶*Qui plures habuit concubinas ex eo bigamus nõ est.*

CAP. VI.

QVia †circa minima† & infra.

¶Sane postulasti per sedem Apostolicam edoceri, si presbyteri plures † concubinas habentes, bigami [d] censeantur.

¶Ad quod duximus respondendum, quod cũ irregularitatem non incurrerint bigamiæ, cum eis, tanquam simplici fornicatione notatis, quo ad executionem sacerdotalis officij poteris dispensare.

† Ca. vnico. eo. tit. in 4. compil.

† Al. matrimonia.

† In uno vetustissimo exẽplari ita, plures successiue.

ræ diuinæ & humanæ: & non intelligas ꝙ ipse actus corporalis designet hoc sacramentũ, sed propter actũ consummatum, sacramentum designatur. Tertium sacramentum est unitas ecclesiæ ex omnibus gentibus collecta, & uni viro Christo subiecta. hoc sacramentũ designatur per illum coniugatum, q̃ unicum tantum matrimonium seruauit, sed ubi secundũ matrimonium contrahitur, hoc tertium sacramentum non habet locum: quia recedit ab illa vnitate, q̃ primo signabatur ꝑ unicum matrimonium, [r] quia in secũdo matrimonio diuidit carnem suam in plures, unde unitatem amodo signare non potest: Christus enim signat vnitatem ex oĩbus gentibus Christo subiectam, ut d. c. acutius. sed ex quo ecclesia Christo se cõiunxit, ab eo nunquam discessit, nec ipse ab ea. ergo bigamus talem unitatem signare nõ potest, & ideo promoueri non potest propter defectum istius tertij sacramenti. Duo prima sacramenta hic exprimũtur, ut dictum est, sed hoc tertium non expressit in littera, nisi loquẽdo de ipso, nõ imponendo aliqua uerba, per quæ illud significet: nisi forsitan per illa uerba; nec illa est. vnica vnici, nec ille unus unius. per hoc tantum notatur recessus ab unitate; & melius ĩ. ubi dicit nec illa nec ipse diuisit carnem suam in plures: & sic in unitate remansit uterq; & ibi: ubi deficit inter huiusmodi coniuges cõmixtio carnalis, non deest signaculum huiusmodi sacramenti, scilicet unitatis. Vel per illa uerba, hoc autem dico magnum sacramentum inter Christum, & ecclesiam. sed de isto tertio sacramento legitur. 26. dist. acutius. Sed in quo consistit signatio illius tertij sacramenti? Quidam dicũt ꝙ in ipso cõiugio: sed hoc est falsum: quia mortua vxore coniugium definit, & sic nulla esset signatio. Item matrimonium non consummatum non signat hoc sacramentum, vt hic in fi. Est ergo decendum, ꝙ in eo, q̃ matrimonium vnicum seruauit, clerico facto, & ordine suscepto, est signatio isti⁹ tertij sacramenti; nec est necesse ꝙ talis clericus sit vel fuerit coniugatus: quia auctoritas Apostoli, oportet ordinandum esse vnius vxoris uirum. intelligitur per negationem. Sic: unius vxoris uirum, id est, nõ pluriũ immo qui nunquam habuit vxorem, liberius promouetur: q̃a ab unitate nõ recessit, sed in unitate ꝑmãsit.

[r] Mysteriũ tũ incarnationis bene potest in secũdo matrimonio signi ficari.

a ¶ Viduę.] id est, corruptæ: quia licet fuisset uidua dummodo non corrupta, non prohibetur, ut hic dicit.

[Gl. seq. quærit, ponit duas opi. & secundum approbat.]

b ¶ Cognitam.] sic patet ꝙ vxor ordinandi, ad hoc ut ille possit promoueri, uirgo debuit esse. ĩ. eo. c. ult. Sed quare exigitur maior castitas in uxore, quàm in uiro: Respon. quia maritus corruptæ, si cum ea una caro efficiatur, promoueri non potest 34. di. pręcipimus. cu-rãdum. si cuius. si quis. & c. si laici, sed ille. qui habuit concubinam post uxorem, uel ante, promoueri potest 34. dist. fraternitatis. H. dixit, q̃ uir signat ecclesiã, quę in parte recessit a Christo adulterando, recedẽdo à fide, & si in parte virgo fuit, & ideo non deest signatio sacramenti in viro, quamuis non sit virgo. uxor uero signat Christum, qui nunquam ecclesiam diuisit: quoniam ipse est fons viuus, cui nõ commuuicat alienus. ĩ. de reg. c. licet. in fi. & de pæ. di. 1. §. item ut Christus. alij dicunt (& uidetur melius) ꝙ uir signat Christum, qui primò copulauit sibi synagogã, & postea copulauit sibi ecclesiam de gentibus, scilicet militantem, in qua sunt boni & mali, & ideo non nocet si vir non fuerit virgo. Vxor uero signat ecclesiã triumphantem, in qua non est macula neque ruga, quæ semper virgo ꝑmansit, saltẽ mente. Vnde Apostolus. Despondi enim vos vni uiro, & c. 27. q. 1. nuptiarum: & ideo exigitur ꝙ vxor carnem suam non diuiserit in plures: quod si fecerit, deest in coniuge signatio tertij sacramenti vnitatis, & ita illud tertium sacramentum exigitur tam ex parte viri, q̃ ex parte vxoris. Vnde episcopus unius vxoris, signat vnitatem ex omnib. gentibus uni uiro, id est Christo subiectam. 26. dist. acutius.

De materia huius glossæ consule Theologos. li. 4. sent. di. 30. & seq.

[Glo. seq. reci. per q. alle. pro, ponit opi. contrariam, quam reprobat.]

c ¶ Diuisit. sic. 34. dist. Valentino. per quod soluebatur hæc quæstio. sic ergo consideramus potius rationem & causam quare hæc fiant, quam factum ipsum, & ita is qui duxit uxorẽ a se primo corruptam, potest ꝓmoueri: quia ratio & causa nõ inuenitur in eo, quare non diuisit carnẽ suã in plures. Dicunt quidã ꝙ talis promoueri non debet: quia uerũ est ꝙ est maritus corruptæ. arg. op. pro eis 30 q. 5. qualis. & H. in hac opinione fuit. sufficit ꝙ ita scriptum est. ff. qui & a quib. manu. li. non fi. l. prospexit. & 6. q. 3. scriptum est in lege. quod non credo: eadem ratione & iste de quo quæsitũ fuit, non posset promoueri: quia uerum est ꝙ fuit maritus uiduæ, & corruptæ, quare intelligo quod dicit c. qualis. quando ab alio corrupta est, & capitula plura quæ ad idem possent induci. 77. dist. quicunque. & 34. dist. c. curandum. & c. præcipimus.

QVia circa.] Diuiditur. quia primo ponitur consultatio. secundo responsio. Secunda. ibi, Ad quod. Et pars huius habetur. ĩ. de priuil. c. quia circa. Io. And. CASVS. Presbyteri habentes plures concubinas, quæritur utrũ bigami sint censendi? Rñdet ꝙ propter hoc non incurrunt irregularitatem bigamiæ. unde cũ talibus, tanquam cum fornicarijs, poterit episcopus dispensare, ut suum officium exequantur. Not. ꝙ plures habens concubinas, irregularitatem non incurrit. No. mirabile, ꝙ cum eo qui peccat dispensatur, & cum illo qui non peccat, non dispensatur.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit. secundo no. ꝙ luxuria. & c. signat contrarium, & remittit.]

d ¶ Bigami.] s̃. eod. nuper arg. contra. sed ibi loquitur quando utraque fuit solemniter ducta tanquam uxor, hic uero non. & ibi prima fuit uxor. secunda uero esse non potuit. No. mirabile, ꝙ plus habet hic luxuria quam castitas. arg. 34. dist. fraternitatis. Sed contradi

cit-

cit in auth. de rest. & ea quæ parit. in fi. coll. 4. & stulti non debent esse melioris conditionis q̃ periti. 16. q. 1. legi epistolam. & ff. quod vi, aut clam. l. seruus. & ff. de fur. l. itaque fullo. §. 1. ratio huius redditur. s̃. c. prox.

A Nobis fuit.] CASVS. Quidam subdiaconus quandam uiduam de facto duxit in vxorẽ: quia de iure non potuit: quærit̃ vtrum bigam⁹ reputet̃ quo ad legem promotionis? Rñdet Papa, ꝙ in ueritate nõ est bigamus, nec maritus uiduæ cũ inter ipsos non fuerit matrimonium: uerumtñ cũ eo, tanq̃ cum marito uiduæ, non poterit dispensare, non pp sacramenti defectum, sed pp affectum intentionis cum opere subsecuto. Ex hac decre. not. ꝙ bigamus reputat̃ quo ad promotionem, qui bigamus non est.

a ¶ Viduam.] qa cũ esset in sacro ordine constitutus, cũ ea matrimoniũ contrahere non potuit. 28. dist. c. presbyterum, & s̃. eo. ca. nuper. tñ licet non fuerit matrimoniũ: quia tñ quantũ in ipso fuit, cum ipsa uidua ɔxit, cum eo dispensari non potest ɔ̃ doctrinam Apost. s̃. eo. c. super eo. nõ pp sacramenti defectu, sed pp uoluntatẽ q̃ habuit contrahendi cum vidua, non contentus suis terminis cũ processit ad actũ, licet non habuisset effectũ. Sic s̃. e. c. nuper. & est hic, & ibi argũ expressum, ꝙ uoluntas non contẽta suis terminis punit: & ea q̃ ibi ẽr dicta sunt, hic possent repeti, cum similis cã si. quare hoc fiat. causa dicta est. s̃. eo. c. debitum.

b ¶ Cum opere.] sc. carnali. arg. s̃. eo. debitum. & 34. dist. Valentino.

¶ Idem.

¶ *Subdiaconus, qui cum vidua contraxit, & eam cognouit, bigamiæ pœnam incurrit, licet bigamus non sit.*

CAP. VII.

A Nobis fuit: & infra. ¶ Ille autem, qui in subdiaconatus ordine cõstitutus, de facto tantum, (quia de iure non potuit) duxit viduam [a] in vxorẽ, profecto bigamus nõ existit; sed nec viduæ potest in veritate dici maritus; cum inter ipsum & illam nõ fuerit vinculum maritale cõtractum; cum eo tamen cõtra doctrinam Apostoli, † tamquam cum marito viduæ dispensare non licet, non propter sacramenti defectum, sed propter affectum intentionis cũ opere [b] subsecuto.

TITVLVS XXII.

De clericis peregrinis.

¶ Alex. † iij. Cœnomañ. episcopo.

¶ *Vltramarini & valde remoti ordinationẽ suam probare debent per quinq; episcoporum sigilla.*

CAP. I.

Va † nos duxit fraternitas cõsulendos, quid sit agendũ de clericis, qui in remotis regionib⁹ ordinati, litteras eorũ ostendunt, à quib. sibi proponũt man⁹ impositas, & vtrũ episcoporum sigilla sint, quæ repræsentant, incertum existit. †

¶ Tuæ igitur consultationi rñdemus, tutius esse, vt in his statuta patrũ veterum obseruentur, q̃ nouum aliquid statuatur: Statutũ [c] aũt est de transmarinis, vt ad min⁹ quinque [d] episcoporum super ordinatione sua testimonio muniãtur: qđ in alijs (si † similiter sunt incogniti [e]) credimus obseruãdum, ita tñ vt in suspensione [f] aliquanto tẽpore habeãtur, in quo plenius de actib. [g] instruãtur ipsorũ. ¶ Sed & de inferioribus ordinib. inquiri oportet, quia posset contingere, vt aliquib. pretermissis saltũ fecissent. His autem peractis, si digni inuenti fuerint, circa eos poterit dispensari [h].

¶ Innocen. iij. Constantinopolitano patriarchæ.

¶ *Clericus peregrinus, qui iurat se ordinatum: nisi aliter probet, in illo ordine non suscipietur, nec ad superiores promouebitur.*

sit agendum? Respondit Papa, quod tutius est in his statuta patrum sequi, quam nouum aliud statuatur. De transmarinis statutum est, ut ad minus quinq; episcoporum testimonio super ordinatione sua muniantur: quod de alijs incognitis similiter est seruandum. ita ut aliquanto tempore habeãtur in suspenso, in quo de ipsorum actib. instruãtur illi, cũ quib. morantur; & inquirendum est etiam de inferiorib. ordinibus, qa posset esse ꝙ aliquid ꝑtermisissent. His consideratis poterunt admitti ad diuina, si aliàs digni inuenti fuerint. Not. ꝙ non statim credendum est alicui super ordinatione sua. No. ꝙ inquirendum est de conuersatione alicuius, ab illis cum quibus moratur.

c ¶ Statutum.] 98. d. per totum.

d ¶ Quinque.] Ideo .n. quinq; exigunt̃, quia dubitari consueuit de sigillo unius epi. si enim de illo constaret, id solum sufficeret. j̃. de prob. c. post cessionem. uel per testes. j̃. eod. cap. tuæ. 1

e ¶ Incogniti.] ex quo enim incogniti sunt, explorandũ est cuius fidei, & innocentiæ sint. 12. distin. quiescamus. ff. nau. cau. stab. l. ult. §. seruorum.

f ¶ In suspensione.] quod hic dr̃, intellige de ijs q̃ in ecclesijs recipi postulant tanquam clerici, ceterum si tanquã viatores vellent celebrare secreto, permittendi sunt. j̃. eo. ca. tuæ. & arg. de consec. d. 2. non prohibeat. & 7. q. 1. episcopi.

g ¶ Actibus.] nam per actus sequentes præsumitur de ꝑteritis, & ecõuerso. 34. q. 2. cum per bellicã. & 6. q. 1. qui crimen. ff. de re milita. l. non omnes. §. à barbaris. & 2. q. 1. in primis. 50. distinct. si quis diaconus. & 77. distin. quicumque.

h ¶ Poterit dispensari.] id est, ex benignitate recipi poterunt.

ADDITIO. Vel ſm Inno. hoc dicit, quia si clericus sit ignotus, & litteræ ignotæ. non est sine dispensatione epi admittendus. j̃. c. si. uel ſm Host. dispensari ad litteram est, si in aliquo egent dispensatio. de ordi. ab epis. c. 1. & 2. Ioan. Andr.

DE CLERICIS PEREGRINIS.

¶ Quia inter eos, qui ab ordinib. prohibentur, arcent̃ & peregrini: ideo, &c. De hac materia hr̃ 98. & 71. & 72. dist. per totum, & 7. q. 1. in multis capitulis.

Va nos. Sunt duæ partes, cõsultatio, & rñsio. Secunda. ibi, Tuæ igitur. Io. And.

CASVS. Clerici quandoque se transferunt ad remotas partes, & dicunt se ordinatos, nec ostendunt litteras eorum a quibus se ordinatos dicunt: quæritur, quid de talibus

Margin notes:

1. Tim. 3.

† In multis Alex. iiij. sed falsa est inscriptio, nam cum hæc cõpilatio facta est, nondum erat Alexander quartus creatus Papa.

† Cap. uni eo. eo. tit. in 1. compil. & habetur inter grũ post con cil. Lateran. sub Alex. iij. pa. 26. c. 20.

† Adde qualiter & qũ credendũ sit sigillo. in l. Lucius. & ibi Barto. ff. de fide instr. & in l. ad testium. ff. de testam.

† Al. ita: qũi similiter, &c. al. ita: si similiter sũt in eo incogniti.

1 Concord. l. si procuratore. ff. de ꝓcura. & l. ne satisdatio. ff. rem ra. hab.

CAP. II.

INter † quattuor, & infra.

¶Consuluit nos iterũ tua fraternitas, vtrũ †clericos ad te sine suorum ordinatorum literis [a] venientes, & offerentes iuramentum, quòd sint in quouis ecclesiasticorum ordinum constituti, debeas ad superiores ordines promouere.

¶Inquisitioni tuę taliter respondemus, ꝙ nisi de ipsorum ordinatione canonica, per idonea tibi constiterit argumenta [b], eos nec [c] in illis suscipere, nec ad maiores debes ordines promouere: præsertim antequam conuersatio eorũ fuerit approbata.

¶Idem Patriarchę Hierosolymitano.

¶Peregrinis de cuius ordinatione non constat non permittitur celebrare in publico, sed in occulto sic.

CAP. III.

TVæ † fraternitatis, & infra. ¶Vtrum clericos, qui ad partes Hierosolymitanas sine cõmendatitijs literis veniunt, permittere debeas celebrare diuina: & inf. Respondemus quod nisi legitime tibi constiterit, siue per literas, siue per testes, de illorum ordinatione canonica [f], qui penitus sunt ignoti, nõ debes ipsos permittere in tuis plebibus celebrare.

¶Sed si forsitan eorum aliqui secreto [g] ex deuotione celebrare uoluerint, poteris sustinere.

¶Honorius tertius Regiñ. episcopo.

¶Inferiores prælati sine diœcesanorum consensu, in ecclesijs suis peregrinos non possunt instituere.

CAP. IIII.

TE nobis ꝑponente didicimns, ꝙ quidã ꝑlati ecclesiarum tuę iurisdictionis, in ecclesijs sibi commissis, sine cõsciẽtia † tua, clericos de alienis episcopatibus instituere non uerentur. Attendentes igitur id eis nulla ratione licere, cum sit honestati cõtrarium †, & a sanctorum Patrum institutionibus [h] alienũ, & inf.

¶Inquisitioni tuę taliter respondemus, quod tibi licet eos exinde remouere, nisi aliquos ex dispẽsatione in eisdem ecclesijs duxeris dimittendos.

INter quattuor. Cõis diuisio. Secũda: ibi, Inquisitioni. Io. And. Pars huius ẽm Io. An. habetur. ĩ. de maio. & obed. c. inter quattuor. d: cleri. non resi. in vers. quattuor. & de relig. do. inter quattuor.

CASVS. Clerici aliquando transferunt. se ad partes Constantinopolitanas. accedunt ad patriarchã sine literis suorũ ordinatorũ, tñ offerunt iuramentũ ꝙ sunt in certis ordinibus constituti, & petunt ad superiores ordines ꝓmoueri: q̃rit quid iuris sit? Respond. ꝙ nisi primo cõstiterit patriarchæ per idonea argumenta, de ipsorũ ordinatione canonica, non debet illos suscipere in illis ordinib. nec ad superiores ꝓmouere antequã eorum ɔuersatio fuerit approbata. Not. ꝙ iuramentum ignoti non admittitur super sua ordinatione: sed hoc ideo, ne illi quibus celebrat, decipiantur.

a ¶ Literis.] quas habere debet semp. 71. dist. c. primatus. s̃. eo. c. proximo.

[Gl. seq. recitatur per quæstiones, quæ uocat hic argumenta.]

b ¶ Argumenta.] nõ dicit per testes uel instrumenta, sed per argumenta esse probandum: quia per argumenta siue per indicia probatur ęque sicut per testes. 2. q. 6. ca. ei qui. §. diffinitiua. ver. nullus homicidarũ. & 32. q. 1. dixit dominus. 27. q. 1. nec aliqua. & C. de rei ven. l. indicia. & ĩ. de pręsump. c. literis. Vel idonea argumenta uocat sigilla episcoporum 98. dis. transmarinos, ut s̃. c. proxi. uel sigillũ epi sufficit si notum sit. 71. dist. extraneo. & C. de epis. & cler. l. si qua per calumniam, in fi. Sed si perdiderit instrumentum. probet amissionem & tenorem ipsius, & ꝙ sine vitio fuerit ĩ. de priuil. c. cũ olim. in fi. vel per testes. inf. c. proximo.

c ¶ Suscipere.] Nisi ut hospites. 7. q. 1. episcopi, vel presbyteri. & de consecr. dist. 2. non prohibeat. & 42. dis. quiescamus.

TVę fraternitatis.] Communis diuisio. Secũda, ibi, Respondemus. Io. And.

CASVS. Clerici aliquando accedunt ad partes Hiero. sine commendatitijs litteris suorum eporum: quæsiuit patriarcha an permittere debeat illos celebrare diuina: Rñdet Papa, ꝙ nisi cõstiterit ei siue per literas siue ꝑ testes, de canonica ordinatione ipsorum q̃ ignoti sunt. non permittat illos suis plebib. celebrare, sed si secreto voluerint celebrare, permittuntur. Nota ꝙ alicui licet in secreto, quod non licet in publico, & hoc est ne decipiatur populus.

d ¶ Commendatitijs.] vel etiam dimissorijs. 71. dist. ca. pen. & 19. quæ. 1. duę sunt.

e ¶ Per testes.] vel ꝑ alia legitima argu. s̃. c. ꝓxi. arg. deptum. c. litteras. & de conuersatione ipsius primo debet cõstare s̃. c. proxi.

f ¶ Canonica. 1] id est, secundum ordinem ecclesię facta. s̃. de sum. Trinit. c. firmiter. in fi.

g ¶ Secreto.] quia tunc nullũ periculũ fit alicui, nisi sibi: sed si publice celebraret populo, tunc periculum esset vt si nõ esset sacerdos, populum deciperet 42. distin. quiescamus, & ĩ. de cele. mis. de homine.

TE nobis.] Communis diuisio & secũda pars est ibi Attendentes. Ioan. And.

CASVS. Quidam ꝑlati ecclesiarũ de iurisdictiõe epi Regiñ. sine consciẽtia ipsius epi clericos de alienis epatib. instituębant in ecclesijs sibi commissis: q̃siuit ꝓs a Papa qd iuris esset de illis clericis? Rñdit Papa, ꝙ illud eis non liceat, cũ sit ɔ̃triũ honestati, & ɔ̃ institutiones sanctorum Patrũ: & ideo potest inde eos remouere, nisi ex dispensatione eos duxerit dimittendos. No. clericos instituẽdos in ecclesijs de eodem loco, uel eadem diœcesi. & non extranos.

h ¶ Institntionibus.] 71. dist c. 1. & 2. per totam dist. & 52. dist. per totum. & C. de episc. & cle. in ecclsijs. & sic de aliena ecclesia non est assumendus prelatus, dũ reperitur idoneum in eadem. 61. dist. nullus.

[Glo. seq. arguit ad duo, & de secundo remittit.]

i ¶ Ex dispensatione.] no. argu. ꝙ nullus potest eligi de aliena diœce. sed tm̃ debet postulari: quia instituti absque scientia epi, remouentur, nisi cum eis voluerit dispensare: & sic per solam dispensationẽ de alijs episcopatibus instituuntur: & est hic bonum argum. pro opinio-

Cap. 1. eo. in 3. cõp.

† In plurib. antiqs post illud. ĩ. statim sequit: utrum clericos. &c.

Nomine argumẽti quid in hoc c. intelligatur.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. cõp.

¶ In vno manuscripto hæc uerba ꝑmittunt: consuluit nos insuper tua fraternitas, utrum, &c.

† In antiqs deest dictio in.

1 Hæc glossula non habetur in antiqs libris.

† al. sciẽtia, hoc est, sine licẽtia, aut facultate.

† Vide l. qd vulgo. ff. de sta. hom. & l. si cũ dies §. compromissio. ff. de arbit.

opinione illorum qui dicunt quòd semper præualet ele ctio de gremio ecclesiæ,alij electioni factæ de alia,etiã si fit facta à minori parte.de hoc dixi sup.de electione. cum inter canonicos.

ibi loquitur de visitatione suæ propriæ parochiæ, hic qñ uisitat uniuersam parochiam ad mandatũ episcopi.
d ¶ Corrigat.] sic ergo archidiaconus habet coerctionẽ ex quo hẽt iurisdictionẽ,quia iurisdictio sine coerctione nulla esset,ut inf.de off.dele.ex litteris.& ff.de off. eius cui mand. est iur.l.ult.Quid de iure cõi pertineat ad archidiaconũ,habes ỹ.eo. ad hæc.& c.ad nrũm.& c præsi.secus de cõsuetudine. ỹ.ca.ult. ubi de hoc.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

TITVLVS XXIII.

De officio archidiaconi.

¶ Ex libr. Romani ordinis.

¶ *Ponit quæ spectant ad officium archidiaconi.*

CAP. I.

VT † archidiaconus post episcopum sciat se vicarium [a] esse eius in omnibus, & omnẽ curam in clero (tam in vrbe [b] positorum,quam eorum,qui per parochias habitare noscuntur) ad se pertinere, siue de eorum conuersatione, siue honore † & restauratione ecclesiarum, siue doctrina ecclesiasticorum, vel ceterarum rerum studio, & delinquentium rationem coram Deo redditurus est.

¶ Et † vt de tertio [c] in tertium annum, si episcopus nõ potest, parochiam vniuersam circumeat,et cũcta, quæ emẽdatione indigẽt, ad vicem sui episcopi corrigat [d] & emendet.

¶ Ex concilio Toletano. †

¶ *Non summatur, sed ponit quædã, quæ spectant ad officium archidiaconi.*

CAP. II.

OFficium † vero archidiaconi est Euãgeliũ quãdo voluerit legere, vel alicui de diaconis præcipere; & qñ episcopus missam canit ad iussionem illius induant se Leuitæ vestimẽtis sacris; qualiter cum põtifice ad missam procedãt: † & infra.

¶ Omne ecclesiasticum officium prouidẽdo, lectiones, aut responsoria in matrice ecclesia dare debet, et auscultare, in tantũ, vt nullus Euãgelium aut Epistolam, Responsoria, vel quãlibet in ecclesia lectionem legat, vel cantet, donec auscultetur [e] ab ipso.

¶ Acolythos † quoq; ipse ordinet, quis eorũ candelabra, qs thuribulũ deferre, quisve minorũ in ecclesia aliqua officia agere debeat

¶ Greg. iij. † archid. Salonitano. †

¶ *Custodia vasorũ ecclesiæ spectat ad archidiaconum.*

CAP. III.

EA [f] quæ contra, & infra. ¶ Scire vero te volumus, quod a te districte quæsituri sumus quia vel propriæ ecclesiæ, vel

¶ Explicito tractatu ordinandorũ, de dignitatũ officijs estvidẽdũ:& qa archidiaconus post epm maior est: ideo, &c. Io. An. De hac materia hr 25. dist. per electis. 74. dist. honoratus. 94.d.c.fi. Ant. d Bu.

VT archidiaconus.] Dicit hoc c. & seq. quæ ad officium archidiaconi pertinere noscantur. & qa tota hæc decre. cadit sub uno cõstructu: ideo cõmode diuidi nõ põt. Ant. de But. CASVS. Dr hic quòd archid. est uicarius episcopi in omnib., quæ ad eum pertinẽt, similiter & causæ clericorum, & in vrbe & extra urbem ad ipsum pertinẽt: & conuersatio eorũ, & cnus. & restauratio ecclesiarum, & doctrina ecclesiasticorũ, & correctio excessuum. Itẽ de trienio in trienũ cum eps fuerit impedit⁹, debet totã uisitare diœcesim, & ad vicẽ sui epi corrigere corrigenda. No. quòd archi. est uicarius epi, & potest corrigere. Vnde infertur quòd habet coerctionem, quod verum est de consuetudine præscripta.

a ¶ Vicarium.] & ita habet cognitionem & iurisdictionem, & ex quo uicarius. est. C. de offic. vica. l. 2. & infra de offic. uica. c. pen. & 25. di perlectis. arg. in auth. de defen. ciui. circa princip. collat. 3.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

b ¶ In vrbe.] arg. contra 25. dist. perlectis. Sol. licet quædam pertineant ad officium archidi. primicerij, & thesaurarij, vt ibi dicitur, tamen præordinator est in cunctis, & loco episcopi, & tanquam vicarius eius.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.]

c ¶ De tertio.] eps vero singulis annis debet visitare parochiã suã 10. q. 1. epm decreuimus. placuit. nisi dimittat hoc ne propter eius accessum grauetur ecclesia. tũc mittat archidiaconũ. uel qa eps ire nõ põt, 1 vt hic dr. Itẽ 3 infr. eod. mandamus. ubi dr ꝙ archidiaconus debet visitare singulis annis, aut etiam pluries, si expedit.

OFficium.] CASVS. Dr hic ꝙ ad officiũ archidiacõni pertinet legere Euãgeliũ qñ uoluerit. uel præcipere alicui diacono ꝙ legat, & qñ eps debet missam celebrare, præcipere debet sacerdotibus, ut induant se uestib. sacris ut epo ministrẽt. Itẽ in matrice ecclesia nullus dẽt legere rñsorium aut epistolã, aut lectionẽ cãtare, donec primo ab ipso auscultetur: dẽt ẽt ordinare acolythos, qs eorum debeat deferre cãdelabrũ, & qs thuribulũ. No. ꝙ ad officiũ archi. pertinet Euãgeliũ legere, & ad officia ecclesię ordinare, & illos q legere uel cantare debent, in matrice ecclesia auscultare.

e ¶ Auscultetur.] uĩ hoc potius spectare ad officiũ magistri scholarũ, sed potius ex consuetudine fit hoc, sicut et multa alia, q cõsiderantur & attenduntur in hmõi officijs poti⁹ q̃ ius cõe. inf. de excess. præla. ad hæc. et infr. eo. ca. ult. Bern. ADDITIO. Vel loquitur cum eps est præsens, et mandat hoc per archidiaconum expediri, secundum Vinc. Io. Andr.

EA quæ contra. CASVS. Archidiaconus Salonitanus habuit custodiam vasorum & aliorum ornamentorum ecclesiæ. archiepiscopus Salonitanus significauit domino Papæ, quòd archid. negligens erat circa prædicta custodienda. Super hoc scribit Papa archid. dicens ꝙ districte inquirat ab ipso de vasis ecclesiæ, quæ illic collecta sunt, qualiter custodiuntur. si aliquid ex negligentia vel fraude ipsius perierit, ipse in hoc punietur, & tenebitur ad restitutionem ipsorum, cum ipse ad hoc ex officio teneatur. Not. in prælato negligentiam & fraudem comparari.

f ¶ Ea quæ.] de isto archidiacono habetur. 74. dist. gesta. &c. honoratus. & c. vbi ista didicisti.

a ¶ Cime-

† Cap. 2. eo. ti. in 1. cõpi. Facit concilium Aurelianense. 4. cap. 26.

† Onere.

† Qualiter hodie uis. archidiac. tradit conciliũ Tri. sess. 24. decr. de reforma. ca. 3.

† Cuius con. ij Toletani sit, non. constat.

Facit ad ff. de ad. tut. l. ita § gessis. cũ seq. & ijs vulg.

† Cap. 3. eo. ti. in 1. compilatione.

† Vt verbi gratia, bini, honeste, & demisso vultu.

† Quis ordo sit acolythorum in ecclesia, Magister sent. li. 4. dis. 24. §. quarto loco.

† Gregorius Epistola 10. li. 1. registri &c. 1. eo. tit. in 1. compil.

† Salernitano. in nonnullis manuscriptis.

a ¶ Cimelia.] per hoc intellige omnia vasa ecclesiæ ar. 12.q.2. apostolicos. 1 & custodia horum potius pertinet ad custodem siue thesaurarium, sed vt dixi in prox. c. consuetudo attenditur, vbi non est thesaurarius. hoc forte pertinet ad archidiaconum. vt hic videtur.

1 Hinc cimiliarcha dicitur custos vasorum, & aliarum rerũ ecclesiæ, qualis est sacrista & thesaurarius, & cimiliarchiũ locus vbi reponitur thesaurus, l. ul. §. fin autem. C. de bo. au-cto. iu. pos.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

b ¶ Negligentia.] p̄latus enim non solũ tenetur de dolo, sed de culpa lata, & leui ad instar tutoris. C. de pericu. tu. vel cu. si res pupilli, & C. arb. tu. quicquid: sed ẽt de negligentia, vt hic patet. cũ etiam propter negligentiã remoueatur. j. de offi. cust. c. 1. q. 1. si qui episcopi. §. ecce cum honoris. & 81. dist. dictũ & arg. 18. q. 1. si quis abbas. sic etiã iudex propter negligẽtiam remouetur. C. de offi. p̄fec. ori. si quos. & ff. de cust. & exhi. re. carceri. & l. non est. quod potest intelligi cum negligentia crassa est, argu. 1. q. 1. quicquid. & ff. de verbo. sign. magnam. & arg. su. de ordi. ab epi. qui re. episco. c. 1. in fi.

c ¶ Reatu.] ar. quòd negligentia vi prælati mortale peccatum est. 81. dist. dictũ. j. de reg. iu. c. penul.

d ¶ Custodiæ.] ad ipsum etiam pertinet cura, & sollicitudo totius ecclesiæ. 25. d. perlectis. & infr. eo. ad hæc.

† Ca. 4. è. ti. in 1. compi. & post concilium Lateran. sub Alexan. iij. par. 26. c. 2.

† Conciliũ & manuscr. Institutiones.

ea, quæ de diuersis ecclesijs cimilia [a] sunt collecta, non sub omni solicitudine & fide seruantur. Quod si quid ex eis, vel negligẽtia [b] vel cuiusquam fraude deperijt: tu hoc [c] reatu adstrĩgeris, qui per archidiaconatus ordinẽ custodiæ [d] eiusdẽ ecclẽiæ arcti⁹ deputaris.

¶ Ale. iij. Eliens. archid.

¶ *Archidiaconus sine mãdato episcopi non committit curam animarum id est, non habet institutionem auctorizabilem.*

CAP. IIII.

Cvm † satis sit absurdum: & inf. † Q̃m igitur obtentu alicuius consuetudinis, [e] non debes cõtra sanctorum patrum constitutiones † [f] venire, & quod ad tuum nõ spectat officium, vendicare.

¶ Mandamus, vt nemini sine licentia, & mãdato episcopi curam præsumas committere animarum.

¶ Idem Vigoren. episcop.

¶ *Archidiaconus de iure communi non potest excõmunicare. Ant. de But.*

CAP. V.

Archidiaconis † non videtur de ecclesiastica institutione licere (nisi auctoritas episcoporum accesserit) in aliquos sententiam promulgare. [g]

¶ Idem episcopo Conuentren. & Abbati Cestren.

¶ *Archidiaconus semel in anno (nisi necessitas exigat plus) visitat suã prouinciã, id est, parochiam, h. d.*

CAP. VI.

Mandamus, † quatenus prohibeatis Cestren. Archidiacono, ne

scilicet quòd habet curã animarũ & iurisdictionẽ: & ex eo quòd episcopus eũ istituit, siue quia per collegiũ eligitur, & per ep̃m confirmatur, generalẽ administrationem cum iurisdictione adipiscitur. & facit ad hoc. j. de præb. referente. & j. de eo qui fur. or. rece. c. 1. cũ suis concor. & inf. eod. mandamus. Quæ autẽ sunt illa, quæ de iure cõi pertinent ad archidiaconũ, collige per c. infr. eod. ad hec. & ca. vt nostrũ. Alia vero potius habẽt archidiaconi de consuetudine quàm de iure communi, quia visitant & corrigunt de consuetudine. infr. c. ult. & s. de ele. dudum. & sic de consuetudine oĩa alia iura consimilia intelliguntur. inf. de exces. prælat. ad hęc. & quod dicit hic: ob tentu cõsuetudinis. intellige non præsc. inf. c. prox. quòd archidiaconus non potest excõmunicare, intellige q̃ nõ excõicabat de consuetudine: & sic retulit se ad ius cõe. sic ergo iura, quæ loquũtur diuersimode de iurisdictione archidiaconi, intelligenda sunt secundum diuersas cõsuetudines diuersorum locorũ. sic. supr. de consue. cum olim.

f ¶ Constitutiones.] 16. q. 7. nullus omnino. & q. 1. cunctis fidelibus. & sic de iure cõi ad officium archidiaconi non pertinet committere curam animarũ. hoc iam patet per notulam præcedentem.

† Ca. 5. e. ti. in 1. compi. & hr̃ post conciliũ Lateranẽ. sub Alex. iij. par. 36. c. 4.

† Habetur post concil. Lateran. sub Ale. iij. par. 2. c. 11. & vi. de conc. Tr. dẽt. citatum sup. eo. ca. 1.

Cvm satis.] Prima ponit causam decisiuã, & expressam. Secunda mandatum ibi, Mandamus. Io. Andr.

CASVS. Archidiaconus Elieñ. sine licentia episcopi sui committebat curam animarum, dicens hoc ex consuetudine sibi licere, episcopus cõquestus fuit Papæ de hoc. dicit Papa quòd obtẽtu alicuius consuetudinis nõ debet facere contra institutiones sanctorum patrũ. Vnde præcipit ei quòd nulli committat curam animarum sine licentia & mandato sui episcopi. Not. quòd ad episcopum pertinet committere curam animarũ, non obstante consuetudine, quæ præscripta non sit.

[Glo. seq. rec. quòd archidiaconus habeat curam animarum. alleg. duo iura quòd non, & duo quòd sic, ponit opin. Hug. & opi. contrariam. & soluit.]

e ¶ Consuetudinis.] Vtrum archidiaconus habeat curã animarum vel non, iura videntur diuerso modo loqui. de iure communi non habet curam animarum. 16. q. 7. nullus omnino. & hic non potest etiam de iure cõi excommunicare. inf. c. proxi. Arg. contra. infr. de eo q̃ fur. or. rece. c. 1. cum suis concor. & sup. eo. c. 1. Hug. dixit q̃ archidia. de iure communi non habet curam animarum, nisi sibi specialiter ab episcopo demandetur: nec alij potest committere per ca. prædictum, nullus & per hoc cap. & omnia illa iura, quæ videntur contrarium innuere, intelligitur ex delegatione episcopi. sic & illud cap. 63. dist. si in plebibus. Alij dicunt contrarium

Archidiaconus an habent curam animarum.

Archidiaconus an possit excõmunicare.

Archidiaconis.] CASVS. Archidiaconi de iure communi non possunt in aliquos sententiam promulgare, nisi auctoritate episcoporum, secus tamen est de consuetudine. No. quòd archidiaconi de iure communi non possunt excõicare: nisi auctoritate episcoporum.

[Glo. seq. recitetur per contrarium de decre. dudum. soluit, & opinionem ponit.]

g ¶ Promulgare.] hoc uerum est de ecclesiastica institutione, id est de iure communi, vt hic dicit. 16. q. 2. visis. & q. 7. nullus. & 24. q. 3. corripiantur. secus de consuetudine, vt sup. de elect. dudum. 2. prout dictum est in c. proxi. Dicunt tamen quidam, quòd eo ipso quod eligit ab vniuersitate, habet iurisdictionem in subditos, & potest excõmmunicare. arg. 93. dist. legimus, & de offi. iudi. ord. cum ab ecclesiarum. & quod hic dicitur in fin. [non uidetur licere.] uerum est quo ad uerba canonis ex antiqua institutione ecclesiastica. arg. 16. q. 1. cunctis fidelibus, sed quo ad iura decretalium secus. sed credo verius quod dicitur. sup. eod. c. proxi.

Mandamus.] in prima dictum, à quo excipit: ibi, Nisi. Ant. de But.

CASVS. Dr̃ hic quòd semel tantum in anno debet archidiaconus visitare, nisi necessitas exigat, quod pluries visitet. Not. quòd archidiaconus nõ debet pluries in an

ad ecclesias sui archidiaconatus visitandas, a nisi semel in anno, accedat; Nisi forte talis causa emerserit, propter quam ipsum oporteat præfatas ecclesias sæpius b uisitare.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Dicit primo quod sit officium archidiaconi. & in quo per illud releuetur episcopus: Et secundo dicit, decanos rurales per episcopū, & archidiaconum eligendos, & amouendos, si illorum vices communiter gerant.*

CAP. VII.

AD† hęc nos dicimus; † & infra.

¶ Sane consulit nos tuæ fraternitatis deuotio, quid ad officium archidiaconi debeat pertinere; & in quibus per ipsum cura episcopalis solicitudinis debeat releuari; & nos prout possumus respondemus, quod archidiaconus (secundum statuta beati c Isidori) imperat subdiaconis, & leuitis: parochiarū solicitudo & earum ordinatio ad ipsum pertinet; & audire debet iurgia † d singulorum.

¶ Archipresbyteri autem quia pluribus decani nuncupant, eius iurisdictioni se nouerint subiacere. Secundum vero Romani e ordinis constitutionē maior post epm, & ipsius epi uicarius reperitur: omnē solicitudinē & curam, tā in clericis quam in ecclesijs eorum (prout melius secūdum Deum poterit) impendendo: cum super his sit redditurus rationem in districti examinis iudicio.

¶ Item in epistola beati Clementis f Papæ prędecess. nostri. oculus † episcopi archidiaconus appellatur, ut loco episcopi per episcopatum prospiciens, q̄ corrigenda uiderit, corrigat & emendet: nisi adeo fuerint ardua negotia, ꝙ absq; maioris sui præsentia nequeant terminari.

¶ In quadam uero nostra constitutione g iā alia vice nos meminimus expressisse, ꝙ institutio corporalis, tam super beneficijs, q̄ etiam dignitatibus ad ipsum debeat ptinere: examinatio ēt clericorum, si fuerint ad sacros ordines promouendi: & hoc idem in collationibus beneficiorum credimus obseruandum; ut qui beneficijs ecclesiasticis præfi-

no uisitare, nisi ex causa rationabili.

[Gl. seq. arguit & remittit.]

a ¶ Visitandas.] hoc. n. pertinet ad curam animarū.] s. de elec. dudum. 2. & sic est arg. ꝙ archidiaconus habet curam animarū, & ꝙ possit alij cōmittere, sed intellige hoc loqui de consuetudine, ut dixi. s. eo. cum satis.

[Gl. seq. signat cōtrarium, & soluit remittit.]

b ¶ Sepius visitare.] & ita sufficit semel tantum in anno visitare. ex eo qđ prohibet pluries uisitare nisi noua cā emerserit. Sed contra. j. de censi. cum uenerabilis. vbi vr̄ ꝙ possunt præter aliquā necessitatem bis in anno visitare. & ꝓcurationem habere: intellige illud cum determinatione istius, ꝓut ibi dr̄, si est opus, r quia non solū bis in anno, sed etiā pluries in anno, si causa subsit potest p̄latus visitare. 18. q. 2. visitādi. & c. ñ semel. Si vero alia de cā pro suis necessitatib. accedat ad ecclesias, proprijs sumptibus ꝓcuretur. C. de stat. & imag. l. ul. de hoc dic, ut j. de censi. cū venerabilis.

AD hæc.] Diuiditur in duas partes principales. Secūda: ibi. Subsequēter. Et q̄libet subdiuidit ī cōsultationē & r̄nsionem. Ant. de But.

CASVS. Quæsitum fuit a Papa quid pertineat ad officiū archidiaconi, & in quibus per ipsum cura episcopalis solicitudinis releuetur. Respon. Papa secūdum statuta Isidori, imperat subdiaconis, & leuitis, & solicitudo parochiarum, & ordinatio earundē ptinet ad ipsum: audire debet iurgia singulorum: archipresbyteri rurales, qui decani uocātur, subiacere dēnt eidē. Item scd̄m constitutionem Romani ordinis maior post epm & eius uicariū reperitur. Item in epistola beati Clementis Papæ, oculus episcopi nominatur, & loco ipsius per episcopatum corrigit corrigenda, & emendanda emendat, nisi adeo ardua fuerint negotia quod absque maioris sui præsentia nequeant terminari. Item in quadam constitutione Inn. continetur. ꝙ ad ipsum pertinet institutio corporalis tam in beneficijs quam in dignitatibus: & examinatio clericorum, qui ad ordines promouentur ad ipsum pertinet, & ipse debet eos episcopo præsentare. Quæsitum fuit insuper vtrum decani rurales; qui pro tempore instituuntur, debeant ad mādatum episcopi uel archidiaconi, uel etiam vtriusque institui, uel destitui si fuerint amouēdi. Ad hoc respōdet Papa, qđ omnes tangit, ab omnibus debet approbari. & ipsi decani commune officium vtriusque exercēt, & iō cōiter eligēdi sūt, vel ēt amouēdi. Notā ī q̄b. de iure communi consistit officiū archidiaconi. Itē nota ꝙ imperat subdiaconis, & leuitis. Itē solicitudo, & ordinatio parochiarū pertinet ad ipsum. Itē audire debet cās singulorū. Itē decan rurales subsunt ei. Item maior est post. episcopū, & eius Vicarium. Itē dr̄ ocul⁹ epi, & loco ipsi⁹ corrigit excessus subditorum. Item institutio corporalis in beneficijs & dignitatibus ad ipsum pertinet. Item examinatio clericorum, q ad ordines promouent, ad ipsum pertinet, & eos dēt epo presētare. Itē no. qđ omnes tāgit, ab omnib. approbari debet.

c ¶ Beati Isidori.] vt 25. dist. perlectis.

[Glo. seq. arg. ponit opin. Ioan. quam determinat.]

e ¶ Iurgia.] & sic est argu. quod archidiaconus habeat iurisdictionē, p c. perlectis. & ar. 63. d. si ī plebibus. & inf. de pen. licet. dixit Io. ꝙ habet ordinariā iurisdictionē de iure cōi, & uerum est in oībus, q̄ continentur in hoc c. & j. e. ut nostrum. & ita per consequēs correctionem, licet non possit cognoscere, nisi de modicis causis, per hoc ꝙ dicit iurgia, q̄a talis iurisdictio sine coerctione nulla esset, ut dixi supra e. c. 1. in alijs autem, quæ hic non enumerantur, stabimus consuetudini præscriptæ. ut dictum est supra eo. cum satis.

e ¶ Romani ordinis.] sup. eo. c. 1.

f ¶ Beati. Clementis.] 93. dist. diaconi,] & in epistola Euaristi, ea. dist. diaconi. 2.

g ¶ Nostra constitutione.] Credo ꝙ sit illa, infra, e. ut nostrum, quæ debuit præcedere istam in ordine, secundum ordinationem illarū decretaliū. Vnde per hoc vr̄ ꝙ loquatur de alia constitutione. Sed forsitan non seruatur ille ordo: nisi in ordinatione decretalium diuersorum auctorum, secundum ꝙ patet etiā in alijs locis

r Vel illud intellige ex conuētione. vel ex cōsuetudine spe ciali. inf. de censib. quanto. Io. And.

† Cap. 1. eo. ti. in 4. compil.

† In omnibus antiquis legitur, Ad hæc nos Dominus.

† Non tamē iudicant archidiaconi causas matrimonij, & criminū. Cōcil. Trid. sess. 24. decreto de reforma. ca. 20. §. ad hæc nec causas concubinatus: idem Concil. sessi. 25. decre. de reformatio. cap. 12.

† Concordat Concil. Triden. sess. 24. in decre. de reforma. ca. 14. ubi habet quales creari debeāt archidiaconi.

Archidiaconus quā habeat iurisdictionem.

[Glo.seq.obijcit & soluit.secundo arg. & illud determinat.]

a ¶ Examinentur archidiacono.] ĩ.e.ut nostrum. sed alibi dr̃ ꝙ istud est officiũ sacerdotum. 24.dist. quando.hoc verũ est de iure,sed illud. vbi eps eligit specialiter sacerdotes ad hoc. uel si nõ est ibi archidiaconus,ut in multis ecclesijs. vr̃ ergo ꝙ eps nõ sit puniendus si ꝓmouet indignũ, sed potius archidiaconus, qui examinat,& repræsentat episcopo.arg. 54.dist.si seruus.sed non est ita, quia eps tenetur d̃ facto illi⁹ qui examinat, cũ de mãdato illius illud fiat:sicut exercitor nauis de facto magistri tenet,ff.de exerci.l.1.§.magistrũ,nisi forte examinator talis fuisset,ut nõ sit verisimile ipsu mẽtiri ar.ĩ.d pig. significante. secũdum hoc si talis ordinatur sine titulo,epõ ignorante.examinator q p̃sentauit eũ, tenebit̃ ei ꝓuidere 1 sed si ille nõ sit soluẽdo , habebit regressũ ꝯ epm:& hoc ideo quia adhuc reseruatũ est episcopo ius examinandi 2 illum.argu. s̃.de æta.& qual.accepimus,& in subsidium ne ille ordinatur in opprobrium clericorum mendicet,s̃. de renunc. ad supplicationem. 93. dist. diaconi.

1 Facit qđ no.Bar. in l. mediterraneæ. C. đ anno.& triti.

2 Examinatus.n.examinatur in his præcipue in quib. vertitur, periculum animæ. de probat. causam. Io. And.

† Ca. 2. eod. tit.in 4.compilatione.

ciendi fuerint,a suo prius examinentur archidiacono,[a] & ꝑ ipsũ postmodum epõ præsententur.

¶ Subsequenter postea q̃siuisti, vtrum decani rurales,q pro tẽpore statuũtur , ad mandatum tuum solũ vel archidiaconi, vel ẽt vtriusq. institui debeãt vel destitui, si fuerit amouendi. Ad hoc br̃ respõdemus, ꝙ cum ab omnibus quod omnes tangit,[b] approbari debeat,&cum cõmune eorum decanus officium exerceat ,communiter [c] est eligendus, vel etiam amouendus.

¶ Idem.

¶ *Archidiaconus non dat cõmendatitias ad ordines.*

C A P. VIII.

Significasti : † & infra. ¶ Interdicas archidiacono tuo, ne sine cõscientia tua & auctoritate [d] litteras[e] suas ꝓmouendis cõcedat:Et eis ẽt districte ꝓhibeas,ne ad ordines audeant conuolare.

¶ Qui si contra prohibitionem tuam venire præsumpserint , executionẽ † eis ordinũ suceptorum totaliter interdicas.

† In magis vetustis ita : executionẽ eis ordinum taliter susceptorum interdicas.

¶ Idem.

¶ *Archidiaconus examinat & præsentat ordinandos,& ponit prælatos in sede.*

C A P. IX.

Vt† nostrum:[f] & infr. ¶ Nec fuit sufficiẽter ꝓbatũ, ꝙ cancellarius ex officio suo exerceat spiritualia memorata : cum ea potius de iure cõi[g] ad archidiaconi spectent officiũ,repsẽtare† videlicet ordinando epõ , & illos examinare , [h] ponere abbates,& abbatissas ĩ sede.

† Cap.3.eo tit.in 4.compilatione.

† In vetustioribus p̃sentare.

¶ Hono.iij.abbati Arimineñ.Trecẽ.diœcesis , & archidiac. & decano Sancti Steph.Treceñ.

¶ *Archidiaconi in monasterijs iurisdictionẽ nõ habent,nisi quantum tribuit eis generalis vel specialis consuetudo .*

C A P. X.

Dilecto filio : & infra. ¶ Ad petitionem archidiaconi Senoñ. conquerentis, quod abbas & conuentus mona-

b ¶ Tangit.C.de aucto.prestan.l.vlt.& ff.de aqua plu.arcẽ. in cõcedendo. & ff. de adop.nam ita diuus.& s̃.de tem.ordi.& archiepiscopus vbi de hoc.

c ¶ Cõmuniter.]secundum cõsuetudinem loci.

Significasti.] Sunt tria dicta,quæ patent Io.And. C A S V S. Archid.sine conscientia epi sui & auctoritate litteras suas promouendis non concedat , & ordinandi per litteras archidiaconi promoueri nõ debent.quod si fecerint, eps interdicat eis executionem ordinum taliter susceptorum.Not.ꝙ archid.nõ potest dare litteras commendatitias promouendis.

d ¶ Auctoritate.] hoc ideo dicit,quia sine auctoritate & conscientia sui epi nullus debet promoueri ad ordines,& alius eps talem ordinare non debet, qđ si factũ fuerit , talis ordinatio rata nõ est quo ad suũ epm, qui eis interdicit executionẽ , 9.q. .c.1.& c.seq. & ĩ.de pœ.no.nul is & interdicenda est talib.executio ordinis sic suscepti.s̃.de temp.ord.ꝙ trãslationem.episcopus tamen potest cum talibus dispensare , & recipere eos in illis ordinib.9.q.2.Lugdunensis.

[Glo.seq.signat contrarium , & sol.reliquum recitetur per q.an absente episcopo,&c.]

e ¶ Litteras.] & ita patet ꝙ archid.non potest dare litteras cõmendatitias ad ordines suscipiẽdos , sed solus eps 71.di.extraneo. & de cons.dist 5.nõ oportet. & 68. dist. quamuis.arg.tñ contra ꝙ hoc posuit s̃.c. proxi.ver.in quadã; ad fin. non contradicit : quia licet illos examinet,& præsentet illos suo epõ,nõ tñ põt illos alij epõ pręsentare.hoc intellige cum episcopus est præsens . Si vero episcopus absens esset extra parochiam suã,& necessitas vel vtilitas ordinandorum immineret,tũc posset illos pręsentare alijs episcopis ꝑ quos ordinentur:quia absente epõ supplet vices illi⁹ arg.s̃. eo. c.j.& c.ad hęc.sic & archipresbyter.ĩ.eo. c.1.vel vacante.eccl. ĩ.de maio.& obe.cũ olim.& hoc.intelligo , si archidiaconus habet hoc de consuetudine,alias non, nisi haberet spãle mãdatum ab episco. 3.

Vt nostrũ.] C A S V S. De iure cõi ad archidiaconũ ptinet repręsentare ordinãdos episcopo, & illos examinare, ponere abbates ; & abbatissas in sede. No.ꝙ đ iure cõi præsentatio ordinandorum , & eorum examinatio & abbatum & abbatissarum installatio,pertinet ad archid.

3 Infero c specialẽ mandatum ꝑ derogare suetudini diuturna. l.cum de suetudine ff.de legil

f ¶ Vt nostrum.]hæc est pars illius ĩ.vt ecclesiast. beneficia.vt nostrum. & ĩ.de appel.vt nostrum.

g ¶ De iure communi.]ex eo quod hic dr̃, & s̃.eod.ad hæc collige quæ pertineant ad archid.de iure communi,de hoc dictum est,s̃.eo.cum satis.& c.sequen.

[.Glo.seq.signat contrarium, & remittit.]

h ¶ Examinare. vt s̃.eo.ad hæc.in fi.arg. cõtra.24.dist.in.quando.sed solutum est in c.ad hæc.

Dilecto filio.] In prima generalis causę commissio. In secunda.ibi: Coram. actoris petitio. In tertia ibi, Ideoq;.Secunda determinata commissio. Io. And. C A S V S. Archid.Senoñ.ꝯquerebat,ꝙ abbas,& ꝯuentus monasterij sanct. Petri Senoñ.denegabat sibi exhibere annuã ꝓcurationẽ,& alia q̃dã rõne sui archidiaconatus ad ipsum spectantia, causa ad ipsius archidiaconi petitionem cõmissa fuit abbati S.Crispini, & quibusdam alijs , coram quibus petijt idẽ archidiaconus, vt ab-

Vt abbas & monachi sibi obed rēt in ijs q̄ pertinēt ad iurisdictionem, correctionē, & visitatione, spectantes ad ius archid. cum monasterium ipsum sit situm intra terminos sui archidiaconatus, uidelicet ut corā se rñdeāt cōquerētibus de ipsis, & citati uenirēt ad præsentiā suā: & eius mandata honesta audituri, salua regula sua, & abbatis sui disciplina. petijt insuper ne de cetero facerēt aliquos de Senoñ. balliuia eo p̄termisso corā officiali archiepiscopi Senoñ. conuenirı dicens q̄ primo conueniri debent sub ipso, q̄ corā officiali archiepī exceptis specialibus causis ipsius archiepī, & hominum, & familiæ suæ: lite vero sup p̄dictis cōtestata, iudices de consensu vtriusque partis remiserunt causam ad sedem Aposto. Sed quia Papa nesciebat consuetudinem, qua vtitur archid. Senoñ. in alijs abbatijs. Senoñ. ordinis p̄fati monasterij, nō potuit p̄ferre sniam: vnde commisit cām iudicibus præsentibus, mandans eisdem quatenus super his veritatem inquirant p̄ canonicos Senoñ. qui de huiusmo[di] cōsuetudine debent habere notitiam pleniorē, & nisi cōstiterit eis p̄dictum archid. vel eius antecessores de cōsuetudine pacifica sic obtenta, iurisdictionem aliquam in ipso monasterio, uel in huiusmodi abbatijs hactenus habuisse, præfatum monasterium absoluant ab impetitione archidiac. sibi super hoc perpetuum silentium imponendo. Si uero per eosdem canonicos constiterit de præmissis, eandem iurisdictionem adiudicent archidiacono, quā in monasterio uel in alijs abbatijs constiterit habuisse, super alijs silentium imponentes eidem. Nota, quod iurisdictio archidiac. ex consuetudine in multis consistit, ut hic patet. de iure communi consistit in ijs, quæ dicuntur. supra eod. ad hæc. & c. ut nostram. Item ueritas semper est inquirenda per illos de quibus magis uerisimile est, quòd eam debeant scire. Item recurrendum est ad consuetudinem aliarum ecclesiarum. Item consuetudo debet obseruari in una ecclesia, quæ obseruatur in alijs eiusdem ordinis. Bern.

† Est aūt p̄[oc]uratio, necessariorum sumptuū exhibitio, quæ debet̄ p̄latis [ad] diœcesim, seu subditos uisitātibus.

...sterij sancti Petri Senon. procurationē † annuā, & quędā alia rōne sui archi- diaconatus ad ipsū spectātia, exhiberi sibi cōtra iustitiā denegabāt: abbati sācti Crispini, & collegis eius dedimus in mādatis, vt audirēt cām, & fine debito terminarēt. ¶ Coram quib. petijt p̄dictus archidiaconus, vt cū † monasteriū intra metas sui archidiaconatus sit situm,[a] abbas, & monachi sibi obedirēt in his, q̄ pertinēt ad iurisdictioné, correctioné, et visitationé, ad ius (vt dicebat) archidiaconale spectantes, videlicet vt corā se cōquerentib. rñderent; citati ēt venirēt ad eius p̄sentiā, & eius mandata[b] honesta, † & sancta scdm Deū de correctione excessuum, & alijs, q̄ archidiaconi[c] solēt, & possunt rationabiliter iniungere, audituri, & (salua[d] sua regula, & abbatis sui debita obedientia) seruaturi. ¶ Petijt insuper ne de cetero facerent aliquos de Senonensis † balliuia, eo p̄termisso corā officiali Senonensis archiepī cōueniri, asserēs illos prius debere conueniri sub ipso[e] quā coram officiali prædicto, specialib. ipsius archiepiscopi, & hominū ac familiæ suæ causis dumtaxat exceptis,[f] & infra.

† Idem.

† archiepī.

¶ Ideoq; disc. vestræ mandamus, quatenus per maiores ecclesię[g] Senonensis canonicos, qui habere debent de hmōi consuetudine notitiā pleniorem, super his solicite veritatem inquiratis, & nisi vobis constiterit præfatum archidiaconum, vel prædecessores ipsius, de pacifica[h] sic obtenta consuetudine, iurisdictionem aliquam in ipso monasterio, vel in huiusmodi abbatijs[i] hactenus habuisse, prefatum monasterium ab eius impetitione penitus absoluatis, perpetuū

Quid in uisitatione p̄[st]are debeant [p̄]lati, tradit Conciliū Trident. ses. 24. de reformatione. c. 3.

a ¶ Sit situm.] per hoc forte credebat archidiaconus intentionem suam fundatam esse, quasi de iure communi. 16. quęstione septima. omnes basilicę. & 18. quęstione secunda. monasteria. sed hoc est ius episcoporū.

b ¶ Et eius mandata.] ista pertinent ad correctionem: sed ea quæ præcedunt, ad iurisdictionem.

c ¶ Quæ archidiaconi solent.] & ita uidebatur in hoc respicere consuetudinem. inf. de exces. prelato. ad hęc. & sup. de consti. [c]um o [...] quę [...] iurisdictione[m]. argum. inf. de offic. ordi. duo simul. & C. de eman[ci]pa. l. ul[t]. quę in h[is] pręcipue considerantur, ut dixi supra eod. cum satis.

d ¶ Salua sua regula.] correctio enim monachorū, primo loco pertinet ad abbatem. j. de offi. or. quanto. & j. de statu mon. in singulis.

e ¶ Sub ipso.] per hoc multum præiudicabatur archiepō si hoc esset verū, sed forsan cōsuetudo est illius archidiaconi.

f ¶ Exceptis.] litē uero contestata sup præmissis, de cōsensu utriusque partis causam remiserāt[1] iudices ad Apostolicā sedē: quia Papa nesciebat cōsuetudinē qua utitur archi. Senoñ. in abbatijs. Senoñ. diœce. præfati monasterij sniam p̄ferre nō potuit, uñ causam cōmittit sicut sequitur. hoc est in antiqua decret.

1 Per cōsultationē putat Hos. q̄ p̄ appellationem iō, quia cā nō fuit ad eos remissa, sed alijs cōmissa. Io. And.

g ¶ Maiores ecclesiæ Senoñ. canonicos.] no. ergo q̄ testes illi requirendi sunt ad testimoniū. de quibus magis est uerisim[ile] q̄ ueritatē sciant, & illi sunt pot[i]us preferēdi. sic 35. q. 6. p[r]esbyteros. & j. qui ma. ac. pos. ur. & ab antiquioribus, ut ibi dr̄, ad quorū dict[a] recurrendū est in antiqs factis. ff. de le. 3. si chorus. §. 1. & . 20. dis. de q̄bus. ab illis enim requirenda est ueritas quibus lex ueritatis potius assistit. 4. q. 3. si testes[2] sic ergo canonici præferentur hic, quia melius ueritatem scire debent, qui forte cum ipso archidiacono prædictis q̄nq; interfuerunt. Sic & illa quæ in capitulo fiunt, per canonicos melius probantur. j. de testi. veniens. & q̄ domi gerunt̄, facilius probātur per domesticos quā per alios. C. de rep. consensu. §. serui. & C. de quæstionibus interrogari.

Testes antiquiores sūt ceteris præferendi.

2 Concord. tex. ī l. p̄sbyteri. C. d̄ episcop. & cler. & ibi Bald.

h ¶ Pacifica.] no. q̄ consuetudo siue possessio dēt esse pacifica, nō violenta, ad hoc ut præscripto locū habeat, & sine interruptione. j. de præscr. sanctorum. & ca. illud. & 16. q. 4. volumus. & C. de præscr. 30. vel 40. ann. si quis. & l. vlt. & ita patet q̄ iurisdictio siue officium archidiaconorum, potius colligitur ex consuetudine, quā ex iure cōi. quia huiusmodi visitatio & correctio potius ex cōsuetudine habentur. arg. s̄. de elect. dudum. 2. Dic ergo super hoc vt dixi s̄. eo. cum satis.

i ¶ Abbatijs.] argu. q̄ ad consuetudinem aliarum ecclesiarum, siue iurisdictionem recurrendū est. si dubitetur quid aliqua ecclesia facere debeat. j. de cēsi: ecclesiis, & c. sopitæ, & c. super. eo. & 100. d. contra morem[3] nisi diuersa esset consuetudo vniuscuiusque ecclesiæ.

3 Concord. gl. ī l. cūctos populos. C. de sum. tri. & si. cath.

clesiæ.arg.ĩ.de consue.cum olim. & ita si archidiaconus probaret consuetudinem huiusmodi in alijs monasterijs sui archidiaconatus, obtineret in isto: quia non debent diuerso iure censeri. 12.q.1. cognouimus & ĩ.de deci.cum in tua.

super hoc ipsi archidiacono silẽtium imponentes. ¶Si vero de præmissis constiterit per eosdem, eandẽ iurisdictionẽ dũtaxat adiudicantes eidẽ, in monasterio supradicto, quã ipsum vel predecessores suos in monasterio ipso, vel in eisdem abbatijs habuisse cõstiterit, super alijs perpetuũ ei silentiũ imponatis.

TITVLVS XXIIII.

De officio archipresbyteri.

¶ Ex concilio Toletano.

¶ *Archipresbyter ciuitatis subest archidiacono, & principaliter præest presbyteris, & presbyteralibus officijs.*

CAP. I.

VT† archipresbyter [a] sciat se subesse [b] archidiacono, & eius præceptis sicut sui episcopi obedire: & quod specialiter ad eius pertinet ministerium † super omnes presbyteros ĩ ordine presbyterali† positos curã agere aĩarum: † & assidue in ecclesia stare: & in episcopi sui absentia ad vicẽ ei[9] missarum solemnia celebret, & collectam [c] dicat, aut cui ipse iniunxerit. [d]

¶ Leo Papa.

Ad idem.

CAP. II.

MInisteriũ† archipresbyteri in eo constituitur, vt diligẽti cura prouideat ministerium sacerdotum cardinalium, [e] qui solemne debent agere officium in cõmunicatione corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi, à sacrosancto die Dñico [f] incipiendo, per omnes horas canonicas indeclinabiliter [g] pseuerent: vt opus Dei digne & sancte perficiatur ab eo, cui cõmittit: & infra. ¶ Prouideat etiã archipresbyter vitã sacerdotum cardinalium, †præceptis sui obtemperando episcopi, ne aliquando cedãt, [h] aut scurrilitate [i] torpeant, & infra. ¶ Si episcopus defuerit (exceptis his q̃ prohibita [k] sunt) archipresbyter prouideat cuncta, quę in sacerdotum ministerio pfici debeãt, fontes benedicere, infirmum oleo perungere, pęnitẽtẽ infirmũ (consulto epo [l]) reconciliare, pęnitentiam cũctis [m] alijs sacerdotib. iniungere. ¶In præcipuis festiuitatibus: aut ipse celebrationem missæ solemniter impleat, aut ad sui iussionem [n] cui committitur, peragat veneranter.

DE OFFICIO archipresbyteri.

¶Quia post archidiaconum archipresbyter facit gradu: ideo, &c.

De materia ista habetur 25. dist. perlectis. versic. archipresbyter.

VT archipresbyter] Hę prima tria capit. non summantur nec diuiduntur propter multiplicitatem dictorum. Io. And.

CASVS. Dicitur hic q̃ archipresbyter debet subesse archidiacono, & ei sicut episcopo, obedire, & aliorum presbyterorum curam agere & in absentia episcopi missam cantare, aut ille cui ipse iniunxerit. Not. q̃ archipresbyter subest archi. Itẽ curam aliorum presbyterorum agere debet. Item vice episcopi missam celebrat. Ber.

a ¶ Vt archipresbyter.] suppl. statuimus.

] Glos. seq. signat contrarium, & soluit.

b ¶ Subesse.] sic videtur, q̃ qui maior est in ordine, subsit minori. vnde cõtra. ĩ.de ma. & obe. statuimus. & c.1. Sed dicas q̃ archidiaconus præest archipresbytero quo ad dignitatem, non quo ad ordinẽ. 2.q.7. puto. & c. quæritur. C. de offic. vic. l.1. & sic non contradicunt. 33.q.5. est ordo naturalis, sic & in angelis, & in potestate, & in ordine differt alter ab altero 89. dist. ad hoc.

c ¶ Collectam.] idest missam matutinalem, seu ferialem, simile 60. dist. quoniam videmus.

d ¶ Iniunxerit, sic 25. dist. perlectis. ad fi. vnde sumptum fuit hoc cap. de verbo ad verbum.

MInisterium.] CASVS. Dicitur hic, quòd archipresbyter debet habere curã, & solicitudinem de omnibus sacerdotibus, vt episcopi sui mãdatis obediant. In absentia autem episcopi debet omnia officia episcopi supplere, exceptis ijs, quæ ei sunt prohibitæ. Nota ministros ecclesiæ sibi ad inuicem suffragari debere.

e ¶ Cardinalium.] id est, principalium. simile 7. quæstio. 1. pastoralis, & dicuntur cardinales à cardine; quia sicut in cardine regitur ostium, ita per istos debet in ecclesia regi officium, vnde ẽt dicti sunt cardinales: quia per eos regitur vniuersalis ecclesia. simile 24. distin. psbyter. & 71. distin. fraternitatẽ. ibi exponit cardinalis, id est proprius & 21. quæst. 1. relatio.

f ¶ A sacrosancto die Dominico.] id est, a vespere sabbati, quoniam tunc incipit secundũ canonicam computationem: [1] siue quo ad officium. inf. de fe. quoniam. & 75. distinctio. quod a patribus.

ADDITIO. Et sic tunc debent septimanas incipere: quod quidam nõ obseruant. Io. And.

g ¶ Indeclinabiliter.] id est, horis statutis, & iusto ĩpedimento cessante. infra de celebra. miss. presbyter. & ferens illam sententiam. Maledictus qui negligẽter facit opera Dei.

h ¶ Cedant.] id est, cessent quando officium suum facere debent.

i ¶ Scurrilitate.] id est rusticitate viuendi, sicut scurra facit.

K ¶ Prohibita.] de quibus habes 68. distinct. quamuis, sed ad ea facienda debẽt vicinos episcopos ĩuitare cum cautela & studio. 7. quęst. 1. 1. pontifices.

l ¶ Consulto episcopo, recõciliare.] ergo eo inconsulto non debet, nisi eo absente maxima necessitas cogat. 26.q.6 c. vlti. & loquitur de solẽni pęnitente, qui publicũ crimẽ cõmisit, q̃d vniuersam commouet vrbem, vt ibi dicitur. in quo etiam casu quilibet sacerdos posset eum reconciliare argu. 17. q.4. si quis suadente. & etiam laicus. 2. de consecratio. dist. 4. sanctum est baptisma.

m ¶ Cunctis.] Archipresbyter post episcopum, curã debet habere animarum in ecclesia cathedrali.

n ¶ Iussionem. sic. ĩ. cap. proxi. & 25. distin. perlectis.

† Burchardus lib.3. c. 50. Iuo part. 6. ca.20. & c. 1. eod. tit. in 1. compil.

† Officiũ in manusc.

† Vox presbyterali, deest ĩ antiqs.

† Vox, animarũ, deest in antiqs, & in locis inī[illegible]o c. citatis.

† Cap. 2. e. titu. in 1. cõpil.

& vide concilium Triden. infra citatum.

1 Qualiter accipiat dies vide in l. aut facta. §. tps. & ibi Barto ff. de pęn. & in l. hæc verba. ff. de verbo. sign.

† Sacerdotes cardinales. hoc loco, n[illegible] vrbis tm̃ R[illegible]mæ, sed al[illegible]rũ ẽt ciuit[illegible] tũ primos [illegible]cerdotes, i[illegible]terp̃tamur qbus titul[illegible] hoc est pa[illegible]chiæ cõmi[illegible]tebantur.

2 Sed la[illegible] non põt soluere [illegible] mentali[illegible] vt nota[illegible] de offic. ordi. [illegible] super g[illegible] verbo, [illegible] terquar[illegible] mortis [illegible]culo.

Officium. CASVS. In hoc ca. ponuntur multa, quæ spectant ad officium archipresbyteri, quæ expresse patent in littera. No. ex hoc c. multa, quę pertinent ad officium archipresbyteri.

a ¶ Benedictiones.] in matutinis quando debent legi lectiones

d ¶ Infirmos.] de consecr. dist. 2. ī tribus. contra, vbi subaudiendum est; nisi ad opus infirmorū, vt hic. de consec. di. 2. presbyter Eucharistiam.

[Glo. sequē. signat contrarium, & soluit.]

c ¶ Sine confessione.] si culpa vel negligentia presbyteri moriatur infirm⁹ sine confessione, reus erit aīæ illius. 26. quæstio. 6 si presbyter, & capit. cognouimus.

[Gloss. seq. arg. signat contrarium, & soluit.]

d ¶ A foris veniūt.] id est extra ciuitatē, tamen qui sint de diœcesi. Et argu ꝙ quilibet de episc. opa tu potest sacramēta recipere in maiori ecclesia: quod uerū est. arg. 50. di. in capite. Argu. contra de pœn. d. 6. placuit. & ī de paro. nulli⁹. nō cōtradicunt. episcopus non debet recipere parochianū alterius episcopi, hic nullum parochianū alterius recipit: quia omnes possunt recurrere ad archipresbyterum maioris ecclesiæ, vt hic dicit Bernard.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. ppi. Cōcil. Trid. sess. 5. de reformatiōe, c. 5. salubriter addit, vt archipresbyteri, & alii curā animarum habentes populo ꝑdicent Dei verbū.

¶Idem.

¶ Declarat quod sit officium archipresbyteri, Ciuitatensis. Ant. de But.

CAP. III.

Officium † archipresbyteri de vrbe constat, quando ibi pręsul defuerit, vice eius officiū inchoare: benedictiones [a] presbyterales in ecclesia dare, missam quando uoluerit, cantare, vel cui de sacerdotib⁹ iusserit. Quādo vero episcop⁹ missam canit, debet præcipere sacerdotibus, ut induant se vestib⁹ sacris, & qualiter ad missam procedant. ¶ Debet enim præcipere custodi ecclesię, vt i sacrario Eucharistia Christi ꝓpter infirmos [b] non desit: debet infirmis prouidere, & prouidendo præcipere sacerdotib., ne forte sine confessione [c] vel confirmatione corporis & sanguinis Dñi nostri Iesu Christi moriantur: confessiones † peccatorum eorū, qui a foris veniunt, [d] recipere cū omnibus sacerdotibus, & exinde per prouisionē Pōtificis magnā debet illis adhibere curā. ¶ Ad Christianos quoq; faciēdos, & baptizandos infantes; & ad succurendum, omnia a sacerdotibus per iussionem † illius fiant.

† prouisionem.

¶ Idem † ex synodo Rauennæ habita.

¶ Archipresbyter ruralis, presbyterorum & laicorū plebaniæ suæ curam gerit: contra decretum tamen epi nihil ordinare potest.

† Hic forte Ioannes nonus siue decimus intelligendus. is enim Synodum Rauennæ celebrauit. Leo. n. antiquior fuit.

CAP. IIII.

Vt † singulæ [e] plebes archipresbyterum habeant, propter assiduam ergo populum Dei curā, qui non solū imperiti vulgi solicitudinem gerant, verum etiam presbyterorum, qui per minores titulos [f] habitant, vitā iugi circumspectione custodiāt: & qua vnusquisque industria diuinum opus exerceat, † epo suo renūciet. [g] ¶ Nec contendat † eps nō egere plebem † archipresbytero, quasi ipse eam † gubernare valeat: [h] qa & si valde idoneus sit, decet tñ vt sua onera [i] partiatur: & sicut ipse matrici ecclesiæ † præest: ita archipresbyteri [k] pręsint † plebibus, vt ī nullo titubet ecclesiastica solicitudo: cuncta tamē referāt [l] ad episcopū, nec aliquid cōtra eius decretū † ordinare ꝑsumant.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. compil.

† &

† obtendat.

† plebes.

† eas.

† In multis manuscrip. deest vox. ecclesiæ.

† præsunt.

† doctrinā.

† In nonnullis manuscriptis ita: confessiones vero peccatorum, qui a foris uenerint.

e ¶ Vt singulę.] CASVS. Hoc cap. loquitur de ruralibus archipresbyteris, & diuiditur in duas partes. Primo dicitur quod singulæ plebes habeant singulos archipresbyteros, qui non solum laicos corrigant, sed etiam capellanos sub ipsis constitutos. Secundo dicitur ꝙ non putet episcopus non egere plebem archipresbytero, quasi ipse solus sit ad omnia sufficiens: quia & si valde idoneus sit, debet tamē vt sua onera partiatur: & sicut matrici ecclesiæ præest episcopus, ita plebibus archipresbyter: vt ecclesia in nullo titubans uideatur: cuncta tamen episcopo referre debet, & nil contra eius præceptum ordinare præsumat. Nota ꝙ solus episcopus est ordinarius in sua diœce. Item onera & officia ecclesiastica sunt partienda.

e ¶ Vt singulæ.] Hoc capitulum loquitur de archipresbytero rurali, præcedens de archipresbytero Ciuitatensi. Alan.

[Glossa sequens ponit. 5. modos quibus dicitur titulus, & remittit.

f ¶ Titulos.] Titulus appellatur ecclesia. 70. dist. cap. 2. & 80. dist. episcopi. & hic etiam dicitur titulus canon. 50. d. si quis diaconus. Itē dicitur titulus, tractatus. ff. de postul. l. 1. argum. 26. quæstion. 5. nec mirum. verbo fin. versic. his duob⁹ titulis. Item. dicitur actio titulus. C. famil. ercisc. non est ambiguum. Item dicitur titulus dignitas, vnde Ouidius.

Gratulor Oecoliam titulis accedere nostris.

De hoc dictū est s. de elect. dudum. 2

[Glos. seq. arg. & alleg. 3. iura in contrarium.]

g ¶ Renunciet.] arg. ꝙ solus episcopus sit iudex ordinarius in sua diœcesi. 11. q. 1. de persona. 80. di. non debere. arg. contra. 10. q. 3. ca. 1. & ca. nullus & 2. q. 1. nemo. 1. responso.

h ¶ Valeat.] quia ipse sufficere omnib⁹ non potest: & ideo per alios hoc facere debet. argūm. contra ī. de offic. ordin. inter cetera. nec ipsemet eam sibi assumere debet: quia & prætor se tutorem dare non potest. ff. de tutor. & curato. prætor. sic prælatus a seipso prælaturam accipere non potest. ī de inst. in cap. vlt. & ī. de iure patron. per tuas. & inf. de bap. & ei⁹ effectu de bitum. quia differētia debet esse inter dantem & accipientem, ut ibi dicitur.

i ¶ Sua onera.] debet enim sua onera partiri cum alijs. inf. de præsumpt. manda. ubi de hoc.

k ¶ Ita archipresbyteri.] istud ita, non notat omnimodam similitudinem: quia aliter præest episcopus quam archipresbyteri præsint.

l ¶ Referant.] Præter minora, quæ ipsi archipresbyteri determinare possunt, 1 cum habeant ordinariam iurisdictionem. inf. de offic. ord. cum ab ecclesiarum. & inf. de consang. & affin. ex litteris.

1 al. ista littera esset sibi ꝯria ſm Hostiē. Vñ dicebat Inno. ꝙ terminabit minora ſm ordinationes epōrum. Ioan. Andr.

DE OFFICII PRIMICERII.

¶ Visum est de officio archipresbyteri. Sed quia in choro primicerius est primus absente archipresbytero: ideo ponit de eo. Ant. de But.

Et accipit. hic primicerius pro cantore. de offi. primicerij, sacristæ, & custodis, & quid ad quodlibet spectet vel [illegible] or- [illegible] 21. dist. [illegible] per lectis [illegible] per to- [illegible] de [illegible] quod [illegible] [illegible] & [illegible] sequen. & supra in proxi. rub.

[illegible] primicerius.] [illegible] hoc capitulo dicitur quod primicerius subest archidiacono: pertinet tamen ad eius curam præesse diaconis, & alijs minoribus. & [illegible] lectoribus lectiones, & [illegible] [illegible] ita quod omnes [illegible] debet & castigare. Not. ex hoc cap. multa. quæ pertinent ad officium primicerij.

† item.

† Cap. unico. eod. tit. in 1. compil. Iuo [illegible] c. Gratianus [illegible] [illegible] [illegible] i. b. 7. ca. 14.

a ¶ Vt primicerius.] supple, statuimus.

[Glossa sequens signat contrarium, & tripliciter soluit.

b ¶ Diaconis.] sup. de offic. archid. officium. contra. capitu. ista loquuntur secundum diuersas consuetudines diuersarum ecclesiarum; vel primicerius hoc facit ad mandatum archidiaconi, vel tanquam vicarius eius. & ita prælatus, qui subest episcopo, potest alij demandare vices suas, & merito: quia ordinarij iudices sunt. Lau.

† In omnib. manuscriptis ita: donet lectiones ad nocturna officia.

† instituantur.

c ¶ Vt ipse.] s. archidiaconus: vel ipse, s. primicerius, quod est melius.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

d ¶ Donec lectiones.] sed hoc videtur pertinere ad officium archidiaconi. supr. de offic. archid. officium. diuersa consuetudo diuersarum ecclesiarum impedit contradictionem, quæ circa huiusmod. officia consideratur potius. Ber.

TITVLVS XXV.

De officio primicerij.

¶ Idem † ex libro Romani ordinis.

¶ Ponit ea quæ spectant ad officium primicerij. Anton. de Butr.

CAP. I.

VT † primicerius [a] sciat se esse sub archidiacono sicut & archipresbyter, & ad eius curam specialiter pertinere, vt præsit in docendo diaconis, [b] vel reliquis gradibus ecclesiasticis in ordine positis, vt ipse [c] disciplinæ & custodiæ insistat, sicut pro animabus eorum coram Deo rationem est redditurus, & vt ipse diaconis donet [d] † lectiones, quæ ad nocturna officia clericorum pertinent, & de singulis studium habeat, vt in quacunque re capacem sensum habuerit, absque vlla vacet negligentia, aut a quo ipse iusserit, instituantur. †

TITVLVS XXVI.

De officio sacristæ.

¶ Ex concilio Toletano.

DE OFFICIO SACRISTAE.

† Viso de officio primicerij, videndum est de officio sacristæ, id est, thesaurarij.

De hac materia habetur 25. dist. perlectis, in fi. Ant. de But.

VT sciat.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo quod sacrista subest archidiacono, & custodia vasorum, & vestimentorum spectat ad ipsum, & cura totius thesauri, & luminaria, & incensum. Nota ex hoc capitulo multo, quæ pertinent ad officium Sacristæ.

CAP. I.

VT † sciat [e] se sacrista subiectum archidiacono, & ad eius curam pertinere custodiam sacrorum vasorum, [f] vestimentorum ecclesiasticorum, seu totius thesauri ecclesiastici, nec non quæ ad luminaria [g] pertinent, siue in cera, [h] (siue † in oleo.)

e ¶ Vt sciat.] supple, statuimus.

[Gloss. sequens. soluit contrarium.]

† Cap. 1. eo. tit. 1. compilatio. Iuo. p. 6. c. 20.

f ¶ Vasorum.] secundo post archidiacono. & sic non est contra supra de officio archidiaco. ca. quę.

g ¶ Luminaria.] lampadum, vt differat ab eo quod sequitur.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

h ¶ Sine in cera.] quia in his illuminatur ecclesia: & secundum hoc etiam videtur pertinere ad officium custodis, infra titulo proxi. & capitulo proxim. sed hoc referas ad diuersam consuetudinem, vt sæpius dictum est. Bernard.

† In nõnullis desunt hæc verba: siue in oleo.

TITVLVS XXVII.

De officio custodis.

¶ Ex lib. Romani ordinis.

¶ Ponit quæ spectant ad officium custodis h. d.

DE OFFICIO custodis.

¶ Quia custos est quasi minister sacristæ: ideo subsequenter ponit de eo. Ar. de But.

CAP. I.

CVstos† ecclesiæ, cui ea quæ ecclesiæ competunt, custodienda committunt, oportet, vt sui archidiaconi iussioni in cunctis obediat, in canonicis horis signa tintinabulorum [i] pulsanda, ipso archidiacono iubente, ab eo pulsent, pallia vel linteamina alteris, seu cuncta vtensilia [k] ecclesię in-

CVstos.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod custos ecclesiæ debet obedire archidiacono, & ad eius mandatum canonicas horas pulsare, & ornamenta altaris, & cuncta vtensilia ecclesiæ custodire: & circa lampades, & laternas in accendendo, & extinguendo peruigil esse debet, ne nimis ardendo oleum deperdat, nec minus incendendo obscurior fiat ecclesia. Si autem custos circa hoc negligens fuerit, per archidiaconum corrigi debet. Nota quod discretio est mater omnium virtutum. Item ineptus minister ab ecclesia eijci debet.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. compil.

i ¶ Tintinabulorum.] sup. de elect. in causis. & infra. cap. proxi. & 1. dist. [illegible] us militare.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.

K ¶ Vtensilia.] sup. de offic. archid. ca quæ. contra. sol. supple, sub archidiacono, & sacrista, vel diuersa est consuetudo.

[Glossa sequens arguit, allegat. 6. iura, ponens tres versus.]

a ¶ Mo-

a ¶ Modum.] sic.24.q.1.manet.argu. φ ita exceditur modus in eo qđ est amplius, sicut in eo quod est minus 51.dist.q in aliquo. 45. dist.disciplina.41.dist.q sqs & ff.de pen.respiciēdū.C.de cust.reo.si qs.in si.& inf.de vit.& hon.cler.clericus.& sic media uia tenenda est. unde uersus.

Cum medio semper gaudebam ludere forma.

Maior enim mediis gratia rebus inest.

& illud.

Inter utrumque uola, medio tutissimus ibis.

b ¶ Cum discretione.] discretio enim mater est omnium virtutum.j.q.5.præsentium.

c ¶ Minus idoneus.] sic ergo remouetur ab officio suo minus idoneus: sic magister minus idoneus remouetur: qui primum moribus, deinde scientia, & facūdia alios præcellere debet. C. de profes. & med.l.2.lib.10.& iudex & prælatus remouētur propter negligentiam. sup. de off.archid. ea quæ.

d ¶ Emendet.] arg. φ per denūciationē offensa proxima uenia meretur.35. di. eps.C.de episc. aud. nemo: & sic quodlibet peccatum nō inducit depositionem. 5.q.4.in loco.

e ¶ Denunciando.] arg.φ per denunciationē aliquis remouēdus sit.arg.2.q.7. quapp j.de iureiur. querelā.j.de fideiuss. peruenit. 1 sed non loquunt in denūciatione.& arg. ad hoc 24.q.3.ecce.uersf.un decunque.

† In codice Barbatię ita: vt ne contra modū lucendo oleum ecclesiæ depereat. in alio ita:ne ut supra modum lucendo oleum. &c.

† In vno ita: cum discretione in ecclesia agant.

† Capit. 2. eod.tit.in 1. compil.

a Concord. authen. ad hæc. & ibi Barto. C. de vsu. & in l. tinus. ff. de cust. reo.

desinenter custodiat: lāpades & laternas in accendēdo, seu extinguendo per uigil existat: ne† aut supra modū a lucendo oleū depereat, aut minus lucendo obscurior sit ecclesia, sed omnia cum discretione b† agantur, quæ noscitur omnium virtutum esse mater: ¶ Si uero is minus idone c ad hoc peragendum extiterit ab archidiacono coerceatur, vt se emendet. d Si autem indomitus permanserit archidiaconus episcopo denunciando e prouideat, ut indecente eiecto, aptus domui Dei constituatur minister, ut omnia in laudem Dei fiant.

¶ Ex concilio Toletano.

¶ *Ad Idem.*

CAP. II.

Custos † solicitus dēt esse de oī ornamento ecclesiæ, & luminarijs siue incenso, nec non panem & uinum omni tempore præparatum ad missam habere debet: & per singulas horas canonicas signum ex consensu archidiaconi sonare, & oēs oblationes seu eleemosynas seu deci-

Custos.] CASVS. Primo dr φ custos dēt esse solicitus de ornamentis ecclię, luminarijs & incenso, & de pane & uino ad sacrificium: & de pulsatione campanarū, & de eleemosynis, & decimis & oblationibus colligēdis, & cum consensu archidiaconi diuidendis. Secundo dicitur, φ in his tribus consistit sancta mater ecclesia, archidiacono, archipresbytero, & custode: idcirco debēt esse boni, & cōcordes. No. ex hac decre. multa quæ pertinent ad officium custodis. Item nota φ ecclesia consistit in tribus columnis, s. archidiacono archipresbytero, & custode.

f ¶ Absente epo.] arg. φ res canonicorum per episcopum dispensari debent. 12.q.2. Vulteranæ. & per ipsum debet constitui œconomus. C. de episcopi. & cle. omnes. §. hoc nihilominus. & 9.q.3. cum simus.

g ¶ His tribus.] qui enumerantur inferius, archidiaconus, archipresbyter, & custos.

[Glossa sequens not. alleg. 6. iura. ad contrarium allegat.7.& soluit.]

h ¶ Sanctiores.] & ita videtur φ semper melior & iustior sit eligendus. 2 8.q.1. licet.& c. ii ergo.63. dist. metropolitano.& 25.di.c.unum orarium.§. nunc autem. 1.q.1.uilissimus. in auth. de monachis.§. ordinatione. coll.1. arg. 16. q. 7. monasterium. & j. de electio.cū nobis olim.& j.de renun. nisi cū pri dem.§.p. de sit. & j. de pb. c.pen.61.dist in Catinensis.& 85.di. Florentinum.arg.ff. de leg.2.cū pater.§.rogo. Sol. melior, iustior, & sanctior debet eligi: tū si alius eligatur, licet nō sit melior, sufficit φ sit sufficiens: quia conuentens scientia sufficit in prælato.j. de renun. nisi cum pridem §. pro defectu. & j. de ele. cum nobis olim.

i ¶ Neque zelus.] i. odium: quia est bonus zelus, & malus zelus, de malo hic intelligit: sicut est bonus dolus, & malus dolus. ff. de dolo. l. 1.§.non fuit.

mas (cum eiusdem tamen consensu absente f epo) inter fratres diuidat. ¶ In his tribus g ecclesiæ colūnis (ut sancta sanxit synodus) cōsistere debet alma mater ecclesia, vt ad hoc opus tales ordinentur, quales meliores, & sanctiores h esse viderint, ut nulla negligentia in sancta Dei ecclesia uideatur. ¶ Hi tres, archidiaconus, archipresbyter, custos, simul iuncti vno animo prouide peragant & perfecte: & non sit inuidia neque zelus i inter illos.

† An dignior sit sēper eligēd9 Couarruuias, in regula, peccatum part. 2 §.7. Fernandus Vasqu9 lib. 1. ca. 28. controuersi. illustrium.

TITVLVS XXVIII.

De Officio vicarij.

¶ Alexand. iij. epo Noruicēn. & G. archid.

¶ *Vicarius si beneficium curatū postea sit adeptus, vicaria priuabitur.*

CAP. I.

Ad † audientiā nostram puenit, qđ G. psbyter monachos de Raneteia petendo uicariam ecclesiæ de Burnel, à qua uiginti annis retro-

DE OFFICIO Vicarij.

¶ Viso de ijs qui seruiunt ecclesiæ nomine proprio, videndū est de ijs qui seruiūt nomine alieno: ideo &c. Et communiter in isto titu. tractatur de vicario, qui seruit in diuinis: communis ĩc pen. tractetur de vicario iurisdictionis. Et de hoc scunt do in sexto: & de primo. rub. in clem.

De hac materia tractatur. 16. q.7. in noua.93. di.c. si. 94. d stin.c. 1.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. co. & post conci. Lateran. sub Alex. iij. par 30. cap. 5.

Ad audientiam.] Prima narrat factum secunda prouidet: ibi; Quia igitur. Ant. de Butr.

CASVS. Quidam presbyter. Gul. nomine molestabat monachos. de Ramsea, petendo ab eis vicariam ecclesiæ de Burnel, a qua recesserat xx. annis elapsis. & in diuersis ecclesijs personatus postea fuerat adeptus. conquesti sunt monachi domino Papæ. Respond. Papa: non est canonicum, ut qui curam habet animarum in diuersis ecclesijs, uicarius fiat in alienis. Vnde mandat Papa, quatenus si est ita, prædictus presbyter compellatur desistere a petitione vicariæ prædictæ. Nota quod qui recipit curam animarum in alia ecclesia, uicariæ renunciare intelligitur, arg. colligitur hic, quod si nō recepisset curam in alijs ecclesijs, quod adhuc posset petere uicariam, quamuis xx. anni elapsi essent.

a ¶ In diuersis.] quod esse non debuit, cum pluribus seruire non possit; quia dum ad utrumque festinat, neutrū bene peragit. 16.q.1.presbyteros, & C.de asses. nemo. & eo ipso ꝙ pmisit se intitulari in secunda, uel postq̄ translatus est ad eam, perdit ius qđ habuit in uicaria. j. de cōcessio. præben. literas. 21. q. 2. si quis iam trāslatus. & qui beneficiatus est in una ecclesia, non est idoneus ad aliam. j. de preb. super inord. nata. immo non solum vicariam petere nō poterat, sed vtrumq; beneficiū perdere debet, si utrumque retinere cōtēdit, secundū moderna iura. j. de pben. de multa. q enim habet uicariā perpetuā, beneficiatus intelligitur. s. de rescrip. postulasti. & qui curā animarum vel plationum & cō similem recipit, prima ipso iure uacat. j. de præben. de multa. & idem est si qs habet perpetuā uicariā, sicut si haberet ecclesiam intitulatā. inf. eo. cap. ult. & s. de fi. psby. cōstitut⁹.

P Rouideas.] Primo ponit dictū. Secundo ipsius rationem: ibi, Quia. Ant. de B. t.

CASVS. Præcipit Papa, ꝙ nullus habeat plures vicarias: quia vicarij tenētur deseruire ecclesijs & personis ecclesiarū: & ideo alienum est ab ordine iuris, ut aliquis habeat vicariam præter vnam. Not. ꝙ sicut nullus potest habere plures ecclesias, ita nec plures uicarias: utrumque enim contra ius est.

[Glos. seq. obijcit, & soluit.]

b ¶ Plures.] ex eo quod dicit plures, vr ꝙ possit habere unā uicariā, sed hoc nr falsum: quia quilibet in propria persona, & non per uicariū debet in ecclesia deseruire. inf. de cler. nō resi. quia nonnulli. & c. seq. & sup. de elect. cum in cunctis, & melius in iure nouo. inf. de pb. extirpādæ. §. qui uero. Et hoc est uerū, nisi in casibus, qui ponunt in dicta decre. extirpādę. §. qui uero, s. cū parochialis ecclesia sit annexa dignitati, uel pbendæ maioris ecclesiæ ut ibi: alias hodie vicarij constitui nō possunt, & talis uicarius debet esse sacerdos, cum habeat curam animarum. inf. e. c. ult. & debet esse perpetuus, ut in prædicto. §. qui vero. & canonice institutus cum certa portione, per episcopum. inf. c. prox.

A D hæc.] Primo ponit duplex dictum. Secundo excipit, licet improprie: ibi, Nisi.

CASVS. Prælatus ecclesiæ de auctoritate & assensu episcopi instituit uicariū in ecclesia sua, & eidem instituit certā portionem: decessit prælatus iste, alter substitutus est illi: quæritur utrum possit illum uicariū remouere, vel portionē assignatā minuere? Et tñ. quod neutrum facere pōt, nisi aliquid committat, propter quod per iudicem sit in uicariæ uel beneficio condemnandus. No. ꝙ uicarius perpetuus æquiparatur prælato, ut eo uiuente non possit a uicaria expelli, licet titulū non habeat: nisi propter culpam suam, sicut nec prelatus.

Glos. seq. ponit opin. quam reprobat.

ti annis retrocessit, in diuersis[a] postea ecclesijs per sonatum adeptus, fatigare præsumit. ¶ Quia † igitur non est canonicum, ut qui curam animarum in diuersis habet ecclesijs, uicarius in alienis existat: Mādamus quatenus, si est ita, prædictum presbyterum a petitione supradictæ uicariæ, desistere compellatis.

¶ Idem Elien. episcopo.

¶ *Plures vicarias quis habere non potest.*

CAP. II.

P Rouideas † attentius, ne in episcopatu tuo patiaris aliquem vicarias habere plures.[b] ¶ Quia cū vicarij teneantur personis, & ecclesijs deseruire, alienum est ab ordine iuris, vt uicariam quis habeat præter unam.

¶ Idem Vintonieñ. epo.

¶ *Perpetuus vicarius p episcopū institutus, p rectorem remoueri, uel portione sua fraudari non potest.*

CAP. III.

A D † hæc si psona alicuius ecclesię, vicario quē in eadē ecclesia instituit: de assēsu, & auctoritate dięcesani epi,[c] certā assignauerit portionē, is, q psona illa defuncta, in psonatū illius substituitur, nō pōt eundē ab ecclesia remouere,[d] vel assignatam sibi minuere[e] portionē: Nisi aliquid cōmittat, propter quod per iudicē in vicaria sit, vel beneficio condemnandus.

¶ Idem Norvvicensi epo.

¶ *Vicarius non potest substituere vicarium.*

CAP. IIII.

C Lericos † in presbyteratu, vel in alijs inferioribus ordinibus constitutos; in vicarijs ecclesiarum quas adepti sunt, alios sibi substituere non permittas, cum id satis sit absonum & absurdum. prohibemus.

c ¶ Episcopi.] quidā 1 supplent. & patroni si nō sit collegiata ecclesia, qm̄ patroni consensus desideratur ubicunq; p petuū percipiēdi aliquid confert alicui. arg. 16 q. 7. decernimus, & q. 5. si quis eporum. C. de auct. pstan. l. ult. & 63. di. principali. hoc non credo ꝙ cōsensus patroni sit reqrēdus, cū patronus tm̄modo debeat præsentare ua. ante eccl. sia, ut dicunt iura prędicta, sed ecclesia non ītelligitur uacare, in institutione uicarij: & hoc uř hic innui.

[Glo. seq. reci. opponēdo quod solus prælatus, &c. Io.]

d ¶ Remouere.] ergo hēt ius in remouerū est, ꝙ hēt ius uicarię, sed nō dicit habere ecclesiā quoad titulū, solus. n. pręlatus habet eam intitulatā: tñ expelli nō pōt, ac si haberet eā intitulatā sine iusta causa, & tunc p iudicē & nō per prælatum ipsius ecclesiæ, ut hic in fine dicit.

e ¶ Minuere] cum sit perpetuo cōstituta. argu. j. de censi.

Gl. seq. ponit duas lecturas. circa secundam opponit & soluit.

C Lericos.] Sic pone causam.2 Prælati ecclesiarum, in quibus habent curam animarum vel aliam dignitatem, in propria persona deseruire debent ecclesiæ, & non substituere sibi vicarios: quia hoc est contra rationem & iste casus probatur. j. de præben. extirpandæ. § qui vero. & sic ordinabis litteram. Non per mittas clericos. 1. id est platos in psbyteratu. vel alios in inferioribus ordinibus cōstitutos substituere alios in vicarijs ecclesiarum, quas. s. ecclesias adepti sunt tāquam prælati. & ꝙ ita accipiatur hoc nomē, clericos, probatur. appellatione enim clericorum oēs superiores continentur in auth. de sanct. epis. §. presbyterorū. coll. 6. & 11. q. 1. de persona ſm alium causam, qui poni consueuit: expone, clericos, id est vicarios substitutos alios scilicet vicarios in vicarijs, quas adepti sunt, quasi dicat, uicarius non pōt aliū uicarium sibi cōstituere, sed iste casus non est bonus: quia per hoc innuitur, ꝙ licitum sit cōstituere uicariū, qđ non est uerum ut dictum est secundum jus nouum, nisi tu uelis restringere hāc decre. ad casum illius §. qui uero, sed in nullo casu licet uicario alium sibi uicarium substituere. Bernardus. No. ꝙ uicarius non potest uicarium sibi substituere. Abbas.

† Concilium Trid. sess. 5. in decreto de reformatio. ca. 4. & sessi. 24. de reformat. cap. 17.

Cap. 3. e. tit. in 1. compil. & post cōcil. Lateraneñ. par. 39. c. 6.

1 Alanus, s. & Innocentius.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. cōpila. & post cōcil. Laterañ. sub Alex. iij. par. 39. ca. 2.

† Ca. 5. eo. ti in 1. cōpi. & post Concil Lateraneñ. par. 39. c. 3.

2 Hic casus in ant. q. s. libris reperi

10 20 30 40 50 60

SVa nobis.] Ponit dictum, & ipsius rationem: ibi Quoniam, quam fortificat: ibi. Præsertim. Ex quibus infert: ibi, Mandamus. Ant. de Butr.

CASVS. Clerici cuiusdam plebis episcopi Vulterani, iurauerunt sibi eligere prælatum ad voluntatem laicorum, & sic elegerūt sibi prælatū, & electionem suam epō præsentauerunt eps cassauit illā electionē, & excōicauit laicos illos, qui clericos cōpulerant & ipsos etiam clericos pro isto, & alijs excessibus excommunicauit, & impetrauit litteras ad archiepm. Pisanum et suos conindices, vt eos tanq̄ excōicatos, facerct euitari vsque ad debitā satisfactionē: post hoc pars aduersa litteras impetrauit ab episcopo Portuen. vicario domini Papæ, ad episcopum Lucanū et suos coniudices, qui auctoritate illarum laicos, & clericos absoluerunt, excommunicantes episcopum Vulteranum: episcopus Vulteranus significauit hoc totū domino Papæ: prius tamen ex abundanti appellauit, licet sē tentia illa non teneret, super hoc scribit Papa iudicibus dicēs litteras vicarij, per surreptionem obtentas, quia iurisdictio vicarij, quem Romanus Pontif. reliquit in vrbe, non extenditur extra vrbem, nisi ei specialiter sit concessum: præcipue cum ipse moratur in sua prouincia speciali: videlicet inter Capuanam prouinciam, & Pisanam. Vnde mandat quatenus quicquid occasione illarum litterarum factum est denuncietur irritum & inane. Nota quòd litteræ per surreptionem obtentæ, non conferunt iurisdictionem, vt hic patet. Item vicarius uel legatus causas alterius prouinciæ vel iurisdictionis committere non potest.

† Ca. 1. e. tit. in 3. compi.

† Tua nobis.

† Vide l. fin. cum ibi no. C. si à non comp. iud.

† Et de uicariorū iurisdictione de quibus hoc loco, uide quales creari debeant, Conc. Trid. sess. 24. de reforma. cap. 16.

† Innocent.

¶ Inn. iij. abbati sancti Euge. & plebano sancti Petri.

¶ *Vicarius Papæ in vrbe iurisdictionem habet non extra vrbem.*

CAP. V.

SVa † nobis: † & infra. ¶ Nos igitur vicarij litteras æstimantes per surreptionem obtentas: † Quoniam iurisdictio vicarij [a] † quem Romanus Pontifex in vrbe reliquit, non extenditur [b] extra illam, nisi ei specialiter sit concessum, præsertim cum ipse moratur in sua prouincia speciali, videlicet inter Capuanam prouinciam, & Pisanam: Mādamus quatenus quicquid occasione litterarum illarum actum est, in irritum [c] reuocetis.

¶ Hono. † iij. Vigor. epō.

¶ *Compelluntur vicarij ordinarij, ecclesijs deseruire per subtractionem prouentuum & vicariarum.*

CAP. VI.

EX parte tua fuit propositum coram nobis: & infr. ¶ Mandamus quatenus perpetuos vicarios, [d] vt in ecclesijs, in quibus vicarias obtinēt, resideāt, & se in presbyteros (vt eorū † cura exigit) faciāt promoueri per subtractionē [e] prouentuum, vel ipsarum vicariarum compellas.

† earum.

TITVLVS XXIX.

De officio & potestate iudicicis delegati.

¶ Alexand. iij. London. episcopo.

¶ *Delegatus Papæ potestatem habet non solum in partes, sed etiam in alios qui suam iurisdictionem impediunt.*

a ¶ Vicarij.] vicarius omnia potest, quæ pertinent ad iurisdictionem illius, cuius vices gerit, C. de off. eius qui vic. alt. ge. l. 1. 93. dist. c. ult. & 94. dist. ca. 1. quædam tamen sunt, quæ sine speciali mandato attentare non debet. inf. de offi. lega. quod translationem.

Iurisdictio vicarij Papę ad quot miliaria extenditur.

b ¶ Non extenditur.] nisi forte intra centesimum milliare, ad instar præfecti vrbis, ff. de offi. præf. vrb. l. 1. §. in initio, & ff. de off. procon. si in alia. §. vlt.

c ¶ Irritum.] not. quod factum est per surreptionem, non ualet tanquam à non suo iudi. e. 11. q. 1. ca. pen. & C. si à non comp. iu. l. ult. & retractari pōt altera parte absente. inf. de re iudi. cum olim. & præcipue in decretali ista, hæ enim litteræ nullam conferebant iurisdictionem, quia iurisdictio uicarij non extenditur extra urbem, ut hic dicit ergo si concedat litteras extra, est nulla iurisdictio. ff. de iur. om. iu. l. ult. C. qui pro sua iurisdi. l. unica. & ita quicquid factum est hic per litteras vicarij ipso iure non tenuit. De hac materia dictum est supra de rescrip. ad audientiam. 2.

EX parte.] In prima facti decisa narratio. In secunda: ibi, Mandamus, mandatum. Ant. de But.

CASVS. Vicarij perpetui tenentur facere residentiā in ecclesijs, in quib. obtinēt uicarias, & cū habeant curā animarū, debent esse in ordine sacerdotis, quod si facere noluerit, cōpelli debent per subtractionem prouentuum ipsarum uicariarum. No. quod perpetuus uicarius debet esse sacerdos, & in uicaria residere.

d ¶ Perpetuos uicarios.] perpetuus uicarius dicitur, qui canonice a persona ecclesiæ, & auctoritate episcopi est institutus: & certā debet percipere portionem, supra eodem tit. ad hæc, & inf. de præb. extirpandæ. §. qui uero, nec potest quis habere plures vicarias, cū habeat curam animarū tanquā uicarius, & debet residere in loco, ut hic dicit. sicut nec quis potest habere plures ecclesias. inf. de cle. nō resi. quia nonnulli, & ca. seq. & inf. de præben. de multa. In quibus casibus possit quis cōstituere uicarium, dicitur in prædicta de cre. extirpandæ. § qui uero. beneficia enim ecclesiarum propter officia diuina constituta fuerunt 1 12. q. 2. concessio. 16. q. 1. generaliter. & 1. q. 2. c. ult. arg. C. de mil. test. l. pen. & 21. q. 2. c. Cyprianus.

Vicarius perpetuus quis dicatur.

1 Vnde sm Apostolū. 2. ad Thesa. 3. Qui non laborat, non manducet.

e ¶ Per subtractionem.] & sic etiam compelluntur alij clerici, quando necessitas uel utilitas, ut ordinentur ex poscit. sup. de æta. & qua. quæris. nec habet locū distinctio, quæ consueuit notari. 84. dist. in prin. maxime ubi quis recipit beneficium animarum curam habens annexam sibi, indistincte debet promoueri, uel priuari illo officio. sup. de elect. cum in cunctis. & sup. de æta. & quali. c. 1. & 60. dist. per totum.

DE OFFICIO ET POT. IVDICIS delegati.

¶ Visum est sup. de ijs qui gerunt uices alienas in diuinis officijs, & in iurisdictione uoluntaria: restabat uidere de ijs qui gerunt uices alienas in iudicijs, & in iurisdictione contentiosa. Verum quia delegatus Papę est maior quolibet ordinario. inf. eo. tit. sane 2. & de offic. leg. studuisti, ideo ponitur hæc rub. ante rubricas sequētes, secundum Ioan. And.

De cuius materia non habetur ita specifice in decretis, sed in aliquib. c. & præcipue in c. quia sunt. 28. dist. & reperitur in 6. & in cle. Bened. Capra. Habetur etiam 28. dist. quia sunt. 74. dist. quorundam. 94. dist. c. 1. & 2. 55. q. 2. igitur.

Quia

Via quæsitum.] Communis diuisio ponitur in hac decre. Secunda. ibi, Sic tibi. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam impetrant litteras ꝯ aduersarios suos: & cum ipsi eos faciūt ad iudi[illegible] vocari, Potestates & alij potētes minis, & terroribus compellunt cōquerentes silere, & sic mandatū dn̄i Papæ eliditur: quærit quid iudex facere debeat? Rn̄det Papa, ꝙ sicut agentes & consentientes pari pęna puniri debēt: sic eodem modo, tā illi qui trahunt in cām, q̄ principales fautores eorū, si iustitiam impediunt, per censuram ecclesiasticam sunt coercendi. No. ꝙ iurisdictio iudicis extēditur ad omnes illos q iurisdictionē illius impediunt: licet de illis in litteris non fiat mentio.

† Ca.2.eod. ti. in 1.compilat. & post conc. Lateranen. part. 7. q.2.

† qui.

† eliditur.

Rom. 1.

† Eboracen.

CAP. I.

Via † quæsitū est, quid faciendū sit de potestatibus, quæ † cum præcipimus alicui iustitiam exhiberi, minis aut terroribus conquerentes silere compellunt, [a] & sic mandatum nostrum eluditur. † Sic tibi respondemus quod sicut agentes & consentientes pari pęna [b] (scripturæ testimonio) puniuntur, sic tam eos, qui trahuntur, in causam, quam principales eorum fautores, (si eos manifeste cognoueris iustitiam impedire [c]) districtione ecclesiastica poteris coercere.

¶ Idem Bonon. † episcopo.

¶ Cum diuersæ litteræ sub eadem data & forma contraria impetrantur, et præsentantur a diuersis ad eosdem iudices, supersedetur vtrisque donec consulatur Papa.

CAP. II.

Sane † si a nobis super aliqua causa litteræ impetrantur, & aliæ postea (non facta mentione priorum litterarum [d]) litteræ opponuntur, si iudicibus innotuerit, [e] donec Romanum Pontificem consulāt, & suam exinde cognoscāt plenius voluntatem, executioni supersedeant vtrumque: Ne pro varietate litterarum, causarum fines valeant impediri.

¶ Idem epō Londonen.

¶ Delegatus Papæ impeditus, subdelegare potest causam, quæ sine ipso commode terminari potest.

ꝙ ille sit iudex quem impetrator elegerit, sicut si inter duos dubitetur de eodem legato cui potius dari dēat, hęres eligere debet cui soluat. ff. de leg. 2. si qs seruum. §. si inter duos. & si quis intētione ambigua vsus est, quod ei vtilius est, debet accipere. ff. de iud. si quis in tentione. & ff. de iu. solemus. & C. de cō di. indeb. si quis seruum. hoc uidi de facto. Hic satis patet, ꝙ ille quem elegerit actor, erit iudex: qa de illo sensit cū impetrauit litteras. ff. de uerborum oblig. inter stipulātē. Sed si cōi consensu partium partes concordassent, & consensissent, non distinguēdo de quo, quid erit, cum modo dicat actor de uno, & reus de altero, nec potest constare de quo intellexerunt, quia nō cōcordāt? Hic dicere possum, ꝙ ille sit iudex cui primo sūt litteræ præsentatæ. sup. de rescrip. cap. capitulum sanctæ crucis. & inf. de appellatio, ut debitus. sed si esset simul præsentatio facta, tunc qui dignior est. sed si essent ęqualiter digni, sorte dirimatur. ff. de iud. sed cum ambo. & 26. q. 2. sors non est.

c ¶ Sicut est iusta.] hæc uerba cum ponitur in confirmationibus, conditionaliter intelliguntur. infra de confir. uti uel inuti. examinata, & infra de concess. prębend. quia diuersitatem, secus si ponantur in priuilegio: quia priuilegium est lex priuata. 3. distinct. priuilegia. & priuilegium semper debet aliquid ponere. ī. de verbo. signifi. abbate. & infra de priuile. in his. & sic ponuntur in sententijs, quas Papa ex certa scientia confirmat, vt hic.

Super eo.] hæc decretalis habet casum notabilem, & multum allegatur. Communis est diuisio. Secunda: ibi, Hoc tuam. Abb.

CASVS. Quæstio vertitur inter aliquos super pręsentatione rectoris in aliqua ecclesia: committitur cā super hoc alicui sub hæc forma, vt si constiterit ius de quo agitur, ad alterutram partem pertinere, ad præsentationem illius iudex ordinet ecclesiam appellatione remota. primo quæritur, utrum liceat iudici delegato, ignorāte episcopo, archidiacono, vel archipresbytero ad quem pertinet institutio præsentatum sibi clericum in possessionem ecclesiæ mittere: & si aliquis illorum ad quem pertinet institutio appellauerit, vtrum sit eorum appellationi [illegible] ? Papa consultus respondet: quod licet quæstionem committat de præsentatione appellat. re. non tamen est ei [illegible] diœcesano episcopo [illegible] archipresbytero; [illegible] clericus, instituendus præsentari debet illi, ad quem de iure pertinet institutio: & si contra factum fuerit, eorum appellatio valebit, quia appellatio solummodo inhibita est inter quos causa vertitur, & non prædictis. No. ꝙ forma rescripti non est semper seruanda, ut hic patet: sed hoc fit, quia per hoc fieret præiudicium illi, ad quem pertinet institutio, nec nocet illi qui obtinuit. Item licet causa commissa sit inter aliquos, alij tamen quos negotium tangit, admittuntur ad defensionem suam. Item appellat. remota intelligitur illis inter quos committitur. & non alijs. Item res inter alios acta, alijs non nocet.

d ¶ Inter aliquos,] qui se dicunt patronos.

a ¶ Ius.] scilicet præsentationem, ut dixi. s.

[Gl. seq. ponit quæ fuerit dubitatio.

b ¶ Ordinet ecclesiam.] hæc verba ambiguitatē continere videnť: vnde iudex credebat ꝙ ipse instituere posset clericum præsentandum, qđ non est verū; unde sic expone; ordinet; id est pronunciet ordinandā ecclesiam, ad præsentationē illius, qui ꝓbauit ius patronatus ad se pertinere. tñ si eps, archidiaconus, vel archipresbyter consentiret delegato, valeret eius institutio.

c ¶ An liceat.] prima quæstio.

d ¶ An si archipresbyter. secunda qō.

[Glo. seq. argu. & duos cas⁹ exprimit, ex quibus illud procedit.

e ¶ Archidiaconus.] arg. ꝙ archidiacon⁹ vel etiam archipresbyter potest committere curam aīarum, sed hoc est qñ ab epi scopo est eis specialiter concessum. s. de offi. archid. cū satis. vel cū alias hoc obtinēt de cōsuetudine. arg. s. de elec. dudū. 2. & s. de offi. archi. dilecto. & inf. de excess. præla. ad hæc.

[Gl. seq. elicit duo, argumenta.]

f ¶ Intētionis.] arg. priuilegia, rescripta, & alia consimilia ad tm̃ extendi, ea de q̃bus cogitatum est ff. de pact. tres fratres. ff. de transact. cum Aquiliana. & ita intētio mandantis consideranda est. j. de rest. spo. audita. & j. de præben. cum causam. & c. vlt. Item arg. ꝙ iuri nullius intendit Papa derogare. 22. q. 2. primum. j. de offi. ord. licet. & s. de deci. ex multiplici. s. de rescrip. ad aures.

† alteram.

† appellauerunt.

† al. est.

Papa nullius iuri intendit derogare.

tigerit delegari alicui sub hac forma; vt si cōstiterit ius a de quo agitur, ad partem alterutrā † pertinere, ad ꝓsentationem eiusdem de persona idonea ordinet b ecclesiā appellatione remota, an liceat c delegato iudici, inscio diœcesano episcopo, vel archidiacono, vel archipresbytero reclamante, ꝓsentatū sibi clericum in possessionem ecclesiæ mittere: & an si archipresbyter, d vel archidiaconus, e vel eps ad quem institutio pertinet appellauerit, † eorū sit appellationibus deferendum. ¶ Hoc tuā volumus discretionē tenere, quod licet quæstionem, quæ de præsentatione vertitur, appellatione remota, cōmitttamus alicui terminandā: non tamen est nostræ intentionis, f diœcesano episcopo, archidiacono, vel archipresbytero, ꝓiudiciū generare: ideoq; præsentandus est illi, qui instituēdus fuerit: † & tenebit g eorum appellatio, si vi-

C Ausam matrimonij.] In prima parte ponit̄ consultatio in secunda responsio ibi, Discretioni. Abb.

CASVS. Quædam causa matrimonialis uertebatur inter I. mulierem: & B. uirum illius. Illa fuit commissa duobus episcopis, coram quibus mulier petijt restitui sibi uirum suum, qui spoliauerat ipsam: qui cum de spoliatione constitisset eisdem, mandauerunt viro, ut eam restitueret, uir adeo flagellis & cruciatibus ipsam afflixit, ꝙ inuita & coacta confessa fuit parētelam esse inter ipsam & uirum suum: propter quod alter de præd ctis episcopis, tulit sententiam diuortij inter ipsos. Super hoc delata fuit quæstio ad Papam: vnde mandat Papa quibusdam, quod si inuenerint quod dictus B. uxorem suā dimiserit ad iudicium alterius iudicum prædictorum, monitione præmissa compellant eundem, ut ipsam recipiat & maritali affectu pertractet: quia cum causa duobus committitur, sententia unius non tenet. Si uero aliqui apparuerint postquam ab ipso recepta fuerit, qui uelint, & possint ipsorum matrimonium accusare, causam audiant, & fine canonico decidant eandem. Not. quod confessio per metum extorta non præiudicat. Item confessio contra matrimoniū facta non tenet. Item cum plures sunt iudices, altero absente, nec se ex usan te, nec committente uices suas, sententia alterius uel aliorum non ualet. Item restitutio prius fieri debet, quam principalis quæstio agitetur.

† scilicet episcopo, archidiacono uel archipresbytero.

† al. illi.

† Cap. 2 eo. tit. in cōpilation. & post concil. Later. par. 50. c.

† al. ita.

† ronilien. Napicien. al. Forolien.

dētes iuri suo detrahi, duxerint appellandum: quia nō † illis, † sed partibus, h inter quas causa commissa est appellationis remedium est sublatum.

¶ Idem.

¶ Si causa simpliciter est delegata duobus, sententia vnius non tenet.

CAP. XVI.

C Ausam† matrimonij, quæ inter I. mulierē & Blāchacium agitari dignoscitur, Furolienensi, † & Vapicenensi episcopis nos meminimus commisisse: quibus eam uiro restitui mādantibus, uir mulierem cruciatibus, & flagellis adeo affecit, quod in uita & i coacta inter se & virum suū confessa k est parentelā, sicque factū est, quod ad iudiciū l uni⁹ eorum dimisit eādē; & infra. ¶ Discretioni vestrę māda mus, quatenus si iueneritis ꝙ præfatus B. dictam I. ad

g ¶ Tenebit.] & ita debet differri executio sententię, si per eam alicui præiudicium generatur. j. de re iud. cum super controuersia & verum est nisi præsumptio sit in contrarium, quod malitiose appelletur, sicut contingit in restitutione. infra de in integ. restitu. suscitata.

[Glo. seq. notat tria. & de vltimo remittit.]

h ¶ Sed partibus inter quas.] & ita licet appellatio sit remota in litteris, nihilominus possunt appellare oēs quorum interest. 2. q. 6. non solent. Item no. quod omnes possunt se opponere, quos negotium tang, t, licet de illis non fiat mentio, & sunt admittēdi. alias non teneret appellatio interposita per eos. Item arg. ꝙ iurisdictio extenditur ad eos, de quibus non est cogitatum. de hoc dix. sup. eod. quia quæsitum. Item arg. quòd res inter alios acta nòn nocet alijs. infra de re iud. quamuis. vbi de hoc tractatur, & competentius ibi ponitur quam hic.

2 Dicit Hostien. ꝙ hæc sunt bona argumenta ꝙ qs in audiētia curiæ admittat ad ꝓ dicendum. Io. And.

i ¶ Inuita.] & ideo talis confessio præiudicare non debet; 31. q. 2. Lotharius & 15. quæstio. 6. c. 1. & si etiam sponte id confiteretur, propter unius confessionem uel etiam amborum matrimonium separari non debet: quia sæpe ad inuicem colluderent. inf. de eo qui cog. consan. uxo. suæ. super eo. & 35. quæst. 6. §. vlti. sed si ambo confiteantur, & fama publica consentit, tunc possunt separari. trigesima quinta q. 6. si duo. quidam tamen aliter intelligunt illum canonem.

k ¶ Confessa est.] coram uno iudice tantum, cum talis confessio hodie non teneret.

l ¶ Ad iudicium unius.] & male, 2 quia non erat ibi posita illa clausula. ꝙ si omnes, &c.] uel aliter se litteratorie non excusauit.]

[Glo. seq. ponit Brocat. ad primam partem. alle. 9. iura, ad secundam. 4. & soluit.]

2 Hæ glossæ sunt in quibus.

a ¶ So-

a ¶ Solummodo.] arg. quod vbi aliquorũ præsentia desideratur, quod in eorũ absentia agitur, nõ tenet, vt 63. dist. obeuntibus, & sup. de ele. cum in veteri, & C. de test. si vnus, & 66. dist. porro. & 68. dist. chorepi. & ff. de transact. cum hi. §. si prætor. & ff. de re iudi. duo ex tribus. & C. de aduo. fisc. l. vlt. & ff. de iure fisc. si fiscus. Arg. cõtra 63. d. cap. 1. & 2. & C. de postulan. velamẽto & 15. q. 7. felix. Sol. duob. modis desiderat præsentia alicuius quãtũ ad necessitatẽ, & sic vera est prima rubrica, vt hic, & s. de elec. quod sicut, & c. venerabilem. Item quãtum ad honestatem, vel vtilitatem, & talis absentia nõ vitiat quod actũ est, vt in præmis, & 32. q. 2. honorantur.

† Vide l. falsus. §. sed si is. ff. de fur. gloss. & doc. in auth. de fideius. §. 1.

† affectu.

b ¶ Vnius.] quod iuris sit, quãdo iudices ordinarij, vel dlegati vel arbitri ferunt diuersas sñias, dĩ s. de re iud. c. vlt. & ibi dicet de hoc. 1 Si vero sũt duo iudices, & alter sine altero pcedat, nõ tenet sñia, vt hic, siue etiam plures, & aliquo absente pronunciãt. ff. de re. iud. duo ex tribus.

1 Vide l. j. §. si plures, ff. de exerci. & gl. & Bart. in l. vnica. ff. de offi. consul.

[Glo. seq. alleg. cõcord. signat contrarium, & soluit.]

c ¶ Recipiat.] sic s. de testi. spol. ex con questione. arg. s infra de ordi. cogn. intelleximus. Hic & in illa, ex cõquestione, possessorio agitur & ideo cum causa spoliationis sit priuilegiata, illa semp primo est tractanda, & conuentus super spoliatione reconueni re spoliatũ non põt, nisi de alia spoliatione infra de or. cog. super spoliatione. facta vero restitutione postea cognoscatur de proprietate, scilicet de causa matrimonij. Il.a, intelleximus. loquitur de petitor. sed si in continenti iste vel let probare consanguinitatem, maxime in gradu in dispensabili, restitutio differtur secũdum tenorem illius decret. infra de restitut. spoliato. litteras. alias semper facienda est restitutio.

† Cap. 4. tit. qui filij sint legit. in j. cõpil. vbi integrũ factum narrat, adde c. 3. infra de dolo. & contum.

iudicium solummodo [a] alterius pdictorum à se separasset† (quia cum cã duobus cõmittitur, sñia vnius nõ tenet) ipsum vt eandẽ mulierem sicut vxorẽ suã benignè recipiat, [c] & maritali affectione† pertractet, monitione pmissa cogatis. ¶ Si qui tñ apparuerint, qui (postquã ab eo recepta fuerit) matrimonium ipsorum velint, & legitime possint impetere, causam audiatis, & fine canonico terminetis.

¶ Idem Oxoneñ. & Vintoñ. episcopis, & abbati Herfor.

¶ *Delegatus qui est dominus impetrantis recusari potest.*

CAP. XVII.

ij CAusam,† quæ inter F. & R. de natiuitate Agathæ vertitur, vobis fratres epi & London. episcopo commisimus terminandam. ¶ Verum quoniã idem F. præfatum Londoneñ. episcopũ habebat suspectum, pro eo quod dñs [d] est pdicti R. ipsum amouẽ dũ, & te fili abbas loco ipsius † duxim⁹ subrogãdũ.

† illius.

¶ Idem.

¶ *A subdelegato delegati Papæ qui subdelegauit non in totum, non ad Papam, sed ad ipsum delegatum appellari debet.*

CAP. XVIII.

CVm† te consulente, & infra. ¶ Si super causa quæ tibi ex nostra delegatione cõmittitur, à personis [e] ecclesiasticis, vna vel plurib. quib. (vt parcas laborib. partiũ, & expensis) cognitionem ipsius causæ & testium examinationẽ (sñia tibi reseruata) cõmittis, appellatio fuerit ĩterposita, huiusmodi appellationis intuitu, causã ipsam indefinitam relinquere non teneris.

¶ Lucius† iij. Cantuarien. archiepiscopo, & eius suffraganeis.

¶ *Morte delegantis non expirat iurisdictio delegati coram quo lis erat contestata.*

ij CAusam quæ.] Communis diuisio secunda ibi, Verum. Abb. Sic. Pars huius infra de dol. & contuma. causam quæ. & infra qui fil. sint legit. causam quæst. 1. & 2.

CASVS. Inter. F. & R. de Ardenna, quæstio vertebatur super natiuitate Agathæ matris dicti R. causa super hoc commissa fuit episcopis Veroneñ. Mutineñ. & Londoneñ. ad petitionem ipsius R. sed quia dictus Londoñ. episcopus dominus erat dicti R. præfatus F. habebat eum suspectum, vnde Papa ad petitionem ipsius F. amouit ipsum, & loco ipsius subrogauit abbatem Herfordẽsem. Not. cum iudex est dominus impetrantis, potest legitime recusari.

[Glo. seq. ponit [illegible] casus recusandi iudicem.]

d ¶ Dominus. arg. est hic euidens, quod rationabilis est causa suspicionis, si iudex est dñs [illegible] arg. 3. q. 3. accusato[illegible], & 11. q. 3. [illegible] cod. [illegible] & id. [illegible] ser[illegible] impetrã tis [illegible] q. 5. [illegible] suffraganeus [illegible] [illegible] vel auocatus extitit in eadem causa pro ipso. infra de app. postmo, idem videtur si habet consi[illegible] causam [illegible] ter. argu. op[illegible] hoc, infra de [illegible] personas. De causa suspicionis tractabitur infr. eo. suspicionis, & s. de appell. cum speciali.

† Ca. 1. e. tit. in 2. cõpil.

2 Vel heres institutus in toto vel in parte ff. de iu[illegible] l. Iulianus, 2.

ADDITIO. Vnde uersus.

Quatuor ista: timor, odiũ, dilectio, census
Sæpe solent hominum rectos peruertere sensus.

CVm te.] Si delegatus Papæ cõmittit causam non in totum, & à subdelegato appellatur ad Papam, per hoc non impeditur processus delegati Papæ, h. d. communis diuisio. Secũda ibi, Si super Abb.

† Innocentius.

CASVS. Quærit si delegatus a principe subdelegauerit vices suas alteri, si appelatur à subdelegato, vtrũ delegatus debeat dimittere cãm indiscussam? Et respõdet quod nõ; sed potest procedere, scilicet si aliqu[illegible] d sibi de iurisdictione retinuit. Not. quod ab auditore non potest appellari, quod verum est secundum distin. illius dec. su per quæstionum. s. eo. §. 3.

[Glo. seq. arguit & remittit.]

e ¶ A personis ecclesiasticis.] id est, ab audientia personarum quibus causa commissa est. Et est arg. quod delegatus causam commissam sibi subdelegare debet personis ecclesiasticis & non laicis, cum laici de talib. causis ecclesiasticis iudicare non debeant. s. de iud. decernimus. & decre. istam habes. s. eo. super quæstionem, circa principium. & ibi exponitur.

ADDITIO. Sed hodie est prouisum in ca. statutũ. in §. in nullo de rescrip. lib. 6. vbi dicitur quod illis personis debet committere delegatus Papæ, quibus committit ipse Papa, & quæ sunt illæ personæ, habetur ibi in princ.

CAP XIX.

Relatum†est, & infra. ¶Nos itaque cõsultationi vestrę respõdemus, ꝙ si lis fuerit ante prædecessoris nostri obitũ cõtestata,[a] mandatũ morte mãdatoris nullatenus expirauit. Si vero ante litis cõtestationem decessit, nõ est a iudicibus; quos delegauerat, ex delegatione huiusmodi procedum.

¶ Vrbanus iij.

¶ Si delegatus citauit ante mortem delegantis, perpetuata est eius iurisdictio. Et appellationi renunciat; qui coram iudice a quo appellauit, litem prosequitur.

CAP. XX.

Gratũ†gerimus: & inf. ¶ Sane consuluit nos douotio vestra, an ante obitũ delegantis proposito citationis edicto, lite vero post morté contestata, nihilominus debeat in causa procedere delegat⁹: Et vtrum is intelligat appellationi renunciasse, quia ea interposita, ad producẽdos testes inducias postulauit, & demũ productioni, & allegationi renuncians attestationes petijt solenniter publicari.

¶ Nos autem inquisitioni tuæ taliter respondemus, ꝙ cum in casu priori citatione facta, negotium sit quasi cęptũ,[b] & maxime[c] si delegat⁹ nõ sit certus de obitu delegãtis, potest & debet in causa procedi, tenebitq; quod iustitia fuerit præuia diffinitum.

¶ In secundo vero casu videtur ab appellatione recessum,[d] si secundum ea, quæ præmissa sunt, eum qui appellauerit, constiterit processisse.

¶ Cælestinus iij.

¶Si causa committitur tribus delegatis cum clausula, quod si non omnes, &c. priusquã appareat de impotentia tertij, duo procedere non possunt. Et si procedãt, nihil agunt. hoc vsque ad §. adijcimus.

CAP. XXI.

PRVDEN-

Relatum.] Per litis contestat. perpetuatur iurisdictio. In prima ponitur decisa consultatio. In secũda: ibi, Nos itaque. responsio.

CASVS. Hęc decret. correcta est. quæritur si mortuo mandare, possit procedi per litteras ab eodem impetratas ante mortẽ ei⁹, & respõ. ꝙ si lis est contestata, potest ꝓcedi, alias non. hodie potest si ante citantur. j. de offi. leg. c. vlti. Not. ꝙ morte mãdatoris re existẽte ĩtegra, expirat mãdatum. Itẽ ꝑ litis ꝯtestationẽ perpetua [illegible]

a [illegible] qđ dic [illegible] leg. locũ hẽt, ꝙ si ante litẽ contestatiam moriatur mandator i expirat mandatũ, vt hic dr̃: qa lis ñ dr̃ cępta nisi ꝑ litis ꝯtestationẽ, ĩ Auth. de litig. §. oẽm. colla. 8. ff rẽ rat. hab. ampli⁹, ẽm canones non cõsiderat tantũ litis cõtestatio. sed sufficit sola citatio ante mortẽ mandatoris ad ꝑpetuandũ rescriptũ: vñ citatione ꝑmissa non finitur mandatũ ꝑ mortẽ mandantis. 2. inf. c. ꝓxi. & c. licet sed si citatio non ꝓcedat mortẽ, statĩ expirat mãdatũ, inf. de of. le. c. vlt. §. 1. & ff. đ iurisdi. omniũ iudicũ. & qa. qualiter fiat contestatio litis habẽt inf. de li. cõte. c. unico. Itẽ sicut ꝑ libelli oblationem perpetuatur actio, C. qñ lib. princ. da. lit. contes. facit. l. 1. & 2. q. 6. anteriorum, & sicut res litigiosa efficitur per libelli oblationem, ut in Authenti. de litigio, in princi. collat. 8. & C. de lit. Authenti. litigio. eodem modo perpetuatur iurisdictio delegati per solam citationem, ut dicunt iura prędicta.

† Ca. 22. eo. tit. in 1. cõpil. & post ꝯcil. Lateran. par. 7. c. 22. vbi hẽs decretum integrum.

2 Vide tradit. in. l. & qa. ff. de iurisd. om. iu.

† Ca. 23. e. ti. in 1. ꝯpil. & post concil. Laterã. par. 48. c. 3.

2 Et ratio est, quia citatio ẽm Bar. est sentẽtia, no. in l. ĩ sacris, C. de ꝓxi. sacr. scri. lib. 12. & C. de episco. & cler. l. oẽs, & l. cũ cleri cus, post principium.

Gratum.] communis diuisio. Secunda: ibi, Nos autem. Et quælibet pars subdiuiditur, vt patet in textu Abbas. Siculus.

CASVS. Quædam causa fuit commissa iudici delegato. ipse statim citauit partes ? lis uero ꝯtestata fuit post mortẽ delegantis: quęrerebatur vtrum possit postea in causa procedere delegatus. Secundo ponitur alia quæstio: ecce aliquis appellauit à iudice, postmodum petijt terminum ad producendum testes, & attestationes receptas petijt postmodum publicari: quæritur an per hoc appelationi renunciasse intelligatur? Ad primam quæstionẽ respondet Papa, quod citatione facta negotium est quasi cœptum, & præcipue si delegatus non sit certus de obitu delegantis, vnde legitime potest in causa procedere. In secunda quæstione respondet. Si vera sunt præmissa, appellationi renunciasse videtur. No. ꝙ per solam citationem perpetuatur iurisdictio delegati. Item tacite per ꝯtrium factum renunciat quis iuri suo, siue appellationi.

[Glo. seq. declarat quare dicat, quasi.]

b ¶Quasi cęptum.] ideo dicit, quasi cęptum, quia quãtum ad perpetuãdã iurisdictionẽ cęptũ est negotiũ, sed quãtũ ad litem contest. nõ est cęptum vñ legitim⁹ exceptiones põt opponere: vnde successor impetrantis poterit conuenire reum mortuo impetrante. a. gu. s̃. de rescrip. significauit, vbi de hoc, & arg. ff. de inof. test. posthumus. §. vlt. C. de noua. si delegat: o. ff. de iur. om. iud. & quia: ibi expone, agi cœperit ꝑ citationem, ad hoc, ut faciat ad propositum & j. eo. licet. & j. de offi. lega. c. vlt.

[Gloss. seq. signat contrarium.]

c ¶Maxime.] hic bene dicit: qa idem esset, si esset certus ꝑmissa citatione, qa põt procedere ẽtsi esset certus de morte delegantis, & si negotium non esset quasi cœptum, non procederet, & ideo potest procedere cũ nondum sit certus, & negotium sit quasi cœptum. Argum. contra. Inst. mandati. §. recte, ibi innuitur, quod si ignorans post mortem citauit, licet postea sciat de morte, procedere potest. ff. de acq. poss. fundi uenditor. §. 1. & ff. si certum peta. l. eius qui in prouinciá. 3 & in eadem l. contrarium dicitur.

ADDITIO. Aliud in iudicio, si enim procurator haberet actionem mandati, officium suum uideretur ei damnosum.

d ¶Recessum.] not. præsumptionem iuris, quod iuri suo renunciare præsumitur qui iuri suo contrarium facit. infra de test. cum uenisset. 4 quæ lòquitur de hoc eodem negotio, & est eiusdem Vrbani. & infra de app. solicitudinem, & infra de his quæ fi. a ma. par. ca. ex ore. ubi de hoc multa arg. inuenies, & infra de ui. & hone. cle. c. ult. & C. de iure do. imp. l. 2. & ff. de min. si filius. ff. de inoffi. testam. si exhæredatus. & l. si proponas. §. 1. & 73. distin. cum Hadrianus.

Prudentiam.] Diuiditur istud prin. in duas quæstiones. Secundo simul illas soluit ponendo rationem decidendi. Secunda ibi, in hoc casu Abbas.

CASVS. In prima parte ponitur talis quæstio. ecce causa cõmittitur tribus iudicibus cum illa clausula, [ꝙ si omnes interesse nequiuerint, duo nihilominus in cã procedant.] duo illorum citant reum, q̃ritur utrum iste

3 Vide đ cl[...] excõ. min[...] Apostolicæ [...] super glo. [...] ꝙ sequit̃ [...] pręben. d[...] dũ, ad fi. li[...] 6. Ioan. An[...]

4 Conco[...] l. ꝓfectitia[...] §. 1. C. de i[...] do. & in [...] originem [...] de murile[...] lib. 11.

ille teneat venire. post istam quæstionem statim facit aliam quæstionē. Tres iudices citant reum, in termino constituto, comparuit corā duobus tertio absente, nec se excusante, vel cōmittente vices suas: quæritur vtrum duo præsentes possint in causa procedere, & eā per sententiam diffinire. Ad primam qōnem nō rñdet Papa directe, sed rñdēdo ad secundā intelligitur prima soluta: dicit Papa ꝙ cum aliquis non ostende rit legitime se cum alijs interesse non posse, uel alias de hoc constare canonice nō poterit, alij in causæ cognitione ꝓcedere non debent. qđ si fecerint, nō valebit, quia integrū est iudiciū qđ plurimorum sententijs confirmatur, & Papa libentius com mittit causam duobus quam vni, & tribus quam duobus: quia & si ꝯ facerent, formam rescripti non seruarent. per hoc intelligitur quæstio prima soluta: quia si tres citant partes, & duo illorum tertio absente procedere non possunt: ergo & si duo tantum citant, reus ad ipsorum citationem venire non tenetur.

† Cap. 3. eo tit. in 2. compillatione. alia loca in q-bus sunt cetera fragmenta huius capitis indicat hic glossa.

1 Hæc glossa non est in antiquis libris.

tiam [a] † tuam; & infra. ¶ Quinto loco [b] supplicas informari, vtrum cum tribus causa committitur, ita quod si omnes interesse nequiuerint, duo eam nihilominus exequantur: si reus a duobus tātum fuerit conuocatus, venire necessario teneatur, [c] Et si citatus a pluribus coram duobus comparuerit, tertio nec veniente ꝑ se, vel † per litteras (vt solet fieri) excusante, an duo præsentes in causa possint ꝓcedere, & eam sñiæ calculo [d] terminare? ¶ In hoc casu taliter respōdemus, quod cum aliquis delegatorum iudicum, per certū nunciū, vel excusatorē

† Nec, in quodam vetustissimo.

a ¶ Prudentiam.] per 1 hanc decret. not. cautelam, si quis est excōicatus, & ab excōicatore absolui non pōt uel non vult, faciat litteras impetrari super aliquo negotio contra alium suum aduersarium ad amicos iudices, & sic poterit ab eis absolui, ut hic dicit.

b ¶ Quinto loco.] primam quæstionem habes. inf. de mu. peti. c. prudentiam. secundam, & tertiam. inf. de appellat. secundo requiris. quartam habes inf. de transact. ca. præterea. 2.

[Gl. seq. tractat. q. tex. arguēs primo ad negatiuam. Secundo ad affirmatiuā. Tertio ponit distinctionē Io. quam approbat. in fi. format duas qōnes, quas soluit.]

c ¶ Teneatur.] ad hāc qōnem non vr Papa rñdere, sed vr ꝙ non teneatur venire. ŝ. eo. causam matrimonij. & inf. de eo qui mit. in pos. causa rei seruan. cum sicut. & 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinita. uer. item si plures. & ff. de re iud. duo ex tribus. & ff. de arb. si in tres. & l. se. præterea si ueniret, illi duo non possent procedere: & ideo non esset contumax, si non ueniret, ut ff. de iudi. non uī. & ff. de pecu. eo tempore, & ff. de arbi. si cum dies. §. si arbiter. præterea non uidetur esse in mora. qui se potest tueri per exceptionē. ff. si cer. pet. lecta est. ff. de usu. sciendum & ĩ. ut lit. non contest. qm̄ frequenter. §. si uero aliter. ad fi. & iudi. sol. uir bonus. Contra uī, ꝙ teneatur uenire, qm̄ quilibet illorum est iudex in solidum, cum sit res indiuisibilis. 24. q. 1. loquitur, inf. de iure pat. c. 1. & ff. de bo. lib. si libertus. in fin. & ff. de ser. uiæ. & C. de relig. si sepulchrum. & ff. de relig. uel quod & ff. ad leg. Fal. l. j. §. si usufructus. Item, unus solus consul. procedere potest altero absente. ff. de off. consul. l. unica arg. C. de aucto. præst. l. ulti. §. sancimus. & ff. de exercito. l. 1. §. si plures. tñ ille §. pro utraque parte facit. & est arg. bo. ff. de fideic. lib. si legatorio. §. 1. & quilibet tenetur saltem uenire allegaturus priuilegiū suum. inf. de appel. cum parati. ff. de iud. si quis ex aliena. & ff. si quis in ius uo. non ierit, l. 2. 1. rñ. Ad hoc distinxit Ioan. & bene, utrū iudices sint ordinarij uel delegati. si 2 iudices sunt ordinarij, uno absente reliqui possunt procedere, per iura, quæ ad hoc sunt inducta, cum quilibet per se in solidum habet iurisdictionem. in delegatis, uel arbitris secus est: quia uno absente reliqui nihil possunt facere, nec tenet quod fit ab eis. ŝ. eo. causam matrimonij. & ĩ. eod. uno delegatorum, & infra eodem capitu. proxim. & ff. de re iudic. duo ex tribus. licet enim quilibet eorū habet iurisdictionem in solidum, eā per se nō pōt exercere: quia loco vnius intelligūtur, sicut si plures furantur vnam trabem, ita ꝙ nullus eā furatur, & tñ quilibet tenetur. ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. in fi. simile ŝ. de rescrip. pastoralis. ĩ fin. & sic patet ꝙ iste de quo q̃rit, ad talē citationē nō tenetur venire. & si dicis ꝙ Papa non rñ det ad qōnē. immo bñ rñdet: qa rñdet ad secundā, quæ est, utrū duo ꝑsentes absēte tertio, & se nul lo mō excusāte, ꝓcedere possunt, ꝙ nō dēt procedere: & si processerit, ꝙ nihil putabūtur egisse. bñ rñdet ad primā qō nē, qa secunda soluta intelligit prima soluta. qa si nihil facere possunt, sequitur, ꝙ non tenetur venire, & sic quasi superflua relinquitur quæstio prima. ŝ. de rescrip. pastoralis. sic ĩ. de iure pat. postulasti. vbi per solutionem vltimæ qōnis, soluuntur præcedentes, & sępe sic inuenies. Et sic dico ꝙ quando duo citant tantum, & hoc constat, citatus nō tenetur venire 3. in quo casu loquitur hæc decr. quia hic ponitur pro quæstione, ꝙ tm̄ duo citant, & est qō iuris: & ego respondeo ꝙ non tenetur. Sed si tu ponas ꝙ tres sunt dati iudices contra te, & duo citant te per litteras suas, vel nuncium, & nulla fit mentio de tertio, hic non est certus de facto, immo potes dubitare an tertius se excusauerit uel commiserit vices suas illis, & ideo licet minus caute faciant, quia non faciunt mentionem de tertio in litteris suis: Tutius est ire & uidere an habeant auctoritatem a consocio; & si hñt, bene possunt procedere: si uero non habeant delegationem vel excusationem a suo consocio, nō possunt procedere, ut ĩ. c. proxi. & potes agere contra illos ad interesse, eo ꝙ te calumniose citauerunt, nec in hoc possunt prætendere errorem, cum in hoc sint certi; & ꝙ teneatur ad interesse, patet de sen. excommu. sacro. Sed pone ꝙ duo procedant contra istum absentem citatum, & tertius postmodum habeat ratum quod illi fecerint, nunquid valet sñia sicut ualet in electione ŝ. de ele. ꝙ sicut? Dico ꝙ non valet sñia talis per ratihabitionem tertij, cum ab initio nulla fuerit, 4 unde postea ratificari nō potest. ff. de reg. iur. qđ ab initio. in fin. Item quid si partes consentiant ut duo procedāt: nunquid ualeret talis processus tertio non ueniente, nec se excusante? Non credo ꝙ partes possint illis dare illam iurisdictionem. C. de iur. omnium iud. l. priuatorum consensus. & ĩ. eo. P. & G.

d ¶ Sētētiæ calculo.] i. s. finali, vel diffinitiua sñia. vñ calculus multipliciter sumit, vt patet in his uersibus.

Calculus est ratio, numerus, sententia, Carbo.
Calculus est pondus, minimus lapis, ensis acutus.
Libro Papiæ si vis exempla require.

[Gl. seq. quærit & soluit. iter. quærit & soluit.]

e ¶ Per certum nuncium.] qui sit certæ & approbatæ fidei. 97. dist. nobilissimus. Sed cui debet fieri fides ꝙ sit certus nuncius? Dico ꝙ iudicibus consocijs, arg. ff. rem ra. hab. nec satisdatio, & fides facienda est iudici, cum secundum ea, quæ coram eo probantur, debeat iudicare. ŝ. de renunc. in præsentia. & 3. q. 7. iudicet. & partibus etiam de hac delegatione, uel executione debet fieri fides: quia per hoc constat an habeant iurisdictionem, de quo facere fidē debent. ĩ. eo. cum in iure. Sed nunquid isti nuncio vel excusatori creditur sine litteris? Non credo, quantumcunque honestus sit uel fidelis. ĩ. de proba. quoniam contra falsam. & vni testi

2 Si iudices sint ordinarij, uno absē te, reliq procedunt. secus in delegatis.

3 Hoc tenet Inn. Alij dicunt ꝙ duo possunt ꝓcedere in his q̃ nō capiūt dilationem. ar. ff. de admi. tu. tutor qui reperto rū. qđ non placet. Vin. Io. And.

4 Concor. l. 2. & ibi Bar. C. com. utri. iudi. & l. si mater. §. interdictū. §. de excep. rei iudi.

5 Hæc non est glossa, licet in aliquot antiq̃s inueniatur, sed in margine ita, ut appte non esse glos. cognoscatur.

Nūcio seu executori si ne litteris an credat.

testi non credit quantumcunq; honestus sit.4.q.3.c.si te stes.vers. vnius testimo. & ideo sequitur, litteratorie destinatū,& ita potius credit litteris, q̄ nuncio: hæc enim est idonea probatio, quę fit p litteras.ff.de pig. 3hitur.18.dist.placuit, & quod dicit litteratorie destinatū,rescripsit vtrū que diuisim,vel est expositiuum.

cuius auctoritati stetur, ut dicit §.principaliter.& inf. eod.suspicionis.§.1.

¶ Plurimorum.] quod enim a pluribus quæritur sapiētib.facilius inuenit.20.d.de quib.& per ampliores hoīes perfectissima veritas reuelatur.C.de fideic.l.vlt. ad fin.& 64.distinc. extra conscientiam.

ADDITIO. Sed nūcio iurato credit. j. de app. cōparati. vbi de hoc.

[Gl.seq.obijcit p locum. a diuisione. & soluit.

a ¶ Non ostenderit.] Vt φ nō debeat eos certificare:quia ipsi certi sunt,si non intereſt, hoc cōtingit uel quia nō pōt,uel qa non vult, sed in vtroq; casu procedere dēnt vt hic dr. §.adiicimus.ergo cū certi sint, certificari non debent,ut ff.de act.emp.& ven.l.1. in fi. Rn.licet sciāt, hoc eis denūciandū est. semper enim debet constare de hoc antequā pcedat,qa posset esse φ bene vult interesse,nec p eū stat, sed p partes q̄ ipsum ducere debent suis expensis: quia cū suis expēsis venire non tenetur vt bene colligit. j. d vi.& hone.cleric. cū ab omni specie. De hoc ibi notatur. & est simile si mulier sciat libellū accusationis eē porrectū, recte tñ nubet dū ei nōdū est denūciatū.ff.de adul.denunciasse.circa pri. arg.ff.qñ dies le.cedat.hmōi legatum.

† Facit ad hoc text. cū gl.in l. magistros.C.de profes. & me. lib. 10.

† ;Cognitiones.

litteratorie destimatū nō ostēderit [a] se interesse nō posse; vel alias de eodem canonice [b] constare nō poterit,residui procedere ad causæ cognitionem nō debēt,†quod si processerint, nihil [c] reputabūtur egisse.

¶ Illa quippe [d] fuit antiqua Apostolicæ sedis prouisio, vt huiusmodi causarum recognitiones † duobus [e] quam vni, trib. quā duobus libentius delegaret cum(sicut canones attestantur) integrum sit iudicium, quod plurimorum [f] sententijs confirmatur, Mandati siquidē excedere fines pbaretur; si qs citra formā [g] rescripti acceptī psumeret iudicare.

¶ Clausula si non omnes poteritis, sub impotentia includit voluntatem quo ad purificandā iurisdictionem coniudicum. Idem in duobus datis cū clausula, quod si ambo, hoc dicit vsq; ad §.sexta.

¶ Adijcimus etiam, quod vbi fuerit in commissione appositū,vt si oēs interesse nequiuerint, duo † eā nihilominus exequantur: 10 si aliquis ex ipsis cū possit, [h] noluerit [i] interesse, duo nihilominus in causa procedāt: [k] licet ille tertius grauissime sit arguendus, [l] pro eo quod mandatum Apostolicum exequi 20 subterfugiat,aut cōtēnat.

¶ Idem quoque p omnia dicimus obseruādū i † cā; quæ committitur duobus eo apposito, vt si ambo interesse nequiuerint, alter nihilominus exequatur.

30 *¶ Si reus coram delegato obijcit excōicationē actori quā non probat infra tempus debitū, auditur actor, si vero probat; delegatus absoluet actorem,si excōicatus est propter causam 40 sibi cōmissam, si propter aliam, ad excōicatorem suum illum remittet, qui si non vult eum absoluere delegatus Papæ eum absoluet, nisi sit de casibus Papæ reseruatis: hoc dicit.*

50

g ¶ Citra formam.] Versiculus iste pbat φ duo tm̄ procedere nō debēt. & citatio est de processu.j.eo. pastoralis.§.j.& j.d probatio. quā j falsam.& si procedant, nihil egisse reputabuntur. ergo si citāt nihil faciunt: quia de toto ad partē negādo ualet argumentum: & sic per hoc probantur quę dicta sunt in prima notula,& sic forma rescripti seruāda est. s.de rescrip.cum dilecta. & quia omnibus iurisdictio demandatur,ab omnibus debet citari.

† In quibusdam manuscri.ita. duo vestrum nihilominus &c.

† al. de.

ADIICIMVS. Primo decidit vnum casum. Secundo alium consimilem: ibi.Idem quoque. Abbas Siculus.

CASVS. Vbi in commissione apponitur: si oēs interesse nequiuerint, duo nihilomin⁹ exequātur. Si aliquis illorū cum possit noluerit interesse,alij nihilo minus pcedere possunt, quāuis ille sit de hoc arguēdus, φ mandatum Apostolicum exequi cōtēnit. & idē dicendum. est per oīa qñ scribitur duob. cum illa clausula, φ si ambo,&c.

b ¶ Canonice.] puta per testes;vt probetur absens lōge,ut haberi non possit,vel infirmus.arg.s. de cler.peregri.tuæ.

c ¶ Nihil egisse.] per hoc noueris esse solutā primo loco ppositā quæstionē,hęc solutio includit in se illius solutionem,vt dictū est in prima notula:sic.j.de fri.& male.& impo.coe.fraternitatis.& s.eo.super eo.

d ¶ Illa quippe.]interpositio est ob hoc qa fecerat mentionem de pluribus iudicibus, quia nihil facit ad quæstionem,& ille versiculus,mādati:si quidē:&c.ptinua tur præcedenti solutioni, & illa clausula, illa quippe; &c.competentius poneretur post illā clausulā,mandati si quidem,& sic esset tota continua, & planior, uel satis potest legi tota continua.

e ¶ Duobus q̄ vni.] secus est in arbitris: quia propter naturalem hominum facilitatem ad dissentiendum, melius compromittitur in vnum quam in duos,quia res fere sine exitu est.ff.de arbi.item si vnus.§.principaliter.& j.de arbi.innotuit.tamen si cōpromittitur in duobus, tenet compromissum, & prætor cogere debet illos, vt si d issentiant tertiam eligant personam,

h ¶ Cū possit.] & hoc absq; periculo rei familiaris. qa tūc nō tenet negligere sua.ff.de iud.si lōgius.1.rñ.

i ¶ Noluerit.] hoc est qd additur ei: qd supra dixi, si oēs interesse nequiuerint. & ibi potes hoc verbū supplere, uel interesse nequiuerint, aut noluerint, &c.

k ¶ Procedant.] postquam constiterit, quòd interesse non uult,ut sup.dixi in alio casu quando interesse non possint supra de rescrip.scriscitatus.

60 [Glo.seq.quærit, & soluit.]

l ¶ Arguēdus.] immo,& puniēdus, p eo φ mādatum Apostolicum exequi nō uult,ut s.de rescr.scriscitatus. sed quis arguet eū aut puniet? Cōiudices? nō, qa par in parē non hēt imperium.s.de elec.innotuit.& ff.ad Trebel.ille a quo.§.tēpestiuū.ordinarius? nō,qa delegatus maior est eo quantū ad illā cām.arg.s.eod. sane 2.& j.de offic.ord.pastoralis.§.1.superior ergo eū puniet, cuius mandatū exequi non curat C.de temp.appellat.l.vlt.§.illud.Et cōiudices debēt superiori denūciare negligentiam ipsius.argu.j.de præben. graue.ad fin.2.qu.7.ea pp.sufficit sola redargutio, cum per hoc nō præiudicetur partibus,quia alij procedere possunt.

1 Graui. j. don. ad Apostolicæ vere vnde cum graue cum concordan alias vix c sit excu tio, cum u inueniatur aliquis non fit ci singularia negotia quantulum occupatus cūdum Ho Ioan. An

SEX-

SEXTA. Supra visum est de his quæ oppunũtur in personam iudicis: nunc subijcit de his quæ opponuntur in personam actoris. Et hoc dicit usque ad §. si uero. primo ponit principalem quæstionem, quam secundo soluit. ibi Hanc dubitationem. Abb. Sicul.

CASVS. Petrus impetrauit causam cõmitti contra Martinum iudicibus super aliqua quæstione: pendente ista cõmissione, Martinus fecit citare Petrum prædictum pro alia causa coram ordinario, uel coram delegato: quia Petrus iussi non parebat, fuit excommunicatus ab ordinario vel delegato. dum sic esset excommunicatus. cœpit conuenire, Martinũ corã suis iudicibus delegatis: Martinus reus obiecit Petro actori, quod in iudicio stare non põt, cum sit excõicatus: quæritur si reus non uelit statim probare ipsum excõicatũ, aut non possit, utrũ actor audiri debeat donec reus probauerit ipsum excõicatum? Ad hoc respondet Papa, ꝙ si reus statim, uel infra terminũ competentẽ non probauerit q̃d obiecit, actor postmodum audiatur: uerũ tamen si constiterit, uel per confessionẽ actoris, uel alio legitimo mõ actorẽ excõicatum esse, tũc ab ipsis iudicibus delegatis secũdũ formã ecclesiæ dẽt absolui: tñ si ab ordinario uel delegato pp aliã iustã cãm fuerit excõicatus, ad suũ excõicatorem debet remitti absoluẽdus: & si ille malitiose ipsum non absoluerit, iudex delegatus ipsum absoluat: dũmodo non sit tale genus excõicationis, cuius absolutio sedi Apostolicę reseruat: q̃a ex quo principale sibi committitur, & accessorium commissum intelligitur. Ex solutione prædictæ quæstionis oritur alia quæ talis est: Iste actor excommunicatus absolutus est præstito iuramẽto ꝙ stabit mandatis ecclesiæ quæritur coram quibus debeat stare iuri, de causa illa pro qua fuit excõmunicatus, an coram suo excõicatore, an corã istis delegatis? Rñdet ꝙ corã suis excõicatoribus dẽt iuri parere, pro cã illa pro qua fuit excõicatus ab eis, nisi cã illa spãliter alijs iudicibus fuerit delegata. Sed si excõmunicatores in cã illa malitiose ꝓcedere distulerint, tũc delegati isti in cã illa ꝓcedere poterũt, & suã iurisdictionẽ tanq̃ in accessorio exercebunt. No. plura notabilia in hac dec. Primo cũ plures sunt iudices cũ clausula illa, ꝙ si non oẽs, &c. duo sine alijs procedere non possunt, nisi primo cõstet legitime ꝙ tertius interesse non pt. Itẽ forma mãdati diligẽter est seruãda. Itẽ delegatus si interesse non vult cũ alijs, alij ꝓcedere pñt, cũ de voluntate ipsius ꝯstiterit. Itẽ exceptio excõicationis repellit agẽtẽ. Itẽ ordinarius uel delegatus p negligentiã, uel malitiam amittit iurisdictionẽ. Itẽ delegatus eandẽ habet iurisdictionẽ in accessorio, quã in principali. Itẽ cã reconuentionis accessoria cẽset pp malitiã priorũ iudicũ.

¶ Sexta nobis proposita ex parte tua quęstio continebat, ꝙ cum aliq̃b. iudicib. cã committitur, & quandoq; contingit, quod reus actori obijcit, quod stare non potest in iudicio, ut pote uinculo [a] excommunicationis adstrictus: si reus non uelit statim [b] eũ probare excommunicatum, siue non possit, an actor nihilominus audiri debeat, donec [c] super eo quod obijcitur, rei ueritas fuerit patefacta; Hanc dubitationem taliter remouemus † quod † si ille, qui tale quid obijcit, statim uel infra terminum [d] competentem, [e] non probauerit legitime quod intendit, actor permitti debet, ut sine offendiculo quolibet audiatur. ¶ Ceterum si uel ex cõfessione [f] actoris,

a ¶ Vinculo excommunicationis.] sed vr̃ ꝙ si excommunicatus impetret rescriptum tacito de sua excommunicatione, ꝙ valeat postq̃ fuerit absolutus. arg. C. de preci. impe. off. l. vniuersis. Item argu. ꝙ per absolutionem quis in pristinum statum reducatur argu. 4. q. 1. cap. 1. & 2. & quia cũ sit pœna, non debet extendi, sed potius restringi. ſ. de his quæ fi. a ma. part. cap. quæsiuit. & de pen. dist. 1. c. penæ. 1 Sed contra. sup. de æta. & qua. c. cum bonæ, & s. de rescri. c. dilectus. & inf. de appel. c. pastoralis. uerum est ꝙ litteræ ab excommunicato impetratę hoc tacito, non ualent ad agendum, uel ad beneficium obtinendum. ut dicũt contraria. sed ad suã defensionem obtentæ, puta quia appellauit, tunc bene ualent litterę: licet non faciant mentionem excommunicationis. inf. de excep. c. cum inter. c. dilectæ. & c. significaue runt. & c. ult. & quod hic dicit, scilicet absolu[...] ꝓce[...] loco h[...] quæ [...] post litteras impetratas fuerit excommunicatus [...] ꝙ [...] non valet, [...] per hoc [...] quod nota tur. ſ. de excep. cap. pia. in glo. quæ inoi [...] mirum, uer[...]

b ¶ Statim.] id est ſ. octo dies. ſ. de exce. c. pia.

c ¶ Donec.] Hic fuit dubitatio, vtrum esset procedendum super principali, nõ obstãte exceptione opposita, donec de ipsa excommunicatione cõstaret, ut simul super principali exceptioni procederetur. quod nõ debet esse, immo super [...]dendũ est super principali quæstione, donec termino competenti probetur exceptio. inf. de iudi. c. exhibita.

d ¶ Terminum.] & 2 ita non plures, inf. de appel. c. secundo requiris. & c. cum speciali.

e ¶ Cõpetentẽ.] hodie terminus iste non est ad arbitriũ iudicis, sed infra octo dies exceptio excommunicationis ꝓbari dẽ[...] die in quo ꝓ ponit non cõputato, ꝙ si ꝓbata nõ fuerit [...] in cã ꝓcedat: reũ in expensis actori quas pp hoc fecisse docuerit, cõdẽnando, taxatione p̃missa, & ultra duas vices hæc exceptio nõ proponat seruato tenore decre. & q excõtionẽ opponit, speciẽ ipsius & nomen excõicatoris exprimere debet, ut in decret. Inn. iiij. in qua omnia hæc statuuntur, & inoi pia: pia consideratione. inf. de excep. [...] lib. 6.]

[Gl. seq. tec. p q. an in executionib. cõtestãda sit lis. & ar ꝙ sic. in [...] alleg. vnũ c. poni, quorũdã obseruãtiã, q̃ in antiqua gl. reprobat, in additione approbat.]

f ¶ Ex confessione.] ex loco isto satis colligitur, ꝙ super exceptione debet lis contestari inter partes, & iurari etiã de calũnia in ciuilibus, sed non in spiritualibus, sed de ueritate dicenda: q̃a exceptiones debent dari in scriptis. ſ. de prob. c. qñi cõtra, sicut etiã dat libellus. ſ. de li. obla. c. ignarus eps, & ad exceptionem debet ille ꝯ quem proponit rñdere, ut hic dicit, & sic lis cõtestatur. si negauerit actor exceptionem, tunc iurabitur de calumnia. ſ. de fideiusſ. c. constitutus. & est op. arg. C. de iur. calum. l. 1. 3 & si postea per cõfessionem non constiterit de exceptione, probabit illã per testes, uel alio modo quo poterit, ut per instrumenta, alias processus nõ ualeret lite non contest. ſ. ut lite non contest. c. per totũ. arg. ꝯ infra de iu. c. 2. sup hac exceptione uel alia consimili ubi crimina opponuntur, testes compelli non debent. inf. de test. cogen. dilectorum. quidam tamen non obseruãt hoc in exceptionibus, & male, sicut credo: quia ordo iuris ubique est seruandus, cum procedit iure ordinario, & hoc probat. ſ. de app. c. interposita. §. ult. tñ iura illa quæ dicũt, ꝙ lite non ꝯtestata, nõ tenet ꝓcessus, loquuntur in negotijs principalib. unde satis põt dici, ꝙ nihilominus ualet ꝓcessus ĩ exceptionibus dilatorijs, & emergentibus, licet lis non fuerit in his cõtestata. 4 & nullo iure cauetur, ꝙ in his processus non teneat, contestatione omissa, iuxta illa regulã, Multa fieri nõ debent, &c. ſ. de re. c. ad Apostolicã. Ber.

† Amouemus. † al. ita: ꝙ si ille q taliter [...] q̃d obijcit.

1 Concor. tex. in l. non dubium. cũ concor. ff. de leg.

2 Hæc glossula, & illa super uerbo, terminum non sunt in antiquis libris.

Litis contestatio an debeat fieri super exceptione.

3 Non cogit pars ꝓbare n. si q̃ probationem expo scit, iurat de calumnia. Ioan. And.

4 Hanc gl. dicit hic Abb. sing. ad hoc ꝙ ĩ exceptionibus dilatorijs non est necessaria li. cont. & libelli oblatio, & iuramentum de calumnia.

a ¶ Quolibet modo.] puta testibus. Vel instrumento, ȷ̃.de test.c.ueniens.& ȷ̃.ut lit.non contest.c.quoniam frequenter.
b ¶ Excõicationis.] maioris scilicet,quia minor non repellitur ab agendo,nec à consortio fidelium. inf.de excep.c.à nobis,nec ab electione.inf.de cle.excommu.mi.c. si celebrat.
c ¶ Formam.] quæ duplex est.ȷ̃.de uerbo.signi.c.ex parte.
∫ Gloss.seq.not.& arg.alleg.v.iura. in contrariũ alleg.tria, soluit, & bene, sed in additione ab illa solutione recedit.]
d ¶ Aliã iustam causam.] secus esset si pp eandem causam, quæ nũc delegatur: qm̃ non teneret iurisdictio,si se excõicatũ suppressit. vel si expressit, à delegatis istis absolueret, nec remitteretur ad primos.immo tacita ueritate de alia commissione, non ualerent litteræ, uel de processu ordinarij, arg.ȷ̃.de appel.c.ut debitus.I.au.sed hic non dicebatur actor excõicatus ante impetrationem litterarum:ꝙ patet ex ipsa littera,& notatur in glo.quæ incipit, sic vr̃. Hoc ꝙ dr̃ in ista notula, olim seruabatur:hodie uero litteræ impetratæ ab excõicato bñ ualẽt, & eo absoluto ꝓcedi tur per eas.inf. de exce.c.pia.[lib.6.]
e ¶ Ad excõicatorẽ.] quia isti delegati alias non habent potestatẽ illũ absoluendi, nisi ptimo illũ excommunicatorẽ requirãt; qd si non fecerit primus ordinarius, uel delegatus,tũc illũ absoluere possunt pstito iuramento prius,ꝙ stabit mandatis ecclesiæ super eo ꝓ quo prius fuit excõicatus:alias si statim illũ absoluerent,non credo ipsum esse absolutũ. 11.q.3.c.pen. & C.si a non comp.iud.l.ulti.& ff.de reg. iur.l.factum a iudice,quia sub conditione hoc mandatur: & ita ante conditionem existentem etiam absoluere ipsum non possunt. ℹ
f ¶ Reseruetur.] 18.q.4.si quis suadente.ȷ̃.de sen.excomm.tua nos.
g ¶ Explorati.] q.d.hoc non ur̃ eis cõmissum,& Papa rñdet ꝙ commissum intelligitur tamquam accessoriũ:& est rñsio tacitæ quæstionis.& sic absolutio est accessorium, qa sine illa cã principalis procedere non potest: quia non auditur nisi absoluatur actor. supra eo.c.præterea,ff.de iurisdi.om.iud.l.2.
ADDITIO. Et expone explorati, id est,discutiendo declarati, enucleati,manifesti,& clari.
SI VERO. Continuatur iste §.ad præcedentem hoc ordine,s. fuit dictum,ꝙ si excommunicator non vult absoluere actorẽ ad requisitionẽ delegati, ꝙ ipse delegatus poterit absoluere ne impediat cognitio causæ sibi commissæ:sed qa excommunicatus absoluit pstita cautione, de parẽdo iuri in illa causa, pro qua fuit excommunicatus, dubitat coram quo iudice iste dẽret parere iuri in illa cã, ex quo iste delegat⁹ istũ excommunicatum absoluit,& uidetur,ut patet in littera.Et primo ponitur qõ in cidens. secundo solutio.ibi,In quo.]
h ¶ Excommunicatoribus.] nisi ab ipsis fuisset legitime appellatũ,vel nisi aliã legitimam exceptionem opponere posset contra illos. inf.eod.insinuante.
i ¶ Distulerint.].s.ꝓcedere in causa illa,pro qua ille fuit excommunicat⁹. Et sic vr̃ ꝙ actor & reꝰ eodẽ tpe põt litigare corã diuersis iudicib. & sic est ꝙ C. de sen.& interlo.omn. iu.in auth. & consequẽter,de hoc di xi. s.de rescri. c.ult.hodie standũ est decre. Inn. iiij. de resc. q̃ incipit, dispẽdia litium.[lib.6.]
K ¶ In principali.] sic econuerso idem iuris in accessorio, & in principali. ff. de acce.& p iusiurã. dũ §.& si fideiussor[1]
[1] Glos. seq.queri[1]. & soluit,& notat & dat simile.]
l ¶ Accessorio.] accessoriũ uocat.causam illã, ꝓ qua fuit excommunicatus actor hmõi cãæ, & sic rñdebit reo in hac cã sub iudicibus delegatis, quos ipse impetrauit si reus uoluerit ipsũ reconuenire.ȷ̃.de mu.peti. c.1.& 2.& si ꝓ cã alterius tertij ab isto reo fuit excommunicatus qd erit nihilominus absoluẽt eũ pstito iuramẽto,ꝙ stabit mãdatis ecclesiæ. & ꝓcedẽt in negotio sibi commisso principali: sed in alio procedere non possent etiã si ille reus,& ille actor consentiret; quia iurisdictio istorum ꝓrogari ad istum tertium non posset,cum de illo in litteris mẽtio ñ fiat,cum talis iurisdictio sit delegata.ȷ̃.e.P.& G.l fi.& not.ꝙ isti excõicatores p negligẽtiã ꝑdunt suã iurisdictionẽ tã circa absolutionẽ q̃ sup pricipali negotio sic.ȷ̃.de fo. cõp.c.licet &

Main text:

vel alio† quolibet modo[a] legitime constiterit,actorem esse uinculo excõicationis[b] adstrictum,a iudicib. delegatis secundum formã[c] ecclesiæ,ualet absolui,ita ut si ꝓpter aliã[d] iustam causam & euidentem ab ordinario iudice uel delegato excommunicatus fuerit,ad excommunicatorem[e] debet absoluendus remitti: qui † si malitiam adhibuerit, delegati iudices id ritu† ecclesiastico libere exequãtur: dummodo non sit tale genus excommunicationis illius, cuius absolutio sedi Apostolicæ reseruet.[f] Explorati[g] quidem iuris existit, ut delegatis iudicib.quib principale committitur, & accessorium committatur.

¶*Absolutus à delegato super causa, pro qua fuerat excommunicatus, coram excommunicatore parebit,seu respondebit super aliqua causa, nisi sit alteri delegata, si excommunicator malitiose distulerit,delegatus qui absoluit, cognoscet,h.d.*

¶ Si vero ab his fuerit, præstito iuramento,quod stabit mandato ecclesiæ, absolutus:Rursus interrogas, an corã eisdẽm delegatis, † uel ordinario a quo excõicatus extitit,teneat super eadẽ cã ꝓ qua excõicatus fuerat,respondere, & quorũ debeat iudicio uel mandato stare.

¶ In quo casu taliter respõdemus ꝙ coram ipsis excõicatoribus,[h] super illa causa, pro qua fuerat excommunicatus, stare debet, & eorum seruare mandatum, nisi specialiter fuerit illud negotium alijs iudicibus † a sede Apostolica delegatum. Quod si excommunicatores malitiose distulerint,[i] tunc delegati eandem iurisdictionem, quam in principali,[k] & in accessorio[l] exercebunt.

¶ Innocẽtius tertius Rheginensi.archiepiscopo. & episcopo Cephaduleñ.†

Humilis doctrina.] in compositione super iure primatiæ facienda, debent omnes prælati prouinciæ & capitula ecclesiarũ cathedralium consentire. Et duo facit. nã primo mãdat cõpositionẽ publicari, si plati cõsentiant. Secundo ibi. Si quis uero dissentientes, mãdat citari, & publicationem non fieri. Abbas Siculus.

CASVS. Inter archiepiscopũ Bituriceñ. & archiepiscopũ Burdegaleñ. controuersia fuit diutius agitata super iure primatiæ quis eorũ debet esse primas, dominus Papa Grego. post diutinã concertationem, quandam fecit prouisionẽ inter ipsos, quam prouisionẽ misit quibusdã, mand. ns eisdẽ quatenus requirant assensum prælatorũ Burdegal. ñ. prou. n ciæ in ea præsentiũ, & cõsensum capitulorũ cathedraliũ ecclesiarũ eiusdẽ prouinciæ, & assensũ. Bituriceñ. capituli super ipsa prouisione: quo habito prouisio nem illam solemni ter publicent, & si aliq consensum præstare noluerint, publicationi prædictæ supersedeant, & eisdẽ percipiãt, vt personaliter si prælati fuerint [illegible] præsẽtia Papæ accedãt: vel si capitula fuerint, per pcuratores idoneos cõpar [illegible] tisfaeturi parti alteri, si succubuerint, in expensis. Nota qđ oẽs vel aliquos tangit, eorum consensus re quirendus est. Item qui succubuit, in expensis condemnari debet: sed hoc ideo statu tur, in [illegible] quia quasi fundata erat intentio Bituriceñ. per [illegible] prouinciam; & ideo si succumbant, calumniari videntur.

| al. archidiaconatus.

† Magistro Duxeñ. Archi. Leutn. & priori S. Redigeñ. Pictaueñ.

e ¶ Humilis doctrina.] bene dicit, humilis. nam magister debet esse humilis & benignus auditoribus, & humiliter docere, non cum austeritate & potentia. vt 76. d. sinct. hoc habet, [2] austeritatis autem nimiæ increpatio, nec correptionem recipit, nec salutem 45. distinct. cum beatus & nimia sæuitia præceptoris culpæ comparatur. ff. ad legem Aquiliam. præceptoris. modica tamen & leuis coerctio conceditur magistro. ita vt excommunicationem non incurrat, infra de senten. exco. mmunicatio. cum voluntate. & cap. ex tenore. & vigesimatertia quæstione quinta cir unicellio nes, ad finem. nec sæuiendi a [illegible] debet concedi, nec paterna diligentia omitti, vt ibi dicitur, & cap. circumcelliones, in fi quia dum nimium seruatur humilitas, regendi frangitur auctoritas. 86. distin. quando necessitas.

2 Facit l. obseruandũ. ff. de offi. psid. & l. illicitas §. ne potentiores cum no. eod. tit.

3 Vñ nõ putat se cõteni. ff. de offi. psi. obseruãdũ. tenendũ est ergo medi u. de offi. cast. c. 1. Io. Andr.

Glo. si q. quærit. obijcit quare ex parte Burdeg. nõn sufficit consensus capituli. sicut econuerso: cum prælatus cum capitulo litiget donec componat. Sol. quod propter interesse.

f ¶ Prælatorum.] sed quare requiritur consensus istorum prælatorum? Videtur quod consensus capituli Burdegaleñ. sufficiat in tali puisione, sicut ex alia parte sufficit consensus capituli Bituriceñ. quia prælatus de consensu capituli sui litigare potest. j. de procur. alia quidem potest etiam donare. infra de do. pacflonalis. in fin. & infra de his quæ fiunt à prælat. sine consẽ. capit. cum nos. potest etiam compositionem facere. infra de transac. contingit. & inf. de dec. ex multiplici. Dicas quod ideo requiritur consensus prælatorum & capitulorum cathedralium ecclesiarum Burdeg. puinciæ, quia per illam prouisionẽ reseruabat ius Bitu-

Bituriceñ. archiepiscopo in Burdeg. prouincia, vt possit visitare. vnde hoc respiciebat platos & capitula. qa tūc eum procurare tenerentur cum accedit ad eorum ecclesias. 1 inf. de præscr. c. cū ex officij. inf. de cēs. c. sopitæ. & ita eorum interesat consentire vel ꝙ dicete: quia qđ omnes tāg. t. ab omnibus est approbandum. ꝭ. de offi. arch. ad hoc. in fi. & ꝭ. de temporibus ord nationum si archieps. & 66. dist. archieps. & 53. dist. ca. 1. & in concedendo haustū aquæ omnes vocādi sunt, qui ius habēt. ff. de aqua pluuia ar cenda [illegible] & ideo requirūtur. vt cōsentiāt vel dissentiant. Ex alia parte sufficit [illegible] sensus capituli Bituriceñ. quia per illā prouisionē consulebatur Bituriceñ. archiep. [illegible] nec interesat aliqd prælatorum Bituriceñ. prouinciæ de illa prouisione.

1 Idē ex iure primatiæ ipsi ī causæ ad ipsum deferri potesunt per appellationem gradatim. Item per negligentiam deuoluet ad ipsos beneficiorum collatio, & his similia.

† In uno exēplari habetur: prouisionem.

sentium, & cathedralium capitulorum eiusdem nec non Bituriceñ. capituli b, super prouisione, quam inter Bituriceñ. & Burdegalen. archiepiscopos in causa primatię duximus faciendam, requiratis assensum quo habito, prouidentiam † nostram solenniter publicetis.

¶ Si qui vero consensum prestare noluerint c, vos supersedentes, publicationi pradictę, districte pręcipatis eisdem, vt personaliter d, si prelati fuerint: vel si alij e, per procuratores idoneos, nostro se conspectui repręsentent, prosecuturi coram nobis ius, si quod habere contendunt, & satisfacturi parti alteri (si succubuerint) in expensis. f

TITVLVS XXXIV.

De treuga, & pace.

¶ Alexander iij. in concil. Lateraneñ. †

¶ *Statuit tempora treugarum, & pœnas violantium.*

CAP. I.

TREVGAS a ...

[Glo. seq. arg. quærit, & soluit. Iterum quærit & soluit, & dat simile.]

a ¶ Præsentiū.] arg. quòd præsentes tantum requirendi sunt ad componendum, & eodem modo ad litigandum, sicut in alienationibus faciendis. 10. q. 2. hoc ius. ver. si autem. arg. 7. q. 1. factus. Sed quid esset si modica pars prælatorum esset præsens, & longe maior esset absens, & eodem modo de capitulis, nunquid sufficit consensus illorum paucorum ad consentiendum huic prouisioni, vel ad mouendam litem? Videtur quòd sic. arg. huius c. 10. qu. 2. hoc ius. 2 Sed quos dicemus præsentes. an illos tātum qui sunt in ec [illegible] an etiam illos qui sunt in prouincia. quod videtur. C. de præscr. longi. temp. l. vlt. Vnde credo quod requirendi sunt, dummodo sint in prouincia. quia pro præsentibus ibi habentur. Idem credo si minor pars capituli sit pſens, quòd debeat vocare alios qui sunt in prouincia si commode [illegible] possunt, quousque saltem sit ibi maior pars capituli. Si autem sint extra prouinciam, aut ita remoti ꝙ cōmode vocari non possunt, pręsentes disponant de rebus ecclesiæ: quia tota potestas & ius vniuersitatis remanet penes illos qui cunque sint. ff. quod cuiusque vniuers. [illegible] sicut.

2 Adde qđ contrarium est ueritas: ut in l. aliud §. refertur, ff. de reg. iu. & in l. quod maior. ff. ad muni.

b ¶ Capituli.] per hanc decr. probatur, quod prælatus sine consensu capituli non potest agere nec componere: secundum quòd notatur. sup. de resc. c. doceri. & inf. de procu. c. f. arg. ad hoc. sup. co. ca. dilecti. Bernardus.

[Glo. f. q. a. [illegible] dub.]

c ¶ Noluerint.] not. quòd ille cuius interest, impedit prouisionem Papæ, sicut aliquis retardat executionem sententiæ. inf. de resti. c. veniens 2. & infr. de re iud. cū super controuersia, arg. quòd non intendit Papa alicui præiudicare per suas lrās.

d ¶ Personaliter.] cum enim quis citatur vt personaliter veniat ad causam, non sufficit tunc mittere procuratorem, vt hic videtur. Si vero simpliciter citetur, tūc potest mittere procuratorem. C. de proc. l. ult. in prin. vel ipse debet ire. infr. de do. & contum. cum dilecti. & C. de [illegible] l. ult. sed cum personaliter quis citatur & [illegible] non potest, vel etiam in alio casu cum simpliciter citetur, sit causa sua ardita sit, non compellitur mittere procuratorem. C. de procu. l. vlt. sed debet in vtroque casu nuncium destinare, ad allegendas causas quare venire non possit. inf. de procu. ca. querelam. & ibi dicitur de hoc. Et illud scire debes, quod delegatus à sede Apostolica non potest iubere alterutrā partem coram se personaliter comparere, si de hoc non habeat speciale mādatum: nisi causa sit criminalis, vel pro veritate diceda, vel pro iuramento calūniæ faciendo, vel aliàs iuris necessitas hoc exigat, in decre. Inn. quarti. ꝭ. de iuris esse ambiguū. sed Papa hoc facere potest: quia non adstringitor legibus: vel canonibus, 3 vt hic patet. Bernard⁹.

Citatos an possit mittere procuratorem.

e ¶ Si alij,] vt capitula, quæ non, nisi per procuratorē venire possunt.

[Gl. seq. arg. & remittit, & argumento respondet.]

f ¶ In expensis.] sic videtur per litteram istam, quòd victus victori condemnandus est semper in expensis, arg. inf. de pœn. calumniam de hac materia tractatur plene. inf. de do, & contu. circa fi. Sed hoc ideo quia iam quasi intentio actoris fundata erat per compositionem: & ideo si succumbant, quasi calumniose videntur hoc fecisse: quia tunc demum consueuit dici, quod victus in prima causa victori sit condemnandus, & quasi ad terrorem hoc dixit Papa: vt si dubitarent, de iure suo, non litigarent. Et est argum. opin. quod victus uictori semper sit condemnandus in expensis. Bernardus.

† Cap. 21.

3 Vnde ex plenitudine ptātis, cogit eos hic personaliter venire: uel pp personarum legalitatem. ff. de procu. l. si actor uel pp magnitudinem causę: inf. de proc. c. 2. alias pręlatus etiam ante lit. contest. dat procuratorē. ꝭ. de iur. calū. cū causam. ſm. Gof. Io. And.

DE TREVGA ET PACE.

¶ Quia iudicum est ad pacem discordantes reducere. 90. di. per totum: & ideo quia est tractatum de off. iudicū, merito annectitur hæc rubrica. uel aliter sic. Quia maiorum & superiorum est treugas & pacem inire. subditorum uero obedire: ergo, &c.

De hac materia tractatur. 90. di. per totum. 24. qu. si quis Romipetas. & c. illi.

TReugas.] in prima parte determinat tempus feriarum in actu bellandi. In secunda ponit pœnam rumpentium treugam. In tertia instruit omnes quid facere debent, vt treugæ & paces seruentur, & ponit pœnam eorum ratione negligentiæ Ant. de Butr.

CASVS. Primo dicitur quod treugæ durare debent à quarta feria post occasum Solis, usque in diem Lunæ in ortu Solis. & ab aduentu Domini usque ad octauam Paschæ. hoc tamen non seruatur. Secundo dicit quod qui treugas fregerit, excommunicetur post tertiam cōmonitionem, & nullus excommunicato communicet. Tertio dicit quod triplex funiculus difficile rūpitur, ideo mandat quòd epi. [illegible] omnes sibi consilium & auxilium impendant: & qui secus fecerit, puniatur. Not. quod trina admonitio debet præcedere uindictā. Item sententia ferenda est in scriptis. Item funiculus triplex difficile rumpitur.

a ¶ Treu-

Treugæ dif-finitio.

a ¶ Treugas.] treuga est securitas præstita rebus & personis, discordia nondum finita.

ADDITIO. Pax vero est finis discordiæ, quæ debet haberi in voluntate, guerra in necessitate: vnde bellamus vt pacem habeamus. 23. qu. 1. nisi bella. & ca. noli æstimare. Ioan. And.

gas a ¶ a quarta feria post occasum solis, vsque ad secundā feriā in ortu solis, ab aduentu Domini vsq; ad octauas† Epiphaniæ, & & a Septuagesima vsq; ad octauas† Paschæ ab omnibus inuiolabiliter obseruari præcipimus.

¶ Si quis aūt treugas frāgere b ꝑsumpserit post tertiam admonitionē, si non satisfecerit suus eps̄ sniam excōmunicationis dictet in eum, & scriptā vicinis c ep̄is annunciet, quorū nullus excōicatum in communionē recipiat, immo scriptam sentētiam quisq; confirmet, d si quis autem hæc violare præsumpserit, ordinis sui periculo e subiaceat.

¶ Et qm̄ funiculus † triplex difficile rūpitur, præcipimus, vt ep̄i ad solū Deū & ad salutē populi habentes respectū oī trepidatione seposita, ad pacē firmiter tenendā, mutuū sibi cōsiliū g & auxiliū præbeāt, neq; hoc alicuius amore, vel odio prætermittāt. Qd̄ si quis in hoc opere trepidus † inuētus fuerit, dānū ꝓpriæ dignitatis incurrat.

¶ Idem.

¶ *Personæ hic enumeratæ plena securitate gaudent tempore guerræ.*

CAP. II.

Innouamus h vt presbyteri, monachi, conuersi, peregrini, mercatores, rustici, euntes & redeūtes, & in agricultura existentes i, & animalia, quib. arant & semina portant ad agrum, cōgrua securitate lætētur.

TITVLVS XXXV.

De pactis.

¶ Ex concilio Africano. †

¶ *Pacta quantumcumque nuda, seruanda sunt.*

CAP. I.

Antigonus epi scopus dixit & infra. ¶ Aut inita pacta suam obtineant firmitatem, aut conuentus (si se non cohibuerit) ecclesiasticam sentiat disciplinam. Vniuersi dixerunt, pax seruetur, pacta custodiantur k.

---

† Cap. 1. eo. tit. in 1. compilat. & in Pannormia. li. 8. ca. 147.

† octauam.

† octauam.

1 Quæ differentia sit inter iure an sit seruanda. Ioan. Andr. in c. ꝑ humani. de homi. lib. 6. verbo perpetuo.

2 Vide B. Thomā, & ibi Caietanum. 2. 2. q. 40. art. 4.

† Ecclesiastes cap. 4.

† Trepidus habetur in vetustissimis codicibus. in recentiorib. tepidus.

[Gl. seq. no. obijcit per locum à diuisione, & dupliciter soluit.]

b ¶ Frangere.] not. quòd hæc treuga canonica est, 1 & non conuētionalis: si. n. esset conuentionalis, semper seruaretur, nam hosti seruāda est. 23. qu. 1. noli æstimare. Sed qualiter intelligitur qd̄ dr̄ de ista treuga? Si intelligitur de iusto bello, à tali nullo die cessandū est ētiā Dominico 2 die. 23. q. vlt. si nulla. inf. de reg. iu. quòd nō est licitum. Si vero de bello iniusto, hoc nullo tempore faciēdam est. Sol. potest ītelligi de iusto bello, & licet nūquam sit cessandum à tali, minus tn̄ uacandum est ei in hoc tēpore quam in alio, vnde capitulū illud, si nulla. intelligitur qn̄ ineuitabilis vrget necessitas. Vel potest intelligi de iniustis bellis. uel Papa respexit ipsum factum, vt non semper darent operam bellis, & ideo ob reuerentiam dierum tunc cessarent: & nullo tpe dēnt fieri, & multo min⁹ isto tpe. Sed qd̄ dicit, hic hodie non tenet; & ep̄i qui non seruant hanc constitutionē, non dicuntur transgressores: quia non fuit moribus vtentium approbata huiusmodi treuga. 4. dist. cap. in istis. §. leges.

c ¶ Vicinis.] 11. q. 3. cap. curæ

d ¶ Confirmet.] id est. obseruet: & ita ipso facto cōfirmat eam: aliàs nec infirmare potest, cum non habeat imperium par in parem. 21. di. inferior. & c. denique & melius, sup. de elec. innotuit, & ff. de arbi. l. nam magistratus.

e ¶ Periculo.] id est excommunicationi subijciatur. 24. q. 3. illi qui. vbi hoc idem dicitur.

f ¶ Funiculus.] Primus est excōicatio proprij ep̄i. Secundus est, vicinorum ep̄orum obseruatio seu confirmatio. Tertius consilium, & auxilium eorundem: & ideo quanto fortior est, difficilius rumpitur. C. communia de successio. auth. itaque. ff. de lib. leg. l. 3. in fi.

g ¶ Consilium.] no. quòd prælati tenentur sibi mutuū præstare consilium, & auxilium. 93. dist. præcipimus, & c. prælatum.

Innouamus.] CASVS. Dicitur hic quòd presbyteri, monachi, conuersi, viatores, agricolæ, & animalia, q̄ portant ad agrū semina, vel arāt, potiantur securitate. No. quæ personæ, & quæ animalia gaudent treugis.

h ¶ Innouamus.] quia iam statutum erat. 24. q. 3. si quis Romipetas. & c. paternarum.

i ¶ Existentes.] ergo dum vacant agriculturæ tantum habēt priuilegium: 3 sicut militi non currunt tempora dum est in militia. C. quib. non obest longi temporis præscript. l. ult. sed animalia sēper hn̄t: vn̄ pignori dari non possunt. C. quæ res pig. ob. non possunt. l. pignorum.

† Cap. 22. in eodem concil. Lateran. & c. 2. eo. ti. in 2. compi. Pannormia. lib. 8. ca. 147.

3 Idem in peregrinis, scilicet quamdiu peregrinantur, sm̄ Host. sicut & legati priuilegium habent quādiu in legatione sūt. ff. de iudic. l. s. 2. §. legatis. Ioan. And.

† Africano. legit in omnibus. sed de sumptum ex cōcilio Carthaginen. 1. ca. 12. & habetur in c. 1. eod. tit. in 1. compil.

DE PACTIS.

¶ Supra visum est de pace, sed quia pacta & transactiones sunt quædā conuentiones ex pace factæ, ideo, &c. Abb. Siculus.

De hac materia habetur. 22. quæst. 4. in malis. c.

Antigonus episcop⁹.] Iudex ecclesiasticus prouidet seruanti pactum cōtra nō seruantem. h. d. diuiditur. Nam primo ponitur dictū Antigoni ep̄i. Secundo approbatio cōcilij: ibi, vniuersi. Ab. Sic. CASVS. Antigonus episcopus Matureñ. in concil. Africano grauem deposuit q̄rimoniam de Optātio ep̄o, quia cum inter se pactum fecissent quòd alter non subtraheret alterius populos Optantius episcopus non seruauit pacta inita inter eos: sed alliciebat populos Antigoni. Vnde petebat ut pacta inita inter eos seruentur, aut conuentus, si se non correxerit, ecclesiasticam sentiat disciplinā: vniuersi dixerunt, pax seruetur: & pacta custodiantur. Not. quod pacta seruari debent.

[Gloss. seq. not. pacta seruanda, alleg. 3. canones, & vnam legem. ponit quatuor casus quibus non valet pactum. in fin. ar. ex nudo pacto, &c. rationem reddit, & remittit.]

k ¶ Pacta custodiantur.] reformata per pacta inita inter ep̄os, q. contendebant adinuicē & de iure parochiali. Et ita est arg. quòd pacta legitima custodiantur. 20. q. 1. puellæ. in fi. & 22. q. 4. innocens. & 18. q. 2. Eleutherius. Pacta enim legitima, quæ neque dolo malo, neque aduersus leges, neq; quib. fraus alicui fiat, facta sunt, seruabo ait prætor. ff. de pact. l. iurisgentium. §. ait prætor. Pactum vero quod dolo initum est non valet.]. de rerū permu-

permu.ea.cum vniuersorum.C.de excep.& præscript. l.aduersus. Itē si alteri sit captiosū.ff.de rescin. vendi.si id quod pure. in fi. 1 Itē si sit contra bonos mores,C.de inutilibus stipul.ex eo. 2. Item qđ obseruatū vergit ad dispendium salutis æternæ,non tenet. j. eo. pactiones.vbi de hoc. Item habes hic arg. ꝙ ex nudo pacto oritur actio.12.q.2.quicunque suffragio. & q.5. quia Ioan. licet ... leges.ff. de ... gēt.ū. §.quinimmo. igitur nuda pactio obligationem nō parit; sed parit exceptionem: quia mortaliter peccat recedendo a pacto.arg.22. q.1. prædicandum. quia inter simplicem loquelam & iuramentum non facit Deus differentiam.22.q.5. iuramenti. De hoc dic, ut habes 12.quæst.2. c. quicunque suffragio.

1 Si ab emptione perfecta tutoris auctoritate pupillus sine ipsius auctoritate per pactū discedit, nō ualet pactū quod esset alteri captiosum; vt s. teneret venditor. & nō emptor. Io. Andr.

† Lib.7.epistola 60. registri.

† Cap.2. eo. tit.in 1. cōp.

¶Gregorius. †

¶ *Conuentio inualida per consensum superioris validatur.*

CAP. II.

Quoties † in conuentionibus noster expectatur assensus, ne in dubium veniant quæ geruntur, ratihabitio [a] eas debet pro securitate partium solidare. [b]

¶Idem. †

¶ *Iudex debet studiose agere,vt promissa adimpleantur.*

CAP. III.

Qualiter in sardinia, & infra. ¶Studiose agendum est, vt ea quæ promittuntur, opere compleantur. [c]

¶Alexander tertius Exonen. & Vvigornen. epis.

¶*Non valet pactum, per quod beneficium ecclesiasticum debet pecunia resignari.*

CAP. IIII.

Cum † pridem S.clericus procurator Prioris, & monachorum de Acra, & P. clericus ꝓ cā, q̄ inter eos,& prædictum P.ac fratrē eius,cuius vicē se gerere dicebat,[d] sup ecclesia, & capella de L. vertebat, ad nrām præsen monasterij, & prædictus P. pro se & fratre suo accesserunt ad dominum Papam: procurator & P. clericus pro se & fratre suo cuius erat, quandam fecerunt cōpositionem,scilicet ꝙ dicto P.pro expensis, quas fecerat, tres marchæ argenti soluerentur à monachis, & idem P.liti cederet, & ab infestatione monachorum cessaret: quam cōpositionem petierunt per dominum Papam confirmari,sed ipse noluit confirmare.quia illicita erat:tandem Papa monuit illum P. vt pro se, & fratre suo renunciaret liti:quod & fecit, & instrumēta, quæ super hoc habebat, in manibus domini Papæ resignauit, quæ destinauit monachis, mandans Priori & fratribus, vt eidem P. & fratri suo aliquod beneficium assignarent, de quo maius lucrum haberent quam de illa illicita pactione: sed prior & monachi acquiescere noluerunt. Propter quod dictus P. clericus ad dominum Papam rediit, exponens ei omnia supradicta: super hoc mandat Papa quibusdam iudicibus quatenus moueant priorem & monachos ut præfato P.& fratri suo competens beneficium conferant & assignent: quod si non fecerint, si constiterit ab eis dictos clericos a prædicta ecclesia & capella absq; ordine iudiciario violenter eiectos, faciant illas sibi restitui, non obstantibus litteris confirmationis, quas dicti monachi super hoc impetrasse dicuntur. Nota quod nulla pactio illicita in spiritualibus facienda est, nec aliquid dandum etiam pro expensis. Item qui renunciat instrumentis, liti renunciare intelligitur.

† Li. 8. epistola 38. registri Ioanni epō Caralitano. & c.3. eo. tit. in 1. compil.

Quoties.] fuit forte hoc capit. exordium confirmationis quorundā pactorum. Abb. Siculus.

CASVS. Si aliqua pactio uel conuentio facta est inter aliquos; ne dubitatio sit in futurum super conuentione illa, Papa requisitus debet illam ratam habere pro securitate partiū. Not. ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.

[Gl.seq.arg.ꝙ ratihabitio retrotrahitur.alle.vnam concor.signat vnum contrarium, soluit distinguendo ponens primam partem pro regula. dat tres casus exceptos.]

a ¶ Ratihabitio.] & ita si pactum ab initio etiam non teneat, per ratihabitionē superioris fit validum. j. ti. proxi.c. 1.Argumentum est ergo, ꝙ ratihabitio retrotrahit,& mandato comparat arg. j.đ clandest.desp. c. 2.Sed ꝯtra uidetur.ff.de his q̄ no.infa. l. qd ergo. Sed distingue,vtrum tale sit qd ab initio mandare vel cōcedere potuit qui ratum habet, & tunc mandato comparatur, aliàs non, ut potes colligere ex.fi.l.illius.ff. de off. ꝓconsul.l.obseruare. & ff.de serui.rust. p̄dio.l. per fundum. & j.de reg.c.significatum. & c.cum virum. sed quasi regulare videt vt ratihabitio retrotrahatur,& cōfirmet præcedentia, ff.de pig.l.si fundus, §.si ne sciēte.j.de his quæ fi.à prela.sine consensu capituli.c.cum nos. Ratihabitio tamen habet exceptionē in filia,quæ nubit tempore luctus postea patre ratum habente.ff.de his.qui not.infam.l.quid ergo.fallit in pupillo 2.vbi nō valet ratihabitio tutoris, nisi p̄sens sit in ipso negotio. Institu. de auctor.tuto. §. tutor.& de auctor.tuto. l.obligari. §.pupillus. fallit in seruo ff.de acquir.hære.l.si qs mihi.§. iussum.ubi debet præcedere iussus domini.

2 Loquitur de pacto futuræ successionis.

b ¶ Solidare.] id est,confirmare. & intellige cū causæ cognitione.j.de ꝯfir.vti.vel inuti.c.1.& 2. vbi de hoc alias parum valeret confirmatio in forma communi. Bernardus.

Qualiter.] CASVS. Dicunt ꝙ studiose est agendum.vt quæ ore promittuntur, opere compleantur.No.ꝙ ea quæ promittuntur,adimpleri debent. Itē no.ꝙ uerba accipienda sunt cum effectu.

[Glo.sequens inducit simile argu. & signat contrarium.]

c ¶Compleatur.]simile.23.dist.psalmista.& illud, 3 & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Et arg.ꝙ verba cū effectu sunt intelligēda.j.de cleri.nō resid. c. relatū. Item nec sufficit uoluntas nisi sequatur effectus. j. de eo qui mit. in pos. causa rei ser.cap.j.fim.j. de re iudi. ca. cum aliquibus,arg contra. s.de biga.nuper.& c.a nobis.

3 Psalm.88. Misericordias Domini,&c.Ioan. Andr.

Cum pridem.]Primo ponitur factum,sub quo continetur processus causæ, partium transactio, ipsius reprobatio, Papalis ordinatio & intercessio. secundo dat iudices, ibi,Ceterum.Abb. CASVS. Monachi de Acra. & P. clericus pro se & fratre suo habebant controuersiam inter se sup ecclesia & capella de L. qbus spoliari fuerant a monachis. S. clericus procurator

† Post conc. Laterā. par. 28.c 2.tit.de pactionibus licitis & illicitis in reb. eccl. & ca. 4. eo. tit. in 1. compil.

d ¶ Dicebat.] iste enim cum esset coniuncta persona etiam sine mandato audiretur agens pro fratre, ff. pro curato.l.sed hæ personæ, & l. Pomponius, §.ult. & C. eo.tit.l.exigendi.& sup.de rescript.c.nonnulli. tamen cauere debet de rato: aliàs non obesset. C. quibus res iudi.non nocet.l.1.

a ¶Liti

a ¶Liti cederet.] hæc renunciatio fratri non noceret licet esset procurator eius,& generalem administrationem haberet,ff.de procurato. mandato generali,& C. eo.tit.si procurator. & C.de transact. l.transactionis.

b ¶Non duximus.] infra tit.proxim.statuimus.cõtra solu. ibi compositio super decimis facta licita est, ut infra de decimis.ca.ex multiplici.& c. nuper. hic vero simonia expresse cõmittebatur, recipiendo pecuniã pro re spirituali, quam renunciauit. 1 Item arg.s. j. de præb. ca. nisi essent. Ibi nulla cõpositio vel pactio turpis inter partes interuenit, sed iudices pro bono pacis 1 quos compromissum fuit, statuerunt ut ad tps certa pecunia solueret. & ideo Papa illã constitutionẽ ex causa prædicta tolerauit: sed hic pactio turpis inter partes interuenit.

[Glo.seq.recitetur per quæstionem, an auctoritas Papæ purget simoniam, ponit duas opiniones. 2 secundam alleg. & soluit.demũ opi.distinguendo concordat.]

c ¶Illicitæ pactionis speciem.] quia ius spirituale pro pecunia remissum fuit. Quidã dicunt q pactum ualuisset, si auctoritas Papæ interuenisset.argum.ff.de his qui not. infam.l. furti. §. qui iussu. Tan. dixit q pp auctoritatẽ super otis simonia nõ purgatur ex quo aliquis est simoniacus. si vero cũ ius habeo, dedero tibi pecuniã redimendo vexationẽ meam non pecco.argu.1.q. 3.quæsitum. & j. de simo.c.dilectus, iuxta illud Apostoli,Redimẽtes tempus quoniam dies mali sunt,argumen.est tamen contra j. de simo. Matthæus. Sed ibi data fuit pecunia his qui ius habebant in electione.Sed videtur quod si cõpositio esset confirmata per Papam, quod excusati fuissent isti fratres, quia Papa habet plenitudinem potestatis & potest supra ius dispensare. infra de concess. præben.c.proposuit.& de eo quod non est ius, facit ius. 3. q. 6. hoc quippe.Item ipse naturam rei immutare potest.C.de rei vxo.acti. l. 1. in princip.potest dici, q in 2 his, quæ in sui natura simoniacã sunt in vereri, testamẽto,vt vendere sacramenta & huiusmodi spiritualia, ibi non excusat auctoritas Papæ. & secundũ hoc intellige quod dixit Tanc. in his vero'quę per constitutionem ecclesiæ simoniam inducunt, excusaret auctoritas Papæ. quia põt dispensare in talib.

tiam accessissent: inter se (non tñ nobis mediātib.) conuenerunt quod eidẽ P.pro expensis quas fecerat, tres marchæ argenti soluerentur,& idem P.liti cederet,[a] & a monachorum infestatione cessaret. Cumque compositionem istam † auctoritate Apostolica peterent confirmari:Nos eam non duxim[b] admittendam, pro eo qđ videbatur prauam illicitæ [c] pactionis speciem cõtinere;& inf. ¶Ille igitur nostris monitis acqescẽs, & eidem † liti pro se ac fratre suo renuntians,authentica † instrumenta,† quæ super hoc habebat, in nostris manib. resignauit, [d] quæ nos Priori & monachis destinātes, mãdauimus vt eidẽ P.& fratri eius, in aliquo studẽrent beneficio prouidere, de quo maius lucrum valeant Apostolica intercessione percipere, quam eis deberet ex illa pactione illicita prouenire. ¶Ceterum quia Prior & fratres acqescere noluerunt, Mandamus quatenus moneatis eosdem, vt prefato P.& fratri eius competẽs beneficium conferant, & assignent; alioquin si vobis constiterit dictos clericos a prænominata ecclesia & capella, absq; ordine iudiciario violenter eiectos, ipsam eisdem restitui faciatis [e] † non obstantibus litteris nostræ confirmationis, quas præ dicti Prior & monachi a nobis impetrasse noscuntur.

¶Idem Archiepiscopo Eboraceñ.

¶ Non valet pactum de succedendo post mortem prælati in ipsius ecclesia.

CAP. V.

Accepimus† q quędã ecclesię clericis sint tali tenore cõcessę, quod post eorum obitum, alij nominatim [f] succedant. ¶ Verum quoniam hoc iniquũ est, & sacris canonib.[g] inimicũ,& in eo nõ dẽt aliquatenus tolerari. Mandamus, quatenus huiusmodi successiones † tã detestabiles & iniquas appellatione cessante prohibeas, & omnino friuolas & inanes † esse decernas.

ADDITIO. Et de hoc di itur.sup.de offic.deleg.ex sed est tue par. 2.

d ¶Resignauit.] ad cautelam, & ex superfluo, quoniam s. ẽta renunciatione ipso iure irrita sunt instrumenta,C.de cond.ex le.l.dissolutt,& inf ti. pxi.c.1 & aduers. r.us, potest il lã petere. C.ad exhi. l.vlt.

[Gl seq.signat cõtrarium ponit opin. demum soluit. In fi. quærit, argu.negatiue, contrarium soluit.]

e ¶ Restitui faciatis. arg. contra.7.q. 1. quã periculosum. ubi habes, q Esau recipere postea non potuit quod semel cessit. Potest dici q nõ tenuit renunciatio, cum essent eo tempore spoliati. arg. j.de restitu.spol. solicite. Dicas melius, q isti implorauerunt beneficium principis. & de gratia restituunt, & illa renũciatio tacitam habebat conditionem annexam, scilicet, si monachi adimplerent quod mandauit Papa, sic s.de renuncia. ca.sane de hoc dictu fuit s.de elect. c.cum inter R. 3 Sed pone q monachi iam contulissẽt ecclesias alijs, quid fieret ? Argu.q non remouẽri. j. n- stituti.6.q.j. eos im mo remouẽdi sunt, & monachi tenẽtur prouidere illis 7.q.j. præsentium.j.de pre ben. inter cetera.

Accepimus. Diuiditur. Prima pars narrat factum, quod secunda præcipit corrigendi, Verũ. Abb.Sic.

CASVS. Quædam ecclesiæ cõ cessæ fuerunt quibusdã clericis tali modo siue tenore. q illis defunctis alij nominibus proprijs designati succedant eisdem: significatum fuit hoc domino Papæ,mandat Papa Eboracen. archiepiscopo, cum hoc sit iniquum, & sacris constitutionibus contrarium, quatenus huiusmodi successiones detestabiles & iniquas decernat omnino friuolas & inanes. No. q in beneficijs & ecclesijs successio locum non habet.

[Gl.seq fortificat textum.]

f ¶ Nominatim.] hoc etiam improbatur à iure ciuili: q̃a non possumus paciscí de hæreditate alterius, nisi eius voluntate.4.C.de pact.l.vlt.

g ¶ Canonibus.] qui prohibent successiones in ecclesia Dei fieri.8.q.1. Apostolica.sup.de fil.presbyt.ad extirpandas.ca.præsentium. & c.ex transmissa.& quasi per totum.

† ipsam.

† al.idem.

† In quibus dã manuscr. ita: authẽ. instrumenta q̃ super eisdẽ ecclesia & capella habebat,&c.

† Scripta, in vno exẽplari.

1 Replicat& declarat, cõtrarium nõ soluit, vnde dic s̃m Frã. Vin. & Inn. q hic erat suspicio turpis pacti: q̃ semper præsumit, nisi p aliam suspicionẽ tollatur ibi vero superioris auctoritas illã tollit, vel ibi amicabilis cõpositio hc trãsactio s̃m Go. vel s̃m Hostien.ibi, amicabilis cõpositio sup fructib. hic super iure spirituali. Io.Andr.

2 Nobilis est hæc glossæ distinctio q̃ Durãdus impugnat li 4. dist.25. q.5.

Sot.lib.9. de iust.& iu. q. 5.art.2.

† Facit 2.ff. ad l. Iul. de vi.& vi ar.

† Post conc. Later. p. 28. c.4.& c.5. & tit.in 1.cõp.

† Idem cõc. Trid.sess.25. de refor.c.7.

† vanas vanas.

3 Et fuit hoc in fauorem obedientiũ, & odiũ inobedientiũ.de post.ca.1. & qa deceptis & c.de re.p mut.cũ uniuersorũ. Io. Andr.

4 Sed nec hoc sufficit in bñficijs. de hoc de cõ cess.præb. ca. 2.& 3. in gl. Io. And.

Cum clerici.] Diuiditur. Prima narrat factum. Secunda corrigit: ibi, Nos. Abb. Sic.

CASVS. In Cantuarień. prouincia decedentibus prælatis ecclesiarum, clerici qui instituebant in eis pactū faciebāt cū illis a quibus ecclesias recipiebant, ꝙ ipsi soluerēt maiores pēsiones de ecclesijs illis q̄ solui cōsueuerant, vt sic facilius possēt ecclesias adipisci. Vnde Papa mandat archiepō Cantuarień. & eius suffraganeis quatenus prohibeāt clericis, ne de cetero id attētare psumant, & si ꝯ fecerint, illos ecclesijs ipsi debeāt spoliare: & eos ꝓ tanta præsumptione ecclesiastica seueritate punire. No. ꝙ pensio antiquitus constituta non dēt augeri: & qui contra faciunt, puniuntur.

a ¶ Paciscantur.] pactū istud non ualet, qa est ꝯ canones. ī. de censi. ꝓhibemus. ī. de preb. auaritię. & pactū 1 turpe non valet. ī. e. pactiones. & iurā sup hoc pstitū non tenet. ī. de cen. grauis. ī. de iureiur. tua nos. arg.

[Gl. seq. qrit. arg. pro, & contra, soluit distinguendo.]

b ¶ Pensiones.] sed pone ꝙ facultates ecclesiæ sint augmētatæ, nunqd pēsio dēt argumentari? Arg. est hic ꝙ nō. ī. de censi. ꝓhibemus. Sed cōtra arg. ī. de cens. q̄to. & s. de const. cū M. pōt dici, ꝙ si diligentia clericorū bona sunt augmentata, non dēt augeri pēsio, ne diligētia sua sit illis dānosa. C. de allu. l. ult. 2 Si uero aliunde bona ecclesiæ augmentata fuerint, tunc pōt & dēt augeri pensio, qa iusta causa subest, vt augmentetur. arg. ī. de censi. quanto. De hoc dic, vt ī. de cens. c. prohibemus.

c ¶ Ecclesiastica.] quæ erit depositio, cum simoniaci sint. 1. q. 1. reperiuntur. & c. erga simoniacos.

† Post conc. Lateran. par. 28. ca. 8. & c. 6. eo. tit. in 1. compil.

1 Concord. text. cum gl. in l. pacta q̄ contra. C. de pact. & l. iuris gentium. §. sed & si quis. ff. eod.

† Cap. 56.

2 Vide in p̄ alleg. c. cum M. super gl. hoc videbatur. Io. And.

¶ Idē Cantuarień. archiepō, & eius suffraganeis.

¶ *Qui per pactum augendæ pensionis cōsecutus est ecclesiam, debet ea priuari, et aliàs canonice puniri.*

CAP. VI.

Cum† clerici vestrę iurisdictionis (sicut accepimus) decedentib. ecclesiarū personis, paciscātur [a] ex ipsis ecclesijs maiores solito soluere pēsiones [b], vt facilius possint easdem ecclesias adipisci. ¶ Nos ad tam detestabile vitium extirpandum, fraternitati vestrę mandam⁹ quatenus ne id attentare presumant, districtius prohibentes, (si contra prohibitionem vestram venire presūpserint) appellatione cessante, eos taliter a de ptis ecclesijs spolietis: aliàs pro tātæ præsumptionis excessu seueritate ecclesiastica [c] puniētes eosdem.

¶ Inno. iij. in concilio generali.†

¶ *Si ecclesia rem suam locando, vel in feudum concedendo, apponit pactum in præiudicium iuris parochialis alterius ecclesiæ, nō tenet: & quicquid hac occasione perceperit reddere cogitur illi ecclesiæ.*

CAP. VII.

Pleriq; † (sicut accepimus) regulares clerici, & seculares interdum, cū vel domos locāt, vel feuda cōcedunt, in pudiciū parochialiū ecclesiarū pactum adijciunt, vt conductores, & feudatarij decimas eis soluāt, & apud eosdem eligant sepulturam. ¶ Cum autem id de auaritiæ radice pcedat, pactum hmōi penitus reprobamus [d], statuentes vt quicqd fuerit occasione hmōi pacti perceptum, ecclesiæ parochiali reddatur [e] †.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Non valet pactio in spiritualibus, vel quā pactū inducit, uel turpis, seu de re turpi, uel impossibilis de iure, vel de facto.*

CAP. VIII.

Pactiones † factę a vobis (vt audiuimus) pro quibusdā spūalibus obtinēdis; cū in hmōi oīs pactio, oīsq; conuentio debet omnino cessare [f] nullius sunt momenti: qa in talib. oīs pactio, & oīs conuētio cessare dēt, & idem dicendū est de alijs, quę sine periculo animę obseruari nō pnt quia, vt dnt leges, pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis nec de iure, nec de facto obligationem inducit. No. ꝙ in spiritualibus omnis pactio & conuentio cessare debet. Idem pactum turpe, uel impossibile non obligat.

Plerique.] Primo narrat factum. Secundo corrigi præcipit. ibi. Cum autem. Abb. Sic.

CASVS. Quidam clerici regulares & seculares, cum ipsi domos suas locant, uel concedunt feuda, pactum adijciunt in præiudicium parochialium ecclesiarum, vt conductores, & feudatarij decimas soluant eis, & apud eorum ecclesias eligāt sepulturam, hoc peruenit ad notitiam dñi Papæ: cum ergo id de auaritiæ radice procedat, Papa pactum tale penitus reprobauit: statuens, ut quicquid fuerit occasione huius pacti perceptum, ecclesiæ parochiali reddatur. Not. ꝙ pactum in præiudicium alterius factum ei non nocet.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit.

d ¶ Reprobamus.] pactum. n. tale non nocet ecclesiæ, quin a quolibet possessore possit petere decimam. ff. de pactis. l. inter debitores. ff. de inst. l. si cū villico. Et arg. ad hoc. 16. q. 1. si quis laicus. & hoc patet ex eo qđ dicit in fine, ecclesiæ parochiali reddatur. ar. contra. ff. de pact. l. ep stola. §. pactū. vbi dr̄ ꝙ tale pactū iustū est. Solu. tale pactū iustū est, ut creditor, q possidet pignus, tributum soluat, ut dicit §. pactum, quia & sine tali pacto possessor conueniendus est. Si uero in contrariū fieret pactum, q̄tum ad ipsos paciscentes valet pactum, sed nō quantum ad dñum tributorum: quia pactum priuatorum, formā iuris fiscalis non tollit, ut dicit lex prædicta, inter debitorem. & ī. de fo. comp. c. si diligenti. 3

e ¶ Reddatur.] & ita ecclesia pōt agere ꝯ regulares, uel sæculares clericos, ut ei reddāt ꝙ perceperūt occasione talis pacti. Posset etiam agere contra possessores, si vellet. argu. 12. q. 2. Apostolicos. & C. si tutor, vel cura. l. 3.

Actiones.] Primo ponit dictum, & eius rationem. Secundo ampliat illam, & probat. ibi. Quod etiam. Abb. Sic.

CASVS. Dicit Greg. ꝙ pactiones pro spiritualib. obtinendis, nullius sunt momenti: qa in talib. oīs pactio, & oīs conuētio cessare dēt, & idem dicendū est de alijs, quę sine periculo animę obseruari nō pnt quia, vt dnt leges, pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis nec de iure, nec de facto obligationem inducit.

f ¶ Cessare.] in spiritualib. n. omnis pactio illicita, seu conuentio cessare debet, ut 1. q. 1. quam pio. & ī. de simon, tua. & ī. tit. prox. præterea. & c. super eo. & ī. ut eccl. benefi. ut nostrum. quia hmōi pactiones simoniā inducunt, vt s. eo. cum pridem. tacite etiam vel expresse. 16. q. 7. per laicos. Item si huiusmodi pactum siue promissio, aut ēt iuramentum vergat in animæ detrimentum, ut hic dicit, si solus hominem spoliare non possit, inueniat sociū cum quo paciscatur, ut simul id faciant, & diuidant spolia. 22. q. 4. si ad peccatum, & c. mulier, non enim fert opem qui adiuuat ad peccandū. 14. q. 6. si res. de iuramento habes multa exempla. 22. q. 4. si aliquid & c. non est obseruandum, & in pluribus alijs capitulis ibidem.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. cōp.

3 Facit l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. obli. & l. pen. ff. de transac.

† Dic, vt plene hodie habetur. c. j. li. 6. de sepult. & in clemē. cupientes. §. vlt. de pœn.

† Vide Nauarrū in manuali confes. ca. 23. tit. de simo. & Sot. lib. 9. de iust. & iure q. 5.

lius penitus sunt momēti. ¶ Qđ etiam de alijs est dicendū, quæ obseruatæ vergunt in aię detrimentum. Nam ēt iuxta legitimas [a] sanctiones, pactum turpe, vel rei turpis [b], aut impossibilis de iure vel de facto nullā † obligationē īducit.

TITVLVS XXXVI.

De transactionibus.

¶ Gregorius. † A. † subdia. & Dom. abb.

¶ *Instrumenta, & alia iura partium, contraria transactione tolluntur.*

C A P. I.

SIcut graue: & infra. ¶ Post salubrem decisionem de cōtrouersia vestra factam, decreuimus, vt omnia instrumenta, vel quicquid aliud est quod partib. quoquo modo, vel tēporis ex præscriptione, seu aliter opem de lege, aut quocunque priuilegio ferre poterat, sit vacuum [c] & omni virtute cassatum, & sola pactorum inter vos nunc habitorum [d] pagina, validum perpetuumque robur obtineat [e]. Cui si quid forte incuria vel imperitia minus firmitatis insertum est, vires plenissimæ notionis [f] ex hac nostra auctoritate [g] suscipiat.

¶ Alexander tertius.

¶ *Tenet compositio super decimis facta cum assensu superioris.*

CAP. II.

STatuimus † vt si super

a ¶ Legitimas.] Secundum leges turpe pactum non tenet. ff. de verb. obl. generaliter. Turpe pactum dr̃ siue turpis res, puta si quis promittat se facturū homicidium, uel sacrilegium. ff de ver. obl. l. veluti. & Inst. de inut. stipul. §. quod turpi. Item pactum quod continet turpē causam, non tenet, puta si paciscar ne furti agam, uel iniuriarum. ff. de pac. si unus. §. pacta, secundum canones, ēt turpes promissiones non tenent. 22. q. 4. vnusquisque. & cap. in malis promissis. & c. non semper promissa. & c. diffinitio. & c. si ad peccatum. & c. mulier. & hoc est pactū turpis rei. Pactu turpe dici pōt quod fit de turpi re, ut c. si ad peccatum. Et pactū dr̃ turpe quod fit ēt de re sacra, siue spirituali, vt hic, & in oīb. quæ in sua natura bona & licita sunt, sed ꝑ pactū fiunt illicita. Itē pactum de re cuius commercium ꝑ rerū naturam haberi non pōt, nullius est momenti, ff. de reg. iur. impossibilium. & ff. de verb. obl. si stipuler. & Inst. de inuti lib. stipu. circa prin. 2 & gn̄aliter pactum quod contra leges & cōstitutiones, vel cōtra bonos mores fit, nullius est momenti, C. de pact. pacta, q̄. ff. sol. matr. alia. §. 1. Vel contra senatusc. plebiscita, decreta, edicta principum. ff. de pact. iuris gen. §. prætor. Sic & impossibile præceptum nullum est, siue sententia. ff. quæ sententiæ sine appella. rescin. Paulus.

b ¶ Rei turpis.] rei turpis nulla est obligatio. ff. manda. si remunerandi. §. rei turpis. Bern.

dn̄i Papæ plenum & firmū uigorem & robur obtineat sola transactio siue pactum. No. ꝙ ea quę sunt infirma vel minus ualida, per confirmationem Papæ recipiunt firmitatem.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit distinguēdo.]

c ¶ Sit vacuū.] ergo licet postea reperiantur instr̃a, non tñ lis restaurabit. C. de trāsac. sub prætextu. & ĩ. de re iud. inter monasterium. & c. seq. Arg. contra. C. de iudic. l. licet. & institu. de inutil. b. stipulationib. circa princip. Super hoc ita notabis, est petitio specialis, & generalis, & indefinita. Hic transactio specialis non obest in alijs specialibus. C. eo. age cum Geminiano Hic transactio gn̄alis restringitur ad hoc de quo specialiter actū est. ff. eo. l. qui cum tu. §. 1. C. eo. tit. si de re certa. Hic generalis transactio non rescinditur. C. eo. sub prætextu. Hic specialis transactio in uno capitulo, non impedit ꝓcessum aliorum. C. eod. l. pe. Hic gn̄alis transactio de rigore iuris tenet: sed replicatione doli rescinditur. ff. de pac. l. tres fratres. ff. de admi. tu. l. Lucius. §. tutor. Hic indefinita vt specialis transactio, in alijs non obest, quæ in iudicium deducta non sunt, C. de iudicijs. l. licet.

d ¶ Habitorum.] arg. nouissima pacta duntaxat ualere. C. de pac. l. pacta. & ff. eo. si unus. §. pactus: & ŝ. de rescr. c. ceterum. in fi.

e ¶ Obtineat.] nisi dolo transactio talis sit exorta, q̄ tunc non ualet. C. eo. l. sub prætextu. ff. de pact. l. emptor. §. Lucius.

f ¶ Notionis.] factæ cum causæ cognitione, ut dicitur. ŝ. tit. prox c. 1. & c. proxi.

[Gl. seq. inducit duo similia.]

g ¶ Auctoritate.] nota ꝙ si transactio uel pactum ab initio inualidum sit, per confirmationem Papę sumit vigorē, ut hic, arg. ŝ. tit. prox. quoties. sic 3 & sn̄ia quæ non tenet, per confirmationem Papæ efficitur valida. 3. q. 6. hæc quippe. & omnia nostra facimus (dicit Imperator) quibus auctoritatem nostram impertimur. C. de ueteri iure enucleando. l. sed neque sic testamentum omnium testamentorum solemnitatem superare uidetur, quod conscientiam 4 principis tenet. C. de testa. omnium.

DE TRANSACTIONIBVS.

¶ Continua hanc rubricam ut dictum fuit in præcedenti titulo. Est autem transactio de re dubia & lite incerta pactio non gratuita. Et unam differentiam inter transactionem, & pactum habere potes in his uersibus.

Incerta de re transactio dicitur esse:
S, d sunt certa pacta fauore rei.

De hac materia tractatur 5. q. 2. si primates.

SIcut graue.] Diuiditur. nam prima pars discernit: Secunda supplet: ibi. Cui si quid, Abbas Sic.

CASVS. Quidam prælati ecclesiarum habebant cōtrouersiam inter se super aliqua quæstione, & per transactionem illa controuersia fuit decisa, sed ne aliqua dubitatio remaneret in posterum, petiuerunt a Papa, ut eam confirmaret. super hac transactione statuit Papa, ut omnia instrumentà. & quidquid aliud esset quod opem alicui parti afferre posset uel ex præscriptione, uel priuilegio, sint cassa, & uacua, & sola pacta perpetuum obtineant firmitatem; & si aliquid omissum fuerit, ex auctoritate

STatuimus.] Non diuiditur, quia continet unum dictum, Abb. Siculus.

CASVS. Aliquod collegium. quęstionem habebat cum aliquibus super decimis: dubitabatur utrum compositio posset interuenire? Statuit Papa ꝙ si super decimis inter collegium illud & ecclesiasticam ꝑsonam compositio facta fuerit de assensu episcopi sui rata & firma permaneat. Nota quod transactio locum habet in decimis, quod uerum est cum datur spirituale pro spirituali.

[Glo.

† Facit l. inter stipulantem. §. sacrā. & l. impossibilis. ff. de uer. obl.

† Extat lib. 7. epist. 27. registri B. Gregorij. & c. 1. eod. tit. in j. compil.

† Hoc est Antonio subdiacono, & Dominico abbati.

1 Si stipulor id fieri ꝙ natura fieri non cōcedit, non magis obligatio ualet, q̄ si stipulor dari, quod natura dari non patitur. Io. Andr.

2 Ponit casū in eo q̄ promittit hominē, qui mortuus est, quē viuere credebat, vel promisit animal natum, ex equa, & tanto, quod no inuenitur. Io. And.

† Post concil. Lateran. par. 28. c. 3. & c. 7 ... o. ti. in 1. comp.

3 Concord. tale pactū. §. qui prouocanit. cū gl. & not. ff. de pact. facit l. ut iureiu. ff. de oper. lib.

4 Vel præsentiam ... Tan. & Vin. qui pro ho... dicebāt sententiam vel transactionem factam præsente Papa omni solēnitate m... nitam. ... And.

[Gloss.seq.arg.alleg.5.iura, in contrarium alleg.10. Sol. respondens ad t ia iura de primis.]

a ¶ Vt si super decimis.]hic est arg.quòd in spiritualibus potest interuenire transactio.54.dis.generalis.& c, ex antiquis.& 10. q.2.casellas. in fi. & 23.q.4.si.ille.& j.de rerũ permut.ad quæstiones.Sed contra 1.q.2.quam pio. & s. de pac.cum pridem.& c.pact ones. & j.eo.constitutus, & j. de rerũ pmut. ad quæstiones. & c. vlt. & 16. q.7. decimas quas & 13.q.2. in ecclesiastico.& 1. q.1.placuit.& j.eo. super eo. Solutio,in spiritualibus transactio ꝓprie sumpto vocabulo interuenire non potest,vt aliquod temporale det pro spirituali, quia simoniacum esset,et sic intelliguntur cõtraria hic signata. Quod dicunt duæ primę concordantiæ de seruo ordinato, quod ibi, potest interuenire transactio,non est uerum, quia ibi nõ datur temporale pro spirituali: quia licet detur ne reuocetur in seruitutem,nihil datur pro ordine,nec aliquot spirituale emitur, sed emitur libertas, & seruitium corporale redimitur, vt libere possit ministrare, quod licet. 36.q.1.de raptorib.sicut cum emitur 1 terra,vt ibi ædificetur ecclesia: quod licet quia non dr̃ propterea emi ecclesia,vel simonia committi Capitulum,casellas.non obstat;nec dicit hoc, sed dicit quòd res ecclesiæ alienari non debent,excepta causa captiuorum,ut ibi dicitur. Sed non dicitur transactio, sed proprie captiuorum redemptio:& datur pecunia recepta de rebus,& uasis ecclesiæ & redimuntur captiui. Et amicabilis compositio potest interuenire in spiritualib. ut hic dicit.& infr.de dec.ex multiplici.& c.nuper.& c.dilect.& inf.eo.ca.de cetero,& c.super eo.in fi.& inf.eo.c.ueniens.

†Dulmonsis.

† Post conc. Latera.part. 38.ca.5.& c. 3.eod.tit.in 2.compil.

1 Vide B. Thom. 2. 2. q.100. ar.4. ad 3.argu.& Sotũ li.9. de iust.& iu.q. 7.a.1.

decimis [a] inter vos & aliquam personam ecclesiasticam, [b] de assensu episcopi, vel archiepiscopi sui, compositio facta fuerit, rata & inconcussa persistat.

¶ Idem Dulmeñ. † epõ.

¶ *Si capitulum consensit transactioni, quã fecit prælatus nomine ecclesiæ, vlterius dissentire nõ potest.*

CAP. III.

Contingit † interdum quod licet abbas vel Prior alicuius conuentualis ecclesiæ,cum ecclesiastica,vel sæculari persona super his, de q̃bus inter eos cõtrouersa vertitur,coram delegato,vel ordinario iudice transigat, capitulum tamen eandem transactionem nititur reuocare.

¶ Vnde quia nos consulere voluisti, tibi respondemus,qđ si abbas, vel Prior a capitulo suo,de ratihabitione litteras [c] habuerit, transactionem quam fecit (fuerit aliquot annis [d] seruata) capitulum

d ¶ Personam ecclesiasticam.]quasi dicat,cũ laicis non possent taliter componere,ut ex illo spirituali quod ecclesijs debent,aliquid retinere possent, cum laicis spiritualia possidere sine periculo animarum non liceat.infr. de decim.prohibemus & 16. q.7.decimas.& infr.de præscrip.ca.causam quæ. Et si uidetur quòd cum laicis non possit fieri compositio, ut minus soluant, nisi Papa auctoritatem præstaret.inf.de consi..uti.c.ult.tamẽ propter vtilitatẽ ecclesiarum vr̃ licere.saltem de auctoritate epi,quia sic multũ consulitur ecclesiæ.arg.inf.de ijs quæ fiunt à præla.siue cõsen.ca.5.cũ in Apostolic.Ber.

ADDITIO. Hoc tenet Host.dicens, quòd hoc scribit laicis.alias dixisset Papa, aliam personam, non aliquam.Nec obstat ſm eum quòd dr̃,laicos non præscribere,nec possidere posse: dicit enim quòd non possidẽt nec præscribunt ius decimæ, sed quantitatem partis: & secundum hoc potest intelligi, quod legitur de paro.c. si.de dec.in aliquib.Pro hac parte ſm unum intellectũ. facit quod not.inf.eod.super eo.in fi.1.glo. Ioan.And.

Contingit.]cõis diuisio. Secunda.ibi, Vnde.Ab.Sic.

CASVS. Abbas siue Prior alicuius,conuentualis ecclesiæ,habet causam cum aliquo clerico uel laico coram ordinario,uel delegato.abbas uel prior super q̃stione illa transactionem facit cum aduersario sine consensu capituli: unde capitulũ transactionẽ illam nititur reuocare,quæritur vtrum possit?Respondet Papa,quòd si abbas, uel prior habuit mandatum siue litteras de rato, à capitulo suo transactionem illam si aliquot annis seruata fuit,non poterit reuocare,ac si non consenserit a principio: & si litteras de rato non habuit, reuocare non poterit, quia eam postea ratam habuit. Not.quod procurator ad agendum & defendendum datus non potest transigere nisi dominus postea ratum habeat.

[Gloss seq.primo notat. secũdo ponit opi. Vin.contra quã al.quod remittit.tertio ponit differẽtiã quam improbat.]

c ¶ Litteras.]nota quod abbas simpliciter ad agẽdum constitutus, sine licentia capituli transigere non potest, C.de transac.l.transactionis.vnde procurator transigere non põt, etiam si haberet generale mãdatum ad agendum, ff.de procura.l.mãdato. Vin. dicit quod licet abbas vel alius p̃latus nõ possit transigere sine speciali mandato,2 ad hoc tñ potest exercere actionẽ.ff.quod cuiusque uniuer.l.ult.arg.contra expressum. ff.de iur.delib.l.ait prætor.ubi dr̃ quòd ille qui non potest alienare,nõ potest rẽ in iudicium deducere.de hoc dr̃.j. de proc. ca.1. S. tamen abbas præter mandatum procuratoriũ habeat litteras de rato a capitulo suo,continentes simpliciter, ꝙ quicquid super tali negotio fecerit, ratum habebit, potest transigere,vt sic notentur differentiæ inter litteras procuratorias & litteras de rato, infr.de reli.domi. cum dictus.ubi de hoc, & hic idẽ vĩ. Quod dicit litteras de rato: expone ut ibi dixi.i.mãdatu procuratoriũ, continẽs ꝙ etiam abbas transigere posset super quęstione,de qua coram delegato agebatur, cum illa clausula, [& quicquid super his per abbatẽ factũ fuerit,capitulũ ratum habere promisit.]aliàs non ualeret talis transactio.ut dictum est. Vel abbas habuit simplex mandatũ transigendi tantum coram delegato, & ita capitulum non poterat reuocare transactionem ex eo quòd non consenserat. Vel dic.ut in no.seq.

2 Concor.l. procurator. §.cui libera. & ibi Barto. ff. de procu. & l.1.eo.ti.

Prorogat inducias aufert onus, impedimentum:
Cogit adire forum, conseruat ius dominorum.

Pone exemplum prorogat inducias appellatori. infra de appel.c.cum sit.Romana. Aufert onus electo, & electoribus.63.distinct. c.cum longe. Impedimentum aufert domino uolenti repetere seruum suum factum monachum.17.q.2.si quis incognitus. Cogit adire forum, quia sine licentia patris absentis filius causam agere potest. ff. de iudi. si longius. Conseruat ius dominorum in possessione turbata domino absente. C.si per uim, uel alio modo.l.1. ubi admittitur ad possessionē turbatam recuperandam seruus uel amicus, qui alias non admitterentur.

f ¶ Quantum de iure.] sed qualiter procedetur in hoc casu restitutionis, dato quod pars citata nō ueniat; nūquid potest procedi ad testium receptionem, uel diffinitiuam sententiam super ipsa restitutione? Videtur quod non: quia litis contestatio in hoc casu facienda est. supra de offic.iudi.cap.2. ff.de mino.l. Papinianus. §.ult. sed ut lite non contestata testes non sunt recipiē di, infra ut lite non contesta. per totum. Et hoc innuitur hic ex eo quod dicitur. [Quantum de iure, &c.] cum alias lite contesta. citari debeat: ut si non uenerit, ad sententiam procedatur. Qualiter hoc fieri debeat, dictum est sup. de offic.iudic.cad.3. sed contra uidetur, quod ad sententiam procedi non possit. ff. de mino. in cau sæ.§.1.& C.si minor ab hæred. se absti. authen. si omnes. Sol. hæc contrarietas habetur supra de offic.iud.c.2.

1 vnde dicit canon. Multo ꝑpe disce, quæ postmodum doceas. 36.q.1.sic viue.

2 Concord. tex.in l.studuisse. cum bona glo.C. de prox.sac. serui.li.12.

3 Quod si in antiqua cōpilatiōe hāc decretalem legeris, rem totam facilius percipies.

4 Concord. C. de eden. l.q accusare & l. actor. C.de proba. cum vulga. † comparetis.

5 Hoc uerū secūdū Ho. si iusta causa sit expressa, ut cum citatio nō est facilis, vt hic, & tunc solent, tres termini in vna citatione exprimi. c.2.ī. de te. cogen.

Suscita-

SVscitata.] Si restituatur in integrũ contra sententiã is, contra quem est præsumptio, mandat̃ sñia executioni, præstita cautione de restituenda re, si prius condemnatus in hoc iudicio præualeat. Diuiditur in quattuor partes. Nam prima ponit decisam facti narrationem. Secunda: ibi, Nos intellectis. ipsius diffinitionẽ. Tertia ibi, Sententia restitutionis, petitionem. Quarta ibi, Ne uero. ipsius cõcessionem cum certa probatione. Abb.

CASVS. Inter episcopũ Burgeñ. & monasteriũ Ouieñ. vertebatur quæstio super quattuor articulis, & super quibusdam decimis monasterio acquisitis, per quandam transactionem: quæ commissa fui. quibusdam iudicibus, coram quibus processum fu..., & conclusum in causa. Tandem causa super his delata fuit ad dñm Papã. Audi[t]is q[ue]cunque partes proponere voluerũt, Papa cõdẽnauit monasteriũ sup quattuor articulis p̃dictis, lata sñia sup p̃dictis articulis, dummõ Papa vellet sup decimis proferre sñiam, super quibus corã iudicib. fuerat in cã cõclusum: procurator monasterij petijt bñficiũ restitutionis in integrũ ad probandã p̃scriptionẽ tã sup quattuor articulis p̃dictis, q̃ etiã sup decimis p̃dictis acquisitis monasterio per trãsactionẽ... Papa dicto procuratori restitutionis bñficiũ super dictis articulis concedit. Ne uero per excogitatã malitiã (sicut ex quibusdã præsumptionibus videbatur) effectum sententiæ in dãnum epi contingeret impediri, & ne monasteriũ per executionem detrimẽtum incurreret, propter diuersas præsumptiones dominus Papa æquitate pensata ita prouidit, vt prædicta sententia executioni mandetur ante aliquam probationẽ, ita tñ q̃ sufficiente n[on] præstet cautionem episcopus Burgeñ. q̃ si monasterium obtinuerit in causa, omnia quæ perceperit occasione ipsius sententiæ, monasterio restituantur. Not. quod ecclesia restituitur ad probandam præscriptionem post sententiam, & ante sententiam, licet sit in causa conclusum. Item propter præsumptionem sententia mandatur executioni. quæ alias mandari nõ deberet, & hoc de æquitate, & non de rigore.

si cõtra petentẽ restitutionẽ est præsumptio malitiæ, quod cã differendi executionem hoc petat, quo casu executio fit præstita cautione de restituendo, si petens restitutionem obtinebit in causa, hoc dicit secundum mentem, iuncta glossa penult. & in hoc vltimo est iste textus valde singularis respectu vtriusq; iuris.

† Cap. 1. eo. tit. in 4. cõp.

† Omense. Orneñ.

CAP. VI.

SVscitata † super diuersis articulis inter Burgensem episcopum, & Ouiense † monasterium quæstione: & infra. ¶ Nos intellectis, quæ vtraque pars proposuit coram nobis, super quattuor articulis prænotatis, monasterium [a] Ouieñ. iustitia cõdẽnauimus exigẽte. ¶ Sententia vero lata, procurator monasterij ad probandum præscriptionem factam, † tam super quattuor articulis prænotatis, quã ẽt super quibusdã decimis, [b] per transactionẽ [c] acquisitis: & infra. Restitutionem in integrũ nomine monasterij postulauit, [d] q̃ eidem duximus indulgendam: & infra. ¶ Ne vero per excogitatam malitiam (sicut ex præsumptionibus pluribus videbatur) effectum sententiæ in dãnum episcopi contingeret impediri: neve monasterium per executionem sententiæ, [e] propter diuersas suspiciones incurreret detrimentum. [f] Nos æquitate pensata, [g] iure

† Vox, facta de. ... in omnibus vetustis exemplaribus.

[Glo. seq. recitetur per contrarium.]

a ¶ Monasterium Ouieñ.] hic fertur sententia contra monasterium: simile, inf. de censi. sopitæ. alibi in personam procuratoris siue syndici. s̃. de elec. c. querelam. ubi de hoc, & j̃. de capel. mona. c. dilectus. Sed ecclesia non multum curat de illa solemnitate, sicut nec facit differentiam inter procuratorem & syndicum, ex quo constat de potestate tradita. s̃. de proc. c. petitio. 1 Vel dic cõdemnari monasterium in persona procuratoris.

1 Facit l. 1. ... de sent. & interlo. om. iud.

b ¶ Decimis.] super quibus iam conclusum erat in causa. simile. sup. eo. c. auditis.

c ¶ Per transactionem.] id est, amicabilem compositionem, sup. de transact. cap. 2. & inf. de decim. ca. ex multiplici.

d ¶ Postulauit. iste fuit procurator constitutus ad causam, & sententia lata contra monasterium postulauit in integrum restitui, & obtinuit. Sed contra uidetur dicere lex: quia sine speciali mandato, ad hoc procurator non admittitur. ff. de minor. l. illud. §. si talis & j̃. cap. proxi. Potest dici q̃ lex illa locum habet, cum restitutio principaliter postulatur. ut su. eo. tum ex litteris. non tamẽ per illum cõtra quẽ lata fuit sententia, vt tunc exigatur speciale mãdatum ad hoc: sed quando incidenter postulatur restitutio sicut hic, licet post sententiam super quibusdam, quia in cõtinenti post sententiam ante factam executionem, & per eum qui factus erat dominus litis per cõtestationem, intelligitur incidenter factum, & super quibusdã quæ petebant ante sententiam, unde procurator ad causam cõstitutus bene potest petere restitutionem super articulo incidenti. s̃. eo. auditis. quia omnia quę ad cãm instruendam faciunt, ibi concessa intelliguntur. arg. ff. de procu. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. & argu. ad hoc. ff. eod. titu. l. ... proprio §. item quæritur. arg. ad hoc. s̃. eo. ca. auditis. & simul. C. eo. l. ... 2 & ff. an per alium cau. ... exer. pos. l. 2. argu. n. contra C. de ap. l. si actor. & quia hic locum nõ habebat appellatio, necesse habuit recurrere ad beneficium restitutionis, si potuisset appellare, iure communi poterat præscriptionem probare, siue aliam exceptionem peremptoriam j̃. de fide instru. c. cum Ioannes. & C. senten. rescin. non pos. l. 2.

2 Exceptio militiæ non opposita contra p̃curatorẽ, ante litẽ contestatã ẽt in cã appellationis opponi non põt. Ioan. And.

e ¶ Sententiæ.] hoc regulare est, vt sententia mandetur executioni non obstante aliqua exceptione, vt 2. q. 1. sicut. nisi in cõtinenti probetur exceptio. j̃. de rest. ueniens. & j̃. de rest. spol. c. litteras. in fi. & in quibusdam casibus, qui notantur 11. q. 3. cum apud. Itẽ licet in continenti uelit quis probare exceptionem suã. 3 si tamen est præsumptio contra ipsum, quod malitiose excipiat, primo mãdabitur sentẽtia executioni, ut hic: deinde si quid uelit proponere, non in modum exceptionis, sed in modum actionis audietur. j̃. de appe. constitutus. in fi. & j̃. de accus. accedens. sed & hoc ibi non dicitur, immo defecerat in quibusdã exceptionibus, nec dicebat quod alias uellet proponere, ut C. ad leg. Cornel. de fals. satis aperte. & C. de edic. diui Adr. tol. l. 2.

3 Facit l. 1. cum optima gl. ff. de tabulis exhibendis.

f ¶ Detrimentum, quia delictum personæ, &c. 16. qu. 6. si episcopum.

[Glo. seq. reci. per contrarium, cui dat simile, & sol. cui signat contrarium, & respondet.]

g ¶ Pensata. hic præfertur æquitas iur. C. de. iudic. placuit. sed hoc cõtingit propter præsumptionem, cum alias de iure cõi, postulata restitutione in integrum omnia in statu suo esse debeant, donec restitutio finita sit. C. de in integ. restitu. postulata. l. unica. sicut

appellatione interposita nil est innouādum. ff. nil no. appel. pen. interposita. l. vnica & 2. quæst. o. 6. c. ei q. §. appellatione interposita. Sed contra. s. de trāsactio. c. vlt. vbi dicitur ꝙ ius seruādum est. ubi uero ius deficit, æquitas seruāda est. Sed presumptio soluit cōtrarium.

procurator. non iniuste. & inf. de testibus insuper.
d ¶ Munimenta.] munimenta dicuntur quibus causa munitur & instruitur, ut testes, instrumenta, confessiones, & quicquid aliud quod adiuuet causam.
e ¶ Petita.] de negando ipsam eis, ut infra patet.

[Gl. ſta sequens allegat similia, & arguit.]
a ¶ Cautionē.] hoc generale est ubicumque in dubio aliquis admittitur, qd semper ille qui admittitur, præstabit cautionē C. de lega. l. si in fraudē. 1. C. de peti. here. l. vlt. 1 responso. ff. de rei vend. is à quo. & l. se. ff. vt legatorū uel fideicommi. seruan. causa caueatur. l. postquam. §. 1. ff. de dam. infec. prætor in prin. argu. j. ne lit. pen. ecclesia sanctæ Mariæ. Item argumentum est hic quod cautio sit præstanda ab eo q mittitur ī possessionem causa rei seruandæ, de fructibus restituēdis, si suspectus est, j. de seq. c. 2.

C Oram felicis.] Prima pars narrat factum: secunda interloquitur: ibi, Nos autem.
CASVS. Inter archiepiscopum Bracharen̄. & archiepiscopum Toletan̄. coram Innocentio super iure primatiæ quæstio uertebatur: lite inter prædictos archiepiscopos contest. coram ipso, causam commisit quibusdam iudicibus, ut ipsam causam sufficienter instructam remitterent ad Apostolicæ sedis examen. partibus terminum peremptorium assignando, in quo cum omnibus munimentis per quæ causa instrui posset sedi Apostolicæ se præsentent, sententiam audituri. termino uero elapso post longam expectationem comparuerunt procuratores archiepiscopi Bracharen̄. sed quia non portauerunt depositionis testium & alia munimenta, dilationem ad hoc faciendum postulauerunt: Papa interlocutus fuit, quod super hoc audiendi non erant, cum ad hoc sibi terminus peremptorius assignatus fuisset: ipsi petiuerunt ad hoc se admitti per beneficium restitutionis exhibentes super hoc speciale mandatum: unde Papa Honorius dedit illis dilationem usque ad octauas Pentecostes per beneficium restitutionis. Nota dilationem dandam per beneficium restitutionis ad depositiones testium, & alia munimenta portanda, quæ in termino constituto fuerant admissa.
b ¶ Super primatia] primatia, & patriachatus una tantum dignitas est, licet nomina sint diuersa. 99. distin. cap. 1. & 2.
c ¶ Procuratores uestri.] & ita ad unam causam plures procuratores dari possunt. de hoc dictum est. s. de

† al. quatenus.

a Adde de appel. super eo. tit. s. gl. ult. Io. And.

duximus prouidēdum, vt ante oīa supradicta snīa executioni mandetur, & infra. ¶ Volumus nihilominus, & mandamus, vt † ab ipso episcopo recipiatis idoneam cautionem; [a] ꝙ si monasteriū in causa ipsa præualuerit, vniuersa q̄ medio tēpore snīæ ipsius occasione pceperit, monasterio restituat memorato.

¶ Hono. iij. archiepiscopo, & capitulo Bracharen̄.

¶ *Post peremptorium nō auditur ecclesia de iure communi: auditur tamen per beneficium restitutionis in integrum.*

CAP. VII.

Coram felicis memoriæ I. Papa præd. nostro lite inter archiepiscopū Toletan̄. & te frater archiepiscope super primatia [b] solemniter contestata, fuit peremptorius terminus assignatus. & infra. ¶ Verum elapso termino cōstituto, post expectationem non modicam, comparuerūnt procuratores [c] vestri, sed quia non attulerāt depositiones testium, & alia munimenta, [d] dilationem cū instantia postularūt. Postquā vero contra † eos interlocuti fuimus super dilatione petita, [e] tandem indulgeri ecclesiæ Bracharen̄. dilationem pp instructionē causę, per auxilium restitutionis in integrum postularunt, exhibētes super hoc ex parte vestra speciale mandatum. [f] Nos autem vsque ad octauas Pentecostes, per restitutionis beneficium id vobis duximus [g] indulgendum.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Restituitur minor in eo quod contraxit, vel omisit, si probat exinde se læsum, & sit infra tempora restitutionis petendæ.*

CAP. VIII.

Constitutus in presentia nostra magister

[Gloss. seq. ponit octo casus, in quibus requiritur speciale mandatum.]
f ¶ Mandatum.] in hoc casu non vr̄ generale sufficere mandatum procuratoris simpliciter constituti ad cām. ff. de mino ri. illud. 2. §. si talis. Et quidam alij casus sunt, in quibus non sufficit generale mādatum, ut in causa suspecti tutoris. de procura. non solum §. vlti. Alius qn̄ aliquis reliquit duos procuratores omniū rerum suarum, tunc alter abaltero non potest exigere sine speciali mandato. ff. de procu. l. qui duos. Alius est in interdicto de liberis exhibēdis. ff. de lib. exhi. l. 3. ff. de procu. Pōponius. in princ. Quintus est in trāsactione. ff. de procu. l. mandato. & in alio casu procurator non potest deferre iuramētū sine speciali mandato uel recipere. ff. de iureiu. l. iusiurandum. §. procurator. & in acceptilatione. ff. de accepti lation. l. 3. de hoc dixi. sup. c. proxi. qualiter locum habeat in alio casu, exigitur speciale mandatum.

2 Ex hac l. arguit Io. 2. qu. 5. qua de cā. ꝙ generali mandato non delegat̄ dispensatio. & de hoc in Spec. tit. 2. §. consequenter. uer. generaliter.

† In antiqs codicib. uno excepto ita ꝙ inter eos.

† Vide text. in l. si quando & ibi Bar to. C. de dilat.

sup. de rescrip. c. nonnulli.
[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]
g ¶ Duximus.] & ita aliquid conceditur hic una via, quod alia via denegatur. contra supra de procu. tuæ, cum suis concor. ibi posit. s. Sed illa intelliguntur de iure communi, ut si in iure communi aliquid una uia prohibetur, & alia uia eodem iure debet prohiberi. hic uero secus.

C Onstitutus.] In prima ponitur partis petitio, super qua, secundo dat iudices: ibi, Quocirca mandamus. Abb. Sicu.
C A S V S. Pater & mater magistri Guil. & Ioannis fratris ipsius canonici Parrosien̄. habebant quasdam possessiones communes: matre ipsorum defuncta cui succedere debent, G. pater ipsorum eis in minori ætate constitutis, possessiones prædictas vtrique communes vendidit pro certa pecuniæ quantitate; & quia uenditio huiusmodi non valebat pro ea parte quæ ex successione materna fratres contingebat prædictos, emancipauit eosdem, & fecit eos contractui cōsentire; præterea consuetudo est in Parrosien̄. municipio, quod si aliquis vendat possessiones suas alicui extraneo a consanguinitate sua, ille qui est proximior uenditori, usque ad annum & diem a tempore

vendi

venditionis potest offerre pretium emptoribus, & illi tenent recipere pretiũ, & restituere rem pretium offerenti: magister Guil. pro se & Ioan. fratre suo accessit ad dñm Papã, & exposuit ei p̃dicta, petens a dño Papa ꝙ cũ adhuc existerent infra tempus ad obtinendum beneficiũ restitutionis in integrum, vt venditionẽ prædictã pro ea portione quæ ex successione materna contingebat eosdẽ, faceret nunciari nullã, vel per beneficiũ restitutionis in integrũ cõtra ipsam venditionem subueniret eisdem: in alia portione paterna petebant sibi per idem beneficiũ subueniri tãquam proximioribus ad offerendũ pretiũ emptoribus, iuxta consuetudinẽ municipij Parrosinẽ. qđ hactenus omiserũt, cum in hoc enormiter lædantur, & ipsi parati sunt offerre pretium emptoribus uel eorum hæredib⁹. Vnde mandat Papa quibusdam, quatenus si præmissa inuenerint esse vera, venditionem prędictam quo ad partem quæ ipsos contingit ex successione materna denuncient esse nullam, si in ea iuris solennitas est omissa, uel si fuit seruata, & eos constiterit esse læsos, tam super illa, quam super alia portione paterna, in integrũ eosdem restituant, dum tamen quod offerunt, duxerint faciendum. Nota quod frater pro fratre sine mandato admittitur ad impetrandum. Item si iuris solẽnitas in contractu minoris non seruatur, nullus est contractus in præiudicium minoris. Idem est in contractu ecclesiæ. Si vero iuris solennitas interuenit, & læsus sit minor uel ecclesia, subuenitur eis per beneficium restitutionis in integrum.

† Paronẽn. Perencñ.

†Hic in vulgatis hr̃ dictio cũ, quã nec series orõnis admittit, nec habent manuscripti.

† Infero qđ qualitas clericatus & canonicat⁹ nõ liberat quẽ a patria potestate; sed sola ep̃alis. concor. in auth. consti. q̃ de dign. §. palã. & aut. dignitas. C. de epi. & cl.

Guil. pro se ac fratre [a] suo I. canonico Parrosinen. † exhibita nobis petitione monstrauit, ꝙ † eis in minori constituti ætate, ac eorum matre (cuius successores [b] existunt) reb. humanis exempta; quondã Guil. pater ipsorum quasdam possessiones vtrique cões [c] quibusdã vendidit, ꝓ quadam pecuniæ quantitate, ac (vt huiusmodi venditio robur firmatis haberet) emancipauit eosdẽ, [d] † & fecit eos contractui consentire. Quare supplicauit vt vel venditionem [e] eandem, mãdaremus nunciari nullam, [f] vel cum [g] adhuc existant infra tp̃s [h] ad obtinendũ beneficium in integrum restitutionis indultũ, & inf. annum & diem a tp̃e contractus, ipsis tanq̃ proximiorib. competeret super alia portione ius offerendi emptoribus pretium, iuxta municipij Parrosineñ. † consuetudinem [i] approbatam, quod hactenus omiserũt, dignaremur eis sup vtroque (cum in hoc non modicum læsi noscantur, & emptorib. portionis eiusdem, vel eorum successoribus pretium sint offerre parati) per idem beneficium subuenire.

¶ Quocirca mandam⁹, quatenus si præmissa inueneritis veritate subnixa, vel venditionem prædictam, quo ad partem ex successione materna ipsos contingentem, nullam nunciare curetis, si in ea debita [k] iuris solẽnitas est omissa; vel si forsitan in-

. [Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

a ¶ Fratre suo.] & merito, cum sit coniuncta persona. supra de rescript. capit. nonnulli. & etiam ad agendum admittitur, dum tamen contraria uoluntas non appareat. ff. de procu. l. sed & hæ personæ. & l. Pomponius. §. vlti. & in causa restitutionis nõ admitteretur ad agendum, nisi constaret de voluntate ipsius. ff. de minori. l. patri. 1. responso.

b ¶ Successores.] quia filius succedit etiam matri ab intestato [1] siue ex testamento. C. de bo. ma. l. 1. pater vero habet vsumfructum in cuius potestate est; qui omnem diligentiam tuendæ rei debet habere: alienare tamen rem filij vel donare non potest. Cod. eodem tit. l. 1. & 2.

[Glo. seq. signat contrarium & soluit.]

c ¶ Vtrique.] scilicet patri & matri, quas possessiones de communi pecunia emerunt. simile. inf. de don. inter virum, & vxorem. c. sign ficauit. Sed contra videtur; quia quicquid habet vxor, totum præsumitur esse de bonis mariti. C. de don. inter virum & uxo. l. si uxoris, & ff. de dona. inter virum & uxorem. l. Quintus Mutius. Illud verum est quando non constat unde res illæ processerunt. Sed hic constat, quia vt dixi, de pecunia communi emptæ, vel vtrique communiter legatę fuerunt. & hoc certum erat.

† Ex senatus cõsulto Orficiano etiã si alieno iuri sit subiect⁹; & p̃ferẽ consanguineis mátris. & ea dẽ rõne succedit nepos, & pronepos auiæ & proauiæ mater. Insti. de Senatusc. Orfi. §. 1. & 2. C. eo. l. 1. Ioan. And.

d ¶ Eosdem.] hoc ideo dicit: quia dum filius est in potestate patris, alienare, vel alias disponere de rebus suis non potest. nec agere pro his, nec ei tũc temporis currit prescriptio, vt C. de bo. ma. l. 1. & C. đ an na. excep. l. 1. §. vlti. Ideoque emancipauit eos, vt consentirent, & ratam haberent venditionẽ eãdem quoad partem maternam, in quo debebant succedere matri.

† Paroneñ.

e ¶ Venditionem.] quatenus contingebat eos de bonis maternis: in alia parte quo ad partem patris petebant restitui ad ius offerendi pretium, & si venditio de bonis maternis teneret, petebant restitui similiter contra eam.

f ¶ Nullam.] quasi factam a minore xxv. ann. si iuris solennitas non fuit seruata.

g ¶ Vel cum.] supple, si iuris solennitas fuit seruata in uenditione.

h ¶ Tempus.] scilicet quatuor annorũ. C. de temp. in integ. rest. l. vlt. est & hic argu. quod vltra quadriennium non detur restitutio. B. rnar.

i ¶ Consuetudinem.] consuetudo [2] erat approbata illius loci, quod si quis rem communem cũ alio, uel rem suam venderet extraneo, vel alicui magis remoto, qui proximor est illi alienanti, a tempore contractus usque ad annum & idem & post, potest offerre pretium emptori, quod soluit pro re illa, & ille tenetur recipere pretium, & restituere rem: & isti fratres omiserant offerre pretium infra annum, & diem pro re patris alienata, cum ipsi essent proximiores. & ad hoc offerendum petebant restitui, ut rem patris re haberent.

[2] V de Mattheũ de Afflictis. decis. 223.

K ¶ Debita.] quia si habebant curatorem, & eius authoritas non interuenit, ipso iure nulla fuit uenditio. C. de in integr. restituit. minorum. si curatorem. & si decretum non interuenit sine authoritas prætoris, non tenet uenditio: seu consensus subsequens, quia tutor & curator alienare rem minoris sine authoritate prætoria non potest. C. de prædi. mino. si. decre. non alienan. l. 1. & 2. & l. minorem. & l. si quidem. & in pluribus legibus ibidem. Si uero isti nullum habebant curatorem, & contraxerunt uel consenserunt authoritate prætoris uenditioni factæ a patre, obligantur. sed si læsi sunt, [3] restituuntur, ut l. prædicta, si curatorem, in fine. & ita si solennitas iuris est omissa, nulla fuit uenditio, & sic etiam nulla pronunciabitur. si solennitas seruata fuit, & probauerint se læsos, restituentur tam contra uenditionem contingentem ipsos ex successione materna, quam etiam ad ius offerendi in uenditione paterna.

[3] Lædit minor aut in iud cio aut in cõtractu. c. hoc. 86. dist. in religiosũ. Ioan. And.

a ¶ Constiterit.] probabût ergo isti se minores, & læsos, alias nõ audientur. ff. de iureiur. nam postea. §. si in nor. quo probato restituentur tam contra vẽditionem, quam ad ius offerendi.

Causa restitutionis.] Tria sunt dicta principalia. [illegible] D lega ti. T [illegible], In matrimoniali. Abbas.

CASVS. Quia beneficium restitutionis extraordinarium est, & non datur nisi deficiente iure communi, dubitari poterat quis date possit beneficiũ restitutionis [illegible]. & ideo Papa ostendit in capitulo isto q iudices hoc facere põt, hoc modo. Quidam sunt iudices ordinarij habentes administrationẽ, isti possunt causam restitutionis in integrum examinare ac finire. Item delegati ab his, hoc idem facere possũt: siue hoc ipsis delegatis commissum fuit specialiter, siue in ipso negotio incidat quæstio restitutionis. Item quidam alij sunt ordinarij, non habentes administrationẽ, & arbitri de hac causã cognoscere non possunt, nisi coram eis mota fuerit incidenter. In fine dicit quod in causa matrimoniali, l. liberali, & criminali, arbiter assumi non potest cum huiusmodi causæ maiores iudices exigant. Not. q arbitri incidenter cognoscunt de causa restitutionis. Item in tribus casib. hic signatis arbiter assumi non potest.

† In uno an[illegible]

...teruenerit, & eos læsos esse constiterit, [a] tam super ea quã super residua portione, dum tamen quod offerunt, duxerint faciendum, authoritate † nostra in integrum restituere studeatis.

¶ Idem.

¶ *Restitutio in integrum postulanda est ab ordinario administrationem habente, vel a delegato ab eo, siue hac causa sit specialiter delegata siue ĩcidat in causa generaliter sibi commissa ab ordinario vero administrationem non habente, vel a delegato peti non debet nisi veniat incidenter in causa. Arbiter autẽ de causa restitutionis nõ cognoscit, nec potest assumi in maioribus causis.*

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

b ¶ Habentibus sicut est episcopus, potestas, & huiusmodi: & alij etiã minores ordinarij contentiosam iurisdictionẽ habentes, qui p̃sunt alicui vniuersitati, q hẽnt administrationem cum iurisdictione, ff. de postulã. l. 1. §. vlt. & C. vbi & apud quos l. vlti. 11. q. 1. de persona. ff. quod cuiusque vniuer. l. ult. & alij etiã minores ordinarij contentiosam iurisdictionem habentes.

[Gl. seq. obijcit & soluit, solutioni opponit, & tripliciter respondet.]

Restitutio ĩ integrum an possit examinari: per delegatum.

c ¶ Delegatis.] & sic delegati ab ordinarijs hoc edicto possũt cognoscere de causa restitutionis, siue principaliter mandetur eis, siue incidenter eis contingat quæstio restitutionis; & multo fortius delegatus a principe sicut hoc totum traditur C. vbi & apud quos rest. in integ. postu. l. vlt. quæ ponit totum tenorem huius decr. Sed videtur quod esse non possit, scilicet q ordinarius possit alij demandare cognitionem istam: quoniam in integrum restitutio causæ cognitionem desiderat. ff. de in integ. rest. l. 3. & s̃. eo. c. cum ex litteris: & ff. de minor. l. in causæ, §. causa. sed quę officio iudicis causa cognita expediuntur, alteri demandari non possunt. ff. de off. procon. l. nec quicquam. §. vbi decretum. Sol. restitutio in integrum competit iure magistratus: & transit cognitio restitutionis siue specialiter siue generaliter cõmittatur. C. vbi. & apud quos l. vlt. sed ea q̃ cõpetunt iure magistratus, delegant. ff. de off. eius cui man. est iurisdictio. l. 1. respon. 1. Sed cõtradicit lex: qa ea quæ magis sunt imperij q̃ iurisdictionis, magistratus facere non põt. Sed restituere est magis imperij q̃ iurisdictionis. ergo non permittitur magistratibus. ff. ad muni. l. ea quæ. ergo multo minus possunt delegare. potest sic responderi: omnia quæ cõpetunt iure magistratus, delegari possũt, sed non omnia quæ delegantur specialiter, competunt iure magistratus, ut in hoc exẽplo: & in mero imperio, cuius cognitio specialiter demãdat, si cõtingit p̃sidem abesse, vt in l. prædicta. ff. de offic. eius cui manda. est iurisdictio. l. j. Vel dici potest delegari nõ cuilibet, sed magistratui municipali. Verius est quod hodie huiusmodi cognitio possit delegari, ut C. ubi & apud quos. l. vlt. & hic, & l. ea. quæ corrigitur.

CAP. IX.

Causa restitutionis in integrum, coram iudicibus ordinarijs administrationem habẽtibus, [b] vel delegatis ab eis tractari poterit & finiri, † siue hoc ipsis delegatis [c] specialiter demandatum fuerit, siue in † commisso eis negotio contingat incidere huiusmodi quæstionem. ¶ Delegati vero ab ordinarijs qui administrationem non habent, [d] sed tantummodo facultatem iudicandi, seu arbitri, de hac cã cognoscere nequeunt, nisi corã eis mota fuerit incidenter. [e] In matrimoniali [f] quoque liberali, vel criminali cã cum maiores iudices exigãt, arbiter neq̃ assumi.

† Vide l. fin. & ibi Barto. C. ubi & apud quem.

† In antiqs deest dictio in.

[Glos. sequens recitetur per quæstionem.]

d ¶ Non habent.] ut illi q dãtur a principe ad aliqua officia exercenda, puta ut cognoscant de appellationibus, vel de sententijs, vel etiam de alijs quæstionib. si qui volũt se subijcere eorũ iurisdictioni, possunt cognoscere de in integ. rest. & de alijs causis, sed neminem compellere possunt coram se litigare. & de talibus potest intelligi. ff. de iudic. l. 1. v[illegible]sic. uel aliam iurisdictionem, &c. C. de iudi. rem non nou[illegible] uel ut possint dare tutores, & curatores, vel emancipare, isti dicuntur ordinarij sine administratione a talibus delegati, & arbitri de restitutione cognoscere non possunt principaliter si directe agatur de restitutione: quia nec talis iudex sine administratione etiam si esset ad hoc electus a partibus, posset committere causam restitutionis, sed maiores tantum.

e ¶ Incidenter.] principaliter enim isti cognoscere non possunt de restitutione, cum causa ista requirat maiores iudices, qui hoc ex officio suo faciant: si autem inciderit quæstio restitutionis in negotio, de quo compromissum est, uel quod est alijs delegatis cõmissum, possunt tunc de restitutione cognoscere. sic Cod. de iudi. l. quoties. & C. de ord. iudic. l. 1. [1] ibi enim iudex cognoscit de causa status incidenter, qui alias cognoscere non valet. Nec dicitur arbiter tunc facere extra compromissum: quia huiusmodi restitutio non est alia causa siue negotium ab eo de quo compromissum est, sed oritur ex illo, & ei cohæret de quo compromissum est, [1] ut puta si omisit probationẽ, arbiter potest de hoc cognoscere, vel de similibus, quæ incidunt in causa.

1 Concor. l. inter litigantes. ff. ad muni. & in l. fi. C. vbi & apud quem.

[Glo. seq. successiue signat duo contraria, & soluit.]

f ¶ In matrimoniali. causæ enim matrimoniales per iudices discretos [2] debent tractari. qui potestatem habeant [illegible] and. [illegible] j. de consang. & affi. c. ex litteris, & est expressum [illegible] s̃. de transac. c. vlt. ubi de hoc. Item causa liberalis & criminalis maiores iudices requirunt. ff. de arbit. non distinguemus. §. Iulianus. & §. de liberali.

2 Id est, ecclesiasticos. Cõc. Tridẽt. ses. 24. tit. de sacramento matrimonij cano. vlt.

Vnde

Vnde sumptum est hoc. Arg. cōtra ff. de iis qui no. infa. l. qd ergo. §. ex compromisso. vbi dr. ꝙ sententia arbitri nō infamat, unde uř ꝙ possit cōpromitti de crimine, quod dicit lex illa, quid ergo. §. ex cōpromisso, non intelligitur de famoso delicto, sed de tali qđ nullo modo infamat, & quia non per omnia sententia est, ut ibi dicitur: hic vero, & in l. nō distinguemus, intelligit de famoso delicto, de quo arbiter assumi nō pōt. Itē ar. §. ꝟ. de ꝑsum. litteras. sed ibi non fuit simpliciter arbiter; qa retinuit sibi delegatā potestatē.

Beneficio.]C A S V S. Lata fuit sentētia cōtra ecclesiā à qua snīa non fuit appellatū: ecclesia cōtra sentētiā illā petijt bñficiū restitutionis in integrū: negata fuit restitutio: petijt iterū in alio iudicio restitutionē: quæritur vtrū dēat audiri? Respōdet ꝙ denegari dēt ecclesiæ beneficiū restitutionis. ꝑterquam ad appellādum, nisi nouis defensionibus ad huiusmodi beneficiū sit admittenda, sed restitui debet ad appellandum. Nota ꝙ contra sentētiā latā in uno iudicio, non dat restitutio ī alio iudicio, nisi ad appellandum. Item quæ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent.

¶ Idem.

¶ Restitutio denegata ecclesiæ, ulterius sibi non conceditur, nisi ex noua causa: restituitur tamen ad appellandum a sententia denegationis.

CAP. X.

Beneficio restitutionis in integrum ecclesiæ tuę in alio iudicio denegato, [a] restitutio (præterquā ad appellationē omissam) vř eidem ecclesię posse negari, nisi nouis [b] defensionibus ad huiusmodi sit beneficium admittenda.

TITVLVS XLII.

De alienatione iudicij mutandi causa facta.

¶ Alexander tertius.

¶ Is in quem facta est alienatio rei causa mutandi iudicij, conuenitur per rescriptum impetratum contra alienantem.

CAP. I.

Ex † quorundā relatione audiuimus, qđ cū aliqui litteras cōmissionis à nobis impetrāt, aduersarij, (vt mādatū nostrū eludāt) antequā litteræ ad iudices ꝑueniāt, uel ēt postea, priusquā citētur ab eis, in uocē appellationis prorumpunt, & infra. ¶ Nos igitur contra prædictā calliditatem & uersutiā prouidere volentes, [c] Mādamus, quatenus si aduersarij eorū pro euacuando nostro mandato taliter appellauerint, [d] aut de possessione, de qua controuersia uertitur, [e] commutatio

a ¶ Denegato.] si aliquis petat restitutionem in integrum, & contra ipsum lata fuit sententia denegando restitutionem, si iterum petat restitutionem. denegari debet: tamen potest restitui ad appellandum contra sententiam a qua nō appellauit: quia denegata fuit restitutio, ut hic dicitur, & C. si sæpius in integ. restit. postul. l. 1.

b ¶ Nouis.] tūc enim propter nouas defensiōnes. Iterum auditur. C. si sæpius in integ. restitu. postu. l. 1. 2. & 3. ex illis tribus legibus sumptū est, qđ hic dicitur. Sed qualiter intelligas quod dicit. nouis defensionibus? Nouæ dicuntur defensiones siue quæ tunc erant, sed allegatæ non fuerunt, quia occultæ erant, siue quæ postea emerserunt. 1 Sed quidam intelligunt de omissis primis tantum, quasi non possint de nouo aliæ superuenire quod credo uerius: & ita ꝑꝑ nouas defensiones q̄ tunc erant, admittitur iterū ad beneficium restitutionis, non obstante qđ in alio iudicio fuit denegatum. Sed contra vř: qa ex noua cā recusat iudex post litē cōtestatā. ꝟ. de off. dele. c. insinuāte sim. inf. de exce. c. pastoralis. & 4. q. 3. c. si testes. §. si qs testib: & q̄ de nouo emergunt, auxilio indigēt. ff. de inter. actio. l. de ætate. §. ex cā. princeps uero ēt contra res iudicatas restitutionem in suo auditorio admittit. ff. de minor. minor autē magistratus. ar. ꝟ. eo. tū ex litteris. Item uř quod plures possint dari. ff. de minor. l. & si sine. §. restitutus. ubi sæpius restitutus fuit minor. Sol. potest dici ꝙ illud speciale est in hæreditatē, uel etiam ibi non fuit denegata, sed sæpe concessa, puta, petij restitui in integrum contra sententiam, concessa fuit mihi: iterum lata fuit sententia contra me in principali, iterum dabitur mihi in integrum restitutio, non contra primam sententiam, sed contra secundam, quod non potest fieri nisi ī casu. C. de bon. quæ lib. l. vlt. §. vbi autē hic vero fuit denegata, vnde amodo non auditur, nisi nouæ defensiones, &c. & est speciale quod dicitur in §. ubi autē. propter paternam verecundiam, & ne leges ludibrio fiant. Bernardus.

1 Facit. l. 1. & ibi Doct. C. si sæpius restit. in integ. post.

DE ALIENAtione iudicij mutan. &c.

¶ Supra visum est de beneficio, seu remedio restitutionis, ꝑ quod prouidetur læsis tam minoribus, quā ecclesijs, & maioribus ex cā. Nunc competenti ordine annectit aliud remedium, per quod prouidetur illis, in quorum preiudiciū est facta rei alienatio. cā futuri iudicij mutandi. Abb.

De hac materia tractatur. 11. q. 3. t. c. vlti. & in multis capitulis.

† Post concil. Lateran. sub Alexan. iij part. 49. c. 5. & c. 1. e. tit. in 1. compil.

Ex quorundam.] Prima pars narrat factū, contra quod secundo prouidet. ibi. Nos igitur. & est casus singularis. Abb. Siculus.

CASVS. Aliqui impetrāt litteras cōtra aduersarios suos, aduersarij illi antequam litteræ ad iudices perueniant, uel etiam postea, ut mandatum apostolicum eludant, antequam citentur, appellant, aut cōmutationem faciunt de possessionibus super quibus controuersia uerti sperat. Significatū fuit hoc domino Papæ, mandat Papa qbusdā, quatenus si aduersarij illorū taliter appellauerint, aut de possessionibus, de qb controuersiā sperant, commutationem fecerint, uel si etiā malitiose se absentauerint, illos qui in possessionibus se ingesserint, compellant sub eorū examine respondere appellatione remota. Nota ꝙ rescriptum extenditur ad eos de quibus in ipso mentio facta non fuit, & conueniūtur per illud, sed hoc est propter dolum & fraudem ipsorum beneficio huius decretalis.

c ¶ Volentes.] qa malitijs hominū est obuiandū. sim. ꝟ. de rescr. sedes. cū suis cōcor. & ff. de rei uēd. in fundo.

d ¶ Taliter appellauerint.] tali appellationi nullatenus est deferendum, cum non nisi a manifesto grauamine sit appellandū. ꝟ. de appellationibus. ut debitus

e ¶ Vertitur.] id est uerti speratur, aliàs pertinet ad titulum de litigiosis.

Gl. seq. ponit ꝟ quem dēt hoc edictū. Itē ꝙ ad translationē possessionis pertinet. Itē tria q̄ in eo rcqruntur. s. ꝙ sit iudicium futurum, ꝙ dolo fiat, & ꝙ intersit. Itē duos casus in qbus cessat, signat contrariū, & soluit.]

a ¶ Commutationem fecerint.] in transferendo seu alienando rem in aliam personam causa mutandi iudicij. Et ex hoc edicto datur actio tam contra alienantē, q̄ cōtra emptorē, & quē uolueris poteris cōuenire. C.e.ti.l.unica.cōtra alienātē dat actio in factū ad interesse.ff.e.l.1.& l.3.§. opus. uers. ex q̄bus. contra emptorē datur rei vendicatio, vt hic, in fin. & C. eod. l.unica. Item non solum ad translationē dominij ptinet hoc edictum. sed etiam possessionis. ff.eo.l. nō solum. Item not. ꝙ tria necessaria sūt ad hoc ut ex hoc edicto actio competat, quod sit alienatio facta causa mutādi iudicij futuri, & non eius quod iam fit. ff. eod titu. ex hoc edicto. §. ait prætor. Futuri iudicij ideo dicitur: quia si fiat alienatio rei litigiosę incidit in edictum de litigiosis. C. de liti. l.ult. & hoc debet fieri libello principi dato, & per eum reo infinuato. in authenti. ibi posita C. de liti. tunc res alienari non pōt sine pena litigiosi, ut C. de liti. l.ulti. inf. ut lite penden. ecclesia sanctæ Mariæ. Item quod dolo fiat alienatio ratione loci & personæ: quia potētioribus pares esse non possumus, &c. ut duriorem aduersariū cōstituat: ēt alterius prouinciæ, & q̄d mea intersit. ff.eo.l.1.2.& 3. in princi. & l. non solum. §. hæc actio. & datur ad interesse, ut dixi de off. iudi. quanti īterest actoris, & si quas forte fecerit expēsas, uel aliā incōmoditatē passus sit. ff.e.l.3.§.opus. in fin. & l. non solū. in fi Itē qui ex necessitate alienat, hoc edicto non tenetur. ff.e.nō solū §. si quis. 1 Item si paratus sit subuenire iudiciū ac si possideret. ff.e.q̄a etiam, in fi. Item notandū ꝙ hic fit prorogatio iurisdictionis delegatæ de psona ad psonā, etiā inuita altera parte. & est contra id q̄d habes s̄.de off.deleg. P.& G. ubi dī, ꝙ delegata iurisdictio non pōt prorogari ad personas alias quā in rescripto contineatur. sed hoc est speciale in odiū illorū: quia eis inuitis hoc fit, cum alias prorogatio fiat de consensu partium. s̄.de offi.dele. de causis. & ff. de iud.l.2.§.si iudex. de hoc dictum est sup. de offi dele. P. & G. & est prorogatio iuris, beneficio huius decret. cū alias rescripta non possunt prorogari ad personas, quæ ibi non continentur, ut in c.P.& G.

† Vide tex. in l.fi. cū gl. & no. C. de litig.

nem fecerint;[a] †uel se malitiose duxerint absentandos:[b] eos q̄ in possessione se ingesserint, appellatione cessante cogatis sub uestro examine iuris ęquitati parere.

¶ Grego. ix. abbati sancti Nicolai, & de cano. Furnē. Morineñ. dięce.

¶ Clericus causa mutandi iudicium, non debet recipere cessionem a laico.

C A P. II.

EX parte Scabinorum† Hipreti† fuit proposi-tū, ꝙ inter laicos eiusdē loci q̄stionibus emergētibus dirimendis p iudiciū sæculare, q̄dam clerici sibi dono vel pretio ab aliq̄bus laicorum ipsorum cedi faciunt actiones; vt aduersarios ad ecclesiasticū forū[c] trahant, & prædam ex huiusmodi commercio assequantur; & infra.

¶ Cum igitur cessiones & emptiones litiū legitimę phibeant sanctiones,[d] ita quod iactura causæ afficiant[e] illos, q̄ sibi potētiorum patrocinium ta-

† Scabinos vocant B.lgæ, & alij populi senatores, seu oppidorū magistratus.

† Hipreti.

† Ponit casum in eo q̄ pp inualitudinē uel ætatē uel occupationē aliquā litē in aliū trāstulit. Io. And.

b ¶ Absentandos.] qualiter contra tales sit procedendum, dicitur sup. de offi. deleg. consultationibus. & inf. vt lit. non contest. quoniam. §. in alijs. Ber.

EX parte.] Duę sunt partes. Prima ponit querelam. Secunda prouidet: ibi, Cum igitur. Abbas Siculus.

CASVS. Apud Hipretum aliquando emergunt quæstiones inter laicos eiusdem loci, quæ dirimi debēt per iudicium sæculare: quidam clerici faciunt sibi cedi actiones ab aliquibus laicis dono uel pretio, vt aduersarios trahant ad ecclesiasticum forum, & sic prædam ex tali commercio assequuntur. Scabini, id est, officiales eiusdem loci significauerunt hoc domino Papę: vnde super hoc scribit quibusdam dicens, ꝙ huiusmodi cessiones & emptiones litium prohibetur per leges, ita ꝙ iactura causæ afficiunt illos quia aduocant sibi patrocinium potentiorū: & odiosæ sunt huiusmodi cessiones q̄a ex cupiditate procedūt: vnde mandit q̄busdam, quatenus, prædictos clericos compescāt ab huiusmodi præsumptione, per censuram ecclesiasticam. Not. hic ꝙ clerici conuenire possunt laicos coram ecclesiastico iudice sed hoc est de consuetudine illius loci.

[Glo. seq. arg. duo. & sic sol contrarium.]

c ¶ Ecclesiasticum forum.] In hoc facit ad titulum: quia per hoc mutatur iudicium, per ea enim quæ sequunt, spectaret ad titulū, ne liceat potentioribus. & ad titulū, mādati. & sic materię legū diuersorum titulorū hic comprehēduntur. Item est hic argu. ꝙ clerici alias possunt laicos cōuenire in foro, ecclesiastico. Itē arg. ex hac decr. ꝙ clerici maiores reputātur quam laici, & est de cōsuetudine illius loci, ꝙ clerici trahere possunt ad ecclesiasticū forum laicos, alias de iure non.

[Gl. seq. de cessione actionis distinguit, aut fit in ultima uoluntate aut inter uiuos ex pacto. secundo casu aut fit potentiori: aut non potentiori, & hoc casu aut est dubitata, aut indubitata. & secundo casu, aut est, uera, aut simulata, aut dubitatur.]

d ¶ Sanctiones.] C.man.l.penul. & ult. Et nota ꝙ huiusmodi cessiones quandoque tenent, quandoque non tenent. Si cessio actionis fit in vltima uoluntate, tenet cessio. ff. de legat. 3. nomen. & in casibus. C. mand. per diuersas. & l. ab Anastasio. nisi res, uel actio legata sit litigiosa. C. de litigio. quicunque. & in authen. nunc si hæres sed legatarius potest adesse liti ne colludatur, ut ibi dicitur. Si uero ex pacto, siue inter uiuos fiat cessio uel donatio potentiori, nulla est: nec agere potest ille ex cessione: immo iactura causæ afficiuntur qui hoc faciunt: ut hic dicit & C. ne lic. pot. l. prima, & secunda, & l. fin. Si uero fiat cessio potentiori, si actio sit dubitata; id est, in iudicium deducta, non tenet cessio. non tamen admittitur actio, si agit ille qui cessit, in casibus non tenet. C. de lit. l. 2. & l. ulti. Si uero actio sit indubitata, id est, nondum in iudicium deducta, tenet. C. de hęre. uel acti. uend. per totum. Itē distingue utrum etiam sit simulata, quia tunc nulla est. C. plus ua. quod agitur. per tot. & dicitur simulata si id actum est inter cedentem, & illum cui fit cessio. Si uero dubium sit an fit simulata uel uera, præsumitur quod sit simulata, ex eo quod actio pro parte donata, pro parte uendita uidetur, C. mand. l. ult. & in tali casu non agit is cui ceditur, nisi ad id quod dedit in superfluo: nec is cui cessit, nec is cui ceditur, ut ibi dicitur. §. si quis. Item præsumitur si modicum pretium datur, & hic non agitur nisi ad id quod dedit; & ex quantitate pretij simulata præsumitur. Itē si dubitatur an sit uera uel simulata, præsumitur simulata, in quo casu loquitur. C. mand. l. penul. exceptis quibusdam casibus ibi positis.

Cessio actionū q̄n fieri possit, & quā do non.

[Glo. seq. rec. per duas q. an ipso iure. & de quibus potentioribus, &c.]

e ¶ Afficiant.] C. ne lic. potent. l. 1. & secunda, & dicas afficiant per sententiam, non ipso iure, ut patet per l. prædictā C. ne lic. potentio. ubi dicit, iactura causæ mulctentur, id est, afficiantur per sententiam intelligendum est, huiusmodi cessiones odiosæ sunt: quia de vitio cupiditatis procedunt, ut hic, & C. ne lic. potent. l. ultima. Et nota quod titulus iste de alic,

alie.iud &c.intelligitur de potẽtiorib.qui non sunt in aliqua dignitate siue administratione, sed titulus ille, ne liceat potentiorib.patrocinium litigatorib.imperti-ri, intelligitur de potẽtiorib. qui sunt in dignitate siue administratione cõstituti, & eodẽ modo intelligi lex illa.C.quod me.causi per impressionẽ. & tñ sub isto tit.interferit breuiter naturã huius tit. ne liceat.& de materia illius tit.mandati, vt dr̃ in prima notula. a ¶ A præsumptione.] sic patet ꝙ clerici non debent recipere hmõi cessionẽ: quia si simulata sit cessio, non valet. C. mand.l. pe. & si esset vera cessio vel datio, præsumitur nihilominus in fraudem facta, & auaritiæ causa: clerici.n. ab illicita negotiatione prohibentur. 14.qu.4.clerici.& c. canonũ.quia sic negotiari iam facto clerico non licet.88.di. fornicari.

† Vide l.pe. ff. de ali. iu. mu. cã fact. & l. 1. & 2. & ibi Barto. C. ne liceat poten.

† Cõcilium Africanum, cap.88. concil. Miletti. cap.24. Burchardus lib. 1.decret. ca. 68. suo par. 5.c. 176.& c. 4.tit.de foro compi. in 1. compilat.

liter aduocare presumũt, † & ex eo sint etiam odiosæ, ꝙ ex fonte cupiditatis videntur procedere: Mandamus, quatenus clericos memoratas a præsumptione a hmõi per censuram ecclesiasticam compescatis.

TITVLVS XLIII.

De arbitris.

¶ Ex concilio Africano. †

¶ Arbitri sunt in dispari numero assumendi, & eis discordantibus statur sententiæ maioris partis.

CAP. I.

Sane; & infra. ¶ Si autem ex cõi placito episcoporum, inter quos causa versatur, arbitros elegerint: aut vnus eligatur, aut tres b: vt si tres elegerint, aut oĩum sequantur sñiam, aut duorum c †.

¶ Alexand.iij. Eboraceñ. archiepiscopo.

prudentiam, & de vtrisque hic cauetur.supr.de off.dele.vno delegatorum seu arbitrorum.

Non sine.] Non valet arbitrium simoniacum vel dolosum. In prima parte ponitur facti narratio. In secunda causæ commissio: ibi, Quoniam igitur. Abb.

¶ Nullum est arbitrium seu arbitramentum, continens peccatum per partes non remissibile.

CAP. II.

Non † sine multa necessitate A. presbyter nobis proposuit, quòd cum in ecclesia sancti Alphridi, per manum R. archidiaconi de Suella personę illius ecclesiæ † capellanus institutus fuisset, eodem R. mortuo M. nepos eius, qui sibi in ecclesia iã dicta successit: eundem presbyterum capellanum ibidem iterum ordinauit d: & infra. ¶ Cum autem idẽ presbyter extra prouinciam exulans, de suo beneficio non posset iustitiam obtinere, nec suam vlterius inopiã sustinere, per dolum e & fraudem ipsius M. ab eo est sacramentum f extortũ, vt arbitrium clericorum duorũ exinde susciperet, & seruaret, qui iam dicto M. fauentes g †, presby-

CASVS. Alanus presbyter institutus fuit capellanus ĩ ecclesia sancti Alphridi ꝑ archid. de Suella, eodem archi. mortuo M. nepos ipsius qui archi. in ipsa ecclesia successit, eundem presbyterũ capellanum iterũ instituit ibidem, & illum fecit postmodũ ꝑdicta ecclesia spoliari. Tandem per fraudem, & dolum ipsius M. extortum fuit ab ipso iuram., vt arbitrium duorum clericorum susciperet & seruaret: & illi arbitrati fuerunt, quòd ipse M. dicto presbytero quinque marchas argenti per solueret, & toti cederet rẽt qõni. Vñ presbyter ista significauit dño Papæ: & ipse scribit super hoc archiep̃o Eboraceñ. dicens quod non decet aliquatenus sustinere, vt quod per peram arbitrati sũt, relinqui debeat incorrectum: mãdans quatenus si præfati clerici confessi fuerint se tam nequiter arbitratos fuisse, vel aliàs de hoc constiterit, dictum presbyterum ab illo iuramento absol-

† Cap.1. eo. ti.in 2.cõpi.

† Vox ecclesiæ, deest in aliquot uetustis.

† al.ita: eidẽ presbytero.

DE ARBITRIS.

¶ Supra visum est de preparatorijs iudiciorum; merito de ipsis iudicijs erat videndum. Sed quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorũ, vt l.1.ff.de arb præmisit compilator istã rubricam. Ita cõiter cõtinuatur. & in C. & ff. seruatur ordo. nam premittitur ibi de arbitris; & postea sequitur de iudi. ijs. Et quid sit arbitrium dic vt not.per Inno.& alios in c. Quintauallis.de iureiu. Abb.Sic.

† Vide l. itẽ si unus. & l. si in tres. ff. eod.

De hac materia tractatur.2.q.6.ca.si quis episcopus. §.arbitrai j.& c à iud cibus.& §. seq.3.qu.7.infami.§. tri.prope finem.

Sane.] CASVS. Statuit concilium Africanum ꝙ si inter ep̃os causa vertitur, & ipsi super hoc voluerint eligere arbitros: aut vnum eligant, aut tres, quorum trium sequantur sententiam, aut duorum. No.quòd arbitri in pari numero eligi debent.

[Glo.seq.reddit causam, & quæstionem soluit.]

b ¶ Vnus eligatur aut tres.] vnus uero aut tres sunt eligendi, & nõ duo: quia tes fere sine exitu futura est ꝑꝑ naturalem hominum facilitatem ad dissentiendũ.ff.de arbi.l.item si vnus.§.principaliter. tñ si cõpromittatur in duos, tenet arbitrium & si non concordauerint, cogendi sunt, vt vel concordent, vel tertiam personam assumant, ibidem dr̃: & s̃.de offic.dele.suspicionis.§.vlt.

c ¶ Aut duorum.] sufficit duorum sñia pñte tertio, licet ille dissentiat: eo vero absente non valet.ff. eod.li si in tres nisi in compromisso expressum fit, vt duo sine tertio procedant. ff.eod. non distinguamus. §. cum in plures i sic obtinet in iudicibus. supra de offi.dele.

uãt, & ipsum restituat ad ecclesiam suam; vel si arbitrium ipsum fuerit æquitate subnixum: vtramque partem ad ipsius obseruationem compellat. No.quòd arbitrium inique latum non valet. Item super re spirituali compromitti potest in clericum.

d ¶ Ordinauit.] i. institutionem prædictam confirmauit ad cautelam supple, & illum fecit postea prædicta ecclesia spoliari.

e ¶ Dolum.] dantem causam contractui, vnde non tenuit. ff. de dolo. & eleganter. 1 secus esset si incidit in contractum.ff.de act.emp.& ven. Iulianus.§. si venditor, & sim.sup.de renun. sane. ubi dolose ille inductus fuit, vt eorum misericordiæ se subijceret.

f ¶ Sacramentum.] quod interuenire in arbitrio siue in compromisso prohibetur. C.e.ti. Auth.decernimus. ex quo tamen interuenit seruandum est, dummodo arbitrium sit licitum uel æquum, ut in fin.& inf eo.cum tempore.

g ¶ Fauentes.] & ita per gratiam arbitrati sunt, unde competebat huic exceptio doli, si ageret ex illo arbitrio. C.eo.arbitrorum. non obstante ipsorum iuramento; quia iuramentum ad hoc non extenditur, nisi ad ea quæ legitime arbitrarentur; aliàs illicitum esset, & non seruandum. infra. de iureiu. quanto, & c. Quintauallis.

1 Vide de emp.& uen. cũ dilecti. super ult.gl. & in ea glo. uide.§. si uẽditor. Ioan. And.

a ¶ Quin-

a ¶ Quinque marchas.] & sic continebat simoniacam prauitatem. sup. de pact. cum pridem & sup. de transac. præterea. 1. & 2. & c. constitutus. & ideo arbitrium non valuit, nec etiam pœna si esset apposita committeretur, si non staretur tali iniquo arbitrio. ff. eo. non distingue mus. §. cũ quidam.

[Gl. seq. signat cõtrariũ & soluit. Ioan.]

b ¶ Cognouerint.] i. confessi fuerint coram archiepõ, & ita creditur istis in iure in eo qđ male fecerunt. ar. s. de elec. cũ dilecti. ar. tñ cõ j. de testib. sicut. sed hoc vr admitti pp inopiam probationum, qm forte per alios constare non põt, vt decr. in cũ dilecti & arg. ad hoc. C. de hæreti. l. pen.

e ¶ Compelli potuit.] cum dñs Papa sit iudex ordinarius singulorum, nullum fori priuilegiũ poterat allegare 9. q. 3. cuncta. & Roma cõis patria est oĩum. ff. ad mu. Roma. ergo nullus declinare põt forũ eius, vnde ille cõpellitur ibi suis aduersarijs respondere: nec ius reuocandi domum haberet, nisi pro alia iusta cã & necessaria venisset, vt dicit lr̃a ista, puta, si fuisset vocatus à principe pro publica vtilitate. In auth. de san. episco. §. si vero episcopi. collat. 9. Item clerici legati non tenentur respondere, nisi tunc ibi cõtraxissent, vel si in delegatione deliquissent, vel rẽ aliquam tunc emissent; nã tũc rñdere tenebũtur: aliàs daretur eis occasio res alienas deferendi domũ. ff. de iud. non aliàs. 1. respõ. & §. 1. & l. seq. Item qui causa dicendi testimoniũ ibidem vocatus est, vel qui iudicãdi causa ibi accersiti sunt, vel qui causa exercendæ appellationis illuc venerũt, vel cã reddẽdæ tutelę: istę ꝑsonę habẽt ius reuocãdi domum, si non ibi contraxerunt vbi. conueniuntur, & hoc totũ d̃r, ff. de iudic. l. 2. §. legatis. & §. seq. Sed legati non tenẽtur rñdere nisi de his tantum quæ tẽpore legationis suę contraxerunt: vt ibi dicitur. Item si legati agant: tunc tenet̃ se defendere, si recõueniantur, nisi agãt pro iniuria sibi illata. vt eadem l. § sed si agant. si quis allegauerit talem cãm, non compellitur rñdere, vt hic patet, & hoc est expressũ, ĩ. de dila. exposuit. vbi q. vocat̃ a principe pro vtilitate Romanæ ecclesiæ, habet ius reuocãdi domum.

TITVLVS III.

De libelli oblatione.

¶Ex concilio apud sanctum Medardum.†

† Medardũ monasteriũ est in vrbe Suessionensi, vbi id cõcilium habitũ est. refert Burchard⁹. lib. 2. dec. c. 192. Iuo pa. 6. c. 269. c. 1. eo. titu. in 1. compi.

¶ Actor tenetur in scriptis libellum porrigere. Vel sic. Iudex non debet admittere actorem ad litigandum, nisi prius libellum in scriptis offerat. hoc dicit per alia verba.

CAP. I.

Ignarus† eps̃ dixit. Habetis libellum reclamationis, [f] vel postulationis? illi respon-

† In vno exẽplari legitur Ismar⁹. ĩ alijs Ignarus habet.

DE LIBELLI OBLATIONE.

¶Supra visum est de foro cõp. & an & qñ forũ possit declinari. Verũ q̃a rei ad iudicia vocati si non declinãt forum, petunt sibi edi libellum, vt sciant quid & qualiter petatur, & super quo debeant respondere; ideo competenti ordine subijcit istam rubricam.

Da hac materia habetur 2. qõ. 8. per totum. 81. dis. Maximianus. Abb.

Ignarus.] Non diuiditur, quia ponit vnicam facti narrationem. Abb.

CASVS. Quidam [3] fratres in concilio conquerebantur de quibusdam aduersarijs suis. Ignarus episcopus dixit. Habetis vos libellum reclamationis vel postulationis vestræ? fratres illi rñderunt se nullum hẽre libellũ. Ignarus eps̃ dixit oportet vos hẽre reclamationẽ vestrã in serie libelli; & synodo porrigere, vt vobis possit canonice rñderi. & tũc fratres illi cõscripserunt, & synodo porrexerunt. No. ꝙ libellus semꝑ dãdus est aduersario, & sic libellus videtur esse principium ordinis iudiciarij, vt sine eo nullum sit iudicium.

[3] Facti species melius percipietur ex integra, quam inuenies in locis supra citatis.

Gl. seq. recit. ꝑ modum summæ. q̃rendo de 7. s. quot sunt species libellorum. quid sit libellus, cui offerat̃, qualiter, qñ, q̃s sit eius effect⁹, & an sit de subã, &c.]

f ¶ Libellũ reclamationis.] No. ꝙ duplex est libellus. Est autem libellus cõuentionalis, seu postulationis, q. datur in ciuilib. quæstionib. ĩ. eo. c. vlt. de quo hic intelligitur. Et est libellus accusationis, qui dat̃ in criminalibus actionibus, vt 2. q. 8. descripta. §. libello iũ. & ĩ. de accu. per totum. & 2. q. 1. legũ. Est ergo libellus scriptura in qua continetur res quæ petit̃, & cã petendi, & nomẽ auctoris & rei, & corã quo iudice, vt ĩ. eod. per totum. & sic patet ꝙ semper offerendus est libellus iudici, & per ipsum reo. vt ipse reus possit deliberare, vt 3 q. 3. induciæ. §. offerat̃. & in scriptis dẽt dari, vt hic patet, & in auth. offeratur. C. de

De materia huius glossæ vide Dociũ in l. ius dicentis. ff. de iur. om. iud. & Iuliũ. Clarum in pract. crim. §. fi. q. 12.

C.de li.cont.& ʒ. de prob.quoniam contra. & in principio litis per prædictam authen.offeratur. Not.tamen arg.contra.11.q.1.si qs cum clerico. Sed illud obtinet in modicis & uilibus causis, ubi scriptura non requiritur. Item contra, ʒ.de do.et contu.prout, et illud intelligo ꝙ libellus antea datus fuerat: et per talem libellũ sic oblatum iudici, et postea reo, actio annalis perpetuatur, C.quando libel.princ.da lit.cōtest.fa.l.2.& rem litigiosã facit subsecuta per executorem conuentione, ut C. de litig.auth.litigiosa.& interrũpit præscriptionem, C. de præscript.xxx.uel xl. ann. sicut. Sed nunquid libelli oblatio est de substantia ordinis iudiciarij? Vĩ ꝙ sic: quia cōcilium istos fratres noluit audire, nisi primo libellum scriberent, & est optimum arg.ʒ. de probat.quoniam contra.& per libellum appa ret de modo agendi secundum quem semper debet for mari sententia, ʒ.de simo.licet Hely.ʒ. de accus.qualiter & quando.& per auth.prædictam, offeratur. prima videtur probari, vbi dicit. Litis autem contestatio contra hoc indultum habita, pro nihilo est. Et sic videtur, quod sit de substantia, sicut & litis contestatio, ʒ.de lit. cōtest.c.vnica.& s.de elect.dudũ 2. Dicunt tamen quidam, ꝙ non est de substantia iudiciarij ordinis oblatio libelli.& sic potest omitti tacite, sicut consueuit dici de iuramẽto calumniæ. Alij contra, ꝙ non valet quicquid factum est, & hoc per iura prædicta, nisi sit vilis causa, vt dictum est: quod melius videtur de iure canonico. Isti.n.principalia sunt libellus, qui est principium, & fundamentum causæ, litis contestatio, & ꝙ sententia feratur in scriptis.

† Vide le. si qñ. C.vñ vi. & l.si homicidij. C. de acc. & in authẽ. de iu.§. oportet.

ADDITIO. Quæ debeant in libello comprehendi habes his versibus.

Quis quid coram quo, quo iure petatur & à quo
Recte compositus quisque libellus habet.

Vel sic, & clarius.

Conuenti nomen & nomen conuenientis,
Iudicis & nomen scribet causamque petendi,
Et quascunque petet res istas scribere debet.

Significantibus.] Diuiditur, nam in prima ponitur appellantis narratio. In secunda appellationis commissio. Secunda ibi, Quocirca. Abbas.

CASVS. Duo fratres.] & A.coram iudicibus delegatis à quodam V.nomine, tracti fuerunt in causam: oblatus fuit eis libellus, in quo petebatur ab eis quædam terra: ipsi cum plures terras haberent, petierunt à iudicibus vt terram illam super qua conueniebantur, facerent designare, quod ipsi facere denegarũt propter quod ad sedem Apostolicam appellarũt. Mandat Papa quatenus si est ita, quiquid factum est post appellationem, debeat in irritum reuocari. No. ꝙ cũ agitur rei vendicatione, semper designanda est res, quæ petitur certo loco, & etiam finibus certis.

[Gloss. seq. duo facit, Primo tractat, qualis declaratio libelli fiat in iudicijs singularibus vniuersalibus, & generalibus. Secundo an libellus possit mutari. Io.And. Panor. diuidit istam gloss. in 5. partes. In prima ponit practica libellandi in actionibus singularibus. Secundo in vniuersalibus. Tertio in generalibus. Quarto quærit an libellus possit mutari, corrigi, seu emẽdari, vel aliquid de nouo accumulari. Quinto quærit an eo casu quo mutatur, sint dandæ nouæ induciæ.

derunt, se præ manib. nullum habere libellum, Ignarus episc. dixit: † oportet vos secundum ecclesiasticam auctoritatẽ, reclamationem vestram, libelli serie declarare eamq; vestris manibus roboratam, synodo porrigere, vt tunc vobis canonice valeat respõderi. Et tunc ipsi fratres, libellũ conscribentes porrexerunt.

¶ Innocentius tertius.

¶ Cum agitur reali nõ sufficit rẽ generaliter peti, sed debita ita specificari, vt euitetur obscuritas & æquiuocatio.

CAP. II.

Significantibus [a] † T.& R.fratribus nostro fuit Apostolatui declaratum, quod cum inter ipsos ex vna parte, & V. ex al-

a ¶ Significantibus.] Nota 1 ad intelligentiam istius capituli & sequentis, & eorum, quæ circa hanc materiã dicuntur. Aut enim conuenitur quis actione reali puta, rei vendicatione, vt hic, & tunc exprimenda est res quæ petitur, & vtrum petatur tota, aut pars, vt peto talem fundum.ff.de rei vend. si in rem. aliàs enim reus deliberare non posset, vt hic dicit: nec iudex sententiam ferre debet super incerto.ar. Institu.de act.§.curare.& 33.dist.habuisse. & 11. q.3. graue. Itẽ duos proximos vicinos illius fundi ad minus designare debet. ff.de cen. forma censualis. quia generalitas parit obscuritatem.ff.de iure fisci.Ar.contra. ff.de rei vẽd.quæ de tota. §.incerta.& ff.cōmuni diu. & si non oẽs, §.si incertum. Sed contraria ista specialia sunt circa de falcationem legatorum. Et licet in casu isto debeat quis specificare rem, & ipsam designare, vt est dictum; causam tamen exprimere non tenetur in libello. causa enim expressa est eo ipso quod proponit rei vendicationem: causa enim non est alia nisi ipsum dominium, cum dicit rem ad se pertinere iure dominij vel quasi.ff.de excep. rei iud.si mater.§.eãdem & §.1.& 2. & melius in l.& an eandem.§.actiones. Itẽ & hoc no. cum agitur rei vendicatione, quod si aliquis subijciat vnam causam in libello, & succumbat, potest adhuc eandem rem petere ex alia causa, non obstante exceptione rei iudicatæ. ff.de exc.rei iud.si mater. §.1.& 2.& l. & an eandem, & C.de pet.hære. hæreditas.ff. ad exhiben.de eo.§.sæpius.& sup.de iu. examinata. Idem est in possessorio, ʒ.de donat. inter dilectos, & hoc tutius est actori. Arg.cōtra ff.de iureiu.duobus. §.colonus. vbi dicitur quod qui proponit vnam actionem, non potest aliam proponere pro eadem re. Sed illud est, quia illæ actiones surgunt ex eadem causa. Si vero nullam causam expressit, tunc totum ius suum in iudicium deduxisse videtur, unde obstabit ei exceptio rei iudicatæ, si absoluitur reus: quia actor non probauit.ff. de except. rei iud.l.& an eandẽ. §.actiones. & ʒ.de caus.pos.cum ecclesia. Item si fuit absolutus reus, quia ipse non possidebat, si postea incipiat possidere, non obstat exceptio iterum detenti. ff.de exce.rei iud.si à te, 1.respon. & l.si rem meam.& ʒ.de excep.c.pen. Si autem agatur personali actione, ut si petas x.dari tibi, causa petendi exprimenda est in libello, aliter enim non tenetur respondere, ʒ.c.prox.& C.de edic. diui Hadri.tol.in l.ult. & ʒ.de cen.peruenit. quia causa semper præcedere debet ex qua aliquid debetur. ff.quando dies leg.ce. huiusmodi legatum. & si absoluitur reus, non obstat exceptio, si idem postea petetur ex alia causa.ff.de excep. rei iud.l. & an eãdem. §. actiones.& ʒ.de caus.poss.ca. ult. & idem est quantum ad hoc, quod in rei uendicatione, assignata enim una causa petendi in libello, siue actio sit personalis, siue realis, non obstat rei iudicatæ exceptio, si agat ex alia causa, ut dicunt iura prædicta. In uniuersalibus iudicijs. non est necesse exprimere siue designare singulas res, sed sufficit dicere, peto talem hæreditatem, quia sum hæres, ff.de peti.hæred. l.4. & l.si quo tempore. ff.si pars hæred. pe.le.1. §. ultim. & sic potest sententia proferri, condemno te ut restituas hæreditatem, quæ fuit talis. Item peto ecclesiam cum pertinentijs suis. infra de restit. spol. cum ad sedem.& inf.de prob.licet.& infra de dona.inter dile-

1 De materia huius glossę, & generaliter, qua ratione formari dẽat libel.[9], & qd in eo obseruandũ, vide Iasonẽ in §.omniũ. Ins.de actio. num.114. & multis seq. & Deciũ in l.edita. C.de edendo.

¶ Vide Lau. francũ in ca. qm. §.probationes. ʒ. de probatio. & quatenus hic agitur de libello incerto & obscuro, vide etiã Iasonem. §. sed iste. Insti. de actio. Decium in c. dilecti. su. de iud.& Paulum de Cast. cons. 145. & Alex. consil. 181.& 134.in 2.volum.

ter dilectos. In generalibus vero iudicijs, s. tutelis negotijs gestis, pro socio, & consimilibus, sufficit exprimere causam vel factum, sic: peto rationem de administratione quam gessisti: nec exigitur expressio aliquarum rerum. C. de iud. licet. Item no. quod libellus potest mutari 1 & emendari, & corrigi sicut placet vsque ad litis cõtestationem. 2. q. 8. libellorum, C. de edẽ. l. 3. & post litis contestationẽ nõ potest mutari, nec aliquid addere vel minuere, ff. de iud. non potest. & ff. de excep. rei iud. egi. & l. cum quæritur. & sic noua interpellatione opus est, vt dicit lex illa: non põt. 2. Et si mutauerit actionem vel addiderit, habere debet nouas inducias ad deliberandum, nisi ex primo libello potuit esse instruct[9], & hoc licet sine præiudicio aduersarij. vt s. ei teneať ad interesse toties variando. ff. de interro. act. de ætate. §. vlt. arg. ff. de edẽ. vbi. §. is autem. & ff. de iud. eum quẽ temere, propter leuem & minimam additionem nõ debeat habere nouas inducias. j. de dila. litteræ. Illud p̃terea scias, q̃ si reus sit iã conuentus edita sibi actione per iudicẽ vel executorem reo postulãte necesse habet perficere. Litẽ actor. C. quomodo & qñ iu. auth. qui semel. si vero nõ sit reus prædicto mõ conuentus, licitum est ei desistere, quia nemo inuitus agere compellitur, C. vt nemo inui. agere. l. vnica. Quod aut dictum est q̃ actio põt mutari. hoc locũ habet in his, in quib. vna non tollitur p electionẽ alterius. Sed si vna tollit p electionẽ alterius, tunc non põt mutari, q̃ obtinet in casibus, s. in seque. concord. C. de fur. l. 1. & C. si ser. exte. se emi manda. l. 1. & C. de codicil. l. vlt. & ff. de tribu. quod in hæredem. §. eligere. & C. de pact. inter empt. & vend l. commissoriæ. ff. de leg. 3. cum filius. §. varijs. 3 Et quod dixi quod actio potest mutari, non intelligas q̃ ab ea in totum recedi possit, sed necesse habet accusator eam cum noua actione vsque ad finem perducere. C. quomodo, & quando in auth. qui semel sic intelligunt doctores legum illam authenticam.

1 Vide circa hunc articulum, Deciũ in d. l. edita. C. de eden.

2 Concord. text. in l. qđ in hæredem. §. eligere. ff. de tribu.

† al. archidiacono.

† al. Clugiẽ.

3 Et j. de postu. c. vnico. de ele. vt qs duas. lib. 6. vbi de hoc. Ioan. And.

Dilecti filij.] Diuiditur vt s̃. cap. proxim. Secunda ibi. Ideoque. Abbas. Siculus.

CASVS. Prior & connentus sanctæ Mariæ ad Carceres, petebant quandam quantitatem pecuniæ a fratribus sanctæ Mariæ de Hispida coram Priore sanctæ Trinitatis Veroñ. auctoritate Apostolica: fratres sanctæ Mariæ de Hispida petiuerunt à iudice, vt causam faceret exprimi ĩ libello, ex quo dictã pecuniã soluere tenebãtur: alias respondere nõ tenebãtur, & q̃a dictus iudex hanc exceptionẽ admittere denegabat, ad sedẽ Apo. appellarũt. Vnde mandat Papa, quatenus si est ita, reuocetur in statum pristinum quicq̃d post app. huiusmodi fuerit attentatũ. No q̃ q̃ agit personali actione, s. per tenetur causam exprimere in libello, ex qua competat sibi quod petit.

a Conuentionali.] quid sit libellus, conuentionalis, dictum est s̃. eo. c. 1.

b Quare sibi.] hic manifeste patet, q̃ in personali actione tenetur quis exprimere causam petitionis De hoc dictum est s̃. c. proxi.

† Vide l. fin. C. de an. excep. & l. 1. ff. de eden. & ibi Bar.

tera, super quadã terra corã iudicib. delegatis tracti fuissent in causam: oblato eis libello. ipsi (cũ plures terras haberent) vt terra illa super qua quæstio vertebatur, ostenderetur eisdẽ à iudicib. postularũt quod cum ipsi facere denegarent, ad nostram audientiam prouocarunt.

¶ Quo circa mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debitum, si quid post appellationem huiusmodi noueritis attẽtatum, &c.

¶ Greg. nonus archipresbytero † ciuitatis Nouæ, & M. ca. Culmeñ. †

¶ Non tenetur reus respõdere libello in actione personali, si non exprimitur causa petendi.

CAP. III.

Dilecti filij fratres ecclesiæ sanctæ Mariæ de Hispida, sua nobis petitione monstrarunt, q̃ cum prior & cõuentus sanctæ Mariæ ad Carceres, ipsos sup quadã pecuniæ summa corã Priore sanctæ Trinitatis Veroñ auctoritate Apostolica cõuenissent: ex parte ipsorum fuit excipiẽdo propositum, quòd cum dictis Prior & conuentus nollent exprimere in porrecto libello † conuentionali,[a] quare [b] sibi dicta pecunia deberetur, sup hoc minime respondere tenebantur, & quia dictus iudex exceptionẽ huiusmodi admittere denegabat, nostrã audientiam appellauerunt: Ideoq; mandamus, quatenus si est ita, reuocato in irritum, &c.

TITVLVS IV.

De mutuis petitionibus.

¶ Alex. iij. Vulterano episcopo, & abbati de Spongia.

¶ Iudex etiam delegatus compellit actorem ad respondendum reo in causa reconuentionis, & vtranque causam ordine successiuo simul audiet, et vna sententia terminabit. h. d.

CAP. I.

Ex † litteris: & infra. Quoniam, rationis ordo exigit, † vt plebanus, & clerici Matureñ. abbati, & fratribus Matureñ. monasterij, de ijs quæ aduersus eos p̃ponunt, dẽant in vestra

DE MVTVIS petitionibus.

¶ Supra ti. px. visum est de libelli oblatione. Sed q̃a plerunq; libelli porriguñt ab vtraq; parte, & fiunt hinc inde mutuæ petitiones, & dubitatur de modo & practica procedendi: ideo cõpilator annectit hũc titulum.

De hac materia hr̃ 3. q. 8. cuius in agendo. Abbas.

Ex litteris.] R[9] reconuenire põt actorem et corã iudice delegato qui simul audiet & finiet causam vtranque. Primo iustificationem mandati ponit. Secundo ipsum mandatum subiungit: ibi, Mandamus. Abb. Siculus.

CASVS. Plebanus & clerici Matureñ. coram episcopo Vulterano & abbate de Spongia à sede Apost. delegatis, abbatem & conuentum Matureñ. monasterij traxerunt in causam super quibusdam quæstionibus: abbas et conuentus prædicti coram eisdem iudicibus reconuenire volebant plebanum, & clericos prædictos super suis quæstionibus, quas contra eos habebant: dubitauerunt iudices, vtrum super his haberẽt cognoscere, cum

† Post cõci. Latera. sub Ale. iij. par. 11. c. 1. et ca. 2. co. ti. in compi.

† Facit a hoc l. cũ Papinianus. i fi. C. de sen et inter. om nium iud.

re cum de negotijs monachorum nihil eis commissum fuisset expresse? Papa consultus respondet. ꝙ ordo iuris exigit, vt plebanus & clerici, abbati & conuentui p̄dictis debeant respondere de iustitia coram eis cū ipsi petant ex ipsis de suis q̄stionibus sibi iustitiam exhiberi, mandans quatenus actione plebani & clericorum proposita, & respōsione facta, compellant eosdem abbati, & fratribus incontinenti de suis quæstionib. respōdere, & vicissim rationes partium audientes cōcordia vel iudicio vtriusq; negotium debeant terminare. No. ꝙ q̄ petit iustitiam ab alio tenetur idē iustitiā reddere. Item reconuētio coram delegato potest fieri. Item conuentio & reconuentio simul procedere debēt. Item iudex primo ad cōcordiam si pōt, ii... tendat. Item iurisdictio delegata extenditur ad res de quibus in rescripto non fit mentio altera parte inuita.

j̃.de verb.sign.forus.arg.ad hoc.C.de cōpen. l.vlt. Itē est arg. ex hoc loco ꝙ frustra petit debitum qui quod debet, non impedit. 3. q. 8. cuius in agendo. & 32. q. 6. nihil iniquius. 95. dist. esto subiectus. & j̃. de iureiu. peruenit 2. & j̃. de vsu. quia frustra. & eadem lege conuenit quis, qua ius sibi tribui postulat. C. de rei vē. ratas. & in auth. de sanc. epis. §. reuerendissimi. coll. 9. 4. & j̃. de appe. an lit. Arg. j̃. 23. q. 5. nō vos. & 16. q. 7. si q̄s deinceps. & 23. dist. in nomine domini. circa fi. & j̃. de hær. excommunicamus. §. credentes & C. de compen. l. vlt. 5. sed istud vltimum speciale in deposito.

præsentia respōdere: [a] cū sibi ex ipsis coram vobis a sede Apostolica delegatis iustitiam postulant exhiberi. ¶ Mandamus, quatenus actione [b] plebani, & clericorum proposita, & responsione facta: [c] monitione præmissa, compellatis eosdem, memoratis abbati & fratribus, incontinenti [d] coram vobis super [e] suis quæstionibus respōdere, & vicissim postmodum rationes partium audientes, concordia [f] vel iudicio vtriusque negotium terminetis.

10

¶ Cœlestinus tertius Rothoma. decano.

¶ Modus procedēdi datus per rescriptū in causa conuētionis, intelligitur repetitus in causa recōuentionis.

CAP. II.

20

PRudentiam: † & infra. ¶ Sane consuluisti nos, vtrum cum causa appellatione remota committitur, & reus coram eodem iudice actorem re-

4 Cōueniēs pro ecclesia recōuenit p̄ illa. Io. An.

† Cap. 2. eo. tit. i 2. copi.

b ¶ Actione.] i. petitione: quia sine cano nes nemo tenet proponere actionem. de hoc dictum est sup. de iud. dilecti.

5 Præcedentia, ēt sunt specialia in schismaticis intrusis, & excōicatis, q̄ non cōueniunt & cōueniri possūt. s̄. de iu. ītellexim⁹. Io. And.

c ¶ Responsione facta.] Hic patet qualiter litis contestatio fiat: de qua dicetur. j̃. tit. prox. Ber.

30

d ¶ Incontinenti.] istud, incontinenti, intelligendum est nullo actu medio interposito, & est simile illi, mox quod habes. s̄. de ele. quia propter, ubi habes multas interpretationes de huiusmodi dictionibus. istud, incōtinēti, ītellige durāte iudicio, vt dicit in prima notu. ī fi.

[Gl. seq. docet duo, scilicet, quid si mutuæ petitiones sunt possessoriæ, vel vna possessoria, & altera petitoria, secundo quæ virtus reconuentionis est, &c.

e ¶ Super suis quæstionibus.] idem est si actor ageret possessorio, & reus vellet reconuenire actorē sup alia spoliatione: secus si actor ageret possessorio, & reus vellet cōuenire eū petitorio, quia quæstio spoliationis priuilegiata est, vt primo expediatur. j̃. de ord. cogn. super spoliatione. Sed si prima sit petitoria, reus super spoliatione bene potest reconuenire actorē in modum actionis. j̃. de ord. cog. cū dilectus. Sic no. ꝙ per reconuentionē fit iudex, q̄ alias iurisdictionē non hēt in reconueniētem, quantū ad illā causam recōuētionis siue sit ordinarius, siue delegatus, cum causa recōuentionis, delegato non est cōmissa, vt hic habes. & s̄. de off. dele. prudentiam. in fi. & iudex laicus ordinarius habet recōuētionē, puta, cū clericus cōuenit laicū corā laico iudice, tunc clericus tenetur respondere laico coram eodem iudice, nisi sit causa, quæ coram iudice ecclesiastico sit tractanda: de quibus dictum est. s̄. de foro comp. ex tenore. & c. præcedenti, neque 6. in criminibus locum habet reconuentio. de hoc dixi. sup. de iud. at si clerici.

40

50

6 Qualiter hoc dictū intelligat, uide p Bar. in authē. & cōsequenter. C. de sen. & interl. om. iu.

f ¶ Concordia.] est hic arg. quod iudex primo si potest debet partes reducere ad concordiā. arg. ad idem. 5. q. 2. si primates. ubi de hoc. & 23. q. 8. si quis membrorum. Et est sim. ff. de usufru. æquissimum. 7. & j̃. de sim. quærelam. & sup. de transf. c. ult. ubi de hoc. Bern.

60

1 De materia glossæ in d. Deciū in l. est receptū ff. de iu. om. iu. & Socinū in Fallētijs, regula 412. & Ioan. Nouellū regula 172.

[Glo. seq. facit tria. primo ponit modū in reconuentione tenendum. Secundo tractat, an post litem contestatam procedat reconuentio. Tertio argu. ex textu ꝙ frustra petit, & c. alleg. & conco. demum alleg. 5. cōtraria & vltimum soluit.]

a ¶ Respondere.] no. qualiter 1. debeat fieri reconuentio coram iudice delegato prout hic satis colligitur. proposita enim petitione actoris reus actorem si vult reconuenire, ante litis contestationem, suam porrigat ei petitionem, & ita deliberatione super vtraque petitione hincinde habita, debet fieri contestatio litis super petitione actoris primo, & incontinenti super petitione respondere debet actor, & postmodū iudex vicissim audiat vtramque causam, & vna sntia terminare debet causas, vt hoc totū patet hic, & inf. de or. cog. cum dilectus vt si actor nollet reo respōdere, iudex debet ei iustitiā denegare, nec audire ipsum super causa sua, vt j̃. de iura. calum. imperatorum. & c. vlti. §. pœna. & ff. de procu. mutus. §. pœna. & C. de cōpen. neque scriptura. & ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. vl. in fi. & si iudex hoc negligeret, & procederet in proposita quæstione, non tenet factum eius, vel est potius appellandum ab ipso. ff. quæ sen. si app. re. l. 1. §. vlt. in fin. Si vero reus differat suam petitionem porrigere post litis contestationem, nō videt ꝙ sit audiēdus. C. de sen. & inter. om. iu. auth. & consequenter. vbi dicitur, & consequenter ego pulsatus ab aliquo, si vicissim ipsum lite pulsare velim. statim quidem hoc non licet nisi apud eūdem iudicem. Et sic videtur quod statim debeat ipsum recōuenire, & idem videtur expressum in authenticorum corpore de executoribus. §. sancimus. collat. 8. vbi dicitur si reus vult reconuenire actorem, mox ab initio 2. apud eundem iudicem recōueniat ipsum, sed nō apud alium nisi lite finita 3. poterit illum cōuenire. Et quidā dñi legū intelligūt istud, statim, vsq; ad sniam: quidam tñ vsq; ad aperturā testiū. Hodie ista diuersitas determinat per decr. Inn. iiij. in conc. Lugdun. de resc. dispendia. §. reus quoque. lib. 6. vbi dr̃ expresse ꝙ reus pōt actorē suū reconuenire corā eodē iudice durāte iudicio: & si tunc corā alio ipsum traheret, processus nullus esset. & in expensis cōdēnabitur: & cū dicit, durāte iudicio, intelligo quousque renunciatū est, & cōclusum in causa, quia tunc tñ dr̃ iudiciū dū negotiū discutit,

Exponit Vincen. post initium.

Ad hoc facit ordo isto titulorū lim. ... post libel... oblationē ... ante litē ... contestatam ... ponitur rubrica de reconuentio... e in Host. ... And.

PRudentiam.] Actor qui impetrat rescriptum appellatione remota in causa reconuentionis appellatione remota respondere tenetur. Communis diuisio. Secunda: ibi, Nos vero. Abb. Siculus.

7 Non. n. ad arma, & rixā procedere patiat̄ ptor quos potest sua iurisdictione cōpescere. Ioan. And.

CASVS. Quidam impetrauit litteras contra aduersarium suum ap. re. reus reconuenit actorem coram eodem iudice: actor appellat super reconuentione: quæritur an tali appellationi sit deferendum? Consultus Papa respondet, ꝙ cum actoris & rei eadem sit conditio, & uno, & eodem iure circa appellationem censeri debeat, uterque sicut actor uult, quod iustitia sibi fiat app. re. eodem modo debet reconuenienti respondere

dere de sua iustitia. Nota quod actor & reus eodem iure censentur, & eadem est conditio vtriusque. Item eodem modo quo quis vult sibi iustitiam fieri, sub eadem forma alij respondere tenetur.

a ¶ Eadem sit conditio.] quia in iudicijs non debet esse personarum acceptio. s. de iud. nouit & 4. q. 4. c. 2. & ñ debet actori licere quod reo nō permittitur, ff. de reg. iur. non debet, & ita si remota ē appellatio quo ad agētem, & eodē modo quo ad reconuenientem: quia eodē iure quod quis in alterū statuit, ipso debet vti. ff. quod quisque iur. in alterum. l. 1. 2. & 3. & s. de cō stit. cum omnes. Et hodie nō videtur habere locum quod dicitur de appellatione: quia ipso iure remota est appellatio in qualibet quæstione. j. de app. vt debitus, & c. pastoralis. in principio.

[Gl. seq. primo arguit, secundo fortificat. & soluit. 2. q. vltimo signat contrarium, & soluit.]

b ¶ Eodem modo.] id est, secundum eādem formā qua procedit iudex in principali, & in reconuentione. & parē potestatem habet iudex quo ad oīa in vtraq; quæstione. Et sic est arg. quod iudex eādem habet auctoritatem in prorogata iurisdictione sicut, & in delegata. de hoc dictum est. s. de offi. delega. P. & G. Remotio enim appellationis repetita intelligitur in reconuentione. simi le. 32. q. 7. apostolus. sicut cum aliquid relinquitur ab hærede intelligitur repetitum & a substitutio. C. ad Trebe. l. non iustam. & ff. de lega. 2. debitor. §. 1. & ff. de verb. oblig. Titia. §. 1. Sed pone quod actor super vna re tantum litteras impetrauit, nunquid reus potest illum conuenire super pluribus? Videtur quod non. arg. ff. de iurisd. omn. iud. si idem. §. quid & si. & arg. huius litteræ. Sed contra credo. arg. s. c. prox. ibi, suis quæstionibus. Item retenta hac eadem positione reus reconuenit actorem super pluribus, vel super vno tantum, & sic actor efficitur. Nunquid actor quasi reus reconueniens potest agere contra eum super alia re, quæ in litteris expressa non fuit. arg. ff. de excep. l. 2. §. illud? Nō credo quod hoc possit: quia reconuentio non intelligitur nisi quantum ad illum qui primo conuenitur. Item argum. contra. C. de leg. quod fauore, non est contra: quia illud intelligitur cum princeps suo motu in fauorem aliquod ius concedit, puta, minoribus vel ecclesijs. Quod dicit hic, intelligitur quando aliquis impetrauit illud ius: & Papa ad instantiam i. petentis illud concessit: vnde ipse debet vti eodem, ff. quòd quisque iuris. l. 1. & sup. de consti. cum omnes. Sed hodie vt dixit ius commune est quantum ad omnes. inf. de appel. c. vt debitus.

a Dixerunt Tan. & Vin. quod Romana ecclesia tales litteras cōcedit ēt sine petentis īstātia, clausulam apponendo, & dixi in tex. in glossa uf. & sm id intellige hoc de īnstātia quo ad rescriptū non quo ad clausulam. Io. And.

conuenerit, & actor super reconuentione appellationis obstaculum interpo- 10 ñit, an sit huiusmodi appellationi deferendum? Nos vero ita sentimus, quod cum actoris, & rei eadem sit conditio: [a] & vno eodē que iure circa appellatio- 20 nis remedium debeat vterque censeri: sicut desiderat actor, vt sibi iuxta mandatoris rescriptum iustitia fiat appellatione remota: eodem modo [b] reconueniēti debeat in sua iustitia respondere.

TITVLVS V.

De litis contestatione.

¶ Greg. ix. abbati sancti Ioan. in vineis.

¶ Non per positiones & responsiones, sed per petitionē in iure propositā, & responsionem secutam fit litis contestatio, qua omissu, nullus est processus.

DE LITIS CONTESTATIONE.

¶ Quia post libelli oblationem, & mutuam petitionem sequi debet litis contestatio. ideo subijcit istam.

De hac materia habetur. 3. q. 3. offeratur. & repetitur. in 6. Abb.

CAP. I.

Olim inter episcopū Nouieñ. ex parte vna, & capitulū ecclesiæ Sācti Quintini ex altera, super quibusdam iniurijs, & excommunicationum sententijs, & quibusdam alijs articulis orta materia quæstionis: & if. ¶ Iu- 30 dices factis quibusdā positionibus & responsionibus ad easdem: auditis etiā quæ partes voluerunt proponere coram eis: causam eandem ad examen Apostolicum remiserunt.

40 ¶ Procuratoribus igitur partium propter hoc in nostra præsentia constitutis, quamuis positiones & responsiones, [c]

Olim inter episcopū.] Primo ponit processum iudicum, & ipsorum relationem. Secundo ipsum processum decernit irritum, & dicit quare. Secunda: ibi, procuratoribus. Abbas. Siculus.

CASVS. Inter episcopum Nouien. ex parte vna, & capitulum ecclesiæ sancti Quinti ex altera vertebatur quæstio sup quibusdam iniurijs, sntījs excōicationū & qbusdā alijs articulis: super qb. causa cōmissa fuit quibusdam iudicib. iudices factis solūmodo qbusdā positionibus & rñsionib. ad easdem, & auditis quæ partes proponere voluerūt, causam remiserūt ad Apostolicā sedem; procuratoribus vtriusq; partis ī psentia Papæ constitutis, & examinato processu iudicū, dominus Papa, qa non inuenit litis contest. factam fuisse, pcessum ipsorum iudicū irritum nunciauit:

quia licet positiones, & responsiones hinc inde factæ fuissent super articulis prædictis, super hoc tñ nó fuit contestatio litis facta, sed per petitionē in iure proposi- 50 tam, & responsionem secutam fit contestatio litis. No. quod tibi contestatio litis omissa fuit, nullus est pcessus. Item contestatio fit per petitionem appositam, & responsionem secutam. & hoc in scriptis debet apparere. [Gl. seq. opponit, & duas solutiones dat. Vnam in principio. Aliam circa finem gl. In medio dicens quid sit contestatio, & quomodo fiat, & quod protestatio proponentis vel respondentis impedit contestationem. Vltimo ponit quæstionem.]

60 c ¶ Responsiones.] sic sup. de elect. dudum. 2. Sed videtur quòd illud sufficeret, quia positiones super ipso facto fiunt, vnde satis intelligitur litis contestatio fieri per positiones & responsiones, sed non est verum: quia litis contestatio est exordium litis, siue principium causæ appellatur supra de offic. deleg. super quæstionum. §. 1. & 2. & res deducta in iudicium non videtur per simplicem petitionem, vel per editionem actionis. C. eod tit. l. vnica. & ubi principium deest, nihil supra eli ficari potest. 1. q. 1. cum Paulus, & infra de presby. non bapt. ue. iens. & cuiusque rei principium potissima pars est. ff. de ordine iur. l. 1. & licet contestatio litis sit principium, tamen necesse est libellum præcedere, uel porrigere, super quo litis contestatio fiat, ut dictum est sup. de libel. obl. cap. 1. Est autem litis con-

testatio negotij principalis hinc inde apud iudicem facta narratio, & subsecuta respõsio, vt hic siue negã do siue confitendo de hoc not. s. de elec. dudũ. quod est ita intelligendũ, vt fiat animo procedendi in causa, & ea intẽtione directe ex proposito. Vnde si aliqs proponat factũ coram Iudice non ea mente: vt litem contestetur, vel respondeat, saluo iure suo, & sine præiudicio, nõ erit propterea litis cõtestatio facta: cum hoc fiat nõ ad iudicis ĩterrogationem, sed metu proprio. Litis contestatio, fieri debet inter rogãte iudice. actore proponẽte suam actionẽ, & reo respõdẽte ad ĩterrogationem iudicis vt mos est fieri. arg. C. eo. l. vnica. in fin. ff. de do. & cõtu. prout sic patet φ non erat facta litis contestatio, cũ factum proponit cũ ptestatione, & sine præiudicio. arg. op. ff q b. mod. pig. vel hypo. sol. si debitor. §. si in venditione. I Et ar. s. de ele. Cum ana. vbi dicitur de ptestatione. vbi ergo litis contestatio nõ procedit, nil valet quod agitur, vt hic, & j. tit proxi. per totum, & potest ratio assignari quare per positiones, & responsiones ad eas non fit litis cõtestatio qui enim ponit aliquod dictũ vel factũ, nihil petit ab aduersario: nec etiam ostẽdit se p hoc velle agere: & ita nõ posset p hoc fieri sẽtentia cõdemnationis vel absolutionis. cum nil petitũ sit per positionẽ, sed ostẽditur aliquid esse factũ vel dictum seu promissum: & sententia semper ferenda est secundum modum agẽdi. j. de acc. qualiter, & qñ. ad fi. & j. de simo. licet Hely. & cõdemnatio non est facienda nisi ad hoc sit actum. j. de or. cog. cum dilectus ad fin & hoc etiam probatur, quia i nterrogationes, & responsiones aliquando fiunt ante litis contestationem. ff. de interro. actio. quasi per totũ. de qui bus quidem notatur. j. de iura. calum. c. pe. in gl. q incipit, omnia quæ. & per illas interrogationes. & responsiones nulla fieret condẽnatio vel absolutio, nisi fieret postea litis cõtestatio super petitione actoris: & ita patet φ vbi fiunt tantum positiones, & responsiones, nulla petitione præmissa, vel nulla litis contestatione facta, nullus est psessus. vt s. de elec dudũ. & hic. Sed quid si petitio oblata fuit, & in actis redacta: sed cõtestatio litis non fuit facta, sed positiones & respõsiones factę fuerũt: Idẽ credo: scilicet φ pcessus non valeat: qa litis contestatio non est facta. Ber.

VT LITE NON CONTESTATA &c.

¶ Supra visum est de litis cõtestatione; qualiter fiat. Verum quia plerunq; lite non contestata petũtur testes recipi, vel de facto recipiuntur: & dubitabat q d iuris, ideo subijcit istam rubricam.

2 Et nota ex rubro negatiue posito, φ regulariter lite non contestata nõ debet testes recipi, nec ad diffinitiuam sententiam procedi. Abb. Sic.

hinc inde super pluribus articulis factæ fuerint coram iudicibus memoratis quia † tamen litis contestationem non inuenimus esse factam, cum non per positiones, & responsiones, ad eas, sed per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam litis contestatio fiat: † processum ipsorum, de fratrum nostrorum cõsilio, irritum duximus nunciandum.

TITVLVS IV.

Vt lite non contestata non procedatur ad testiũ receptionẽ, vel ad sententiam diffinitiuam.

† Vide Bartolũ, Fulgo siũ, & Pauliũ in l. causas. C. de trãsac. adde Socinũ in regula. 265.

† Vide tex. I l. vnica C. e. & l. Aureli § . ideirco. ff. de lib. lega.

† Vide Bartholomęum Socinũ i Fallẽtijs regula. 296. & aliquot sequẽtibus.

1 Si creditur cõsensit alienationi pignoris: q fecit debitor: liberatũ est pignus, nisi fuerit protestatus, φ sal uum eẽt ius pignoris. Io.

2 Congruit rubricæ de iniur. olim. vbi Papa receptionẽ testiũ facta lite nõ ↄtestata reuocauit in irritũ de suia hẽs fu. de ele. dudũ 2. vers. licet aũt. Itẽ fal-it i casu de re. eũ q. de o q mit. in ol. l i. 6. Io. And.

Ad hoc. In prima ponitur delegatorum cõsultatio, in secũda diffinitio seu responsio: ibi, Consulationi. Abbas.

CASVS. Quædam causa matrimonialis vertebatur inter R. & B. vxorem eius causa commissa fuit abbati sancti Proculi & eius coniudici, coram quibus dicta B. accusabat virum suum de adulterio, ad tori separationem: & vt dotem suam reciperet ab eodem: oblato libello pcurator viri noluit rñdere. ptextu aduocati, quem nõ habebat, inducias postulando: tãdem dixit separatum rñdere libello: Sed die statuta dũ credebatur quod responderet libello, petijt restitutionem vxoris primo faciendã marito: & ne secus fieret appellauit: mulier dicebat se virũ habere suspectum: sed pcurator noluit cauere de impunitate personæ nec viri: postea noluit cõparere: iudices nõ obstãte appellat one illius, testes mulieris receperunt attestationibus publicatis, dubitabatur deferẽda sententia; quidã dicebant deferendũ esse appellationi. alij deferẽdũ non esse: consultus Papa quid iuris esset, rñdet φ licet ordo iudiciarius in alijs controuersijs sit seruandus, in matrimonialibus causis nõ vsquequaque. Sed quia in præsenti negotio nõ est actum de fędere matrimonij, sed de crimine adulterij ad tori separationem: testes lit. non conte. recipi non debuerũt: unde siue deferendum siue non deferendum appellationi fuisset, non est ad diffinitiuam sñiam procedendum. tñ præfatus R. si contumax fuit, potuit excommunicari: vel pp cõtumaciã procuratorijs si sciẽs nõ purgauerit eãdẽ. No. φ in causa criminali cum ciuiliter agitur, potest interuenire procurator. Itẽ arg. φ ptextu aduocati dandę sũt induciæ. Item in causa criminali cum agitur de fędere matrimonij, ordo iudiciarius per omnia non seruatur. Item lit. non conte. nõ sunt testes recipiendi, nec sentẽtia diffinitiua ferenda. Item propter contumaciam procuratoris nõ est dominus puniendus, sed cum sciuerit & nõ purgaue rit, potest excommunicari.

¶ Innocentius tertius abbati sancti Proculi, & L. canonico Bononiensi.

¶ Si agatur de adulterio. ad separationẽ tori, & ante litis contestationẽ reus est cõtumax põt excõmunicari, sed testes recipi nõ possunt, nec causa diffiniri.

CAP. I.

Ad † hoc De⁹. & inf. ¶ Cũ causa, q̃ inter R. & B. vxoré eius vertitur, auctoritate Apostolica vobis commissa fuisset; tandẽ procurator eiusdem R. libello vxoris, quo virum ád separationem tori, & vt dotem reciperet,[a] adulterio † accusabat, noluit respondere,[b]

† Cap. 1. eo. tit in 3. cõpilatio. Et vide concilium Tridec. sess. 2. de sacramẽto matrimonij.

† Et de pęna adulterij, & ordine procedendi contra adulteros vide cõci Tred. sess. 24. tit. de reformatione matrimonij cap. 8.

a ¶ Reciperet.] & etiam donationẽ propter nuptias: nam sicut propter adulterium vxoris vir lucrat dotem, ita mulier propter adulterium viri lucratur donationem propter nuptias. C. de repud. cõsensu §. si vero. quia vir & mulier non ad imparia iudicantur. 32. quæst. si quis vxorem. si tamen filij extent ex eorum matrimonio, tunc dos siue donatio spectat ad filios, in Authen. vt liceat matri & auię. §. si de adulterio. colla. 8.

b ¶ Noluit respondere.] licet agat hic de crimine: qa tamen non agitur criminaliter potest interuenire procurator, & rñdere, & agere. supra de procurator. tuę.

donec aduocatus[a] eius veniret, inducias postulādo. Qui cum huiusmodi inducias sæpe petendo, vobis illudere videretur; tandē ad præsentiam vestram accedens, dixit se respondere paratum. sed die statuto, cum crederetur responsurus libello, restitutionē vxoris primo fieri postulauit, ne secus fieret appellando †

† Verum quia dicebat mulier se virum habere suspectum,[b] & idem procurator nec de mulieris impunitate cauere, nec vestro se curasset postmodum conspectui præsentare, vos testes mulieris recipere studuistis; & infra.

¶ Consultationi vestrę taliter respondemus, quod licet ordo iudiciarius, in alijs controuersijs sit seruādus & in matrimonialibus causis nō vsquequaq; seruet;[c] quia tñ in præsenti negotio non est actum dę fędere matrimonij, sed de crimine adulterij (per qd̃ ad separationem cōiugij,[d] non ad coniunctionem intenditur,) q̃ a lite non contestata testes fuerunt recepti, & attestationes ēt publicatæ, siue deferendum, siue non deferēdū appellationi fuisset, nō est ad diffinitiuā sñiā[e] procedendum. Potuit tamen præfatus R. propter

Glo.seq.dicit quomodo in principio causa, & in medio ex causa & si dolose non petitur dantur induciæ pro aduocato habendo: non tamen nocet sentētię si aduocatus abfuit. fallit in fisco.

a ¶ Aduocatus.] si aliquis vocatur ad iudicium, & dicat se nō habere. aduocatū, dādæ sūt sibi induciæ ad quęrendum aduocatū. ff. ex q̃bus cau. ma. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. & l. ait prætor. §. vlti. & arg. ad idē. C. de iud. properādum. §. penul. & ff. đ postu. l. 1. §. ait p̄tor. & ex causa etiā medio tēpore dandę sunt inducię pp̄ absentiā aduocati, si iusta de causa esset impeditus cum nimis esset difficile & graue, aliū q̃rere aduocatū, qui merita causę nō nouit, & sic eodem modo pro alio inducias obtineret vt instrueretur sed si maliciose petantur, nō sunt dandę arg. inf. de do. & cōt. prout. post sententiam nō habet locum si diceret: non habui aduocatū tempore sñię. C. de postu. velamēto. & ideo pp̄ hoc non retractabitur sententia, est tamē speciale in causa fisci, vt non ualeat sententia lata contra fiscū aduocato eius absente. ff. de iure fis. si fiscus. C. de aduo. fisc. l. vltima.

1 Maxime q̄n ex hoc nō multum lædit aduersari⁹ sm In. & Hosti. & maxime si pars id p̄uidere non potuit: & uide in Spe. de dila. §. 1 uer. p̄paratorię in fi. Ioā. And.

† Vide tex. cū gl. ī auth. q̄ semel. C. q̄uo & q̄n iudex.

[Glo.seq.ponit 5. casus quibus nō fit restitutio.]

b ¶ Suspectum.] hic est unus casus, ubi spoliato viro vxor non restituitur. s. cum timetur de sęuitia viri. 2 j̃. de rest. spol. ex transmissa. & c. litteras. in fi. & 32. q. 1. de benedicto. Itē si incōtinentij probetur impedimentū saltē in gradu indispensabili, in quo casu nō debet fieri restitutio. j̃. de rest. spol. litteras. Item si publice fornicat. j̃. de diuor. significasti. Item si virgo fuerit, & timeatur corrūpi. infra de sponsa. cum locum. & argu. infra de rest. spol. ex transmissa. &c. ex parte. Item & si non vult habitare cum uiro sine contumelia creatoris denegatur ei restitutio: quamuis iniuste fuerit spoliata. j̃. de diuor. gaudemus. §. q̄ autē alias uiro facienda est restitutio ante principalis causæ ingressum. infra de rest. spol. ex cōquestione. præstita p̄rimo sufficienti & idonea cautione de impuditate personę. infra de resti. spolia. ex transmissa. & c. litteras. & 32. q. 1. de benedicto. nisi tāte esset uiri austoritas, quod non auderet se viro committere: quia tunc nullo modo debet restitui, ut in ca. litteras in fi.

2 Nā & dñs nimis seuerus in seruū cogit eū vēdere. ff. de his q̄ sūt sui vel al. iu. l. 2. sm Ioan. & not. 25. dist. §. nūc autē. ad fi. Io. An.

ADDITIO. Etiam si uellet satisdate: Vnde versus

Si non continuit: si mox si probat impedimentum:
Sitque vir austerus; Moysi lege relictus.
Si virgo fuerit: & corrumpi timeatur.
Si vir possideat iniuste vel violenter
Casibus his septem dominus non restituetur.

Versic., & breuius:

Blasphemoque Deum sano macho manifeste,
Stirpe parente sato: neque virgo redditur vxor.

c ¶ Seruetur.] Nota quod plura sunt specialia in causis matrimonialibus: quia ubi igitur de fędere matrimoniali potest agi contra contumacem lite non cōtestata ad diffinitiuā sentētiam infra eo. quoniam §. porro. Item quia minor potest esse in causa etiā per procuratorem. ff. de restitu. spol. ex parte. Item cōfessio contra matrimonium non præiudicat. inf. de eo q̄ cog. consan. uxo. suę. super eo. Item quia pater & mater possōt testificari tam in cōiungendo, quam in disiūgēdo matrimonio. inf. qui matri. acc. pos. vr. 3 Itē q̄a sententia lata cōtra matrimonium ad separationem eorum, qui iam cōiuncti erant, nō transit in rē iudicatā. j̃. de sē. & re iud. lator. & c. cōsanguinei. Item nec trāsactio siue compositio potest in matrimonio interueniře, supra de trāsa. c. ul. itē nec arbitriū. su. de rest. in integ. causa. in fi. Item nec pęna locū habēt. ff. de uerb obli. Titia. & C. de spō. l. ult. & j̃. de spons. gemma. ADDITIO. Item licet in alijs causis possit remitti iuramentum testibus. ut j̃. de testibus, c. tuis. non tamen in causa matrimoniali. Vnde uerbis.

Matrimonialis causa multa habet specialia.

3 Quod dic j̃. de testi super eo. 2. Io. And.

Coniugij iura sunt hic specialia plura.
Non contestata quod stat sententia lata.
Procuratores tali dant lite minores.
Hæc non cessatur homo, contra si fateatur.
Et non iurati testes sunt hic reprobati.
Hic si procedit, concordia quæque recedit.
Hic non transigitur, non arbitriumque subitur.
Non confirmatur sententia si qua feratur.
Hinc speciale tene, cessat stipulatio pœna.

Item breuius.

Non contestata fertur sententia lite.
Et mandat pubes: non sit sententia perpes.
Arbitrium, pœna, pactum, transactio cessat.
Et non iurati testes, confessio contra.

d ¶ Ad separationem coniugij.] uerbum istud, coniugij, improprie ponitur, quia p̄pter adulteriū ipsum cōiugium 4 non dissoluitur, immo manent coniuges etiam separati 32. q. 7. c. 1. & 2. Et ideo expone, coniugij, id est: coniugum, q̄ p̄pter adulterium separātur ad inuicem quo ad mutuam seruitutem tantum, vinculo matrimonij nihilo minus perdurāte, & hoc patet. quia licet sit absolutus ille, qui non peccauit, à seruitute alterius q̄ adulterium cōmisit contrahere tñ nō pōt. 33. q. 1. dixit dñs, & si contrahere, cōpelleretur redire ad primam j̃. de diuortijs. ex litteris.

4 Atq; hoc diffinitur cō cil. Trid. ses. 24. de sacramēto matrimonij. can. 7. adde cōciliū Mileuitanū c. 17. & cōciliū Africanū, ca. 69.

[Glo.seq.recitetur circa materiam opinionum antiquorum.

e ¶ Ad diffinitiuam sententiam.] hic patet q̄ in ciuilibus causis nunquam est ferenda sñia lite non contestata. arg. j̃. de do. & ꝯtu. procur. & C. quomodo, & q̄n iud. l. consentaneum. in fin. & j̃. e. ti. per totum. & in auth. de exhi. reis. §. si uero coll 5. siue in crimine ciuiliter mota, ut hic. Hug. contradicit quod testes pos-

sunt

sunt recipi, & snīa ferri & in criminali, dūmodo de causa liqueat uel liquere possit, siue cā sit criminalis siue ciuilis. De hac tñ materia tradit 3. q. 9. in summa. & j. de do. & contu. veritatis. Et not. ꝙ dñs papa per totū tit. istum fuit in opin. Io. qui. dixit ꝙ lite nō contestata non sunt recipiēdi testes. Ma. ꝫ cum Hu. & dñs Papa qñq; seqtur opi. Mar. j. de testa. Raynutius & c. Rainaldus. 1 vbi tractatur de duab. quartis deducendus.

1 Et qñq; distinguit ad opiniões saluādas de rescri. sup lr̃is de rest. spol. lr̃as. de. sim. ꝑ tuas. ẜm. Ho. Io. And.

[Gl. seq. primo ꝓbat contumaciæ factū, nisi excedat confessionem & dolum procuratoris nocere dño, & duplicē causā reddit, ẜo alleg. ĩ ꝯrium. tertio soluit. Deinde format quæstio, in qua alleg. pro & contra, & postea soluit.]

suam contumaciam, vel etiam procuratoris a (si sciens non purgauit eandem) excommunicationis sententia innodari.

¶Idem Hierosolymitano patriarchæ, & archiepiscopo Cassen.

¶In causa restitutionis contra contumacē lite non contestata, sententia ꝓferri nō potest. hoc dicit comprehendo omnem modum summandi.

CAP. II.

Accedens: † & infra. ¶ Cū in iudicū delegatorum p̄sentia archieṗs Tirenen. restitutionis beneficiū postularet, plebanus sancti Marci de Venetijs (cōtra qué agebat) nihil ad obiecta respondit, † sed ad nostram audien-

[Glo.seq.declarat quid sit tædium passi missionem in reali & personali.]

SVNT. Hic.excipiunt duo alij casus à regula. Et nō diuidit. Abbas Sic. In isto §. adhuc excipiūtur duo alij casus, in qb. testes recipiunt lite nō cōt. puta cū p̄lat⁹ ex officio suo procedit per inquisitionem circa subditorum excessus. Itē qn̄ testes ad ꝑpetuā rei memoriam publicantur.

riam, vel cū agitur p̄ viā inquisitionis, possunt testes sine litis cōtestatione recipi, & etiam publicari, h.d. vsque ad §. in alijs vero.

¶Sunt † & alij [a] casus similiter speciales, in quib. absq; litis contestatione, legitime possunt testes ꝓduci: vt quando excessum inquisitio, [b] vel testium publicatio [c] imminet facienda.

† In quibusdam antiqs ita: Sunt & alij cas⁹ speciales, ī quibus similiter, &c.

¶Si reus lite non contestata est cōtumax, & agitur reali,[1] mittitur actor in possessionē rei petitæ, causa custodiæ: quam tamen recuperat reus veniēs infra annum si offerat cautionē de stādo iuri, & restituat expensas; post annum uero his non seruatis non auditur, nisi super proprietate. Sed si cōuenitur reali, qui nomine alieno possidet, nominabit dominum in iudicio, & statuetur ei terminus, infra quem faciet dominus cōparere, qui si infra terminū nō uenerit iudex illū citabit, quo adhuc non veniēte, iudex mittet actorem in possessionē verā. Si uero reus contumax cōuenitur actione personali mittetur, actor in possessionem bonorum ipsius rei pro modo debiti declarati, & primo mobilium, secundò immobilium si mobilia nō existāt, vel excōicatur reus. h.d. vsque ad finem.

1 Hæc glossula non est in antiquis codicibus.

¶In alijs vero casibus prudenter est attendendum, vtrum cōtumax actione [d] reali, an personali conueniatur. Si reali, mittendus est actor in rei petitæ possessionē, vt tædio affect⁹ [e] reus veniat responsurus. Qui si venerit infra annum (iudicio sisti præstita cautione, [f] † ac exhibita satisfactione congrua expensarum [g]) possessionē [h] recuperet. Quod si cautionem offerre neglexerit [i] infra annum, actor post annum verus [k] con-

a ¶ Et alij.] alium[1] casum habes quādo agit̄ de bono ecclesiastico obtinēdo, in decre.noua.j̄.de eo, qui mit.ī pos.causa rei seruan.eum qui. [lib.6.]

b ¶ Inqsito.] & hoc est cū absens est p̄ cōtumaciam ille cōtra quem fit inquisitio j̄.de accus.qualiter & quādo 2.§.debet.& inf. de simon. licet Hely.

c ¶ Publicatio imminet.] hoc tūc fit qn̄ aliqs timet ꝙ sibi in posterū sup̄ aliquo ꝯtractu cōtrouersia moueat̄. tūc pōt petere à iudice vt testes q īterfuerūt negotio, publicēt̄. i. eorū dicta redigant̄ in publicā formam ad æternā rei memoriā. j̄.de testi.c.significauit. in Aut. de testi §.pe.coll.7.& in hoc casu omnes testes recipiūtur, siue senes, siue debiles, siue iuuenes, & statim publicantur, & in hoc est differentia inter hanc receptionem, & illam de qua præmisit in principio capituli: quia ibi recipiūtur tantū senes, & infirmi. vel de quorum absentia timetur, & illi non statim pubicantur, vt dixi.

IN ALIIS. Totus iste tex. vsq; ad finē loquit̄ iuxta regulā, s̄m quā lite non contest. nō debet procedi ad solam vel receptionē testiū: iō dicit, in alijs vero casibus, quia supra prosecutus est cōpilator q̄d sfaciendū, qn̄ potest procedi lite nō contestata. Diuidit̄ principaliter in duas partes. In prima ponit modum procedendi cum agitur reali, in secunda cum agitur personali: ibi, Si autem super personali. Abb. Sic.

CASVS. In §. isto dr̄ ꝙ in alijs casibus à prædictis sex, hoc modo est procedendum, videndum est vtrū agatur actione reali an p̄sonali: si agatur reali actione, & reus cōtumax fuerit, mittēdus est actor in possessionē rei petitæ, vt tædio affectus reus veniat respōsurus. & si infra annū venerit p̄stita cautione de iudicio sisti, & satisdatione accepta de restituēdis expensis, possessionem suam recuperet, ꝙ si cautionē offerre neglexerit inf. annum, post annum actor verus erit possessor, reseruata defensione legitima super proprietate absenti.

e ¶ Affectus.] tędiū erit in hoc casu, qa actor missus in possessionem expellet reū d̄ possessione, & erit possessor, & ꝑcipiet fructus, & ꝯseruabit eos. j̄. d̄ seq̄st. c.2.& 3.& si reus venerit. j̄. annum præstita cautione iudicio sisti recuperabit rem cum fructib. deductis expēsis, vt j̄. seq̄tur sed in p̄sonali actione tędium erit, qa cū cultura spectet ad cōtumacem, ille admissus erit cū eo in agro vt custodiat fructus, ne ille cōsumat illos. ff. vt ī pos. leg. is cui. §. q̄ legatorum. 2 & ff. de dā. infec. l. si finita. §. si quis autem. de hoc dicet̄ plenius inf. de dolo, & contu. cap. contingit.

2 Nec mirū si aliud in vno quā in alio: quia in reali dico melius hr̄e in re in q̄ sū missus: q̄d nō est in p̄sonali s̄m Goff. de hoc ī Spe. de prim. cre. §. iā ver. sed quę est ratio. Io. And.

[Glo. seq. notat ex verbo cautionis, ꝙ nuda, &c. tenet contrarium.]

f ¶ Cautione.] ex eo quod dicit, simplici cautione, videt̄ sufficere nuda cautio. C. de effectu. de ve. sig. l. sancim⁹. sed non est verum, immo sufficiētē cautionē præstare debet. inf. de seq̄strati. ad hoc. in fin. & ita pignora vel fideiussores. ff. mād. l. si mandato. §. vlt. & ff. de fideicom. lib. l. ergo. §. adijci. Bernar.

† Vide gl. in l. cum clericis, C. de episco. & cler.

g ¶ Expēsarum.] primo ergo dēt satisfacere in expēsis anteq̄ audiatur vel absoluat̄ sic. C. de bo. auc. iu. pos. Auth. qui iurat. C. de iud. l. sancimus. C. quomodo & quando iud. Auth. qui semel.

[Gl. seq. no. contra opi. canonistarum, & soluit dupliciter.

h ¶ Possessionem recuperet.] ergo vr̄, ꝙ eam amiserit, & sic alter erat verus possessor, q̄d est cōtra nos. ff. de acqu. pos. possideri. Sed expone, possessionē, id est detētionem possessionis recipiat, quam ille habebat, & talis possessio est facti, & non iuris, & imaginaria. Vel dic, recuperet, idest, retineat veram possessionem quam non amisit. si. 3. q. 5. quia suspecti. 27. q. 3. priusquam. in fi.

i ¶ Neglexerit.] nec sufficit offerre, nisi eam pręstet, inf. de eo q mit. in pos. c. 1. ar. s̄. d̄ off ord. pastoralis. in fi. ꝙ si eam nō pōt p̄stare iudici, p̄stet ep̄o vel alijs publicis p̄sonis, vt eo. c. pastoralis. ar. cōtra. inf. de eo q mit. in pos. c. 2. sed vbi iudex voluerit recipere eā; in c. pastoralis, nullus fuit iudex cui posset, vel deberet offerri.

K ¶ Verus.] idest, vere & incommutabiliter, nā & ante, secundum quosdam est verus possessor, sed non incommutabiliter: quia infra annum tenetur resti-

restituere possessionē, & ita statim est verus possessor, arg. C. de præscrip. xxx. vel xl. ann. si quis emptionis. §. pen. Nos tamē cōtrariū dicimus ſm iura canonica. arg. ꝰ. de off. or. pastoralis. & ꝭ. de dolo & cōtu. cap. contingit.

c ¶ Statim.] id est, ante libelli oblationem, vel etiam post anteq̃ rñdeat. Tenor istius. §. ponit quasi de verbo ad verbum C. vbi in rem act. l. 2.

d ¶ Perducendo.] per illum 2 qui in iudicio dominū nominauit.

stituetur a † possessor sup proprietate duntaxat aduersæ parti defensione legitima reseruata.

¶ Quod si super rebus immobilibus b quisquam cōueniatur, quis eas possidet nomine alieno, debet statim c in iudicio dominū nominare, certo dierū spacio à iudice statuendo, † eoq; ad eius notitiā perducendo, d vt vel ipse veniens, vel idoneū dirigens responsalem, actoris intentioné excipiat. e Si vero post tempus indultum, ꝙ dispositum est, noluerit adimplere, tanquam lite, quæ ingeritur, ex ex die quo possessor ad iudicium vocatus est, ad interrumpendam præscriptioné longi tēporis, cōtestata: f dominum possessionis iudex tribus † edictis g legitimis euocabit: & tunc ipso in eadem voluntate manente, negotium summatim h examinans, in possessioné ipsarum rerum actorem mittere non tardabit: omni allegatione absenti super principali quæstione reseruata. i

[Glo. seq tractat, an secudum decretum sit necessarium. & remittit.]

a ¶ Constituetur.] & ita est arg. ex eo quod dicit: cōstituetur, ꝙ ante annum nō sit verus possessor, vt dictum est in ꝓxima notula. Sed qualiter ꝯstituitur? forte ab ipso iudice si petatur, & sine forte. ꝭ. de eo. qui mit. in posses. c. 1. & ff. de dam. infec. si finita. sed & si quis. & §. sed. & arg. ꝰ. de offi. ord pastoralis. in fi. Verius est ꝙ in realib. actionibus 1 nō habet locum ſm decretum, nisi aliquis ad cautelā illud impetret: quia solus transcursus anni cōstituit aliquem possessorem verū, vt ꝰ. de off. ord. pastoralis. & ꝭ. de dolo. & contu. contingit. In ꝑsonalib. vero ſm decretum locū habet, sed non vniformiter. De hoc plenius dicitur in prædicta decre. contingit.

QVOD SI. In §. ꝓxi. dictum est, qñ quis conuenitur no īe suo. in isto. §. dr̄ ꝙ si aliquis conuenit sup rebus immobilibus, quas possidet nomine alieno, dēt ille statim nominare dñm in iudicio; & iudex dēt ei terminū assignare vt hoc denūciet dño, & ipse corā eo veniat vel idoneū dirigat rñsalē, vt actioni rñdeat. Si vero dñs ad tēpus statutū nō venerit, tamq̃ lite contesta. quantum ad interrūpendā ꝑscriptionem longi tēporis ex eo die quo possessor ad iudicium vocatus fuit, iudex vocabit dñm legitimis edictis: & si nō venerit, iudex summatim examinabit negotiū, & ī possessionem rerum petitarum actorē mittere nō tardabit, omni allegatione absenti super principali quæstione seruata.

[Gl. seq. tractat an in rebus mobilibus sufficiat dominum nominare, & an in reb. immobilibus ius habens id possit.

b ¶ Immobilibus.] secus enim vr̄ in rebus immobilibus, vbi non vr̄ prodesse nominare dominum in iudicio, cū habeat facultatem restituendi rem. ff. de rei vend. l. officium. in fin. Idem iuris est etiam in rebus mobilibus: quia potest & dēt dñm nominare in iudicio. C. vbi de cri. agi opor. Authē. qua in ꝓuincia. sed in rebus immobilibus, quas aliquis possidet nomine alieno, vbi nullū ius habet, si cōueniatur, statim dēt in iudicio dominum nominare, vt hic, & C. vbi in rē act. l. 2. si enim ius habet in re, non prodest dominū nominare, quia ipse posset agere ꝓ iure suo, ergo tenetur se defendere. arg. op. ꝭ. de fide instr. G ꝑpetuus, possessor enim semper cōueniēdus est. 12. q. 2 quicūque. & 16. q. 1. in canonibus. arg. inf. de app. ad audiētiam. & ꝰ. de alien. iud. mu. c. 1. & ff. quod met. cau. l. si cū exceptione. §. aliquādo ff. de noxa. de illo. ff. de admi. ter ad certi imperatores. §. 1. arg. cōtra. 12. q. 2. de rebus. & ff. de ser. cor. l. in hoc. ff. de cōtrahen emp. l. vlne ar. Lucius & ff. de his quæ in frau. cre. quę à debitore arg. inf. de præscrip. auditis. & 16. q. 3. inter memoratos.

e ¶ Excipiat.] id est, suscipiat, sic 33. q. 5. non est nostrum. & ꝭ. tit. prox. imperatorem. & ꝭ. de plus peti. c. vnico.

f ¶ Contestata.] scilicet, ne currat præscriptio possessōri, qm̄ ꝑscriptio possessoris īterrupta est ꝑ hāc denūciationē: licet viduaē quasi contestata. non tñ actor audiretur volens ꝓducere testes sup ꝓprietate, ac si lis esset contestata: q̃a illud locū hēt qñ lis est vere cōtestata, ꝑ narrationem & rñsionem: sed hic non est uere contestata: sed quasi, quod ad īterrupēdam præscriptionē, vt hic dicit.

g ¶ Edictis,] idest, 3 citationibus ad domum eius missis. ꝭ. de do. & cōtu. causam quæ, & c. vlt.

[Gl. seq. tractat quid veniat in cognitione summaria.]

h ¶ Summatim.] sic C. vbi in rē act. l. 2. & ff. vt in pos. lega. si is à quo. & de Carbo. edicto. l. 3. §. causę. & C. de bo. aucto. iu. pos. Auth. & qui iurat. Et dic: summatim. i. semiplene. non enim statim iudex ꝑp contumaciam alterius partis constituet ꝑsentem possessorē, vel etiam mittet eum in possessionem causa rei seruandæ: nisi aliquam videat primo ꝑsumptionē pro eo: quia posset esse, ꝙ sic aliquis calūniose petere, vnde iudex primo recipiet ab actore iuramentū de calumnia. ff. de Car. edi. l. 3. §. causę. & sic obseruatur. & istud iuramentum sufficiet, ita ꝙ aliud vlterius nō ꝑstabit, si reus ꝭ. annum rediret, volēs in causa procedere. arg. ff. ad exhi. l. thesaurus. vnde petet ab actore iudex, vt sup hoc scilicet ꝙ non calumnię causa petat, hoc exhibeat calumniæ iuramentum. ff. ad exhi. l. thesaurus & ꝭ. de resti. spol. litteras. & ꝰ. de ele. cū dilecti. non enim dēt iudex festinare ad missionē faciendam: quia si reus probabit iustam absentiæ causam, restituetur, ff. de dam. infe. si finita. §. item si forte. & ꝭ. de iudi. ca. cum Bertoldus. 4 & sic obseruatur hodie đ facto: & istud iuramētū sufficiet, ita ꝙ aliud actor vlterius non ꝑstabit si reus ꝭ. annū redierit, volēs procedere in causa, ut in §. 1. sed in casu huius. §. iterum iurabit actor tamq̃ reus, qñ conuenitur: q̃a primo iurabit vt actor, postea ut reus: & idem est si post annum agere velit. qui primo conueniebaē, secūdum quod est in casu huius §.

[Gl. seq. quærit quandiu, &c. soluit solutioni opponit, oppositioni respondet. ponit deinde opi. quā repro. vlt. quærit de diuersitatis ratione, & dupliciter soluit.

i ¶ Reseruata.] sed q̃diu reseruabitur quęstio proprietatis: ſm canones vr̄ ꝙ perpetuo. cū res sit facta litigiosa. & debebat per hoc dubitare de iure suo. Dic ꝙ in casu isto bñ potest præscribere: quia bonam fidē vr̄ habere: quia credit rem ad se pertinere: cum etiā iurauerit ꝙ non malitiose seu per calumniā petit rē illam, & ideo præscribere potest; & iuste possidet

qui an-

† efficietur.

1 Vinc. dixit ꝙ si missus in reali derinuit rem cā custodiæ: post annum sine iudice verus est possessor. Si vero nō detinuit ꝑ iudicē efficietur possessor. alle. de resti. spol. sæpe. Ioan. Andr.

† finiendo.

2 Vel ꝑ nutcem, si forte nominas minus idoneus est ſm Io. & Host. & q̃a periculosum esset dño, ꝙ interpellatio facta colono constitueret ipsum dñm in mora cōtra id. ff. de peti. hæ. itē veniunt. §. petitiā. ideo tetū consilium est, ꝙ actor denūciet vel faciet iudicē denunciare. nam si colonus nō nunciaret dño, sibi nō ꝑiudicaret, ꝑ ꝑalleg. §. Ioā. Andr.

† Dictio, tribus, deest in omnibus vetustis exēplarib. Raymundi. & in veteri compilatione.

3 Hæc glossula non est in antiquis codicibus.

4 Vel dic ꝙ ideo iudex summatim examinat: q̃a colonus reclamat, & dicit dñm ius habere ſm Ioā. An. in nouel.

ꝗ auctore ꝑtore possidet.ff.de acq.poss.iuste.Quidā dicunt, ꝙ in casu isto sicut in priori seruat qō super possessione vsq; ad annū absenti. Sed prius dictū verius credo 1 & absolute dr̄ hoc:nam sicut reseruatur ius saluum possessionis vsq; ad annū.in §.proxi.sicut ibi expresse hoc dr̄, ita hic diceret hoc esset verū. Sed quæ est ratio quare ibi auditur vsq; ad annū super possessione, hic vero statim est verus possessor, nec auditur vsq; ad annum super possessione? Ratio illa cōsueuit assignari. qa maior contumacia præsumitur in casu isto ꝗ in priori. qa ꝑ plures citationes vocatus est, & plus cōtempsit.primo.n. vocauit colonū. & colonus denūciauit dño: post quam de nunciatione citatur dominus edictis legitimis:& ideo plus punit, & sufficit legislatorē ita voluisse:sic enim est in lege.ff.qui & à quibus, prospexit legislator. & 9.q.3. scriptum est in lege.ergo ita tenendum est.

1 Hæc gl. sequunt legistæ in l.ꝑperandū.C.de iud.& l.consentaneum C. qūo, & qñ iu.

†Vide Antoniū Gomeziū tit.3.varia. resolu. c.1.nu.38.& seq.& Iuliū Clarum in pract. crim. §. fin. q.85. ve.solet ēt.

¶ Si autem super persona lis actione conueniatur: vel mittendus est actor in 10 possessionem mobilium bonorum ipsius, vel immobilium, [a] si forte mobilia non habebat, pro modo debiti declarati, [b] vel in contumacem est ecclesiastica sententia proferenda: 20 ita videlicet, quod alterutra † pœna, quæ magis timeri [c] debeat, iudex a principio sit contentus: ad alteram [d] nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis: qui veniens infra an- 30 num, vel post annum etiā audietur, iuxta distinctionem [e] in alio casu superius adnotatam.

TITVLVS. VII.

De iuramento calumniæ.

¶ Honorius secundus †.

¶ Clericus in causa ecclesiæ suæ iuramentum calūniæ potest alteri committere. & per se iurare non cogitur, nec debet sine superioris licentia.

SI AVTEM. In isto §. prosequitur aliud mēbrū distintionis, dr̄ hic ꝙ si aliquis cōueniatur super actione ꝑsonali, & cōtumax fuerit: vel mittēdus ē actor ī possessionē mobiliū bonorū ipsius, vel immobiliū, si forsan nō habeat mobilia, ꝑ modo debiti in libello declarati: vel ipse cōtumax excōicet: ita.s. ꝙ iudex 40 à principio alterutra pœna sit cōtētus, ꝗ magis viderit expedire, ad alterā nihilominus ꝓcessurus, si hoc meruerit proteruitas cōtumacis, & si venerit ī. annū vel triā post annū audietur ſm ꝙ audit ille ꝗ cōuenit actione reali, ꝗ ī. annum recuperat possessionē, vt dictū est.s.§.in alijs.eodem modo audit iste ante annum & post, sicut ille audit ante annū. Not. ꝙ ad iudicem ꝑtinet habere curā & diligentiā vt salua sit rerum ꝓbatio. Itē no. regula: ꝙ lite non cōte. testes nō sunt recipiēdi, nisi de morte eorū timeat, vel ab 50 sentia diuturna. Itē ꝑp defectū ꝓbationis recipiunt testes lite non cōt. Itē no. annalē ꝑscriptionē, quæ currit ꝯtraillum ꝗ ꝓducit senes & valetudinarios, & alios de quorū absentia timet. Itē nō est alicui arctāda probādi facultas. Itē in matrimonio carnali & spūali recipiunt testes lite non contestata, qñ altera pars est cōtumax. Itē no. hic, ꝙ trib. modis dr̄ qs ꝯtumax: s. qñ venire cōtemnit, vel qñ malitiose seipsū occultat, vel qñ impedit ne possit ad eū citatio ꝑuenire. Itē ꝗ impedit ne citatio ad eum ꝑueniat hr̄ ꝓ 60 citato. Itē mulier dēt virū suū expectare, donec de ipsius morte sit certa, & ecōuerso. Itē qñq; priuat qs iure suo sine culpa nō tñ sine cā. Itē no. qualiter agitur ꝯ cōtumacē. Itē reus possessionē ꝯ se datā pōt ī. annum recuperare. Item missus in possessionē cā rei seruandæ, ſm canones verus possessor est. Itē ꝗ cōuenit nomine alterius, dēt dnm ī iudicio nominare. Item illa pęna reo est infligenda, ꝗ magis timet. Itē diuersis pœnis pōt iudex reum puniri. Item crescēte contumacia, crescere debet & pœna.

a ¶ Vel immobiliū.] hoc ordine iudices snīam exequūt, vltimo ad actio.decurrit.ff. d re iu à diuo. Pio.

b ¶ Declarari. in libello suo. C. de bon. auct. iu. pos. auth. & qui iurat.

[Glo. seq. cum seq. signat duo contraria. & soluit.]

c ¶ Magis timeri.] illa enim potius est infligenda qa hoc solū bn̄ agit, & c.23. q.5. ꝓdest. arg. ꝯtra. s. de off. deleg. sane, & c. pastoralis 1. tn̄ sed ibi soluitur. 2

d ¶ Ad alterā.] quia crescēte cōtumacia, crescere dēt pęna. ff. de pę. l. dele gati. Sic ergo duę pęnæ ab initio nō sūt infligendę. s. de iud. at si clerici. Argu. ꝯ. 16. q. 1. statuimus.

2 Speciale ꝑp reuerentiā persona rum. Io. An. in no.

[Glo. seq. ob jcit de l. si prius. ponit primo opi. Ioā. secūdo op. Laur. tertio suā op. & solonē ꝯrij.]

e ¶ Distinctionem.] sed non vr̄ ꝙ distinctio facta in reali actione locū possit ī personali habere. licet lr̄a hoc innuat, qa debitor pōt recuperare pignora sua qñcūq; venerit, dūmodo nō sint distracta. C. d distr. pigno. l. si prius. Creditor enim nullo tempore ꝑscribit rem sibi obligatā pignori. ff. de vsu. l. non solum. §. ꝗ pignori. & l. pignori. ꝗa creditor quātū ad hūc casū non possidet pignus. ff. ꝗ satisd. cog. sciēdum. §. creditor. Et ad hoc dixit Ioan. & bn̄, qa creditor post annum non officit possessor quātum ad vsucapionē: sed tātū post annū habet cōmodū possessionis. ī hoc ꝙ cum prius teneret probare pecuniā ꝗ petebat, esse debitā: post annū ēt transfertur ꝓbatio ad reū: vt tūc aduersarius teneat probare illam indebitam. sic efficit petitor de possessore. arg. bo. ad hoc ꝯ. de sol. is qui. Lau. dixit, quod huic seruat quæstio possessionis & proprietatis quousque præscriptū est iuri ostēdendi. arg. C de præscrip. xxx. vel xl. ann. l. cum notissimi. § sed cum illud. versi. eodem iure. nisi ex secundo decreto res sint ēt pro debito assignatę, vel distractæ. alias vsque ad triginta annos recuperet res suas oblato debito. Dicas ꝙ debitor: sēꝑ audit quousque ꝑscriptū sit, volens recuperare rem suam restitutis expēsis & præstita cautione de iudicio sisti, nisi pignora distracta sint, vel in solidum data auctoritate iudicis: vel ſm legem conuentionis directa, vt dixit lex prædicta, si prius. & ita ī. annum veniens restitutis expēsis præstita cautione ꝙ iuri parebit recuperabit res suas siue confiteatur debitum, siue negēt. C. de bo. auctori. iud. possi. auth. & ꝗ iurat. & qđ dixit; iuxta distinctionem, in alio, &c. sic intellige, iuxta distinctionē, idest ſm primū mēbrū distinctionis: in quo tantū similitudo notat: & non iuxta ſm: quasi dicat, sicut ibi veniens. ī. annum in reali actione auditur ꝑstita cautione, & restitutis expensis recuperat possessionē. ita in personali actione siue ī. annum, siue post annum veniat, recuperat res suas, dū tamen caueat de iudicio sisti, & restituat expensas, vt sic notetur 3 similitudo tantum in hoc casu: & in illo cum ante annum contumax inuenitur: ita ꝙ similitudo non transeat ad alium casum post annum: & ita plana est littera, Bernardus.

† In impressis fere Honorius.iij. sed ex codice Barbatiæ vera lectio restituta est & Honorius ij. repositus est, vt hic ēt obseruat. Contius. hr̄ hæc decreta lis post ꝯci. Later. sub Alex. iij. pa. 23. c. 1. & ca. 2. e. tit. in 1. cōpi. in vno vetutissimo ita, Honorius iij. osbus epis occidētal. lib. in alijs legitur: Honorius, simpliciter.

3 Vn̄ dicebat Vin litterā cōstruē dā ita ꝙ verbū post annū, ponat in fi. & tūc nō repetat iuxta distinctionē post annū simpliciter. & dicit similē constitutionē, 33. d. habuisse. Io. An.

DE IVRAMENTO CALVMNIÆ.

¶ Quia actione in iudicio edita, & litis cōtestatione facta, succedit ex ordine iuramentum calumniæ: iō post rubricas præcedētes subijcit istam ſm Goffred.

INhærentes veſtigijs.] Diuiditur; quia primo Papa ponit; quod dubia determinare ſpectat: ad ipſum. Secundo ponit dubium procedens ex contrarietate duarum legum: ibi. Legibus. Tertio illud diffinit: ibi, Vt ergo. Quarto moderat: ibi, Verum. Quinto comminatur. ibi, omnibus. Abbas. Siculus.

CAP. I.

INhærētes veſtigijs prædeceſſorũ noſtrorum dicentium, grauiores [a] qōnes per ſũmũ Pontificē terminari, & ĩſ. ¶Legibus [b] itaque comperimus eſſe cautum, vt nullus clericus iurare præſumat. Alibi vero reperitur ſcriptum, vt omnes principales [c] perſonæ, in primo litis exordio ſubeant calumnię iuramentum; [d] propter quod pleriſque venit in dubium, vtrum clericus iuſiurandum præſtare debeat, aut alij hoc officium delegare; quia vero illud conſtitutionis edictum, vbi clerici iurare prohibentur, a Marco † Auguſto de Conſtantinopolitanis clericis ꝓmulgatum fuiſſe videtur; idcirco ad alios non creditur pertinere Vt ergo dubietas iſta auferatur, ſecundum etiam deciſionem filij noſtri. Henrici † quondam imperatoris, cuius ſunt verba [e] hæc.

¶Eius itaque † interpretationem corroboramus, & diui Marci [f] † conſtitutionem ita interpretari debere decernimus, vt ad omnium eccleſiarum [g] clericos generaliter pertinere iudicetur. Nam cum imperator Iuſtinianus decreuerit, vt canones patrum vim [h] legum habere oporteat, & in nonnullis patrum † canonib. [i] reperiatur, vt clerici omnino iurare non audeant; dignum eſt, vt totus clericalis ordo, a iuramento calumniæ præſtando ſit immunis.

¶Præterea ſtatuti principis [k] tenor talis eſſe dignoſcitur: Nos [l] itaque diuinę & humanę leuis ntentione ſeruata, † decernimus, & imperiali auctoritate irretractabiliter diffinimus, vt non epiſcopus, nõ presbyter, non cuiuſcunque ordinis clericus; non abbas, non aliquis monachus, vel ſanctimonialis, in quacunque cauſa ſiue controuerſia, ſeu criminali, [m] ſiue ciuili,

CASVS. in legibus inuenitur vt nullus clericus iurare præſumat. Alibi reperitur in lege, ꝙ omnes principales ꝑſonę in primo litis exordio ſubeant calumnię iuramentum. Propter hãc diuerſitatem pleriq; dubitant, vtrum clericus iuramẽtum hoc ꝓſtare debeat an alij officiũ illud cõmittere, quia conſtitutio diui Marciani vbi clerici iurare prohibentur, de clericis Cõſtantinopo. loquitur, & iõ ad alios non credit̃ pertinere: quęſitum fuit ab Imperatore Hẽrico, qualiter iſta contrarietas eſſet intelligenda. Et ipſe Henricus vt iſta dubietas auferat̃. conſtitutionem diui Marciani interpretatur, vt ad oẽs clericos eccleſiarũ generaliter pertinere iudicetur: Et Honorius eius interpretationem confirmat, & illam conſtitutionẽ diui Marciani ita ĩterp̃tari decreuit. vt ad oẽs clericos gñaliter ꝑtinere dicatur. Et imperator Iuſtinianus decreuit, vt canones vim legum obtineant: & in canonib. patrum reperitur, vt clerici iurare non audeant: & ideo clericalis ordo à præſtando iuramento calumniæ ſit immunis. Vnde ſtatuit imperator Henricus, vt non epiſcopus non presbyter, non cuiuſcunque ordinis clericus, non abbas, non aliquis monachus vel monialis, in quacunque cauſa criminali vel ciuili, iuſiurandum calumniæ ſub re cogantur, ſed alijs defenſorib. hoc officium cõmittatur. In fine dicit Papa, ꝙ ſi iurare voluerint, nullus epiſcopus inconſulto Romano Pontifice, vel aliquis clericus inconſulto ſuo epiſcopo iurare audeat, & quicunque in hoc edictum commiſerit, veniam ſibi nouerit denegãdam. No. quòd quælibet eccleſia ſuum habere debet defenſorem ad agendum & defendendum, qui iuert de calumnia. Itẽ no. quòd grauiores quæſtiones per Romanum Pontificem debent terminari. Item canones vim legum obtinent. Item nullus clericus taliter iurare debet ſine licẽtia ſui prælati.

a ¶ Grauiores quæſtiones.] quæ dicantur maiores cauſæ, dictum eſt ſ. de offi. deleg. quod translationem. [1]

b ¶ Legibus.] C. de epiſc. & cler. l. cum clericis. verſic. quod filijs.

c ¶ Principales.] C. eo. tit. auth. principales.

[Gl. ſeq. ponit 5. capitula iuramenti calumniæ.]

d ¶ Calumniæ iuramentum.] in iuramento calumniæ quinq; capitula continentur. ſ. ꝙ credat ſe bonam cãm habere interrogatus non negabit, quod verum eſſe credit, nec vtetur ſciẽter falſa ꝓbatione, & ꝙ dilationem non petat in fraudẽ: nec dedit, nec dabit, nec promiſit, nec promittet aliquid ꝓ hac cã. niſi illis perſonis qb. leges dare permittunt. C. eo. ti. l. 2. circa prin. & auth. principales. & in auth. vt liti. iu. in prin. col. 9. Vnde verſus.

Illud iuretur, quòd lis ſibi iuſta videtur.
Et ſi quæretur, verũ non inficietur.
Nil promittetur, nec falſa proabtio detur.
Vilis tardetur, dilatio nulla petetur.

e ¶ Verba.] ab illo loco legibus itaque, vſq; ad illum locũ, verũ cũ, &c. exceptis prędictis. ſ. ſm enim vſque ibi, corroboramus.

f ¶ Diui Marci.] C. de epiſco. & cleri. l. cum clericis verſi. ꝙ filis.

[Gl. ſeq. argum. ad brocar. alleg. 5. iura in contrarium. alleg. 2. canones, & ſoluit.]

g ¶ Eccleſiarum.] argu. ꝙ uni cõceditur, ad conſequentiã trahi põt à cæteris, & ꝙ vni conceditur, nulli eſt denegandum. 16. q. 1. prædicator. & 5. di. ad eius vero. in fi. de conſec. di. 4. proprie. 50. diſt. & purgabit. C. de fideicom. l. pe. [2] Arg. contra. 16. q. 1. hinc etiam. & 7. q. 1. petiſti. Sol. quod vni iure communi cõceditur, trahi poteſt alijs in exemplum, & nulli debet denegari. 5. di. ad eius vero. quod vero priuilegium alicui conceditur, non extenditur ad alios & ſic intelligitur 16. q. 1. hinc etiam. & 26. q. 2. non exemplo. & ff. de conſti. prin. l. 1.

h ¶ Vim.] in auth. de eccl. tit. in prin. coll. 9. & in authen. vt cle. apud proprios. epiſ. §. illud. coll. 6.

i ¶ Canonibus.] 22. q. 1. in nou. & ĩ. de iureiu. c. & ſi Chriſtus. 2. q. 5. ſi quis presbyter. 22. q. 5. c. vlt.

K ¶ Principis.] ſcilicet Henrici.

l ¶ Nos.] ſcilicet, Henricus.

[Gl. ſeq. ꝙ no. e. tex. duab. ll. coadiuuat duas alle. in contrarium ſol. reſpondens etiam ad rationem contrariam. demum. ad tex. obijcit. & ſoluit.

m ¶ Criminali.] hic colligitur ꝙ in criminali cã iuramentum de calumnia ſit præſtandum. arg. C. eo. ti. l. 1. vbi

† Legandũ, Marciano, vt recte hic admonet Cõtius.

† id eſt, Henrici.

† Inn. Hoſt. & Ioã. And. hallucinati sũt in interpretatione huius loci.

† Marciani.

† Vide epiſtolã 2. Cornelij Papæ, & conci. Triburiẽ. c. 21.

† Vide. l. nõ dubiũ. C. de legi. & l. cũ pater. §. dulciſſimus. ff. de leg. 2.

1 Adde glo. opt. in l. unica. C. de profeſ. qui inf. Conuen.

2 Quod dictũ erat de filio exhæredato. ꝙ non tenetur ad fideicommiſſum, locum habet in nepotib. quos exhæredari neceſſe eſt. Ioan. Andr.

insiurandum compellatur qualibet ratione subire: sed alijs idoneis defensoribus,[a] (si expedire ecclesiç suç nouerint) huiusmodi officiũ liceat delegare. ¶ Verum cum hac moderatione, vt episcopus incõsulto [b] Romano Põtifice, vel quisque † clericus inconsulto prælato suo nomine iurare audeat. ¶ Omnibus autem episcopis, & vniuerso clero hęc ita custodiri debere mãdamus, vt si quis † in illam constitutionem commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari.

¶ Idem † ordinatori Roma. eccles. sub. & magist. Omnibono.

¶ *In spiritualibus causis de calumnia non iuratur.*

CAP. II.

Litteras. † & infra. Sane Romana ecclesia in his casibus, in quibus de ecclesijs, decimis, & ꝙ rebus spiritualibus [c] tãtum agitur, iuramentũ calumniæ nec dare nec recipere consueuit: eo ꝙ tales causæ non ex legum districtione, [d] sed ex canonum ęquitate finẽ debitum sortiuntur; canones autẽ iuramẽtum calũniæ in hmõi causis nulli prorsus inducunt. ¶ Vnde contentione de iuramẽto calumnię p̃-

vbi dr̃ ꝙ in oĩb. causis, vbi probatio requiritur, est iurãdum de calumnia, vt C. de fid. inst. l. vlt. ver. sancimus. Arg. contra Inst. de pub. iudi. in prin. & ff. de bo. eo. qui mor. sibi consci. l. 1. Sed contraria ista non obstant: q̃a magna differentia & diuersitas eorũ est in instituẽdis & exercendis huiusmodi causis: nam secundũ hoc nec lis cõtestaretur, uel libellus daretur in cã criminali, sed oĩno aliter quàm ciuiliter deberet tractari. Itẽ nõ valeret cã quam q̃dã assignant, ꝙ in criminali trã sigere liceat. & iõ iuramẽtum de calumnia non exigitur. nam sacramentum de calumnia trãsactionem non excludit, nec ab ea excluditur: quia q̃uis licitum sit 1 reo transigere, nõ tñ sequitur ꝙ liceat ei falsa instãtia vti: nam idem diceres ſm hoc in pecuniaria cã. Similiter soluit illud. ff. de bo. eorum qui mor. l. 1. vbi dr̃ ꝙ ĩ cã sanguinis licitũ est cuilibet aduersarium suũ corrũpere, & ita licitum est ei mẽtiri. dñs Azo est in hac sñĩa, ꝙ ĩ cã criminali de calumnia sit iurãdum & inducebat hanc decr. pro se. Sed qualiter clericus põt hoc iurm̃ alijs delegare in causa ciuili siue criminali. contra illa iura quę dicunt, ꝙ principales personæ dẽnt hoc iurm̃ præstare, & contra illa quæ dicunt, ꝙ in cã criminali non interuenit procurator? Dicas ꝙ forte qñque obtinuit quod hic dicit, vt clerici ẽt in cã propria hoc iuramentũ possent alij delegare. Et hoc in fauorem ipsorum concessum est. Sed hodie hoc non obseruatur, immo quilibet in causa propria personaliter iurare dẽt, vt ĩ. eo. ceterum. & C. eo. tit. auth. principales, & sic obtinet de iure, & de consuetudine: & sic non tenet quod hic dicit quantum ad proprias causas clericorum quæcunque sit causa: & restituitur tantum quod dicit hic. ad causas ecclesiarum. Et hoc satis patet per litteram illam quæ sequitur, vbi dicitur; sic ecclesiæ suæ nouerit expedire: & sic non babet locum quod obijcitur: & clericus & prælatus ecclesiæ si in propria persona voluerit litigare in causa ecclesiæ præstat hoc iuramentum. ĩ. eo. c. vlt. tñ si in causa ecclesiæ voluerit deferre alij hoc iuramentũ, non compellitur subire hoc iuramentum: vt hic dicit. vt ĩ. eod. c. imperatorum.

a ¶ Defensorib.] i. syndicis vel actorib. aut procuratorib. licet nomina sint diuersa, officium tamen est idem, vnde sufficit dicatur, constituimus talem syndicũ procuratorem, siue actorem ad causam talem. s̃. de proc. petitio. & istæ personæ in causis vniuersitatis siue collegij de calumnia iurant. ĩ. eo. super tractandis. & c. imperatorem. ꝙ c. vlt. vt hic patet.

b ¶ Inconsulto.] Istud difficile vr̃, vt ep̃s pp hoc dẽat requirere Rom. Pontificem. hoc non seruat̃ unde si ep̃s litigat in propria persona, ipsemet præstet iuramẽtum de calumnia: nec est necesse requirere Papam. ĩ. eo. c. ult. clericus. facilius potest requirere episcopum: unde tenetur primo requirere ipsum. contrarium tamen sæpe contingit, sed iudicium propterea non uitiatur. Et est arg. hic ex eo ꝙ clericus iurare non põt sine licentia sui ep̃i, ꝙ non potest in iudicem non suum consentire. de hoc traditur. s̃. de foro comp. si diligenti. & c. significasti. & 11. q. 1. inolita. & c. placuit.

Litteras.] Primo ponit ius & consuetudinẽ curię. Secũdo infert, p̃cessum cãæ: ibi, Vñ. Et hodie hoc c. corrigitur per c. 1. eo. ti. lib. 6. vbi statuitur ꝙ etiam in istis causis iuretur. Abb. Sic.

CASVS. Quædam cã decimarum commissa fuit quibusdã iudicib. cõtẽtio erat inter partes de iurõ calumniæ: quæsiuerunt iudices à Papa vtrum iuramentum illud dẽret in hac cã pręstari? Rñdet quòd Romana ecclesia in his casibus in quib. de ecclesijs, decimis, & reb. spiritualibus tm̃ agitur, iurm̃ de calũnia nec dare nec recipere cõsueuit, q̃a hmõi causæ spirituales, tractari debẽt ex canonũ æquitate, & nõ ex legũ districtione, cum canones in causis hmõi nulli indicant calũnię iurm̃, vñ dimissa cõtentione de iurõ calumniæ in cã procedant. No. ꝙ in causis spiritualib. iurm̃ calumniæ non est præstandum, nec rigor iuris ciuilis seruandus, sed æquitas canonica.

[Gloss. seq. distinguit causas spirituales & quasi mere ciuiles, criminales & mixtas, & obijcit quod in spiritualibus, &c. & fatetur id honestum subdens in possessorio, & exceptionibus etiam spiritualibus iurandũ.

c ¶ Rebus spiritualibus.] quædam quæ causæ dicuntur spirituales, ut hic patet. uel spiritualibus annexæ, ut causa iurispatronatus: ut ĩ. de iud. quanto. & in istis non iuratur de calumnia, ut hic patet, sed de ueritate dicenda. s̃. de ele. dudum 2. & ĩ. de iureiu. ex litteris. quia aliter iudex ueritatem inquirere de facili non posset, quam tenetur inquirere. 30. q. 5. iudi antem. 23. q. 8. accidit, C. de eden. l. 2. & C. de Procu. l. ult. Sed certe fortius 2 uideretur iurandum de calumnia in huiusmodi spiritualibus causis, quam in ciuilibus, quia grauius est periculum si calumniose in spiritualibus quis, litiget, & ideo debet iurare quòd calumniose nihil faciet, qua circa maiora maius periculũ uertitur, & ideo cautius est agẽdũ 7. q. 2. c. ult. & 42. d. quiescamus. & ff. ad Carbo. l. 2. licet seruetur q̃d dr̃ hic. honestius esset ut de calũnia iuraretur, rõne p̃missa. q̃dã uero cãa sunt mere ciuiles, ut puta, cum agitur rei uendicatione, uel pecuniaria cã. s̃. de libel. obl. c. pe. & ult. Alia est criminalis, ubi agitur directe de crimine & dẽt se obligare ad talionẽ. ĩ. de accusat. ueniens. & c. super his & in istis iurat̃ de calũnia. s̃. eo. c. 1. multo fortius iurare dẽret in spũalib. quam in criminalib. Alię sunt mixtæ, ut cum agitur de crimine ciuiliter. s̃. de proc. c. tuæ. hæc probantur 14. q. 1. super prudẽtia. 1. 11. q. 3. placuit. & 16. q. frater noster. Et no. ꝙ licet in causis spũalib. de calũnia non iuretur, tñ si agatur possessorio pro re spũali iuratur de calũnia. arg. ĩ. de rest. spol. lr̃as. Itẽ licet nõ in actionib. tñ in exceptionib. positis in re spãli iuratur de calumnia. s̃. de elec. cum dilectus ĩ. de rest. præsentium. & ĩ. de excep. pastoralis. arg. ad hoc ĩ. de accu. c. cũ dilectus.

d ¶ Districtione.] supra de iud. capitu. 1. dilect. & infra de

† al. aliquis.

† in plurib. antiqs ita: ut si quis in illa commiserit.

† In codice Barbatiæ ita Eugenius Papa Arduano Romanæ ecclesię subdiacono, & magistro Omnibono.

1 Non dr̃ ꝙ sit licitum, sed ꝙ ignoscitur: unde ratio non carec. 13. dist. nerui. secundum Goff. Io. And.

† Post conc. Laterã. sub Ale. iij. par. 23. c. 2. & c. 3. eo. ti. in. 2. compila.

Iuramẽtum de calũnia, an possit pręstari in causis spiritualibus.

2 Pro eo maxime, quia tres causæ huius sacri p̃stãd. potissime ſm canones locũ hñt, ut dicit Host. q̃ sunt illæ, uidebis ĩ. eo. ceterũ. Io. And.

de dolo.& contum.c.1.27.q.2. sunt qui dicunt.

IN pertractandis.]Iurari potest de calumnia per principales,& per œconomos causam notã habentes. Et non recipit diuisionem congruam. Abb. Sicu.

CASVS. Quærebatur vtrum in causis tractandis iuramentum calũniæ indifferenter sit pręstandum,& a quacũ que persona? Respõdet,ꝙ non passim pręstandum est tale iuramentum,sed cõsiderari debet qualitas causæ & principaliũ personarum: qñque pręstatur per principales personas:qñq; per syndicos,qui in aĩam suam iurarede bẽt.No.ꝙ principalis dñs causæ, & nõ procurator,de calũnia iurat: syndicus vero in aĩam suam.

a¶ Nõ passim.]quia non in spiritualibus sup. c. prox.

b¶ Principales] sup. eo. c.1.& ĩ.eod. cęterum.Berna.

c¶ Oeconomos.]. s̃. eo.c.1.

d¶ Non nesciãt.]aliter enim anceps subiret periurium. ꝙ facere non debet.ff. de in lit.iur. videamus.& ff. rerum amot. Marcellus. §. qui rerum.

[Glo.seq.parificat syndicos,tutores,& curatores.& dicit se cus de procu.]

e ¶ Iurantis.]Et ita syndicus 1 collegij siue vniuersitatis,iuratin propriã aĩam: sic tutores,& curatores.cum habeant legitimam administrationem.C.eod.l.2.§.fin autem,vel dignitas.secus est in procuratore qui non iurat, sed do minus principalis.C.eo.tit.l.2. §. fin autem affuerit al terutra pars, & in auth.ibi posita,principales.

ADDITIO.Hodie iurat in animam domini,si habet speciale mandatũ,ut ĩ.eo.c.vlti.lib. 6. & nihilominus in propriam,vt probatur.ĩ.c.2.2.tñ.lib.6.Ioan. And.

† Post conc. Lateran. sub Alex.3. par. 23.c.3.& c.4 eo.titu.in 1. compil.

† Vide l.2.§. sin autẽ urr. dignitas. & seq.C.e.arg. ff. de testi. l. curent.

† Post conci. Lateran. sub Alex. 3. par. 23.ca.4.& c. 5.eo.titu. in 1. comp.

1 Generalis, secus in speciali ad certam causam, tam causam, sin Guil. in Spec. eo. tit. in §. restat. uers. sed .qd dices. Ioan. And.

stando dimissa, ad vlterio-ra discretio vestra ꝓcedat.

¶ Eugenius Papa.

¶ Principalis persona non indistincte releuatur ab onere iurandi de calumnia, licet compareat per œconomum,sed sibi vel œconomo est deferendũ inspecta qualitate causæ, & personarũ. h. d.

CAP. III.

IN† pertractandis causis, sacramentum calumniæ nõ passim [a] pręcipimus exhiberi:sed causæ & principalium personarum qualitate inspecta, qñq; per ipsas principales [b] personas, qñq; per œconomos,[c] qui cãm oĩno non nesciant,[d] † in animam iurantis [e] illud pręcipimus pręstari.

¶ Idem Magalon. & Nemausen.episcopis.

¶ vniuersitas tenetᷣ iurare de calumnia nisi releuet se constituendo œconomum.

CAP. IIII.

IMperatorum: † & infra. ¶ Accepimus, quod ab abbate & fratribus Claræ uallis (sicut ab alijs) exigitᷣ calumniæ iurm. Ad quod faciendum eos cogere non debemus. [f] Sed ne aliena iura videantur huiusmodi occasione illicite detinere, & ipsi a causa sua decidãt, [g] si ex parte ipsorum prædictum iuramentum, cum res postulauerit,non fuerit præstitum, eisdem præcipimus, vt in suo monasterio œconomũ [h] statuant, qui pro eis petere,& excipere, atq; iuramẽtũ de calumnia (cum necesse fuerit) valeat exhibere,& infra.

¶ Tu vero frater Nemausẽ. episcopo œconomum idoneum [i] statuas, qui in tali officio couueniens ipsi monasterio videatur.

¶ Lucius tertius Helien. episcopo, & archid. Noruicen.

¶ Clerici etiam in eorum causis iurant de calumnia contraria consuetudine nõ obstante.

CAP. V.

CAETE...

IMperatorum.] in causa collegij non singuli de collegio,sed œconomus ipsius iurat de calumnia. h.d. Et primo narrat reprehensibile factum.Secundo id,ibi Ad quod. Tertio prouidet quid in posterum faciendum sit:ibi Sed nos. Abb. Sicu.

CASVS. Quidam iudices exigebant calumniæ iuramentum ab abbate & fratribus Claræuallis. Sed quia ipsi iurare nolebant,petebatur a Papa,vt ad hoc eos cõpelleret.Rñdet Papa, quod eos ad hoc compellere nõ debet, veruntñ ne hac occasione aliena iura illicite detineant & ipsi etiam a causa sua decidant, si ex parte ipsorum hmõi non fuerit prestitũ iuramentum,ꝓcipit eis Papa, quatenus in suo monasterio œconomum statuant, qui pro eis agat, & defendat. & de calumnia iuret, & si hoc non fecerint: eps Nemausen.dicte.illorũ œconomum idoneum statuat in ipso monasterio.Not..quod qui de calumnia iurare non vult,cadit a causa. Item monachi non compelluntur iuramentum de calumnia præstare,dummodo per alium præstetur.

[Glo.seq.obijcit.& dupliciter soluit.]

f ¶ Cogere non debemus.]sed videtur ꝙ abbas potius esset compellendus,vel etiã alij, quibus cura monasterij commissa est.ff. ad muni.municeps. quia hmõi personæ intelligũtur scire veritatem,vt ibi dr.ff. de condi.& demon. municipibus. C.eo. tit.l.2.§.hoc etiã.in fi.& ideo tales instituendi sunt,qui veritatem sciant.s̃.eo.c. prox.sic etiam cõtingit in procuratorib. C.de proc. l.vlt. sed aliud est in collegijs illis sæcularibus: 2 vel est speciale priuilegium clericorum.

g¶ Decidant.]qui enim de calumnia iurare non vult, si est actor, cadit a causa: & reus habetur pro cõfesso,vt hic.& ĩ. c.vl.§.pęna. & C.e. titu.l.2.§.quod si actor.& §.seq.

[Glo. seq. tractat quid sit œconomus, & quis in eius cõstitutione auctorizet: & quid suppleat.]

h ¶ Oeconomum statuant.] œconomus est cui res ecclesiastica gubernanda man datur. 89.dist.quia ĩ quibusdã. & c.volumus.& idem est œconomus, ꝙ syndicus siue procurator vel actor 3 ĩ cã vniuersitatis siue collegij:de quo habes.9.q.3.cũ simus.& 5.q.3.quia eps.& s̃.de syndi.c.vnico.& iste œconomus auctoritate epi ordinari debet.C.de episc.& cleri. l. omnes.§.nihilominus.& hic in fine. & iste iurabit de calumnia, siue sit reus, siue actor: si monachi hoc non faciant, tunc eps hoc facere debet,vt hic dicit.& si eps.ĩ reb.sui episcopatus hoc neglixerit, tunc archiepiscopus, sibi œconomum constituet.9.q. 3.cum simus.

[Glo. seq. dicit idoneum facti constitui, non infamem.signat contrarium,&c.]

i¶ Idoneum.] idoneus est,dũmodo causam omnino nõ ignoret.s̃.c. prox. & si sit bonæ famæ alias infamis & suspectus esse non debet.5.q. 3.quia eps. & 3.q.7. c.1. & c.infames.Contrarium tamen dicit lex,quod ꝓcurator propter infamiam non repellitur. insti. de except. §. vlt. Hic habes quod de auctoritate episcopi syndicus constitui debet in ecclesijs sibi subditis. Et dic statuas, idest auctoritatem præstes.Ber.

2 Quæ forte non hẽbunt syndicos de consuetudine ꝭm Vinc. vel aliud secundũ leges aliud ꝭm canones. ꝭm Goff.Io.An.

3 De his omnib.notauerat hic Ioan. ꝙ ẽt not. 2. q. 7.si qs erga. & 16.q. 7.qm. Ioan. And.

CÆterum.] In proprijs causis iurant clerici de calũnia:nec obstat contraria consuetudo, ita cõiter sũmatur:& certe in littera non ponitur specialitas in causis proprijs,sed generaliter loquitur.Et diuiditur:nam premissa causa,ponit mandatum. Secundo contrariam consuetudinem damnat:ibi, Consuetudine, &c. Abb. Siculus.

CASVS. Dicitur hic, quod in causis ciuilib. iuramentum calumniæ pstari debet ad hoc vt veritas eliciatur, nõ obstante contraria cõsuetudine. No. ꝙ quæ de nouo emergunt, nouis auxilijs indigent. Item in causis ciuilibus clerici iuramentum calumniæ præstare debent. Item consuetudo iuri non preiudicat.

† Post conc. Latera. sub Alex. iij. par. 23. c. 5. & c. 6. e. tit. in 1. compil.

† Aut hic legendum est C. & F. aut ut in c. peruenit. ĩ. de fideiuss. l. & F. quia idẽ est casus in utroque capite.

a ¶ Cæterum.] hæc est pars illius. ĩ. đ fideius. c. peruenit.

b ¶ Nouis morbis.] nã experimẽta morborũ cogunt nos inuenire multas medicinas. 50. di. vt cõstitueretur. & qđ medicamẽta morbis exhibent, hoc iura negotijs. in Auth. hęc cõstit. innouat cõ. q̃ in prin. coll. 8. & q̃ de nouo emergunt, nouo auxilio indigent. ff. de inter. act. de ætate. §. ex causa. & ff. vt in poss. le. l. plane. 1 & nouis rebus nouũ remediũ est exhibẽdum. ff. de ventre inspici. l. 1. in prin.

1 Propter mortem, uel nouam inopiã fideiuss. exigitur noua cautio. & no. de morte, de excep. pastoralis. in glo. pe. ibi. l. 1. in princ. ubi nouo casui de merito dicente post diuortiũ mulierẽ pręgnãtem, & muliere negante, prouisum est nouum remediũ, mulieris, s. inspiciendæ per tres obstetrices. Io. And.

c ¶ Ad veritatem.] hęc est pręcipua causa quare iurm illud pręstatur, vt veritas eliciatur. ĩ. de iureiur. ex litteris. Secũda, ut timore iuramenti contentiosa litigantium instantia compescatur. C. eod. l. 1.

ADDITIO. Tertia, ut timore iurĩ non efficiatur immemor suæ salutis, quo ad alia capitula, quæ no. s̃. e. ti. c. 1. & 1. q. ult. sancimus. secundum Goff. Io. And.

[Gl. seq. signat cõtrariũ. & soluit, & format q. & sol.]

d ¶ Ab utraq; parte.] utraque pars; principalis dñs. s. istud iurm præstare debet. s̃. eo. in pertractandis. Sed pone, quod aliquis litigat per procuratorẽ, & dominus qui constituit procuratorem, est longe remotus; puta, ultra mare, uel in alia peregrinatione, quid erit in hoc casu, cum iste procurator de calumnia iurare non possit? In casu illo debet dari curator bonis, & ille iurabit de calumnia. ff. de cur. bo. dan. l. 1. & 2. Contra uidetur sup. eo c. 1. ubi dicitur, quod clerici hoc iuramẽtum debẽt alijs delegare: & hic dicitur, quod iurent. Nõ est cõtra: quia ibi loquitur de causis collegij siue uniuersitatis, hic de causa propria singularis clerici.

e ¶ Quæ legi contraria est.] no. ꝙ consuetudo, q̃ cõtra legem est, non est seruanda, & hæc consuetudo est contra legem, quam habes C. eo. tit. l. 1. & 2. & contra canones, qui iuramentum admittunt. 2. q. 5. c. 1. & 2. & contraria decretalibus huius tit.

rum, [a] † quia nouis morbis [b] noua conuenit antidota preparari; Mandam⁹, quatenus in cã, quæ ĩter R. clericum de S. Albano, & I. † & F. canonicos Lond. vertitur; ad veritatem, eliciendam, appellatione cessante, præstari faciatis ab vtraq; [d] parte calumniæ iuramentum: consuetudine, quæ legi [e] contraria est, non obstante.

¶ Innocen. iij. episcopo Placen.

¶ Procurator vel syndicus vniuersitatis ecclesiasticæ vel sæcularis de calumnia iurare potest. h. d.

CVm causam quæ inter.] procurator ecclesiæ, & uniuersitatis de calumnia iurare potest & non diuiditur. Est enim quædam narratio processus usq; ad iuramentum calumniæ. Abb. Sicu.

CASVS. Inter archiep̃m Rauẽ. ex parte una, & cõe Fauentiæ ex altera, qõ uertebatur super uilla Luci, & quibusdã alijs; q̃ cõmissa fuit quibusdam iudicibus & quia ipsi in negotio non ꝓcedebant, Papa dedit partibus in mandatis. ut pro causa ipsa ad sedẽ Apost. procuratores idoneos destinarent; procuratorib. in pręsentia Papæ constitutis, petitionem archiep̃i fecit exhiberi: & ad eam partem alteram rñdere: factis quibusdã interrogationibus & rñsionibus redactis in scriptis, & lite legitime contesta. iuramentum calumniæ fecit a p̃dictis procuratoribus vtrinq; pręstari. Not. quod ꝓcurator debet habere litteras de rato. Item per petitionem in iure propositam, & rñsionem ad eam factam fit litis contestatio. Item lite contestata iurm calumniæ præstari debet. Item procurator vniuersitatis iurat de calumnia.

CAP. VI.

CVm † causam, q̃ inter Rauennaten. archiepiscopum, & commune Fauẽtinum, super villa Luci, ac quibusdã alijs vertitur, delegatis iudicib. duxerimus committendam, & ijdem in negotio minime processissent; Nos partib. dedim⁹ in mandatis: vt pro ipsa cã nostro se cõspectui pręsẽtarent; quorum ꝓcuratorib. cum instrumentis de rato, in nostra præsentia constitutis, petitionem ipsius archiepiscopi per procuratorem [f] eius fecimus exhiberi; & ad eam, partem alteram [g] respon-

† Cap. 1. eo. tit. in 3. compil.

[Gl. seq. tria facit. primo notat etiã p vniuersitatẽ vel collegium de vtroq; iure procuratorem cõstitui, qui iurat de calumnia. secundo, & tertio format duas qõnes. In vtraq; arg. ad negatiuam, & soluit contrarium.]

f ¶ Per procuratorẽ,] hic patet, ꝙ collegiũ siue vniuersitas põt constituere procuratorem: & est expressum, s̃. de proc. quia ĩ causis. & c. petitio. & canon. etiam omnes administratores generali verbo ꝓcuratores appellat 1. q. 3. Saluator. & lex dicit, ꝙ monasterium se defendere debet p procuratorẽ, in authẽ. de san. epis. §. si vero episcopi. in fi. col. 9. & ita tam iure canonico, quam ciuili collegiũ siue vniuersitas constituit procuratorem, de hoc dixi. s̃. de procur. c. petitio. & talis procurator de calumnia iurabit. ut hic dr̃. & s̃. eo. in pertractandis. & ca. imperatorum. Sed cum iuramentum de calumnia sit de credulitate, ut secundum quod credit, & existimat debeat respondere, C. eo. l. 2. §. 1 nunquid potest petere tempus ad deliberandum super eo. de quo interrogatur? Et uidetur quod non; quia aut credit aut nõ credit illud super quo interrogatur; & ita statim potest & debet respondere credo, uel non credo: 2 nec potest dicere, dubito. sed in sacramento de ueritate dicenda potest dubitare: unde habebit inducias ad deliberandum, si dicat se dubitare. ff. de inter. actio. qui interrogatur. C. de iu. delibe. l. si curatoris. & ff. de iureiu. l. iusiurandum, 1. respon. & etiam ubi de calumnia iuratur, datur tempus ad deliberandum. 3 Sed si excommunicatus conueniatur, nunquid præstabit hoc iuramentum? Videtur ꝙ non: quia non est ei licitum ingredi sacra: ergo nec tangere ea. 5. distinct. ad eius uero. & quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo unum genus sacramenti eis conceditur, ut 95. di. illud. Dico, quod bene debet pręstare iuramentum non obstante excommunicatione, ar. ĩ. de sent. excom. a nobis. & c. cum desideres. 1. respon. ubi iuramentum excommunicati non admittitur antequã absoluatur. præterea cum possit & debeat in iudicio respondere, omnia licent ei sine quibus causa expediri non potest. 4. arg. sup. de offi. deleg. c. præterea. & ff. de iurisd. omn. iud. l. 2. & est expressum arg. ĩ. de excep. cũ inter. alioquin in potestate sua esset etiam respondere uel non respondere: & sic reportaret commodum de sua malitia: quod esse non debet. inf. de senten. excomm. c. 19. uere.

g ¶ Alteram.] per hoc facta est litis contestatio supr. de elec. c. dudum. 2 & sup. de lit. cont. c. unico.

[Gl. seq. ponit. 8. uel 9. interrogatoria, qu[illegible] te litis contestationem, subdens, quod generaliter [illegible] cunque, &c.

Procurator potest constitui ab uniuersitate.

2 Præiudicat tñ cõfessio de credulitate, sicut de ueritate, ut no. de iureiu. ex lĩis in gl. fin. Io. An. in noue.

3 Concor. glo. in l. 2. §. quod obseruari. ff. eo. p l. si debitor. ff. đ peti. hære. & l. qui interrogatur. ff. de inter. actio.

4 Et per hoc ur̃, ꝙ pupillus & minor his cas̃b. quibus in iudicio eẽ põt, p̃stẽt hoc iuramẽ. de hoc in Specu. eo. titu. §. restat. uer. sed cum pupillus. & u. r. sed nunquid minor. Io. And.

a ¶ Interrogationibus,& responsionibus.] omnia q̄ in iudicio fiunt,sunt redigenda in scriptis. j̄. de ꝓb. qm̄ ꝯtra falsam. Quędā uero interrogationes faciēdæ sunt ante litis contestationem,quæ non debēt omitti ante litis cōtestationē,& reus dēt interrogari an pos sideat rē quę petit ab eo:& ꝓ qua parte, vel si desijt dolo possidere.ff.de inter ro.actio.l.q seruū.§. in iure.ff.de rei vēd. l.q petitorio.& si q̄s rn̄deat:se non possidere,cum ipse possi deat:si actor hoc ꝓbauerit,res auferen da est illi: & debet dari actori: q̄uis nō probet rem suam esse.ff.de rei.vēd.l.vl. alias est penult. hęc interrogatio omitti nō debet ne iudiciū delusoriū sit.j̄.vt li. pēden.ca.ecclesia S. Marię: Et alię interrogationes plures faciendæ sunt,puta,an sit hæres: vel quota ex parte sit hęres:& an i potestate seruū habeat cuius nomine noxalia iudicio agit. Itē an quadrupes quod dānū dedit,si eius. Itē an ex testamēto sit heres. Item an ædes sint suę ex q̄b. damnū timetur. q̄ colligūtur ff.de inter actio l.q. interrogatur. & l.si quis in iure,& l.seq. & l.si defensor.§. illud quæritur.& l. nō alienū. itē ꝙ respondeat cuius ętatis sit reus,si de ea dubitetur.ff.eod. l. de ætate. Itē qn̄q; & ante litis contestationē,& post litis cōtestationē vbicūq; æquitas mouet iudicē. 1 debet interrogare.ff.eo.vbicunq;.& 30.q.5.iudicātē.pars ad interrogationē aduersarij rn̄dere nō cogitur: 2 tamē si rn̄derit,tenet rn̄sio.ff.eo.si sine.& j̄.de dol. & cōt. c.,put.& certū dēt rn̄dere,ff.eo.de ętate.§.nihil. Ber.

Cvm in causa, ep̄s per aliū agens causam propriā per illum iurat de calumnia:si per seipsum agit, ipse iurat propositis,sed non tactis euāgelijs:ita sūmat Ioā.Andr. sed mihi non placet ꝙ tex.restringatē ad causam propriam,quinimmo potius inuenitur cōtrarium.Et duæ sunt partes,secunda:ibi,Pœna. Abb. Siculus

CASVS. Inter ep̄m Belucen̄,& quendam R.nomine,quædā causa pecuniaria vertebatur:quæsiuit ep̄s vtrum in causa ipsa deberet ipse de calūnia iurare? Rn̄det ꝙ si per syndicum vel actore elegerit litigare per ipsum præstandum erit iuramentum;si vero per seipsum litigare voluerit,ipse idem ep̄s præstare dēt hm̄oi iuramētū,proposit s ante ipsum euāgelijs,sed non tactis:sicut in ferēdo testimonio fieri cōsueuit. In fine dicit ꝙ pœna illius qui hoc iuramentū præstare non vult est vt actor cadat ab instituta actione: reus vero pro confesso habeatur. Not ꝙ ep̄s in propria persona si vult potest tractare causam suā,& tūc iurat de calumnia,sed non tangit euangelia,propter reuerentiam episcopalem.Item si non vult iurare de calumnia,amittit causam.

b ¶ Per illum.] istud regulare est s̄.c.prox.& c.in pertractandis.& c.impera torum.& sup.c.c.1.

[Glo.seq.obijcit, & soluit.

c ¶ Per teipsum.] ex quo assumpsit officium in se, debet iurare de calumnia,cū sit accessorium,sine quo non potest causa expediri.arg.s̄.de offi.deleg. c. ꝑterea. & c.prudētiam.& in hoc ei defert: quia non tangit sacra, sicut & i testimonio. 11. q. 1. imperator. & C.de episc. & cleri.authē.si iudex. & in auth.de sāct.epi. § nulli vero.col.9.& 2.q.5. qua de causa, qn̄q; tn̄ tāgit sacra, 1.q.7.quoties. & C. de san.epis. authen. sed iudex. Sed s̄, su. e.c.1.vbi dr̄ ꝙ ep̄s iurare non debet, sed alijs hoc officiū delegare,non est s̄: q̄a non dr̄ ibi ꝙ non debeat iurare, sed dr̄ ꝙ non debeat compelli,vt ibi dicitur. ADDITIO. Hodie vero nouo iure debet iurare in animā propriam, & in animā sui capituli: vt dicit illa decre.j̄. de testib. pręsentiū. lib.6.

[Glo.seq.quærit, & soluit.]

d ¶ Pœna.] sic s̄.eo. c.imperatorū. & C. eod.tit.l.2.in auth.vt litig.iur.in exor.lit.§. si aūt. in fi.coll.9.vnde sūptus est §.iste. Sic actor qui nō vult iurare,cadit à causa.Sed nunquid ipso iure, an ꝑ sententiam? 3 Dicas ꝙ per sententiā iudicis, quia iudex ꝓcedit ꝯtra illū ac si nihil probasset,reū absoluēdo. eodē modo de reo.C.eo.auth. principale. in fi. Ber.

dere, ac interrogationibus, & responsionibus [a] redactis in scriptis, & lite coram nobis plenissime † contestata,fecimus calumniæ iurm ab ipsis procuratorib. vtrinq; præstari.

¶ Gregorius nonus episcopo Beluacen̄.

¶ Episcopus iurat de calunia (si per se ipsū eligit litigare) propositis tantum non tactis euangelijs. Si vero per syndicū litigat per illum poterit iurare.h.d.

CAP. VII.

Cvm in causa pecuniaria,quā inter te & R. †motā esse ꝓponis, non ꝑ te, sed per syndicum vel actorem elegeris litigare, per illum [b] quidem præstandum erit calumniæ iuramentum; ꝙ si per te ipsum,[c] propositis tantū,sed nō tactis euāgelijs, (sicut in dicēdo testimonio) a te vr̄ huiusmodi iuramentum exhibēdum, & infra.

¶ Actor refutando iuramentū calumniæ sine causa,cadere dēt ab instituta actione, reus autem debet haberi pro confesso.h.d.

Pęna [d] vero recusantis hoc iuramentum cum præstādum fuerit,est, vt actor ab instituta cadat actione, reus autem haberi debeat pro confesso.

TITVLVS VIII.

De dilationibus.

¶Alexan. iij. Cantu. & Vigorien̄ episcopus.

¶ Summa sic(ne videatur conuenire rubricæ de appellationibus.) Citatio vocatoria cum peremptoria nō debet esse nimis breuis, maxime vbi de rebus ecclesiasticis agitur, nisi, necessitas aliud suggerat.

CAP. I.

Dilecti† filij abbas,& monachi de H.nobis insinuare curarūt,ꝙ cū

DE DILATIONIBVS.

¶ Quia iudicio cępto solent litigantes inducias pe tere quandoque ad positiones;quandoque ad probationes faciendas:ideo,&c. Et aduerte secundū Goff. quod licet rub.sit generalis,tamen decre.huius ti. loquuntur de dilationibus,quæ dantur ante litis contesta.tn̄.Et sic no.q̄d rubrū qn̄q; est generalius negro. De hac materia habetur 3.q.2.& 3.& 7.q.2. per totum.Abb.Sicul.

Dilecti filij,] Si detur nimis breuis terminus peremptorius vbi nō subest necessitas,licite appellatur.Et sunt duæ partes.In prima appellantis prosecutio.In secunda ipsius appellationis commissio. Secūda ibi, Quia vero.Abb.Sicul.

CASVS. Inter abbatem & monachos de Hen̄. ex vna parte,& moniales de Leden.ex altera,super ecclesia

† al. legitimæ.

† al. M.

1 Vel affesso rē:q a & ipse participat. interrogationibus. ff. de off. assess.l.j. Itē not. vel alio cui iudex hoc officiū delegaret. s̄. de off. dele. sup q̄onum ēm Phi. Io.An. in no.

2 Ad positionē bn̄. & est rō: q a inter rogatio non fit per iuramentū, sed positio sic: ēm Gof.q̄ remittebat ad rō q̄ notaue rat de elec. dudū. Ioan. And. in no.

† Post cōcil. Laterā. sub Ale.iij. par. 3.c.5.vbi est integra facti species.

3 Vide l.pro perandū. §. & si q̄dē. ad de hic Host. & alios latius hunc articulū disputantes.

clesia de Alten.corã decano & archidiacono Linconiẽsi à sede Apost.delegatis qõ vertebatur;iudices p̄dicti ad petitionem monialiũ citauerunt monachos & perẽptorie,& nimis breuẽ terminũ statuerunt:abbas & monachi timentes se a iudicibus aggrauari,eo

ꝙ prima vice termini peremptoriũ & nimis breuẽ statuerunt,ad sedẽ Apost. appellauerũt, rescribit Papa iudicibus, dicẽs,quia non spectat ad iuris ordinẽ diẽ peremptoriũ taliter maturare & p̄cipue cũm agitur de rebus ecclesiasticis, nisi necessitas immineret. Vnde mandat Papa quatenus si est ita, quicquid factũ est post illã appellationẽ, totum debeat in irritum reuocari. & iuxta priorũ continentiã litterarum in causa ꝓcedi. No. ꝙ prima vice peremptoriũ proponi non debet, nisi ex magna causa,& appellatio ꝓpter hoc facta valet.vt hoc patet.

† Videl. cõtumacia. ff. de re iud. & l.tres denũciationis. C.quõ & q̃n iudex.

a ¶ Nimis breuem.] sed quem terminũ dicis nimis breuem, cũ hic nõ exprimat quot dierũ terminũ iudices statuerunt? hoc relinquõ arbitrio iudicis inspecta qualitate negotij,& locorum distãtia. ĩ. de appel.cum sit Romana.

ADDITIO. Circa mediũ.versi. quicunque.& in authẽ. de lit.§.si vero causam.coll.8.

Glo.seq. reci. per q. Nũquid ex causa, &c.fol. ꝙ sic. quod probatur per duo similia.In fi.instruit iudicem.]

causam quæ vertitur inter ipsos & Moniales de Leden. super ecclesia de Alten. decano & archidiacono Linconẽ. commisimus terminandam: ipsi timentes se à iudicibus aggrauari,eo quod ad primam citationem terminum sibi nimis [a] breuem & peremptorium statuerunt, † ad nostram audientiam duxerunt appellandum:& infra.

¶ Quia vero non spectat ad iuris ordinem, diẽ peremptorium. [b] maxime cum de rebus ecclesiasticis agitur (nisi forte necessitate vrgente) taliter maturare. Mandamus quatenus si est ita, reuocato in irritum, si quid inueneritis post appellationem huiusmodi attentatum:in causa iuxta priorũ tenorem litterarum procedatis.

¶ Cælestinus tertius.

¶ *Induciæ deliberatoriæ denegantur reo, si per litteras citatorias plene potuit instrui, & deliberare super eo de quo quæritur.*

CAP. II.

PRæterea † adiecisti, quòd cum causæ tibi à sede Apostolica delegantur,& in litteris citatorijs rescriptum Apostolicum inseris, vt eo viso deliberare [c] valeat,qui ab altero conuenitur:& infra.

¶ Quia igitur quid agendũ sit in hoc casu, desideras edoceri, taliter respondemus, quod reo ad iudicium legitime conuocato, † si ex rescripto sibi transmisso plene potuit [d] instrui super eo, de quo in iudicio cõuenitur, induciæ deliberatoriæ nõ sunt vlterius indulgendæ, sed procedendum potius est ad examinationẽ causæ, & finem ei debitũ imponendum.

¶ Honorius tertius Ferentino † episcopo.

¶ *Ex declaratione verbi generalis, vel ambigui positi in libello nouæ induciæ deliberatoriæ dãdæ non sunt, si per expressa potuit reus deliberare sup ambiguitate illa, vel generaliter.h.d.*

† Cap.2.eo. ti.in 2. cõp.

† al. euocato.

† al.Fiorentino.
† al. Ferrarien.

b ¶ Peremptoriũ.] qđ esse nõ debet,immo tribus edictis vel vno perẽptorio qđ ꝯtinere dẽt tm̃ tẽpus quãtũ tria edicta.24.q.3.de illicita.circa mediũ.ver.q̃cũque. & ĩ auth.de lit.§.si võ.casu,coll.8.& ff. de re iu. ꝯtumacia.& ff de iud.ad perẽptoriũ.& l.nõnunq̃.vñ q̃a nimis breuẽ terminum statuerunt,iusta fuit cã appellandi ex cã tñ perẽptorium illud põt moderari sicut iudex viderit expedire.1.ff.de iud.l nõnũq̃.& s̃. de offi.deleg.cõsului.circa fi.& hic;vers.nisi forte.sicut tẽpus qđ dat̃ cõdẽnatis,arbitriũ est. ff. de re iu. qđ ad consultationẽ.& ff.de re iud.l.2.sic & tempus appellationis põt moderare iudex. ĩ. de appe. cũ sit Romana.& c:cum speciali.& q̃ ex causa nimis breuẽ terminũ peremptoriũ statuerit exprimere dẽt cãm & tem in citatione.vt pars illa causam non habeat appellãdi.s̃.de in integ.rest.tum ex litteris.in fine.

1 Secundum conditionẽ causæ personarũ & temporis.Io. A.

PRæterea.] Communis diuisio.Secunda:ibi,Quia, Abb.Sic.

CASVS. Aliqua cã cõmissa est alieni iudici delegato;ipse citat reũ;& ĩ litteris citationis ĩserit tenorẽ rescripti,vt reus eo viso deliberare valeat sup eo,de quo cõuenitur:reus in termino ꝯstituto, & libello sibi oblato petit inducias ad deliberãdũ: actor dicit ꝙ nõ est audiẽd⁹,q̃a bene potuit deliberare si voluit i spatio dilationis,q̃rit̃ q̃d iuris sit?Rñdet ꝙ si reus ad iudiciũ vocatus potuit ĩstrui sup eo de quo cõuenitur ex rescripto sibi commisso,induciæ deliberatoriæ non sunt ei vlteri⁹ indulgẽdæ, sed procedere debet iudex in negotio sibi commisso.No. ꝙ iudex delegatus teneretur rẽ rescripti dẽt inserere in litteris citationis:& illæ induciæ tũc erunt deliberatoriæ;ita ꝙ reo ad terminũ ueniẽte recepto libello statim debet rñdere,nec habebit ĩducias ad deliberandũ.si ex rescripto instrui plene potuit,quia debet certiorari q̃ certus esse potuit & noluit.

c ¶ Deliberare valeat.] simile 3.qõ. 3. offerat.& in auth.de litig.§.omnem.coll. 8.Ber.

[Gloss.seq.tractat quomodo littera plene instruat, vt dicit tex. & đ dilationib. testiũ, & quomodo dentur & qualiter.]

d ¶ Plene potuit.] quia in litteris cõtinetur. q̃d velit petere,& causa petendi, & qualiter agere velit;& res à parte specificant̃. quod facere debet q̃ aliq̃d petit.s̃.đ libe.obl.c 2. & 3.vbi de hoc.& ff. de rei vendi si in rẽ, sed raro cõtingit ꝙ per litteras Papæ oĩa sic specificentur.sic & in criminali debet apponi in litteris citatorijs.quicquid reo obijcitur,ut putatus veniat.5.q.2. si Primates.Quidã vero ad cautelam in fine citationis opponũt libellũ actoris vt sic plene deliberare possit: & si tunc p litteras vel libellum plene instrui potuit,non debet alias inducias deliberatorias habere,2 q̃a potuit plene esse instructus, nisi forte ad q̃rendũ aduocatũ & cõsilia amicorũ.3.q.3.de inducijs.& ff.quib.ex cau.ma.l. ab hostibus.§.sed qđ simpliciter, sed in hoc casu cũ ad libellũ debeat rñdere de ipso facto,non dabũtur induciæ ad quærẽdum aduocatũ.arg.s̃.de iud.pastoralis q̃a per factum ipsum de quo agitur debet scire vtrum verum sit quod ab eo petit̃ vel nõ.alias enim dilatio semper danda est ei, qui vocatur ad iudiciũ. 3.q.3.offeratur.sed actori dilatio ab initio dari non debet,quia ĩstructus venire potuit,3.q.3.spatiũ.ver. ei autem.Item dantur dilationis gratia testium vel instrumentorum quandoque secundum distinctionem illius legis.C.eodem.l.1.& 3.quæstio. 3. §. spatium.dilationes istæ hodie videntur arbitrariæ,vt iudex

2 al.hẽbitsal... tẽ ad delibe... rãdũ sup cõ... ceptione libelli immo... sm Host.licet oblatio libelli extra iudicium fa... cta sufficia... ad denegan... das delibra... torias nõ t... ad ferendã... sniam ... Inn. immo... erit necesse ꝙ libell⁹ ite... rũ ĩ iudicio offerat pa... ti.C.de lit... test.l.vnica & auth.off... rat. & psen... te aduers... rio.3. qõ... chartę.qu... nec dat dil... tio à iudic... ꝓcedẽte... hoc. C. ... adulte... mariti, ib... q̃bus in p... blico ei... cultas, & ... Io.An...

dex cōsiderata locorū distantia, & tēporis qualitate, inducias cōcedat. arg. ꝫ. de appe. c. cū sit Romana. c. cū speciali. vltra medium. & ꝫ. de re iud. quod ad consultationem, nisi forte illis de quibus dr. 3. q. 3. §. spatium. & C. eodem. l. 1. In illis inducijs non debet iudex maiorem dilatione dare, sed illas bene potest abbreuiare, vt ex illa littera patet, in pecuniarijs causis tātum vna dilatio debet dari, & illa sine causæ cognitione: secunda vel tertia danda non est, nisi causa cognita. ff. eodem l. vlt. & l. oratione. In criminali dantur duæ actori, tres reo. ff. eod. l. vlt. Et dilatio dari debet iudice sedente pro tribunali, & vtraque parte præsente: & causa cognita de plano vel semiplene. 3. q. 3. §. spatium. versi. a iudice. Et data dilatione iudicis officium cōquiescit donec tempus dilationis effluxerit. C. eodē. l. siue pars. & infra de appella. c. significante. Item iudex debet dare dilationem quandoque ad malitiam rei cōuincendam. ꝫ. de do. & contu. cap. prout. & c. cū olim. ver. volentes. Item potest facere gratiā etiam post perēptorium. s. de offic. deleg. cap. cōsuluit. vltra medium.

CAP. III.

Litteræ tuæ ac petitio presbyteri sanctarum Priscæ & Aquilæ de vrbe, nobis exhibitæ continebant, & infra.

¶ Idem presbyter contra nobiles viros A. & G. libellū ecclesiæ suæ nomine obtulit, continentē, qđ pēsio de possessionibus soluta non fuerat ipsi ecclesiæ elapsis iam trib. annis, [a] & vltra. Nobilib. vero ipsis petentibus, vt explicaret ipsis spatium, quod per hanc adiectioné (& vltra) significari volebat: & ipso presbytero exprimente, qđ septem annis fuerat in dictæ pensionis solutione cessatum, ijdem dicentes libellum esse huiusmodi expressione mutatum, longiores ad deliberandum petierunt inducias, quas q̄a denegasti eisdem, ad nostram audientiam appellauerunt.

¶ Nos igitur appellationem huiusmodi friuolam reputantes, Mandamus, quatenus ea nequaquam obstante, in negotio ipso ratione præuia procedas; [b] iuxta priorum continentiam litterarum.

¶ Greg. ix. abbati Aquæuiuę Turonen. diœces. & archid. Turonen.

¶ *Si citatus in causa ardua de longinquo vocatus pro publica vtilitate, etiam ad locum iudicij, ita quod infra terminum citationis deliberare, & alia sibi necessaria ad comparendum, explicare non potuit, in termino respondere non cogitur si reperiatur in loco iudicij, sed habebit nouas inducias. h. d. notabiliter.*

CAP. IIII.

Exposuit nobis Bituricensis archiepisco-

Litteræ tuæ.] per declarationem libelli, per quem natura negotij non mutatur, nouæ dilatoriæ non dabuntur. h. d. Ioan. And. Diuiditur, nam in prima ponitur iudicis consultatio, & appellantis petitio. In secunda: ibi. Nos igitur. responsio, & appellationis repulsio. Abb. Sicu.

CASVS. Inter presbyterum sanctarum Priscæ, & Aquilæ de vrbe. & quosdam nobiles A. & G. coram episcopo Ferentino super possessione quarūdam possessionum quæstio vertebatur: presbyter nomine ecclesiæ suæ obtulit libellum prędictis nobilibus, continētem, quod pensio de possessionibus quibusdam pertinētib. ad ecclesiam suam, ipsi ecclesiæ soluta non fuerit iam tribus annis, & vltra: ipsi nobiles petierunt explicari spatium, ꝙ per hanc dictionē [& vltra], significare volebant, & presbyter expressit, ꝙ septem annis elapsis fuerat in solutione prædictæ pensionis cessatum: ijdem nobiles dicentes libellum esse per huiusmodi expressionem mutatum, longiores petebant inducias ad deliberandum, & quia iudex hoc denegauit, appellarunt: Papa vero appellationem huiusmodi friuolam reputans, mandat epō, quatenus ea non obstante, procedat in negotio ipso, iuxta priorum continentiam litterarum. Not. quod propter leuem expressionem in libello factam non debet quis habere nouas inducias: cum in prima dilatione deliberare potuit. Item not. quod omne verbum dubium in libello declarari debet.

[Glos. seq. tractat de emphyteuta ecclesiæ priuati-

conductore ad tempus longum, & rei fiscalis. Secundo ostendit, quod si declaratio aliquid addidisset, vt si peteretur pensio, deliberatoria dari debuisset.]

a ¶ Tribus annis, & vltra.] si quis non soluit pensionem rei ecclesiasticæ in emphyteusim datę per bienniū cadit a iure suo. 10. q. 2. §. hoc ius porrectum. versi. qui rem huiusmodi, & ꝫ. de loca. c. pen. & vl. hodie vero pōt emphyteuta purgare morā, si celeri restitutiōe sibi ꝓspexit, vt in dictis decr. In re priuati requirit trienniū. C. de iure emphy. l. 2. Idē est si colonus cessauerit in solutione pensionis ꝑ biennium in re sibi locata. ff. locati. q̄ro. §. inter locatorē. & hoc cura ad longū tēpus fuit locatio facta. ꝓ re autem fisci silr cadit a iure suo. ff. de pub. & ve. l. vectigalia. §. nondum solutis. tñ sine auctoritate principis agri publici reuocari a curatore fisci non pōt, q̄ ꝑpetuo locati sunt. ff. de pub. & Vect. cotē ferro. §. agri. Hæc autē adiectio, [& vltra] nisi alr exprimeret, ad modicū tēp⁹ referē. ff. de ver. sig. hęc adiectio, & licet per hanc adiectionē [& vltra] non cōstet de certa quantitate tēporis [2] nil nocet quātū ad iudicem & reum, quia certi sunt super hoc quod dixit, post triennium, quod tempus sufficit ad condemnationem, quod patet per iura prędicta vnde superflue additum fuit [& vltra.] & pro nihilo petebatur determinatio illius; quantum ad rei restitutionem: unde non debuit eis dare tempus ulterius ad deliberandum; quia plene potuit instrui per libellum primum sine ulla adiectione, ꝫ. cap. proxi. Si uero pensio tm̄ subtracta peteretur quæ diceretur non soluta tribus annis [& ultra] tunc bene peteretur, ut determinaretur illud, ultra, quia quantum ad illud tempus non potuit [3] deliberare reus per primum libellum: & ideo facta expressione illius temporis, debet habere inducias ad deliberandū. ff. de testa. hæredes palam. §. quod uero quis. si per primum libellum deliberare non potuisset, sed hoc satis potuit deliberare. 3. q. 3. offeratur. de hoc dixi supra de libel. obla. c. pe. & sic patet, quod ubi quis plene pōt instrui per primum libellum, licet aliquid addatur quod non mutet naturam negotij, non habebit nouas inducias. Bernardus.

b ¶ Procedas, & ita quando appellatio frustratoria est, remittitur ad eum a quo appellauit. inf. de appel. cum in ecclesia, & cap. ut debitus. & in expensis debet condemnari, ut ibi dicitur.

Exposuit nobis.] Si post citationem ad causam reus pro publica utilitate uocetur, circumducitur peremptorium, & habebit nouas inducias. Ita communiter summatur, sed ista summatio est nimis generalis,

¶ Ecclesiæ sācti Pauli in urbe Roma pręest abbas unus, & huic ecclesiæ deseruiunt. 7. ꝑsbyteri Cardinales quorū unus est ꝑsbyter Cardinalis sanctæ Priscæ, ergo hic non archipresbyteri legēdū, sed ꝑsbyteri nihilomin⁹ tñ archipresbyteri legit in oīb. manuscrip.

1 Vide Iulijs Clarū tract. de emphyteusi. q. 8. & seq. & Antoniū Gomezium to. 2. uaria. resol. cap. 2.

2 Concor. l. furti. ff. de in lit. iur. & l. ab hostib. §. sed ꝙ simpliciter, & ibi gl. ff. ex qui. cau. ma.

3 Vñ alternatiue dixit Inn. uel dic, ꝙ nec tūc ei set danda dilatio: quia & super possessionibus conueniebāt, & super toto negotio inducias habuerunt, & ideo super eo debuerunt deliberare. Io. And.

quid enim si causa non est ardua, & reperitur citatus in loco iudicij potest expeditionem publicæ vtilitatis, vel fuit vocatus eo tempore quo iam deliberauerat, vel potuisset iam deliberare si voluisset? Certe teneretur respondere: vt satis innuitur ex rõne litteræ. Diuidit quia prima pars narrat factum. secunda: ibi, Nos igitur, interloquitur, & prima continet plura, vt in ea patet. Abb.

re; nisi id in rescripto contineatur: nisi in casib. quos habes. ĩ. de iudicijs. [lib. 6.] iuris esse ambiguum, quæ est Innoc. IIII. in concilio Lugdunensi.

[Glo. seq. recitat per quæstionem, an procurator rei simpliciter constitutus domum reuocet, vel declinet forũ, & tenet ꝙ sic: quia, &c.

† al. præcepus.

CASVS. Inter Bituricenses & Burdegalenses archiepiscopos vertebatur quæstio sup iure primatiæ: Papa citauit Burdegalensem archiepiscopum vt ad initiũ Quadragesimæ per se vel idoneũ rñsalẽ ad præsentiam suam accederet: quem terminum sibi perẽptoriũ assignauit Bituricen. archiepiscopo super iure primatiæ rñsur[9] postmodum vero dictus Burdegalen. ꝓ subsidio Ro. ecclesiæ vocatus ad præsentiã dñi Papæ personaliter accessit dictus Bituricen. in curia constitutus postulauit instanter vt Papa in negotio primatię ꝓcederet. Burdegal. ad propria rediens quendam constituit procuratorẽ qui saluis exceptionibus sibi competentibus, in respondendo, & defendendo omnia faceret, quæ ipsemet Burdegalen. facere posset. Bituricen. archiepiscopus petijt, vt dictus procurator responderet eidem: ille excipiendo proposuit, se ad hoc non teneri, quia pro alia causa, scilicet, pro publica vtilitate dictus Burdegalen. uocatus fuerat qualiter pro absente debuit reputari: & priuilegium reuocandi domum haberet, & adhuc non deliberauerat cum suffraganeis suis, & alijs, quorum consilium causa ista requirit, nec habuerat tempus in quo ad vtrumque negotium potuerit esse paratus. Ex aduerso fuit responsum quod cum ipse prius vocatus fuisset super quæstione præmissa, non fuit intentionis Papæ primum mandatum per posterius reuocare, & tantum tempus habuit, vt bene potuerit deliberare super vtroque negotio dominus Papa de consilio fratrum suorum dilationem adhoc sibi concessit vsque ad festum Natiuitatis Domini. Not. quod qui ad curiam Romanam vocatus est propter publicam vtilitatem eccle. Rom. non tenetur tunc suis aduersarijs respondere, licet Papa sit ordinatius omniũ, sed habet ius reuocandi domum.

† Vide tex. in l. 1. & ibi gl. & doc. C. eo.

† al. præsentiam.

pus; & infra.

¶ Burdegalensi archiepiscopo dedimus in mandatis, † vt super iure primatiæ, quã ĩ eo, & in prouincia sua dictus Bituricen. Archiepiscopus se habere proponit, ad initiũ proximæ præteritæ Quadragesimæ (quod ei terminũ perẽptoriũ [a] assignauimus) per se aut per procuratorem idoneum, se conspectui nostro pręsentaret. † Cumq; postmodum personaliter [b] vocatus pro ecclesiæ Romanæ subsidio, ad nostram audientiam † accessisset: dictus Bituricensis archiepiscopus apud sedem Apostolicã constitutus, postulauit instanter, vt in eodẽ negotio procedere debe-remus. Idẽ vero Burdegalensis archiepiscopus ad ꝓpria rediens, constituit pro se procuratorem in ipso negocio: qui (saluis [c] exceptionibus sibi competentibus, in respondendo, & defendẽdo, ac alijs) omnia faceret, quę in propria erat ꝑsona facturus. Petente ergo archiepõ supra dicto, vt præfatus procurator respõderet eidem: ille excipiendo proposuit, se ad hoc nõ teneri, cum pro alia maiori causa, pro publica. s. vtilitate, [d] dictus Burdegalensis vocatus, pro absente reputari debuerat, † & reuocandi domum priuilegium † habuisset. Nondum etiam super hoc deliberauerat cum suffraganeis [e] suis, & alijs, quorum consilium tam ardua

c ¶ Saluis exceptionibus, & ita protestatio valet. supra de electio. Cumana vbi de hoc, & s. quod metus cau. platũ. alias si hoc non dixisset, videretur cõsentire vt respõderet aduersario, nec haberet ius reuocãdi domũ, vt videtur. Sed certe cõtrarium credo. 1 si enim simpliciter constituisset illũ procuratorem, posset opponere exceptiones domino competẽs: immo ad hoc tenetur: exceptio. n. quæ competit reo, competit fideiussori. ff. manda. quia de mutua. alias est l. idemque. §. generaliter, & si scienter illã omittat, imputatur ei. ff. de excep. omnes exceptiones, & ff. de fideiuss. ex persona, & procurator ad ea omnia intelligitur cõstitutus quę ad causam spectare videntur, arg. s. de offic. deleg. præterea. & c. cũ olim. 1. & ff. de procura. ad legatum, & l. ad rem mobilem. & ita ad cautelam quandoque talia dicuntur, vtilior tamen est protestatio, vt cum aliquid proponitur protestatur sic, saluo iure meo, vel, saluis alijs exceptionibus mihi competentibus. ff. qui mo. pign. vel hypo. sol. si debitor. §. 1.

† Vide l. actione. §. Labeo. cũ glos. ff. pro soc. & l. 1. in fi. cum gl. ff. sol. ma.

† quasi dicat cõueniri dẽt in terra sua

1 Dixit Vincent. ꝙ ualet in hoc ꝙ cõfessio facta omissa exceptione dilatoria non ualet. ff. mã. diligenter, arctatur. n. & limitatur procuratio uel mandatũ. cũ alias cõfessio procuratoris noceat domino. s. tit. 2. c. 1. non tñ tenetur menti ri. ff. mand. Quintus. uel s. meũ est utilis clausula ne uideat simpliciter cõstitutus, & sic cogatur illũ defẽdere, uel exponere secũdũ eũ, saluis, i. si exceptiones quas saluat non fuerunt recipiẽdæ, faciat q͂d ipse facturus erat: plenius de hoc uide Ioã. And. in nouel.

d ¶ Vtilitate.] cum enim Burdega. pro publica tantum vtilitate vocatus fuisset ad illum terminum, non debebat tunc conueniri, immo ius reuocandi domum habebat. in Auth. de san. epi. §. si vero episcopi. coll. 9. Itẽ pro alia causa iusta ius habet reuocandi domum. s. de fo. compet. c. vlt. vbi de hoc, & plures aliæ causæ sunt ex quibus ius reuocandi domum quis habet. ff. de iudi. l. 2. §. legatis. & 5. q. 2. cap. 1. & ideo induciæ prorogantur huic, vt dicit in fin. alias officium suum esset damnosum ei, quod esse non debet. ff. de fur. si seruus communis. §. quod vero. & ff. quemadmodum testa. aper. sed & si quis. & ff. quib. ex cau. ma. l. videlicet, & 4. quæstiõ. 3. §. venturis, nec debet damnum consequi vnde premium meretur. ĩ. de fideiuss. peruenit, & sup. de renun. sane. Ber.

e ¶ Cum suffraganeis] cum quibus, & etiam cum capitulis cathedralium ecclesiarum debet deliberare, cum eorum intersit. s. de ma. & obe. c. vlt.

ADDITIO. Vnde appellantur induciæ ad tractandum super iure primatiæ, ut sequitur, & quia quod omnes tangit, ab omnibus debet comprobari, uel reprobari sup. de offic. archid. ad hoc uel dic quod ideo dandæ sunt induciæ, scilicet propter causam superuenientem propter quam nouæ induciæ dandæ sunt. ff. de inter. actio. de ætate. §. ex causa. alias dandæ nõ sunt sup. eo. c. secundo, & tertio.

a ¶ Peremptorium.] Sic enim iudex propter distantiam viarum ex causa prima vice potest peremptorie citare supra de integ. resti. tum ex litteris. in fin. & supra eod. c. 1. Ber.

b ¶ Personaliter.] cum quis personaliter vocatur per Papam, non sufficit mittere procuratorem. s. de ma. io. & obed. cap. vl. & ĩ. de do. & contu. cum dilecti. arg. sic, cũ alicui aliquod negotiũ personaliter cõmittitur alij cõmittere non põt. s. de offi. deleg. quoniã Apostolica. §. is autem. & s. de rescrip. cum dilecta tñ delegatus non potest iubere partes, corã se ꝑsonaliter cõparere

a ¶ Nec

causa requirit: nec tēpus [a] habuerat in quo ad vtrūque negotiū valuerit (sicut expediret) esse parat[9]. Sed pars altera econtra respōdit, ꝙ cū sup̱ quæstione prædicta prius fuerit euocatus, nostrę intentionis non fuerat primū mādatum per posterius reuocare tēporis quoq; spatiū habuerat tā prolixum, vt potuisset si voluisset, super causa deliberare prædicta, sicut fecerat cum q̄busdam: & commode vtrique negotio imminere: [b] & infra.

¶ Nos igitur de consilio fratrum nostrorum, vsq; ad proximum† vēturum festum natiuitatis Dominicæ, dilationem adhuc sibi duximus indulgendam.[c]

TITVLVS IX.

De ferijs.

¶ Et † concilio apud Compendium.

¶ *Diebus Dominicis mercari, litigari, iudicari, vel iurari non debet, sed de vespera in vesperam debent celebrari.*

CAP. I.

Omnes dies Dominicos [d] a vespera in vesperam, cum omni veneratione decernimus obseruari, & ab omni illicito opere abstinere; vt in eis mercatum minime fiat, neq; placitum: neque aliquis ad mortē [e] vel ad pœnam iudicetur: nec sacramenta (nisi [f] pro pace, vel alia necessitate[g]) præstentur.

¶ Alexander tertius.

¶ *Festorum principium & finis fieri debet secundum ipsorum magnitudinem, & consuetudinem regionis hoc, & primo. In præcipuis festis & intra Pascha & Pētecostem, non fit solēnis genuū flexio. Si tamē tūc clerici, vel episcopi ordinentur, secundū ordinationis modū genua flectūtur. hoc secundo Romana ecclesia speciale festum de Trinitate nō facit, seruatur tamē de hoc cuiusq; ecclesiæ consuetudo. hoc tertio.*

CAP. II.

Quoniā † in parte: & inf. ¶ Licet scriptū † sit,[h] de vespera in vesperā celebrabitis sabbata vestra: festorū tñ principium & finis, iuxta eorū qualitatem, & diuersarum regionum cōsuetudinem debet attēdi: & sicut magnitudo dierum exigit, prius [i] incipere & tardius terminari, & infra. ¶ Diebus autē Dominicis, & alijs præ-

---

a ¶ Nec tempus.] scilicet 1 sufficiens: ideo ampliātur ei induciæ super hoc, vt sequitur.

b ¶ Imminere.] idest, intendere & deliberare. sic exponitur. 88. dis. consequens.

c ¶ Indulgendam.] 1 s. suffraganeorū nomine; & ita intelligit. s̃. de resti. in inte. coram. in fin.

1 Hæ tres glossulæ nō sunt in vetustis exēplaribus.

DE FERIIS

¶ Viso supra de dilationibus, quæ dantur à iudice. videndum est de dilatione, quæ datur à iure; iō, &c. ita continuāt Gof. & alij. Vel dic, ꝙ feriæ largo modo sūt dilatiōes. iō, &c.

De ferijs causarū de alijs colendis, habetur 15. q̄. 4. & de consec. dist. . . c. 1.

De ferijs autē nuptiarum habetur 33. q. 4. Abbas.

OMNES dies] CASVS. Dicit hic quod oēs dies Dominici sunt à vespera in uesperā feriandi, & ab omni opere seruili obseruandi, nec eis mercatum, vel placitum fieri debet: nec aliquis ad mortem, vel ad pœnam sanguinis iudicari: nec sacramenta præstari debent, nisi pro pace vel magna necessitate. Not. ꝙ omnes dies Dñici sunt ferandi. Itē iudiciū mortis vel sanguinis die Dominico exerceri non dēt. Itē multa ī necessitate licet, q̄ aliàs non licerent.

† al. primū

† Burchardus li. 2. decr. c. 81. Iuo par 4 c. 16. & c. 1 eo. ti. in 1. cōpi. Et ꝓ intelligētia totius huius tituli de ferijs vide Couarruuiā li. 4. var. resolu. c. 19.

b ¶ Omnes dies Dominicos. sic. j̃. eo. c. vlt. & C eod. tit oēs quod dicit de vespera sabbati nō seruatur quantū ad causas. Immo pōt iudex procedere vsque ad illam horā, qua possit perficere qđ incūbit ante noctis tenebras s̃. de offi. deleg. cōsuluit. 2 Sed quantum ad celebrationem officiorum hoc dicitur. j̃. c. proxi.

2 Idē Hos. dicebat Pe. & Egi. ꝙ in vigilia sancti vel die sabbati post vesperas nō đbēt cāç audiri. Nec ob dec. cōsuluit q̄ intelligendo ē de diebus ꝓ festis Io. And.

e ¶ Ad mortem.] maxime, quia nec aliqua causa tūc tractari debet. nisi pietas hoc suadeat. inf. eo. c. vlt.

f ¶ Nisi pro pace.] pro pace quidē omni die iurari potest, cū vt opus pietatis. 22. q. 1. oē quod ar. j̃. e. c. fin.

g ¶ Necessitate.] puta pro fide, pro obedientia, pro fama. sup. de elect. significasti. vbi de hoc.

ADDITIO. Et isti casus cum quibusdam alijs patent in his versibus.

Pax, & fama, fides, reuerentia, cautio damni.
Defectus veri, sibi poscunt magna caueri.

QVoniam.] Tria sunt dicta. secundum ibi; Diebus. tertius: ibi Præterea. Abb. Sic.

CASVS. Primo dicitur ꝙ in festis celebrādus, dierum magnitudo & regionis consuetudo attendi debet. Secūdo dr̃. ꝙ dñicis dieb[9] & alijs precipuis festiuitatibus, & à Pascha vsq; ad Pētecostē nullus dēt flectere genua, nisi ex deuotione velit in secreto. Tertio dr̃ ꝙ in consecrationibus episcoporū, & ordinationibus clericorum, consecrans & consecratus tantum genua flectere debent. Quarto dicitur, quod festum sanctæ Trinitatis secundum diuersarū regionum consuetudines, diuersis temporibus anni celebratur, ecclesia siquidē Romana festū S. Trinitatis aliquo tēpore specialiter non celebrat, cū singulis diebus Gloria patri, &c & similia dicant ad laudē Trinitatis. Not. ꝙ consuetudo regionū in festis celebrandis debet attēdi. Item consuetudo Ro. eccl. non est semper in omnibus seruanda.

h ¶ Scriptum sit.] ergo ita seruādum est 6. quæstio. 3. scriptum est. ff qui & à quibus ma. prospexit.

[Glo. seq. ponit 5. diuersos modos, quibus dies incipitur & finitur]

i ¶ Prius incipere.] dies incipit & terminatur diuersis horis diuerso respectu: incipit ī vesperis quā tū ad officij celebrationē, vt hic, & canonicam computationem 3 fictione iuris 35. distin qđ a patribus. quo ad iudiciū incipit ī mane, & terminatur in fine diei, ante noctis tenebras. s̃. de offi dele. ꝯsuluit, & in auth. de iud. §. sedebunt. coll. 6 quo ad cōtractus media nocte terminatur & incipit, vt in decr. consuluit. & ff. eo. tit. more. quo ad esum carniū post cœnā de consec. dist. 3. de esu quantū ad obseruationē treugę in ortu solis. s̃. de treu. c. 1. & s̃m consuetudinem locorum consideratur hoc. 76 dist. vtinam.

† Cap. 2. eo. tit. in 2. compil. & ꝓ intellectu. vide Martinū ab Azpilcueta in Enchiridio đ ora. & horis cano. c. 4.

† *Gene. 2. Exod. 16. & 20. Leui. 23. Num 28. Deut 5.*

3 Quia quo ad ordinandum mane cōiungitur vespe. de tēpo. ord. litteras. Ioan. And.

puis [a] festiuitatibus, siue inter Pascha & Pentecosten, genuū † flexio nequaquam debet fieri, nisi aliquis ex deuotione id velit facere in secreto. [b]

¶ In consecrationib. † aūt eporum, & clericorū ordinationibus, cōsecrās & cōsecratus tm̄, genua flectere possunt: ſm ꝙ cōsecrationis modus requirit. ¶ Prȩterea festiuitatis sāctȩ Trinitatis secundū consuetudines [c] diuersarum regionum à quibusdam consueuit in octauis [d] Pentecostes, ab alijs in Dominica prima, ante aduentum Domini celebrari. Ecclesia [e] si quidem Romana in vsu non habet, quod † in aliquo tempore huiusmodi celebret specialiter festiuitatem, cum singulis diebus Gloria patri, & filio, & spiritui sancto, & cætera similia dicantur ad laudem pertinentia Trinitatis.

¶ Idem Triburien. archiepiscopo.†

¶ Propter necessitatem alimentorum, licet diebus feriatis in honorem Dei operi seruili intendere, maxime circa rem tempore perituram hoc dicit.

CAP. III.

Licet † tam veteris, q̃ noui testamenti pagina, septimū diem [f] ad humanam quietem specialiter deputauerit: & tam eum quā alios dies maiestati [g] altissimȩ deputatos: necnō natalitia sanctorū martyrū [h] ecclesia decreuerit obseruandā: & in his ab omni opere seruili cassandum, & infra.

¶ Indulgemus vt liceat parochianis vestris, diebus Dominicis, & alijs festis (Prȩterquā in maioribus [i] anni solēnitatibus) si alecia [k] terrȩ se inclinauerit, eorum captioni, ingruēte necessitate intendere, ita ꝙ post factam capturam, ecclesijs circūpositis, [l] & Christi pauperibus, congruam faciāt portionem. ¶ Clemens iij. alias Cælestinus.

¶ Tres septimanæ, quibus canon prohibet fieri nuptias, ante festum Ioannis Baptistæ non continuātur festo, sed intelligitur de septimana Ascensionis cum duabus sequentibus.

CAP. IIII.

Capellanus † tuus (fra

---

a ¶ Præcipuis.] quæ enumerantur de consec. distin. 3. cap. 2. & inf eod. c. vlt.

[Glo. seq. signat contrarium.]

b ¶ In secreto.] ar. cōtra, 30. di. c. vlt. & 76. dis scire. 1. sed illa cōtraria intelligunt cū determinatione isti⁹.

c ¶ Cōsuetudines.] simile 12. dist. illud. & c. illa & 76. distin. vtinā. & j. de sepultur. certificari. & sic consuetudo cuiuslibet loci seruabitur:

Glo. seq. cum seq. duo cōtraria signat.]

d ¶ In octauis.] arg. cōtra j. eod. capellanus. vbi dr̄ ꝙ Pentecostes caret octauis.

e ¶ Ecclesia siquidē Romana.] & sic est argu. ꝙ consuetudo Romanæ ecclesiȩ nō est ab alijs obseruāda. argu. 11. dist. quis nesciat. argu. contra 12. distin. nouit. & c. non decer. Ber.

Licet tā veteris.] ꝑpter necessitatem diebus festis piscari licet. seu licet intendere rei tempore perituræ. Et primo ponit diuinum præceptum. Secundo propter necessitatem dat indulgentiam contra illud, cū determinatione: ibi, Indulgemus. Abb.

CASVS. Dicitur hic, ꝙ licet tam in veteri quam in nouo testamento, septima dies data fuit ad requiem, & ecclesia festa sanctorum martyrum decreuit obseruanda: indulget tamen dominus Papa quibusdam piscatoribus, quod diebus Dominicis, & alijs festis minorib⁹ ingruēte necessitate possint capturȩ piscium intēdere: ita ꝙ de captura illa ecclesijs circūscriptis, & pauperibus cōgruā faciant portionē. Not. ꝙ dies Dominicus deputatus est ad requiem. Item necessitas facit licitum quod alias est illicitum.

f ¶ Septimum diem.] vetus testamentum ad litterā præcipiebat sabbatum custodiri. Nouū vero spiritualiter illud seruat, primam diem pro septimana celebrando. 2 sicut enim carnalia sacramenta ad litterā seruare non possumus: ita nec sabbatum ad litteram licet seruare, de conse. dist. 3. peruenit ad me.

g ¶ Maiestati.] infra eod. cap. fina. & C. eod. omnes dies.

h ¶ Martyrum.] infra eod. cap. fina. & de cons. distin. 3 cap 1.

i ¶ Maioribus.] vt puta natiuitatis Domini diei Epiphaniarum, Paschatis, Ascensionis Domini, & Pentecostes.

k ¶ Alecia,] genus piscis est, & raro & certis diebus apparet, ideoque propter necessitatem facilius indulgetur Dominicis diebus, vt captioni intendant, sic enim propter necessitatem vel pietatē posset eodem die iudiciū exerceri. inf. eo. c. ult. & ff. eo. tit. c. solet. 3. & l. penult.

l ¶ Ecclesijs circumpositis.] quibus propter eandem necessitatem congruam faciant portionem, & ꝑcipue illis in quarū territorio captio facta est: quia quasi decimæ prædiales esse censentur: vnde saltem pro decima parte eis soluāt. inf. de decim. ad Apostolicæ.

Capellanus.] cōmunis diuisio. secūda: ibi, Quia ergo Abb. Sicu.

CASVS. In canonibus dr̄, ꝙ nuptiæ celebrari non debent in tribus hebdomadis ante festum beati Ioannis Baptistæ. Quidam dicebant septimanas illas sine aliqua interpolatione contunuandas ipsi festo: Alij volunt facere interuallum inter ipsum festum, & illas hebdomadas: & ob reuerentiā festiuitatis Pentecostes fuisse statutum: quæ festiuitas Pentecostes solet in septimanis ipsis interuenire quandoque: & sic à tribus diebus Rogationum ante Ascensionem Domini vsq. ad octauum diem post Pentecosten, computatis illis septimanis illo tantum temporis spatio nuptias celebrari non permittunt: postea vero nullatenus nuptias impediunt celebrari; quæsiuit quidam episcopus per capellanū suū quæ istarum opinionum melior esset. Respondet Papa, ꝙ consuetudo est Rom. ecclesiæ, vt quocunq; tēpore matrimonium contrahatur, per consensum legitimum de præsenti: tamen à septuagesima vsque ad vij. diem post pentecostem nuptiæ celebrari nō sinuntur: & postea sine differentia celebrātur, siue sint tres septimanæ vel plures ante festum beati Ioānis: & ideo posterior sentētia meliori & subtiliori ratione iuuatur, & siue secundū canones à Septuagesima vsque ad octauam Paschæ, siue post vij. diem festi Pentecostes nuptiæ suspendantur in Dominica quæ sequitur, & deinceps licite celebrantur. Nota quod illa sen-

---

1 Ibi rō reddit, quare his dieb. nō fit genuū flexio I. An.

† Genuū flexiones qñ & qualiter fieri debeant, vide Burcardū. l. 3. c. 3.

† al. cōsecratione.

† al. vt

† In plerisq; antiqs codicib⁹; epō, legitur, nō archiepō.

2 Verbū, celebrādo, deest in veteribus codicib.

† Ca. 3. eo. tit. i 2. cōpil. & ꝓ intelligētia vide q̃ copiose tradit Arnald⁹ Albertin⁹ in Rub. de hȩr. lib. 6. q 12. § quint⁹ erro. n. 23. & seq. & Couarruu. lib. 4. varia. resolu. c. 19. nu. 4.

3 Sequit̄ ēt messis & vindemiarū tēpore ius dici d̄ rebus q̃ tpe vel morte perituræ sunt. Io. An.

† Cap. 4. eo. tit. in 2. cōp. & vide Burchardū. lib. 13. dec. c. 2[illegible]

ter episcope) coram nobis ex parte tua, proposuit, quod cum statuta [a] canonica declarent, nuptias tribus septimanis † ante festum natiuitatis† beati Ioannis baptistæ minime celebrari debere, quidã hebdomadas illas, absq; interpellatione cõtinuandas [b] intelligũt. Alij [c] vero inter festum & ipsas volentes facere interuallum, illud tamen dicunt ob reuerentiam festiuitatis Pentecostes fuisse statutum: quæ in septimanis istis solet interuenire quandoque: & sic a tribus diebus rogationũ ante Ascensionem Domini inchoantes, vsque ad octauum diem post Pentecosten (illis hebdomadis computatis) illo tantum spatio temporis celebrari nuptias † nõ permittũt, earum celebrationem ab inde nullatenus inhibentes.

¶ Quia ergo consulti fuimus, vtra istarum opinionum potior videatur: nobis & fratribus nostris apparuit, quòd licet ea sit Romanæ ecclesiæ consuetudo, vt quocunque [d] tempore matrimoniũ contrahatur; † consensu [e] interueniente legitimo de præsenti: quia tamen a Septuagesima vsque ad septem † dies post Pentecosten celebrari nuptiæ, non sinũtur, & postea etiam tribus septimanis vel pluribus ante festiuitatem sancti Ioannis, sine differentia celebrantur: posterior sententia meliori & subtiliori [f] nititur ratione, & siue secũdum canones a Septuagesima vsque post octauas Paschæ; siue iuxta consuetudinem ecclesiæ Romanæ vsque post † septẽ dies festi Pentecostes (quòd caret octauis) nuptiæ suspẽdantur; in Dominica quæ sequitur, & deinceps possunt licite celebrari.

¶ Gregorius nonus.

¶ In ferijs introductis in honorem Dei & sanctorum nisi ob necessitatem vel pietatem iudicium exerceri non potest etiam de consensu partium. ferijs tamen introductis fauore hominum partes renunciare possunt.

CAP. V.

Conquestus est nobis & infra.

¶ Quamuis non prorogari, [g] sed expediri † deceat quæstiones; debet tamen iudicialis strepitus diebus conquiescere ferialis, qui ob reuerentiam Dei noscuntur esse statuti; scilicet † natalis Domini, sancti Stephani, Ioannis Euangelistæ, Innocentium, sancti Siluestri, Circuncisionis, Epiphaniæ, septem diebus Dominicæ Passionis, Resurrectionis cum septem sequentibus, Ascensionis, Pentecostes cum duobus † qui sequũtur, natiuitatis Ioannis Baptistæ, festiuitatum omnium Virginis gloriosæ, duodecim Apostolorũ, & præcipue Petri & Pauli, beati Laurentij, dedicationis beati Michaelis. solemnitatis omnium Sanctorum, ac dieb. Dominicis, ceterisq; solemnitatibus, quas singuli episcopi in suis diœcesibus cum clero & populo duxerint solemniter venerandas; qui-

---

illa sententia sẽper debet obseruari, quæ meliori ratione & subtiliori iuuatur, Item cõsuetudo Romanæ ecclesiæ dẽt seruari.

a ¶ Statuta canonica.] 33.q.4.nõ oportet.2.

b ¶ Continuandas.] ipso festo B. Ioannis.

c ¶ Alij vero.] in his vero quæ ad solemnitatẽ spectant, diuersa tenere non est peccatum: quia vnaquæque prouincia abundat in suo sensu.79.dist.vtinã. & 12.dist.illud. & c. illa. & ĩ. de sepul. certificari. 12.di.nouit.

d ¶ Quocũque tempore.] Et ita quolibet tempore potest matrimonium contrahi: sed nuptiarũ solennitas tantum his dieb. (ne carnaliter coniungantur) prohibentur, simile ĩ. de matrimo. contracto contra interdictum ecclesiæ.c.1. & secundum hoc intelligitur 33.q.4. nõ oportet.1. & 2. & c. seq.

ADDITIO. Vnde versus.

Ecclesia vetitum, nec non tempus feriatum, Impediunt fieri: permittunt facta teneri.

e ¶ Consensu legitimo.] ĩ. mutuo. quia solus consensus facit matrimonium. 27.q.2. sufficiat. & ĩ. de sponsalibus.c. si inter virũ & vxorem.1.

[Glo. seq. recitat [illegible] per obiectionem.]

f ¶ Subtiliori.] Subtilitas hic commendatur: sed alibi non excusat errantes in fide. 24. quæstio.1. schisma. Alibi etiam subtilitas perniciosa est, C. ad Trebel. sancimus. & sup. de iud. dilecti. & c. examinata. nec de apicibus iuris est disputandum. ff mand. si fideiussor. §. quædam.

Conquestus.] Diuiditur: qa duo continet dicta. secũdum: ibi, Licet diebus. Abbas.

CASVS. Quæsitum fuit, qui essent illi dies quib. ob reuerẽtiã Dei iudiciorũ strepitus conquiescere debet: & vtrũ partes renũciare valeãt ferijs illorũ dierum? Rñdet Papa, quod licet nõ prorogari, sed expediri debeãt quæstiones: tñ diebus illis q ob reuerentiam Dei statuti sunt, iudiciorũ strepitus conquiescere debet, & enumerantur hic dies illi; & illis vtique diebus solemnibus vsq; adeo ab huiusmodi conuenit abstinere, vt etiam partibus consentientibus, nec processus tũc habitus, nec sententia dieb. illis promulgata valeat, nisi necessitas vrgeat vel pietas suadeat; illis autem ferijs, quæ gratia messium vel vindemiarũ introductæ sunt, possunt partes renũciare vt tũc iudicialis processus & sñia valeat. Not. quod ferijs introductis ob reuerentiam Dei nullus potest renũciare. nisi necessitas vel pietas aliud inducat. Item necessitas vel pietas nõ est sub lege. Item alijs ferijs potest renunciari.

g ¶ Non prorogari.] infra de dõ. & contu. finem. & c. venerabilis. & C. de iudi. properãdum. circa prin. & boni prætoris est lites diminuere. ff. si cert. peta. & C. tur. quidam. & ĩ. de re iudi. iurgãtium. nec permittere debet prætor partes ad arma vel rixam venire, quas potest sua iurisdictione cõpescere. ff. de vsufruc. l. si cuius. §. æquissimum.

[Gl. seq. tractat de triplici feria solẽni, subdẽs, quod feriæ itroductæ fauore hominum renunciari possunt: & ex causa eo tempore procedit.]

a ¶ Qui-

---

† In alijs manuscrip. legitur hebdomadis.

† Vox natiuitatis, deest ĩ antiqs. nã ĩ codice Barbatię ita legit hæc periodus, nuptias tribus domadis ante festiuitatẽ B. Ioãnis Baptistę, minime, &c.

† Vide cõci. Trid. se.24. in doctrina de sacra. matrim. can 11. & ea. sess. de refor. matr. c.10. concil. Laodicẽ. c. 52.

† De hac re vide qđ postremo sãciuerit conci. Trid. se. 24 in decre. de refo. matri. cap. 1.

† al. ad septimum diem.

1 Cõcor. tex. ĩ l.1.§.hui⁹. ff. de iust. & iure.

† al. post septimũ diẽ.

† al. debeat.

† Pro intelligẽtia, & de veritate huius textus aduersus hæreticos vide Thomam Vvaldẽsem lib.1.c.142. de sacramẽtalib. adde Arnaldũ Albertinũ ĩ rubri. de hære. li.6.q.12. § quintus ertio.n. 23. & seq. & Couar. iam lib. 4.c.19. var. resoluit.

† al. ita: cũ duobus diebus, quæ subsequuntur.

a ¶Quibus vtiq; solemnibus ferijs.] not. ꝙ feriæ dierum pcedētium introductæ sunt ob reuerentiā Dei, vt hic dicit in prin.& C. eo.ti omnes dies.& l.dies festos.& solemnes feriæ appellantur. Aliæ etiam feriæ dicūtur solemnes ob reuerētiā principis & honorē: vt dies natiuitatis suæ: vel dies principij de imperio. C e. omnes. Item & aliæ feriæ dr̄ solemnes vt tps messiū:& tēpus vindemiarū, de quib hic inferius sequitur & ff. eo. tit. l. 1.& istæ feriæ inducuntur ad requiē laboris, 1 vt quiescāt tunc homines à causis:& istæ feriæ indicūtur varijs temporib. s̄m diuersitatē locorum: qa q̄dam tardi⁹ colligūt messes siue vindemiā: quidam citius. ff. eo. l. præsides. Ferijs introductis ob reuerētiā Dei partes renūciare nō possunt, vt hic dicit expresse: alijs autem ferijs introductis ob fauorē hominum bene possunt partes 2 renūciare, vt hic in fi. cōpelli tñ nō possunt nisi in casibus s̄. de iud. significauerūt. & ff. e. l. 1. §. vlt. & l. seq. alias non valet sñia. & ff. eod. l. 1. & istæ feriæ oēs cōtinuæ sunt, & computātur in anno vel biennio appl̄onis prosequēdæ, & quolibet die feriato pōt qs appellare, sed nō psequi appellationē. C. eo. l. 1 tpe messium vel vindemiarū q̄nq; cōpellūtur aliqui ad iudiciū venire s̄. de iud. c. vl. saltem vt litē contestētur: puta si actio vel res sit tpe peritura, puta, actio furti, iniuriæ, dāni, & aliæ, vt s̄. d̄ iud. significarunt. & ff. eo. tit. l. fi. §. sed excipiuntur. l. 2. & 3. Ea vero quæ pertinent ad pacē vel cōcordiā, quolibet die feriato possunt expediri. C. e. l. vl. puta, trāsactiones, pacta, vt ibi.

1 Alias causas habes in tex. & in gl. 15. q. 4. placita in fin. Io. And.

2 Etiam extra iudiciū: puta, in instrumēto. s̄ tractus, & ēt tacite, puta, scienter recipiendo talē terminū. de his in Spe. eo. tit. §. fi. & licet valeat hæc renunciatio quo ad partes non tñ tūc coguēt. testes: vt ibi & no. C. eo l. omnes. in vl. gl. Ioan. And.

3 Prosper lib. epigramarū. Non recto seruāt legalia subbata cū tu. Qui pietatis opus credit in his vetitum. Io. And.

† Apetrino Alatano. Ateñ. Alterañ.

bus a vtique solemnibus ferijs (nisi necessitas b vrgeat vel pietas c suadeat) vsque adeo conuenit ab huiusmodi abstinere, vt cōsentientibus ēt partib. nec processus habitus teneat, de sententia, quam contingit diebus huiusmodi, pmulgari.

¶Licet diebus feriatis, qui gratia vindemiarum vel mesnū ob necessitates hominum indulgētur, procedi valeat, si de partiū processeri voluntate.

TITVLVS. X.

De ordine cognitionum.

¶Clemens iij. Alatrino † episcopo.

¶*Contra mulierem vendicantem aliquē in maritū, admittitur exceptio cōsanguinitatis quæ prius discutienda est, quam super matrimonio pronuncietur: & sufficit super ipso principali pronunciare. h. d.*

Ntelleximus.] De perēptoria exceptione ante sñiam iudex cognoscit: sed sufficit super principali pronunciare. Communis diuisio. secunda. ibi. Inquisitioni. Ab.

CASVS. quædam mulier petebat quendam in virum. induxit testes ad probandum suam intentionem. Vir timēs sibi fieri præiudicium p testes illos, exceptionem consanguinitatis obijcit: p quam, petitionē mulieris repellere itēdebat: quærebat an primo esset de impedimēto consanguinitatis agendum, q̄ sup cā matrimonij sētētia proferatur? Rn̄det Papa, ꝙ exceptione consanguinitatis pbata, principalis qō est perēta; & ideo de ipsa est antea cognoscēdū, q̄ ad diffinitionis articulū procedatur, quo cognito & pbato, vir ab impetitione mulieris debet absolui. Nō ꝙ exceptio perēptoria ante sñiā opposita dēt examinari & cognosci de ea antq̄ sñia sup principali qōne ferat, qa ex illa apparebit qualiter dēat formari sētētia. Itē sup exceptione peremptoria siue incidēti nō pnunciatur. sed super principali quæstione.

† Ca. vnico eo. tit. in 1. compi.

CAP. I.

Ntelleximᵘ † ꝙ cum quædam mulier, peteret quēdam in virum, testes ad suæ intētionis assertionem induxit; p quos pars viri futurum sibi pīudiciū metuēs, exceptioné cōsanguinitatis obiecit, ex qua itēdit petitionē mulieris elidi; & j.

¶Inquisitioni tuæ taliter duximus respondendum, quod cum exceptione probata, quæstio principalis perimatur, ante est cognoscendum d de

b ¶Necessitas.] puta si esset res tpe peritura. exēpla plura habes ff. eo. l. 1 2. & 3. & vbi res celeritatem desiderat. ff. de damno infec. l. 1.

c ¶Pietas.] puta causa debilium vel miserabiliū psonarū: qa in operib. misericordiæ dierum distinctio non est hn̄da. argumenta. 76. dist. vtinā. & de consec. dist. 5. nunquam. & summa est ratio, quæ pro religione facit. ff. de relig. sunt personæ. in fine. Bernardus. Vnde versus.

Hæc faciunt causas festis tractare diebus,
Pax, scelus admissum, manumissio, res peritura.
Terminus expirans, mora testis abesse volentis.
Cumque potestatis patriæ ius filius: exit.

DE ORDINE COGNITIONVM.

¶Quia lite contestata, præstito iuramēto, datis dilationib. ab homine & a iure, solent rei suas quæstiones proponere: de quibus quo ordine sit cognoscendum posset merito dubitari: & ideo, &c.

De hac materia habetur 2. q. 2. & 3. q. 2. & q. 1. Abb. Siculus.

Gl. seq. super qōne, an in his, quæ occurrunt inter litem, sit pronunciandum; primo ponit opi. Bulgari, ꝙ non, & inducit tres leges mediam Io & Azo. distinguentium: & hanc approbat respōdēdo L & Pla. & M. contra solu alleg. decre. cum Io. cui duplicitur respondet.

d ¶Cognoscendum.] ex hac decre. colligitur manifeste, ꝙ cum reus in modum exceptionis aliquā exceptionem obijcit actori, de illa incidenti tantum cognosci debeat, fundata intētione actoris primo. C. de proba. exceptionem. & C. de except. si quidem. & nō sentētiare super ea, sed tantum super principali pronunciandum sit. Super hoc fuit diuersitas inter doct. Bulgarus dicebat ꝙ super incidēti quæstione siue exceptione pronunciari non dēt, sed tantū cognosci de ipsa, sed super principali solummodo, quia eo ipso quod pronunciatur super principali quæstione, satis intelligitur esse pronunciatum sup incidenti p quādam cōsequentiam; & hoc dicebat per leges illas. C. de ordi. iud. l. 1 & l. 2. & quia ibi dicitur; ad officium iudicis pertinet vniuersam incidentem quæstionem examinare: quoniam non de ea pronūciat, sed de hæreditate. C de or. cog. l. 2. 2 rñ. & C. ad l. Iul. de adul. q̄m Alexādrū. & C. ad leg. Fab. de pla. l. præses prouinciæ. M & P dicebant ꝙ super hac sēp dēt pnūciari. ff. de iud. de qua re & j. de cau. pos. cum sup. & ff de mi. intra vtile. & ff. de præ. l. 3. & ff. de lib. cau. liberis. §. vlt. nisi impediatur propter conditionem suæ personæ: quia est pedaneus iudex, vt C. de iud. quoties. vel conditionem rei: vel qa pupillus est cui mouet qō status incidenter, tunc non pnunciatur super cā status.

Exceptio si objiciat, an sup illa sit pronunciandum.

ipsa, quā ad diffinitionis articulū procedatur, quo facto, virum ab impetitione mulieris (prout exposcit ratio iuris) absoluas.

¶Innocentius tertius episcopo Narmarieneñ.†

¶Si reus contra actorem spoliatorem spoliationem opponit, aut excipiendo, & tunc prius auditur, & ea probata respondere nō cogitur, sed per hoc non restituitur, aut agendo & tunc simul vtraque quæstio terminatur & ea probata restituetur.

CAP. II.

Cum † dilectus filius abbas de Ferentino,† de nobilib. viris dominis de Artone † deposuerit quæstionem, quod manu armata, [a] & cum

---

status, sed super hæreditate. C.de ord.iud.l.1. Dñs Io. & Azo 1. cū eo distinguit, & hñ inter quæstiones siue exceptiones incidentes, & emergentes. Incidens quæstio dr̃ quæ cōpetit reo ēt ante litis contestationem, 2 puta, pactum de non petendo, res iudicata, delatio iuramenti, consanguinitas, quæ obstat matrimonio: vel aliud quodcūque impedimētū perpetuum, & consimilia. In his.n. obtinet sñia B. quia nō pronunciatur in his, sed super principali, vt hic expresse apparet: & in his nō pronūciat̃ nisi qñ ciuilis incidit in criminali: vel ecōtra.3.q.11.§.aliqñ.versi qui confitetur. & C.ad l.Iul.de adul.qm̃ Alexādrū.C.ad l.Fab.de plag.pses prouinciç. & eq̃.cū ciuilis ciuili preiudicat.ĵ.eo.tuā.& 3.q.11.§.si de hæreditate.ĵ.qui fi.sint leg.lator. Emergentes dñr illæ, quæ competunt & emergunt in lite: puta, an dilatio sit danda, an non: an talis testis sit recipiendus vel nō: an talis positio vel interrogatio faciēda sit vel nō: vel vtrū aliquis sit in possessione libertatis vel non: & in istis emergentibus obtinet sententia M. & P. & sic intelligitur lex illa.ff.de libe.cau.l.liberis.§.vlt. & in istis pronunciari debet.aliàs non posset procedere iudex in principali, nisi in his pronunciaretur, & sic intelligitur l.de qua re. ff.de iud.& decre.cum super. Vel dic de qua re cognouit, verum est principaliter. Ad illam.l.intra utile. rñdetur ꝙ ibi nō fuit pronunciatum super incidenti, sed super ætate, & est speciale: vel vt restitueretur in integrum ratione ætatis fuit pronunciatū: & ita per consequentiā super ætate pronūciatur. Ad legem illam. ff.de præuaricator.dicunt, ꝙ speciale est ibi. Vel dicas, quod necessarium est ut ibi pronuncietur de præuaricatione antequam admittatur ad accusationem: & in modum replicationis illud obijcitur, & quia illud competit ante lit.contest. tantum ideo pronunciandum est, & in hoc est simile exceptiòni dilatoriç: quia in hoc ante litem cōtesta. debet opponi.& iō dēt pronunciari super illa sicut in dilatorijs ante lit.cōtest.pronunciatur: & postea est peremptoria.3 Argum. contra.ĵ. de fide instr.cum Ioannes.ibi; pronunciat Papa super exceptione incidenter proposita in causa appellationis. Ratio ibi pōt assignari: quia cum pronūciētur in causa appellationis directe super principali quæstione, sed tantum confirmatur, vel infirmatur sñia: pronunciari debet super incidenti quæstione opposita in causa appellationis: vel si pronunciatur super talibus; non est contra substantiam ordinis iudiciorum, & sup incidenti siue peremptoria exceptione pronunciatur. ŝ.de elect.cum dilectus. ad fi.illa exceptio videtur potius incidens quam emergens. Et idem etiam potest dici in l.intra utile. quod pronunciatum fuit super incidenti quæstione, scilicet super ætate, nec propterea ius offenditur, nec: est contra ordinem iuris ꝙ ibi pronuncietur super ætate, quæ fuit incidens quæstio, nec dicitur in iure ꝙ talis sententia non teneat.

1 Hoc sequitur Inocentius in decretali cū inter R.ŝ.de ele.

† Narmeñ. Nouariensi. Variceñ. Mariñ.

2 Et sic orit̃ ex circunstātijs negotij ſm Goffr. & hēnt uetustiorē cām, s.ante iudiciū cæptum quod uerum est cōiter, nā & post iudiciū cęptum posset fieri pactū de nō petēdo, quæ est incidens. & prius potuisset excōicari actor vel testis, uel reus spoliari.ĵ. c. proxi. quæ ē emergens. Io.And.

3 Intelligas hoc specialiter dictū de exceptione præuaricationis, qa pnūciatio ꝙ ille fuerit puaricator, nō audiet̃ amplius ꝯ illum, ut ff.de puar.l.3. nō aūt hoc intelligas in oib. dilatorijs, secūdū Abb. Io.An.

ADDITIO. Differentia euidens inter quæstionem incidentem & emergentem potest haberi per hūc uersum.

Incidens erimit: emergens quomodo differt.

Cum dilectus.] Sunt duæ partes. In prima facti processus narratio. In secunda iudicis interlocutio; ibi, Nos autem. Itē prima subdiuiditur in tres. Prima proponit actoris petitionem. Secunda: ibi. Et citra.rei exceptionē. Tertia: ibi, Verū, actoris replicationē. Item secunda principalis facit duo, quia primo interloquitur distinguendo duo membra. primum, ibi, Cum ea. ſm: ibi, Sed qm̃ secundo: ibi, Verum declarat interlocutoriam, probans id p duo similia, primum. ibi. Quemadmodum. secundum: ibi, Testes etiā. Abb. Siculus.

CASVS. Abbas de Ferētino accedēs ad presentiam dñi Papę, cōquestus fuit noïe monasterij sui, de q̃busdā nobilib. dñis de Artone, ꝙ ipsi manu armata & cū exercitu, ad castrum monasterij veniētes, monasteriū ipsum damnificauerunt in prædis animaliū & reb. alijs, de quibus iustitiam sibi fieri postulauit ex parte dictorū nobiliū in modum exceptionis citra litis conte. fuit rñsum. ꝙ milites ipsi per dolum & violētiam ipsius abbatis amiserant castrum suum: qd̃ ipsi & progenitores ipsorum tenuerant & possederant in quiete, petentes illud sibi restitui, priusquā petitionib. abbatis rñderent, cum testes haberent pręsentes, per quos incōtinēti intentionem suā probare volebat: ex parte abbatis fuit taliter replicatum ꝙ ab ipso restitutio non poterat, qui non fuerat spoliator: præsertim cū castrū illud ad pprietatem monasterij pertineret, qd̃ non diffitebat̃ pars aduersa: vnde cū ad ipsum monasterium res sua redierit ab alio possessa, dēt retētionis cōmodū obtinere, ēt post tpa lōgiora, & iudiciū restitutoriū cōtra spoliatorē tm̃ cōpetit. Dñs Papa his & alijs intellectis, distinguit hoc modo vtrū spoliationis qō ab illis nobilibus obiecta sit in modum actionis ad restitutionē petēdā. an in forma exceptionis, ad intentionem aduersarij repellendā. Si enim sit proposita, in modū actionis, tūc intelligunt̃ mutuę petitiones se tāquā diuersæ minime cōtingētes & ſm regulā illam. Qui prior appellat, prior agat, illa qō, quæ primo proponit, prima dēt tractari, & vicissim tractatæ, eadē dēnt sñia terminari: Sed qa illa qō fuit à pdictis nobilib. in modū exceptionis pposita, interloquendo pronunciat, vt probationes eorum super ipsa exceptione primitus audiantur, & ea probata abbati rñdere nō compellantur, donec restituātur ab ipso, qa spoliatus ante restitutionem, suo spoliatori rñdere nō cogit, sed spoliatione in modū exceptionis tm̃ pbata, nō est pp hoc restitutio facienda, sicut si in modū exceptionis crimē testi opponitur, vt à testimonio repellatur: & si crimen contra testē probatum fuerit ciuiliter, non iō sibi pęna ordinaria dēt infligi. sed testimonio eius credi non debet: & hoc cōtingit, quia in ipsum accusatio nō procedit, & inter infames quasi ex falso testimonio nō hñtur quoru testimoniū reprobatur. No. ꝙ quęstio spoliationis duobus modis pōt opponi ꝯ suum spoliatorem. in modū actionis, & sic sunt duæ petitiones: & simul tractandæ. & in hoc non est priuilegiata qñ ambæ sunt restitutoriæ. Itē in modum exceptionis: & ſm hoc non tenetur aduersario respōdere, spoliatione probata, quocūq; modo agat spoliator. Itē nota regulā. Qui prior appellat, prior agat. Item spoliatus suo spoliatori ante restitutionem nōn cogitur rñdere. Item cum crimen ciuiliter probatur, testis non punitur pęna ordinaria, sed solummodo à testimonio repellitur. Item ex modo agendi formari debet sententia.

† Ca. vnico e.ti.in 3.cōpil.

† Ferēt.illo. Ferentisio.

† Arrone.

a ¶Armata.] illa vis quæ fit cum armis, publica est: quę uero sine armis priuata dicitur. instit.de publ.iud.circa fin. item lex Iulia de ui pub.& ff.de ui pub.l.1. unde isti plus peccauerunt. Vnde uersus.

Vis, pri-

Vis priuata reum deponit ab ordine rerum:
Sed deportatur, si vis armata probatur].

a ¶ Exceptionis.] ergo qui excipit, non contestatur litem. & sic pater quod qui negat, non excipit. ergo qui excipit, non confitetur. ff. de excep. non vtique. & j. de exce. cum venerabilis.

[Gl. seq. obijcit, ꝙ delictum: &c.]

b ¶ Ipsius dolū.] sed quare debuit nocere ecclesiæ dolus abbatis, siue violentia: cū delictū personæ, &c. 19. q. 6. si ep̄m? 1 Sed hic totus conuentus consenserat abbati, vel ab initio, vel ex post facto. argu. j. de restitu. spol. cum ad sedem. in fi. sed ratihabitio in maleficio 2. retrotrahitur, & mandato comparatur. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. sed & si cū quis.

c ¶ Incontinenti.] hoc multū faciebat ad hoc ut restituerentur. j. de resti. pol. litteras. & j. de testi. veniens 2.

d ¶ Retētionis.] 16. q. 3. c. placuit. vers. ꝙ si mala. & C. de præscr. xxx. vel xl. annorum. si quis emptionis. §. quod si quis.

e ¶ Contra spoliatorē.] vel cōtra eum q̄ mandauit vel ratam habuit spoliationē. sic j. de restitutione spoliatorum. cum ad sedē. in fi. & ff. de vi & vi arm. cū à re. nisi scienter rē recipiat a deiectore, cū ꝑ hoc ei succedat ī vitium. j. de resti. spol. sæpe cōtingit. & s̄. de iu. q̄a V. & hic: q̄a per dolū Abbati spoliati sūt. Et latius patet restitutorium iudiciū secūdum canones quā secūdum leges, etiā vbi quis dolo vel metu perdit rem. 3. quæstio. 1. redintegranda sunt omnia. secus est in actione quod metus causa. quæ datur contra illum qui metum non adhibuit. ff. quod metus causa. l. si cum exceptione. §. in hac.

exercitu, ad castrum monasterij venientes in prędis animalium, & aliis dānificare dictum cœnobiū prȩsumpserunt, de quibus iustitiam sibi fieri postulabat; Ei citra litis contestationem, sub forma exceptionis [a] fuit ex aduerso responsum, quod ꝑ ipsius dolum [b] & violentiam, castrum Sirati amiserant, ꝙ & progenitores eorum tenuerant, & ipsi possederāt in quiete: sibi petentes prius restitui, quam petitionibus ipsius responderent, prȩsertim cum testes haberent prȩsentes, per quos intentionem suam incontinenti [c] probare volebant.

¶ Verum ex parte abbatis fuit taliter replicatum, quod ab eo restitutio peti non poterat, qui non fuerat spoliator præsertim cum dictum castrum, ad ius & proprietatem sui monasterij pertineret; quod etiā pars aduersa nullatenus denegabat. Vnde & † verus dominus (ad quem ab alio res sua possessa reuertitur] etiam post tempora longiora) retentionis [d] debebat commodum obtinere: & iudicium restitutorium, contra spoliatorem [e] tantum competere dignoscitur: & infra.

¶ Nos autem distinguendum esse credimus, vtrum spoliationis quæstio ab eisdem nobilibus sit obiecta in modum actionis, ad restitutionem petendam: an in forma exceptionis, ad intentionem aduersarij repellendam. Cum ea in modum actionis proposita, intelligantur mutuę petitiones sese tanquam diuersę minime contingentes, ac ꝑ hoc iuxta [f] regulam iuris, qua dr: Qui prior appellat, prior agat, quę prius esset proposita, prius foret tractāda, q̄q̄ in idem iudicium ambę deductę, vicissimque tractatę, simul essent eadem [g] sententia terminandę.

¶ Sed quoniam quæstio illa fuit ab eisdem nobilibus tantum in modum exceptionis [h] obiecta, interloquendo pronunciauimus, vt probationes eorum super ipsa exceptione primitus au-

f ¶ Iuxta regulam iuris.] ff. de iudic. qui prior. 3. Bernar.

g ¶ Eadem sententia terminandæ.] Nam si isti nobiles proposuissent spoliationem suam in modum actionis directæ, essent duæ principales quæstiones, conuentio. s. & reconuentio, & tunc simul sunt tractandæ. ut s̄. de mu. pe. c. 1. & nō valet sententia super vna, nisi & super alia in eadem instantia feratur. ff. quæ senten. sine app. l. 1. §. ult. & C. de compen. neque scriptura. uel saltem appellandum est, & ibi dicitur in lege primo inducta. & unam uocat hic sententiā pro tanto, quia continue vna post aliam fertur, sed reuera duæ etiam sentētiæ sunt. j. de caus. pos. cum ecclesia. & c. cū super. nam quot sunt articuli, tot sunt sententiæ. ff. de min. etiam. §. ex causa.

[Gl. seq. quinque quærit, quæ patent.]

h ¶ In modum exceptionis.] hic patet ꝙ quæstio spoliationis non præiudicat ciuili quæstioni, nisi proponatur in modum exceptionis, sed criminali semper prȩiudicat. siue in modum exceptionis, siue in modum actionis proponat, & sic loquuntur iura 3. q. 1. & q. 2. per totum. & 2. q. 2. per totum. Quidam intelligunt hanc decre. cum ambæ quæstiones sūt possessoriæ. Sed hoc non est verum: quia abbas non agebat hic possessorio iudicio, immo hic petebat sibi iustitiam fieri super damnis sibi datis in prædis animalium, in alijs, ut patet in antiqua 4. decret. De hoc dicitur. j. eo. super spoliatiōe. Illud pōt hic quęri: vtrum exceptio spoliationis interrumpat præscriptionem. Et est dicēdum, ꝙ non: quia ꝑscriptio in odium nō petentium inducta est. inf. de præscript. vigilanti. & 16. q̄. 3. §. potest. sed q̄ excipit, non petit, sed petētē repellit, vt hic, & ff. de exceptio. l. 2. ergo non interrumpit. Licet sit arg. contra. ff. quod metus cau. l. metum. §. sed ꝙ prætor. in fin. vbi dicitur ꝙ excipiendo videtur experiri. & ff. rem ra. ha. quo enim tutiore. in fin. & ff. de excep. l. 1. & ff. de probat. in exceptionibus. Item quæritur, utrum exceptio spoliationis possit opponi in qualibet causa? Et potest dici ꝙ non: quia non opponitur actioni depositi. quia ibi non admittitur compensatio. C. de compe. l. ultim. & C. depositi. si quis uel pecunias. & infra depositi. bona fides. §. sane. Alij dicunt quod petenti depositum bene obstat excepto spoliationis, quoniam obijcitur petenti restitutionem, saltem in modum reconuentionis, & etiam exceptionis, & quæstio spoliationis est priuilegiata infra eod. super. Et ideo satis uidetur quod opponi possit actioni depositi: quia fauorabilior uidetur spoliatio quam actio depositi, licet ille bonæ fidei. Sed quid si in modum exceptionis probaui spoliationem, nunquid eædem probationes ualebunt, si uolo directe petere possessionem? Dico ꝙ non, nisi aduersarius consentiret. j. de testi. ueniens,

1 Concord. tex. in l. sancimus. cum vulgar. C. de pœnis.

2 Violentiæ vel electionis, vt patet in l. seq. Ioā. And.

† Dictio, & deest in multis antiq. in duobus autē vetustissimis legitur ita: vnde ut uetus.

3 Qñ locum hēat hæc regula, et qñ fallit, ibi. nota. et in Spe. de inciden. q̄st. uer. uidemus. Io. An.

4 Cuius uerba ita hēnt: In quorū ꝑsentia. s. Cardinaliū q̄b. hęc cā à dño Papa cōmissa fuit suam abbas deposuit q̄ōnē, ꝙ ꝑfati nobiles nulla requisitione ꝑmissa manu armata, & cū exercitu, ad castra monasterij Ferētini, & Gab. uenіētes in ꝑdis animaliū, segetum ꝯbustionib. captionibus hominū, homicidijs ꝑpetratis, & dānis alijs, usque ad l. libras Luceñ, ꝑter stragem hominū & iniurias irrogatas, damnificare cœnobiū dictū ꝑsumpserūt, de q̄b. & alijs pariter ꝯ uellet proponere contra ipsos, iustitiam sibi fieri postulabat, &c.

niens.2 Sed pone ꝙ ſuccubui in exceptione:nūquid poſſum poſtea directe agere poſſeſſorio? Vr̄ ꝙ nō:q̄a eandē quæſtionē volo refricare,licet alio gñre iudicij qđ nō licet.ff.de exce.rei iud. ſi quis cum totum. §.& gñraliter. Sed tamen dico ꝙ poſsū, nec impedit ſi ſuccubui:q̄a poſſeſſoriū directe ēt poteſt intentari ex diſſimilibus cauſis. ĩ.de dona. inter dilectos. Et ſi primo agať criminaliter,& non obtinuit, poſtea agi poteſt ciuiliter.1.C. quādo crimi ac. præiu. ciu. l. vnica.

crimine conſtat,ſiue accuſando,ſiue denūciādo, aut inquirendo:&quocūque tali modo cōſtet, punitur. & ideo dicit;ecce crimina vndecūq; claruerint, &c. ad illam decretalem,cum ſuper. ſic reſpondeas,quia ibi teſtis in iure confeſſus eſt,& crimen illud cōtinebat cauſam de qua agebať, vnde punitus fuit. ĩ. de exceptionib. denique.in fi.& ei obiectū fuit ꝙ eſſet particeps ſimoniæ: vnde interrogatus & cōfeſſus punitur. In illa,p inquiſitionem agebatur,ibi:tam in capite quàm in mēbris. Ad legē illam. ff.de adulter.l.1. §. ſi publica.pōt dici ꝙ iudex q̄ cognoſcit de adulterio,ex officio ſuo punit maritum đ lenocinio ſine accuſatore, q̄a cum exceptio lenocinij nō proſit vxori, obeſſe debet marito, aliàs maritus nō puniret de crimine:quod eſſe non debet: quia publicę vtilitatis ē, ne crimina remaneant impunita. ĩ. de ſen.excom. vt famæ.& ff.ad leg.Aq. ita vulneratus.verſus finem.

direntur;& ea probata legitime, abbati non cogerentur [a] reſpondere ſuper 10 petitionibus memoratis, donec reſtituerentur ab ipſo: cum ſpoliatori, ſpoliatus ante reſtitutionem non cogatur vllatenus reſpondere.

¶Verum ſpoliatione in 20 modum exceptionis tantum probata, non eſt per hoc reſtitutio [b] facienda. Quemadmodum ſi in modum exceptionis aliquod crimen teſti objicitur, vt a teſtimonio repellatur,& ſi crimen contra eum ciuiliter 30 probatum fuerit, nō ideo ſibi pęna infligiť ordinaria,ſed eius duntaxat teſtimonio non creditur: ꝙ ea rōne cōtingit, qm̄ in ipsū accuſatio nō ꝓcedit.

¶Teſtes etiam,quorum teſtimoniū reprobatur, [c] inter infames quaſi ex falſo teſtimonio,non habentur.

¶Honorius tertius Ludouico regi Francorum.

¶ Petenti hæreditatem obſtat exceptio natiuitatis,quæ prius debet corā eccleſiaſtico iudice terminari. hoc dicit ſecundū gloſſam.intelligendo quòd hic erat prius coram iudice ſeculari petita hæreditas, & exceptum fuit de illegitimitate.

CAP. III.

TVam non credimus latere prudentiam, cauſam natalium reginæ Cypri ad examé noſtrum (vt pote quæ ad forum

a ¶ Non cogerent.] quia nec nudi contēdere,nec inimicis inermes debemus nos opponere.3.q.2. oportet. Sed ſi cōueniať ab alio q̃ à ſpoliatore,nō obſtat ei exceptio ſpoliationis, ſed ſi criminaľr accuſeť, pōt excipere ꝙ ſpoliat⁹ eſt ab alio q̃ à ſuo accuſatore,ſi tota ſua ſubſtātia vľ maiori parte ſit ſpoliatus, vt I quadā ꝗſtōne Inno. iiij.ĩ.de reſt.ſpo.ſre quens.& ſic intelliguntur canones iſti. 2.q.2.per totum.& 3.q.2. per totum.

Glo.ſeq. allegat. 40 quattuor cōcordantias. ſignat cōtrariū de quattuor capitulis,& vnā legē,& anteq̄ reſpōdeat format qōnē,& ſoluit,demū rn̄det ad tria capitula,& ad legē.]

b ¶ Reſtitutio facienda.]quia ad hoc non agebatur. Semper enim videndum eſt ad quid agatur: qua ſm modum agendi formať ſententia.ĩ. de ſſmo.licet Hely.& ĩ.de acc.ſp his & c.melius. qualiter & qñ. nec enim poteſtas iudicādi vltra id extēditur,q̃ in libello eſt deductū.ff.cōi.diui.l.vt fundus.Arg.ꝯ ĩ.de conceſ.præb.ex parte.& 21.q.1.ecce.& ĩ.de cōfeſ. cū ſu 50 per.& ſ.de ele.p inq ſitionē.& ff.de adul.l.1.§.ſi publico vbi accuſator cōuictus in modum exceptionis puniť,ſed teſtis nō puniť, licet crimen ei in modū exceptionis probetur, dr̄ ĩ.de except.deniq;.nec infamis reputať, vt hic licet eius teſtimoniū reprobeť. ff.de his qui no.infa.Lucius.Itē,quid dices ſi probetur excōicatio in modum exceptionis cōtra aliquē, vt repellať à teſtimonio,vel ab electione, nunq̄d dēt vitari? Pōt dici ꝙ ſi ex tali facto publica fama laborat,nō eſt ei cōicādū.ĩ.de ſen.excōi. cū deſideres.§. 60 ſecūdæ.arg.2.q.1.multi.ver. ſi q̄s frater nominatur. &c.Idē dico ſi in modū exceptionis crimē ꝓbetur teſti, quod impedit promouendum.arg.ſ. de elec. ſup eo.vt ſi grauata ſit eius opinio.ĩ.de teſt.teſtimoniū. nec ſufficit,ꝙ ex tali facto nō irrogetur infamia,ſed ꝙ eius opinio in nullo vacillet.33.d.laici. ſicut dicit lex de eo qui fuſtibus cæſus eſt, licet nō ſit infamis, tñ ad honores nō debet admitti. ff de dec. eos.ſic C. de adul.ſi libidine.81.diſt. tantis Daniel. ĩ. de accu. omnipotentes.& C.de procu.l.reum. & ſic ꝓpter talem infamiam facti poteſt indici purgatio,arg.ĩ. de ſen.excommun.cum deſideres.§.ſecundæ.2.q.1.multi.verſi.ſi quis frater nominať. Ad contraria ſignata ſuperius dicas, ꝙ illud ca.2, ecce. intelligitur cū de

c ¶ Reprobať.]arg. ꝯtra.ĩ.de teſt.cū tu. vbi dr̄: ne periurij reatu notētur.ſed illud intelligiť quo ad factū & opinionem.& qđ hic dicit,referas ad ius; quia de iure non cenſetur infamis. ſed infamiā facti forſitan nō euitat,3 vt ibi dr̄,& hoc dr̄ expreſſe ff.đ obſeq.à li.& liber.parētib. & patrono pſt.l.2.B.

TVam non credimus.] Pendente cā nataliū coram eccleſiaſtico iudice, quæſtio hæreditatis ex illa dependens, per ſecularem iudicem inchoari nō dēt. h.d.extra gl.intelligēdo, ꝙ hæc cā legitimitatis fuit 50 mota prius coram iudice eccleſiaſtico. & ca pendente petebať hęreditas coram ſæculari. Primo narrat factum de præterito. Secundo prouidet circa futurū ibi,Quia vero.Abbas.

CASVS. Mortuo comite Campaniæ ſine prole,regina Cypri dicebat quòd debebat illi ſuccedere in comitatu tamquam proximior:quidam alius hoc intelligens acceſſit ad dominum Papam proponens quòd cum ipſa regina nō fuiſſet de legitimo matrimonio nata,dicto comiti ſuccedere nō debebat,ſed ipſe,qđ 60 paratus erat probare in præſentia domini Papæ, petens ab ipſo vt mandaret regi Franciæ, vt ſi forſitan dicta regina ſuper ſucceſſione comitatus p̄dicti coram ipſo proponeret quæſtionem, non audiret eandem,donec cauſa natalium (ex qua illa dependebat) fuerit terminata:quod Papa non diſtulit adimplere, mortuo autem ipſo rege, cui Papa prædicta mandauerat, ſucceſſit ei Ludouicus fili⁹ eius:vñ Papa ſcribit eidem ſuper eodem negotio, credens prudentiā ipſius nō latere,cauſam natalium dictæ reginę, quę ad forum eccleſiaſticum pertinet, ad examen ipſius eſſe delatam; & licet Papa dictam reginam in ſuo iure velit fouere; tamen quia antequam cauſa natalium terminata eſſet, incipere cauſam ſucceſſionis depēdentē ex illa,nihil aliud eſſet quàm negotium

ipſius

x Et hoc eſt contēplatione rei familiaris ſm Inno. q ēt hic q̃rit,ꝙ ſi abbas ſuccubuit in exceptione, poſtea militib. contra ipſum agētib. obtinuit in interdicto, & abſolut⁹ eſt ab ipſo rū ĩpetitione: demum abbas re incipit eandē qōnem,nunquid obſtabit ei exceptio p̄dictæ ſpoliatiōis, vel sētētię? Dic ꝙ non: ꝑꝑ æquitatem ſupuenietis ſnīæ, ff.commo.l. in cōmodato.§.fin.propter quam æquitatē is q tulit ĩterlocutoriam ipſam reuocare dēt ff. de re iud. ꝙ iuſſit. Ioan. Andr.

2 Intellectus c. ecce. 24.q.3.& aliorum diligēter ad notandi.

3 Dixit Ho. ꝙ hic loquitur qñ non ꝑiuriū, ſed aliud crimē quodcumq; vis objiciť teſti: ibi qñ de periurio cōuenitur, & tunc eſt ſpeciale qđ de cętero vt infamis à teſtimonio repellatur. ĩ. de teſti. teſtimonium. Ioan.And.

ipſum diuerſis proceſſibus intricare, & ordinē iuris perturbare:& ideo ſi ab ipſa regina fuerit requiſitus ſuper hoc,patienter expectet donec cauſa natalium per ſedem Apoſt.fuerit terminata.Not ꝙ cauſa natalium ad forum eccleſiaſticum ſpectat.Item cauſa natiuitatis pręiudicialis eſt ad cauſā ſucceſſionis,& ideo primo dēterminari:ſi cōtrarium fieret,ordo iuris peruerteretur: qđ eſſe nō dēt: nec valeret ꝓceſſus ſucceſſionis ſi legitima non pronunciaretur.Item negotiū diuerſis ꝓceſſibus non eſt intricādum.

a ¶Ad forum eccleſiaſticum. & ita cā nataliū ad eccleſiā pertinet.Quę ſint illæ, cauſæ, q̄ ſpectāt ad eccleſiaſticū forū,dictū fuit.s̃.đ fo.cō.cū ſit & c.licet j. & c.ex tenore.

eccleſiaſticum [a] pertinet) eſſe delatam:& infra.

¶Quia vero antequam natalium cauſa terminata eſſet, dependentē ex illa [b] ſucceſſionis [c] cauſam incipere nihil aliud eſſet, quā diuerſis ꝓceſſibus intricare negotium. & confuſione quadam iudicij ordinē ꝑturbare ſi forte ab ipſa regina fueris ſuper hoc req̄ſitus, donec iam dicta cā nataliū Apoſtolico iudicio finem acceperit, patienter expectes.

[Glo. ſeq. diſtinguit:aut duæ quęſtio.ciuiles ſunt principales,aut altera incidens. & tunc quando ciuilis incidit,&c.

b ¶Dependentem ex illa.] ex hoc loco ſatis patet,ꝙ ſi quæſtio præiudicialis incidit in cā, de ea ſola primo eſt cognoſcēdum antequā de principali: quia ea ꝓbata principalis quęſtio eſt perempta,vt hic dr̄.Et no.ꝙ ſi duæ ſint principales quæſtiones, & ſunt ambæ ciuiles:quæ primo ꝓponitur,primo tractatur.& vna ſententia terminat̃.s̃.eo.c.prox.& ff.de iud.ſi q̄ prior.Sed quandoq; quęſtio ciuilis incidit,& præiudicat ciuili,& tunc de incidenti eſt antea cognoſcēdum & pronūciandum, vt ſi quis agit de hæreditate directe,& alter incidenter proponat ꝙ non ſit legitime natus:de hac eſt antea pronunciādum.vt hic,& j̃.qui fil.ſint legi.lator.vel ſi proponatur quęſtio ſeruitutis,& hæc primo expediēda eſt.3 q.11.§.ſi de hęreditate.& C.de ord.cog.l.2. qn̄que qō ciuilis p̄iudicat criminali, & eſt primo tractanda, vt ſi aliquis q̄ credat ſe liberū accuſetur de crimine, & poſtea moueatur ei quæſtio ſtatus,primo tractabitur incidens quæſtio de ſtatu.3.q.11.§.ſic crimē.& C.de ord.cog.l.3.& C.ad leg.Iul.de advlt & quoniā Alexandrum.& C.ad leg.fal.đ pla.præſes ꝓuinciæ.Qn̄q; criminalis præiudicat ciuili: 1 vt 3.q.11.§.aliquādo.verſi ciuili.Qn̄q; criminalis pręiudicat criminali.3.q.11.dicto.§.aliquādo.c.prius eſt:vbi de hac materia habes ſatis. & ſic quādoq; vna quæſtio depēdet ab altera: & tūc non ſunt ſimul tractandæ:quia ſic eſſet diuerſos intricare proceſſus, & ſine vtilitate. ſimile s̃. de iu.exhibita.vbi ſimul de principali. & exceptionib. cognoſcere voluerunt iudices:qđ eſſe nō debet. ſup. de off.deleg.prudētiam.§ ſexta.& s̃.de foro com. ex parte.& c.ex tenore.

Quæſtiones præiudiciales ſunt pręquadrupli-ci differētia.

1 Et C.ſi q̄s ali.teſ.ꝓhi.l.1.vbi petens hæreditatē accuſat̃ ꝙ teſtatorē cōpulit, vt cū hęredem inſtitueret, & ibi habet̃ ſatis ī Spe.de incidē. q̄ſtio.inprinci.Io.And.

c ¶Succeſſionis.]ſuꝑ comitatu.Campaniæ,in quo dicebat regina iſta ſe debere ſuccedere.

d ¶Patiēter expectes.]& ita patet,ꝙ iudex ciuilis ēt incidenter, & ꝑ recōuētionē de cā ſpirituali cognoſcere nō pōt.j̃.q.ſi.ſint le.cām 1.& c.lator.& hic.De hac materia dictū eſt.s̃.de iud.at ſi clerici. 2 Sed cōtra, vr̄ ꝙ ſaltē incidēter de tali quæſtione cognoſcere poſſit.C.de iud.quoties.C.de ord.iu.l. adituæ.ff. de re.om iud.ſi idem.& ff.de iud.q.non cogit̃ ſed eſt verum qđ prius dr̄,licet ſecus ſit in contrarijs cauſis ciuilibus.

2 Concor.l. omni innouatione. C. de ſacroſan. ecc.& q̄.no. s̃.de iud. at ſi clerici.

Super ſpoliatione.] Agēs interdicto vn̄ vi,nō recōuenit̃ niſi de alia ſpoliatione:de qua etiam excipi pōt cōtra eum. Diuidit̃. Nā primo dicit qđ iuris cū agēs poſſeſſorio recōuenit̃.Scđo,quid iuris cū cōtra eum excipitur.ibi, Quamquam. Prima ſubdiuiditur. Nam primo ponit dictum exceptionem interſerēs. Secundo ſubmittit rationem dicti:ibi,Cum reſtitutionis. Abbas.

¶Gregorius nonus.

¶*Agens poſſeſſorio recuperādæ,nō tenetur ante reſtitutionē ſuis ſpoliatoribus (niſi ſuper quæſtione ſpoliationis)reſpondere,poteſt tamē ab agēdo repelli per exceptionē ſpoliationis. h. d.*

CAP. IIII.

Super ſpoliatione conuentus aduerſus reſtitutionem petentem [e] non eſt (niſi ſuper quæſtione ſpoliationis) ſi eum

CASVS. Aliquis. fuit ſpoliatus ab aduerſario ſuo: ſpoliatus ſuū ſpoliatorem traxit in cauſā, petens reſtitui ſibi rē illam,qua eū ſpoliauerat,ſpoliator volebat eū recōuenire, q̄ritur q̄d iuris ſit. Rn̄det, ꝙ ſpoliator iſte nō eſt audiēdus volens reconuenire ſpoliatum,niſi eum reconueniat ad alia ſpoliatione:quia petitio ſpoliationis in hoc priuilegiata ē, vt qui illā intentat, nō cogat̃ rn̄dere ſuo ſpoliatori, antequā fuerit reſtitut⁹. Sed ſi ſpoliator in modū exceptionis opponat đ alia ſpoliatione ꝯtra ipſū ſpoliatū,repellit eū ab agēdo.No. ꝙ q̄ſtio ſpoliationis priuilegiata eſt vt ſpoliator nō poſſit reconuenire ſpoliatum iudicio petitorio.Item ſpoliator pōt opponere de alia ſpoliatione in modū exceptionis.

[e] [Glo.ſeq.no.ꝙ licet agenti poſſeſſorio non referatur quæſtio dominij,tamen agenti petitorio vel poſſeſſorio refertur, quæſtio ſpoliationis: & tūc aut in modum actionis, aut exceptionis, &c.Scđo inſtituit reum ſpoliatorem, qui ēt eſt ſpoliatus, vt videat qđ ſibi magis,& c.vltimo format duas quæſtiones & illas ſoluit.]

e ¶Reſtitutionem petentem.] qui enim petit reſtitui,ab aduerſario recōueniri nō p̄t petitorio, ſed ſui ꝑ alia ſpoliatione bn̄ pōt vt, hic dr̄,nec pōt ei referri qō proprietatis ab eo,ſuꝑ eo de quo cōuenit̃. ff.de iud.ſi de vi & poſſeſſione, 3 & C.de rei vē.ordinarij. & j̃.de reſt.ſpol.c.in litteris.c. item cum q̄s: & c. ex cōqueſtione.niſi primo fuerit reſtitutus,vt hic,& j̃. de reſt.ſpol.ſolicite.Vnde no. ꝙ vbi duæ quæſtiones poſſeſſoriæ ꝓpōnūtur à diuerſis, illæ poſſunt ſimul tractari,vt hic ſm̄ illam regulā,Qui prior appellat, prior agat.ff.de iud.qui prior. & tunc vna ſententia dēt terminari.s̃.e.cum dilectus. quia vtraque ſpoliatio priuilegiata eſt.Si vero vnus agit petitorio & alter poſſeſſorio: diſtingue qualiter reus obijciat ſpoliationē.Si enim petat directe reſtitui, quæ ſunt petitiones:q̄a ſi in modū actionis fit reconuētio de ſpoliatione,& tunc ſimul tractandæ ſunt, vt s̃.eo. cum dilectus.4 Si in modum exceptionis proponat̃ ſpoliatio,tc ū primo tractatur exceptio ſpoliationis,ſecūdum quod dr̄ in illa decre.cum dilectus.Si vero quis agat de ſpoliatione,contra ſuum ſpoliatorem.vel ēt de re alia,tunc ſpoliator poteſt opponere exceptionē de ſua ſpoliatione, & in modū actionis, & in modum exceptionis,vt hic dicit.Sit ergo caſus quid ſibi maris expediat, vtrū agere directe, vel excipere. Si magis expediat reo poſſidere rē aduerſarij, quā ſuam recuperare excipiat,q̄a ꝓbata exceptione ſua, cōpellit̃ rn̄dere, niſi primo fuerit reſtitutus, vt in c. cū dilectus. Si magis expediat recuperare rem qua eſt ſpoliatus, ꝓponat ſpoliationē ſuam directe, & ea ꝓbata reſtituet̃, vt colligit̃ hic, & c. cū dilectus. & idem ſi petitorio agatur:quia reus dupliciter pōt opponere ſuā ſpoliationē,vt s̃.eo.ti.cum dilectus.Et

3 Sequitur q̄relat̃ prius cognoſcēdā de vi, q̄ de proprietate rei.Io.And.

4 Concor. Auth. quas actiones, & ibi Bar.C.đ ſacroſ.eccl.

hoc cum

hoc cum super diuersis rebus sit conuentio & oppositio spoliationis. Secus vr̄ qn̄.super eadem re fit conuentio & reconuentio: quia tunc utilis est proponere spoliationem in modum actionis. j̄. de rest. spo. ex conquestione. quia restitueretur in eo casu ante ingressum principalis causæ. Si ueto ī modum exceptionis, nō restituet. sed repellit agentem & sic utroq; casu p̄iudicat qō spoliationis in hoc casu. Itē recōpēsatio non p̄t opponi petēti restōnē qa sic indirecte admitteret reconuētio C. de compen. l.ult.arg.j̄. de excep. cū inter.in fi. Itē in momētanea possessione cessat recōuētio.C.q.leg.per so.hētstādi ī iud.l.ut nō l.ult. Sed si ago ꝯ te possessorio, & tu reꝯuenis me possessorio. & ego excipo ꝯ te in modū exceptionis, de spoliatione eadē de qua cōuēto te, nūqd dēo admitti? Dico ꝙ sic: quia ad aliud p̄ponit vt actio ad aliud ut exceptio. ar. ff.de inoff.test. ꝯ ueterani. alias est l. Papinian⁹.§.sed neq; impuberis. 1 & j̄.de test.ueniēs 2.& c.cū ī tua. Sed quid si ille excipiat de sua spoliatione? dico ꝙ pōt et elidit actionē meā, et ita remanet cōuentio et recōuentio inefficax si autem expediret ei magis agere excipere, proponat de sua spoliatione in modum replicationis, & sic replicationē elidit exceptionem meam, & sic remaneat conuentio & reconuentio efficax.

† Vide text. in l.bona fides. cū not. ff.depositi.

† In omnib. manuscriptis legitur opposita.

† De materia huius capitis vide latissime p̄ Ia sonem in §. si quis agēs. & seq. insti. de actio.

1 Substitutus directe filio īpuberi, eo mortuo contra matrem īpuberis agētē de inofficioso, dicit testamētū illud fuisse paternū, cōtra fratrē testatoris dicit illud fuisse filij. Io.An.

reconueniat, audiendus; Cum restitutionis petitio in hoc priuilegiata noscatur, vt ipsam intentans, nō cogatur ante restitutioné spoliatoribus respondere: † Quamquam ab agendo (spoliatione ab eis in modum exceptionis proposita †) repellantur.

TITVLVS XI. De plus petitionibus.

¶ Gregorius nonus.

¶ Ponit quattuor modos plus petendi, & pœnas plus petentium.

CAP. I.

Consiliū † prouidentiæ dici non potest, quod pecuniam tibi debitam, ante terminū ab aduersario repetisti.

10 ¶ Punitur enim importunitas plus petentium, si super petitione sua duxerint in iudicio [a] persistendum, ita † quod qui re petunt amplius siue causa, in expēsis aduersario condemnātur. ¶ Qui autem plus loco, [b]

20 ad interesse tenentur, † pro eo quod vtilitas admittitur debitorib. quam haberent, si statuto loco soluissent. ¶ Ei vero a quo amplius [c] † tempore petitur, induciæ duplicantur; nec

30 litem excipiet, nisi ei soluātur expensæ.

¶ Te quoque dubitare non credimus, quod causa plus petitur, [d] cum aliquid in genere vel subalternatione debetur, &

40 rem in specie, vel vnum præcise peti contingit.

DE PLVS PETITIONIBVS.

¶ Continuat̄ s̄m Gof.& Io.An. quia plerūq; in iudicijs plus petitur.& ideo.&c. Vel sic, s̄.in prox.rub.dictum est de ordine cognitionum. Verum quia interdum excipitur actorem plus petere, & dubitari posset de ordine & modo procedendi, ideo subijcitur, &c. Abb.Sic.

Consilium.] Diuiditur in duas partes. secunda: ibi, Tu quoque. Abb.Sic.

CASVS. Aliquis mutuauit pecuniam alicui amico suo restituēdā sibi tp̄e certo, iste ante terminum repetebat pecuniam, respondebatur ei ꝙ nō poterat eam repetebat ante terminum. immo de hoc puniri debeat, consuluit Papam super hoc rn̄det ei Papa: non fuit consilium prouidentiæ, ꝙ ante terminum pecuniam tibi debitam repetisti: unde punitur importunitas plus petētiū, si in iudicio persistant in sua petitione hoc modo, ut qui plus petit re sine causa expēsis aduersario cōdēnetur, qui plus petit loco ad interesse teneat̄ pro eo ꝙ utilitas admittit̄ debitori, q̄ habuisset si loco statuto soluisset: & ei qui plus petit tp̄e duplicant̄ induciæ, nec rn̄dere tenetur, nisi ei soluantur expensæ. [Gl. seq. reci. per q. usq; ad ꝙ tps, &c. alleg. ꝙ ante lit. cont. secundo alleg. ꝙ ante sententiam primum tenet l. inducit, quam tamen fatetur in alio casu loqui.]

a ¶ In iudicio persistendū.] & ita si volunt desistere à petitione. licitum est, nec puniuntur. & hoc possunt facere vsq; ad l t. conte. ?. postea vero non possunt desistere sine pœnā. C. eo. tit. l. vnica. sic licitū est ei pœnitere an litem contesta. ff. rem. ra. habe. amplius non. Sed vr̄ ꝙ licitum sit pęnitere qn̄cūq; āte snīā, vt ff. de inoff. test. cōtra veterani. aliàs est l. Papinian⁹ §. meminisse. & C. d̄ his quib. vt indign. alia. & C. ad l. Cor. d̄ fal. q fallas. C. loca cōductores. in quib. pōt pęnitere ante sē tētiam. Sed prius dictū verius est, ꝙ ante lit. cont. pęnitere dēnt: alias puniūtur in expensis. C. eo. l. vnica. & hic. Et hoc ēt cū re aut cā plus petit̄. Sed lex illa loquitur cū aliquis p̄ dolū sup̄ maiori q̄ti tate exigit cautionē, & ille si p̄sistat, à toto debito punit̄ exceptis duobus casib. s. transactionis, & secundæ confessionis, qui excipiuntur in illa lege & ita de alijs plus petitionibus. loquitur hic.

b ¶ Plus loco.] qui petit alio loco quā vbi cōuenit ad interesse per officium iudicis pōt conueniri. in eo in quo damnificatur ꝙ in alio loco cōuenitur. ff. de eo ꝙ cer. lo. l. 2. §. fi. De hoc interesse dictum est. s̄. de offi. deleg. P. & G.

† In Codice Barbatiæ clarius sic: ita ꝙ q re plus petunt, siue causa, &c.

† Vide l. i. ff. de eo. quod cer. loco.

2 Vel donec aduersarius refecerit expensas. Inquū. n. esset si n̄ restituerentur expēsæ, quas fecit etiam ante litē. conte. vn̄ dicit Host. ꝙ licet ante lit. cont. desistere possit. tenetur tn̄ ad interesse aduersario si ꝙ sit. Io. And.

† plus.

c ¶ Amplius tempore.] in istis quattuor modis plus petendi olim puniebatur in tota causa. insti. de act. §. si quis agens. & insti. de excep. §. appellantur. Sed ho-

50 die non ita puniuntur: quando enim quis ante tempus petit, induciæ duplicantur, & nihilominus in expensis punitur, insti. de excep. §. hodie autem. & hic. 3. Si autem re, causa, loco plus petat, & reus aliquod damnum sustinuit circa sportulas, actor triplicem pœnam patitur. inst. de act. §. tripli. & §. sed hoc quidem antea. & in alijs expensis condemnabitur, vt dictum est in littera.

3 Adde ad materiā huius c. & gl. l. 1. & ibi Bar. ff. eod.

TE QVOQVE. Casus. In §. isto exponit quattuor modos prędictos plus petendi. Ille petit plus causa, qui

60 cum aliquid debetur sibi in genere vel sub abternatione, rem in specie, vel vnum pręcise petit. Re vero plus petit, si x. sint debita, & ipse petit xx. Loco plus petit, cum quis alibi conuenitur, quam soluere conuenit. Tempore plus petitur cum ante terminum vel conditionem petitur, quod debetur. No. hic quattuor modos plus petendi, & pœnam eius qui contra facit. Item qui plus petit re siue causa, condemnatur aduersario in expensis. Item qui plus petit tempore vel loco ad interesse tenetur.

d ¶ Causa plus petitur.] hic exemplificat prędictos. quattuor modos plus petendi, quia causa plus petitur vt puta, promisi tibi x. vel. Stichū, in optione mea e. F. soluere quem volo. C. de cond. inde. si quis seruum. ff. de iure do. plerumq;, §. fi. vel promisi hominem in genere,

nere, non istum vel illū: si tu petis a me pcise x. vel Stichum, auferre vis mihi electionem. 1 quod esse nō debet. vnde puniri dēs in damnis, quæ sustinui, vt dictum est, vt insti. de act. §. huic aūt & §. præterea. Loco, & re patet in ipsa littera. Tpe, vt si permisi tibi soluere vsq; ad annum, & tu antea petas; vel pmisi tibi si imperator iuraret Italiam, & tu petis ante conditionem extantem. Exēplum de his habes in sti. de act. §. plus aūt quattuor modis. ADDITIO. Vnde isti quattuor modi plus petendi comprehendūtur in hoc versu.

Plus petitur causa, vel tempore, reque, locoque.

1 Et per hoc patet pœnā locum hre, ēt si petat q̄ est vilius, vt dicit hic Fran. & patet instit. de act. §. pterea Io. And.

Re autem, si decem sit debita; & viginti petantur. Loco vero, cum quis non vbi conuenit soluere, sed alibi conuenitur. Tempore quoque, cum ante diem vel conditionem petitur quod debetur.

TITVLVS XII.

DE causa possessionis & proprietatis.

¶ Gregorius Duci † Siciliæ.

¶ *Causa possessionis et proprietatis sub eodem iudice terminari debet, nec contra absentem est pronunciandum.*

CAP. I.

SVsceptis, & infra. ¶ Legali prouisione decretum est tam momenti,[a] quam proprietatis cām sub vno[b] eodemque iudice debere cognosci. †

¶ Nec nos contra inauditam partem aliquid possumus diffinire.[c]

¶ Cælestinus tertius.

¶ *Si autem est possessorio & petitorio potest iudex receptis probationibus sup vtroq; prius discutere probationes super possessorio, & illud terminare h. d.*

CAP. II.

AD † vltimum interrogati fuimus, si iudices deputati,[d] vt de possessione & proprietate cognoscant, & grauibus partium sumptibus parcere cupiēte, de vtraque commixtim audiant allegationes pariter & testes admittant: † deinde prius audiāt attestationes de possessione, & pronun-

† al. Felici In plurib. exēplarib. scriptis. hr̄ autē hoc apud Gregorium li. 7. registri indictione 2 epistola. 98. siue 100. & c. 1. eod. ti. in 1. compilat.

DE CAVSA possc. & prop.

¶ Dictum est supra de ord. cog. Verū q̄a dubitari esset de ordine adhibendo cum causa possessionis & proprietatis ab eodē vel diuersis deducuntur in iudicium, merito hic subijcitur, Abbas.

SVsceptis.] Doctores nostri nō summāt, sed ponunt casum, forte quia actor præsens petebat reū absentem condemnari in vtroque, s. in cā possessionis & proprietatis: aut q̄ Papa cām possessionis committeret vni, & causam proprietatis alteri. Papa vero respondit vt in littera. Vel primo petit vnum vtrunque iudicium diuersis iudicibus committeretur: ab hoc repulsus petijt secundum, vt saltem Papa pronūciaret: & iterato fuit repulsus, ratio repulsionis habetur in littera, & potest hæc decre. summari vt in rubro. Et secunda pars. ibi, Nec nos. Abbas.

CASVS. Quidam Felix nomine de Sicilia habebat causam cum aduersario suo, petebat à Papa vt causam possessionis committeret vni iudici, & causam proprietatis alij. Ad hoc respondet Papa, q̄ legali prouisione decretū est causam possessionis & proprietatis sub vno & eodem iudice debere cognosci, vnde non admittit petitionem ipsius. Item petebat à Papa, vt contra aduersarium suum absentem diffinitiuam proferret sententiam: & ipse rn̄det, q̄ contra inauditam partem & absentem nihil pt̄ diffinire. No. q̄ cā possessionis & proprietatis apud eundem iudicem dēnt cognosci & finiri: & sic continentia causæ diuidi non debet. Item contra absentem non contumacem, non est procedendum.

a ¶ Momenti.] i. possessionis. Et dicitur possessio, momentum, non quia durat per momentum, sed quia 2 parū duratura est apud possessorem, cū actor docuerit de proprietate: & a sententia momentaneæ possessionis secundū l. non appellatur. C. si de momen. pos. l. vnica. & 2. q. 6. c. ei qui. ad finem. §. de possessione. secus secundum canones. s̄. de iudic. c. fi.

2 Dicebat Tanc. quia apta est tm̄ p momentū durare. idē Gof. & Hos. est ergo momētanea aptitudine, & actu. & lex Aquila dr̄ pœnalis, quia apta est ad pœnā non tm̄ sp est pœna lis. inst. ad l. Aquil. §. his ... sm Ho. Io. And.

[Gl. seq. obijcit & sol. signat cōtrariū & ibi remittit.]

b ¶ Sub vno,] sed quare dicit, cum alia sit causa possessionis, & alia proprietatis, nec habeāt aliquid cōe. ff. de exc. rei iud. & an eadem. §. vlt. & ff. de acqui. pos. naturaliter. §. nihil commune. & l. permisceri. Hoc ideo dicit: quia continentia causæ diuidi non dēt. j. de sequestr. c. 1. §. Papa. & C. de iudic. nulli hoc est dicere, iudex q̄ cognouit d possessione, dēt cognoscere de pprietate. Et ita expone in vno eodēq; iudicio, .i. corā eodē iudice, vt dn̄t iura pdicta: q̄a facilius cognoscit de proprietate q̄ cognouit de possessione. Ar. contra s̄. de iu. significauerūt. Sed ibi erant diuersi fori, hic eiusdem, sic non contra dicunt.

† Vide text. in l. 1. & per totum ti. ff. de q. re. ad eun. iud. eat.

[Gl. seq. ponit tres lecturas vltimi versiculi.]

c ¶ Diffinire.] not. quod dicit, diffinire, quasi diceret, diffinitiuam snīam contra absentem non possumus proferre ante litem cōtestatam. s̄. vt lit. non contestata. p totū. vel dic nō possumus diffinire, ēt lite contestata contra in auditam partem: quia non liquet de causa. Et ideo præcise diffinire non possumus, quia salua sit ad minus quæstio proprietatis absenti. inf. de do. & contu. prout. & s̄. vt li. non cont. quoniam. §. pen. & C. quomodo & quando iud. l. consentaneum. Et ita duobus modis potest intelligi particula ista, vt lit. non cont. vt sic non fiat diffinitio, sed pp contumaciā in possessionem missio vel lit. etiam cont. quando non liquet de causa. Vel tertio modo: quia contra absentes non citatos, non, conuictos, non confessos, nihil possumus diffinire. s̄. de ma. & obed. inter quattuor 3 & sic plana est littera. Ber.

† Ca. vnico eo. tit. in 2 compi.

† al. recipiā

3 Concor. l. 1. C. de exce. rei iud.

AD vltimum.] Si possessorio & petitorio simul est actum, potest iudex prius possessorium terminare. Communis diuisio. Secunda: ibi, Nos autem. Abb.

CASVS. Causa commissa fuit quibusdam iudicibus quo ad possessorium & petitorium. iudices volentes parcere laboribus partium & expensis, de vtraque quæstione commixtim audiunt allegationes, & testes recipiunt, & postmodum audiunt allegationes, & testes super possessione, & pronunciant secundum tenorem illarum, quæritur vtrum hoc licite fieri possit? Respondet Papa, q̄ licite illud fieri potest, cum etiam sit in iure ciuili expressum. No. q̄ causa possessionis & proprietatis simul tractari possunt: aliàs causa possessionis præcedere debet.

d ¶ Deputati vt de possessione & proprietate.] quia causa est eis vtraque commissa, & idem est si simpliciter causa indiffinite committitur. quia vtraque causa intelligitur esse commissa. j. de sequestra. de hoc. quia diuidi non debet continentia causarum. s̄. cap. proxi.

C. de

C.de iudi.nulli.sic & causa proprietatis & vsusfructus apud eundem iudicem sunt tractandæ. ff. de libe. cau. si pariter.sic & in alijs.ff.de qui. rebus ad eundem iudic.eatur.l.1.Ber.

a ¶Pronuncient.] scilicet super possessione.

[Glo.seq.alleg.4. concor. subdēs q̄ iure canonico simul petitorio & possessorio ab eodē.agi posse: quam dicit fuisse opinionē M.Sed Io. ꝯtra.& remittit. demū dupliciter exponit hoc prius, hic positum.]

b ¶Expressum].s.ꝙ prius audiāt attestationes de possessione,& ꝓnūciēt super illa.illud est expressū ī iure ciuili.C.de rei vē.ordinarij. C. de interdi.incerti iuris est.ff.de acq.pos. exitus ꝯtrouersię.ff. de iudic.si de vi, & possessione.Tn̄ secūdum iura canonica simul potest ꝓcedi super vtraque quæstione, & vna debēt snīa terminari.ῑ.e.c.ꝓxi.& c.cū dilectus. ita ꝙ primo pronuncietur super possessione, & incontinenti super ꝓprietate,vt ibi dicitur,& c. cū super. & ita cā possessionis, & proprietatis ab eadē persona intētari potest simul: & vno iudicio tractari & terminari: quia non sunt ista contraria.de hoc dicet.ῑ.eo.pastoralis.& c.cū dilectus.& in hac opi.fuit dn̄s M.& eius sequaces.dominus Io.& eius sequaces volunt stare ll. prędictis. 1. sed illa diuersitas determinabitur.ῑ.eod. pastoralis.& c.cum dilectus. & quod dicit hic ꝙ primo pronunciēt super possessione, nihilominus de proprietate pronunciare debent incontinenti: ex quo simul est actum, & publicatio simul facta, & de vtraque liquet: aliàs differtur quæstio proprietatis.ῑ. de test. significauerunt. aliàs si volunt differre iudices iudicium proprietatis, nec testes publicare cum alijs, etiam possunt procedere super possessione tātum. & sic intellige quod hic dicit,vt concordet iuri ciuili,prout dicit in fine,alias contradicerent iura ciuilia: tn̄ ſm canones, si aliquis vult agere simul vtroq; iudicio iudex simul expedire debet vtrumque.inf.cap.proxi.2.& c.cū super. & c. cum dilectus. alias cōtradicerēt. hic iudices ex officio suo hoc fecerunt, vt commixtim audirent, sed prius volebant procedere super possessione, quod licitum est secundū iura ciuilia, nec canonica contradicunt.

1 Adde pro Io.opt. tex. in l. ordinarij.C. de rei ue.& l.incerti. C. de interd.

2 Sic ex uno processu consequitur qs duplex commodum sm̄ Laur.Vin.& Tancre. qui inducunt iura,q̄ no.ῑ.e. cum super. Io.,And.

cient a secundum tenorem illarum vtrum licite hoc agatur. ¶Nos autem (cum hoc sit in iure ciuili expressum) b quod licite possit fieri, respondemus.

¶ Innocentius tertius archiepiscopo, & canonicis Sutrinis.

¶ Si spoliatus possessorio & petitorio simul agēs, possessionem, & spoliationem probat, sed non dominium seu proprietatem, obtinet in possessorio, sed succumbet in petitorio.

CAP. III.

CVm † ecclesia Sutrina pastore vacaret, vos cōuenientes in vnū, c &(sicut moris est) spiritus sancti gratia inuocata pastorem vnanimiter elegistis: petentes ipsius electionem a sede Apostolica confirmari. Verum clerici conuentualium ecclesiarum ciuitatis eiusdē consequenter suam deposuere querelam; quod cū in episcoporū electionibus, ipsi ac prædecessores eorū conuenerint interesse, vos eis

† Cap.1.eo. ti.in 3. ꝯpil.

CVm ecclesia.] Duæ sunt partes principales. In prima ponitur facti & processus narratio. in secunda diffinitio: ibi, Nos igitur. Prima subdiuiditur in quinque. Primo enim ponit petitionem actoris, Secundo reconuentionem reorum: ibi, Verum. Tertio modum processus: ibi, Partibus ergo. Quarto allegationem actoris: ibi, Pars canonicorum. Quinto allegationem reorum: ibi, partē clericorum. Secunda principalis subdiuiditur in duas. Nam prima diffinit possessorium. Secunda petitorium: ibi, Verum. Abb.

b ¶ Restitueret.] hic male pronunciauit, quia primo debuit ei de expensis constare saltem per iuramentum, C. de [illegible] & [illegible], & præ[illegible] ista taxatione. sup de pro. constitutis. & [illegible] in fi[illegible] dicit quas abbatem constiterit [illegible] fecisse vnde perperam processit, quia non debuit condemnare eum, ad voluntatem abbatis: vnde Papa non stat illi condemnationi. Præterea condemnatio expensarum debet fieri tempore præstandæ cautionis, quo recuperat possessionem, supra vt li. non cont. quoniam §. in alijs. & infra de sequestra. ca. I. & hic in fi.

[Gloss. seq. reci. per q. aut offerens cautionem coram legatæ, per id renunciauerit appellationi ad Papam interiectæ. arg. pro & contra, & soluit. quærit demū nunquid appellatio profuit? & respondet.]

c ¶ Obtulit.] per hanc oblationē cautionis interrumpit præscriptionem annalem. supra de essa. ord. pastoralis. in fi. & s. c. prox. Et p hoc videtur renunciasse appellationi, & ratā habuisse sniam iudicum illorum, ex quo acquieuit illi. arg. s. de offi. deleg. gratum. & ĩ. de testi. cū venissent. & arg. ff. de iud. l. verum. & ff. rē ra. ha. l. 3. §. falsus. sed cōtra innuit scilicet qd Papa mandat inquiri de appellatione. quare per hoc non intelligitur renunciasse. Dicas ex quo aduersarius noluit excipere cautionem & restituere possessionem, ꝙ statim licuit ei prosequi appellationem: & ita cum per eum non steterit quin dedisset cautionem, & recepisset possessionem, sed potius per aduersarium & per iudicem. ei circa possessionem recuperandam obesse non debet. vt ĩ. cap. prox. Quid ergo pro fuit ei appellatio? Multum profuit: quia si appellatio sua fuit legitima, non condemnabitur in expensis: si non fuit legitima. condemnabitur in expensis tantum necessarijs, quas propter hoc constiterit abbatem fecisse, ut dicit in fi. si tamen non appellasset, simpliciter restituisset expensas.

d ¶ Cautione.] sufficienti. infra de sequestra. cap. I. in fin.

e ¶ Rationabiliter.] cum hic Papa iubeat inquiri de appellatione, patet quod non recessit ad ea per oblationem cautionis, sed hoc fuit culpa aduersarij, qui eam noluit recipere quod profuit huic appellanti in hoc, quia non condemnabitur in expensis si legitime appellauit: & sic tutius fuisset illi accepisse moderatas expensas.

f ¶ Bullarum.] & etiam ad eas qua fecit in rebus, hoc casu ꝙ quarum possessionem tenebat, conseruandis. etiam si nō sit in donon expediebat facere illas, dum tamen credebat ex- lo. & de hoc pedire. 2 ff. de bo. auct. iud. poss. prætor ait. §. quod in Spe. de se ait prætor. alias generale est, ut non sufficiat credere cundo decre & expedire nisi in ueritate expediat. ff. de nego. gest. to. §. iuxta. sed an vltro. §. I. in fin. vtiliter enim debet cœptum versi. quid si esse negotium, licet non expectemus euentum, v actor. Ioan. hic. dicit. t And.

a ¶ Neces-

CAP. III.

CVm † venissent ad Apostolicam sedē abbas sancti Angeli, & P. Galleñ. idem P. proposuit, qđ † prædictus abbas eum super quadam possessione, coram Ioanne Apostolicæ sedis legato traxit in causam; & infra.

¶ Verum legatus ipse causam commisit iudicibus, secundum ius & bonam terræ consuetudinem † terminandam; qui cum secundum ius tantum vellent procedere, præfatus P. nostram audientiam appellauit; sed iudices nihilominus partem aduersam in possessionem rerum petitarum inducendam causa custodiæ [a] decreuerunt. ita quod vsque ad annum & diem præstaret sistendi iudicio cautionem, & parti alteri triginta libras restitueret [b] pro expēsis, reciperet possessionem eandem. Cumq; G. sedis Apostolicę legatus infra annum fuisset terram illam ingressus, ipse cautionem standi iuri obtulit [c] coram eo, & possessionem sibi restitui postulauit, paratus expensas restituere factas in lite, quæ sex librarū summam (sicut asserit) nō excedūt; sed abbas triginta librarū sibi restitui petiit quantitatē. & inf. ¶ Nos igitur ipsum P. cautione [d] pręstita, ĩ possessionem credimus † reducendū; Hoc etiam decernētes, vt si consuetudinem, quam allegat, laudabilem esse cōstiterit (quia ex hoc sequitur eū rationabiliter [e] appellasse) ad restituendas expensas nullatenus compellatur, alioquin (cū ex hoc appareat eum frustratorie appellasse) ad restitutionem cogatur expensarum illarum, [f] quas

---

Marginalia:

† Cap. 2. eo. ti. in 3. cōp.

Et de intellectu vide Decii in c. ecclesia sāctæ Mariæ de cō sti. in c. consultationib. de off. dele. & Romanū sing. 514.

† In codice Barbatiæ ita ꝙ cū dictus abbas eum sup quadam possessione corā I. ap. se. le. traxerit in causam.

† Infero, ꝙ consuetudo terræ liget clericos cōcord. l. I. & ibi Pet. de bel. perti. Cyn. & Doctor. C. de sum. Tri. & deficiēte terrę cōsuetudine, tunc ad ꝗ sit recurrē dum consuetudinē, vide late p glossam in c. cōsuetudo. di. I. & cap. illud. distin. 12.

1 Ibi iudex æstimat expēsas: & de illis diffinit post [illegible] tum. Io. An.

Præscriptio annalis interrumpitur per oblationem cautionis.

† In codice Barbatiæ legitur; decernimus. in cæteris, credimus; hf.

2 Sufficit in

a ¶ Necessarias.] necessariæ expensæ dicuntur, impensæ sine quibus deterior esset res, si non fierent, aut etiã periret. ff. de verb. sig. impensæ. & ff. de pigno. ac. si necessarias. & ff. de impen. in re. do. fa. impensæ. & duab. legibus sequen. de hoc dictum est s. tit. proxi. c. finem litib.

SI aduersarius.] Si reus citatus se absentat nec procurator nec alius eum defendit, mittit actor in possessionem rei petitæ causa custodiæ. h. d. inhærendo litteræ, quod reus fuit prius personaliter citatus, & postea se absentauit. Primo ponitur thema, ex quo quæstio. Secũdo, solutio: Ibi, Iure petere. Abb. Siculus.

CASVS. Aliquis citatus fuit ad cãm: post citationẽ absentauit se nullũ dimittẽs procuratorẽ: Quæritur qualiter contra ipsũ sit procedendum? Rñdet, quod denũciatio ad domum ipsius legitimè dẽt fieri: & si nõ apparet qui defendat eum, actor in possessionem rei petitæ cã rei seruandę põt induci. No. quod quilibet tenetur dimittere procuratorem, qui eum defendat: alias procedatur contra ipsum, vt hic dicitur.

[Glo. seq. dat duos intellectus ad textũ. Panor.]

abbatem constiterit propter hoc necessarias [a] in lite fecisse.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Contra absentem, qui nõ dimisit procuratorem, facta citatione domi, nullo defendente fit missio h. d. supplendo ad litteram, maxime, vt dicitur, in glos. Et est verus & notabilis intellectus.*

CAP. IV.

SI aduersarius tuus post citationis [b] edictum, ad remota loca se transferẽs, procuratorem legitimum non dimisit: & denunciatione publice facta domi, [c] nõ apparet qui defendat [d] eũdem; iure petere potes, vt in possessionem earum terrarum, de quib. quæstio vertitur, causa custodię inducaris.†

† Vide tex. in l. 2. & ibi Bart. ff. si qs in ius voc. non ierit.

b ¶ Citationis.] hoc ideo dicit: quia si ante citationem, & non in fraudem se absentaret, non daretur restitutio possessionis contra ipsum: licet præsens vellet probare spoliationem & possessionem. s. de offi. deleg. consultationib. sed missio in possessionem causa custodiæ nihilominus fieri det, & ita quod dixit, post citationis edictum, idem intelligo etiam ante citationem: quia debet dimittere procuratorem, qui ad loca remota se transtulerit. De hoc dictum fuit s. de offic. deleg. consultationibus. vnde supple hic, maxime.

c ¶ Domi.] sic s. de do. & contu. causam quæ. vbi de hoc s. & ca. venerabilis. & ff. ex quib. cau. ma. item ait. §. hoc autem. & l. sequenti. & j. de cle. non resi. ex tuæ. Bernardus.

d ¶ Qui defendat eundem.] ergo si apparet qui defendat eundem, audiendus est, ff. de procuratorib. seruum quoq;. §. publice. & l. absens. & C. eo. exigendi præstita satisdatione, vt in lege exigendi. ff. de in ius vocã. do. neque. §. qui in ius. & ille qui defendit, id facere dẽt qđ dñs in lite faceret, & cauere idonee, i. iudicatum solui. ff. de Procuratorib. & defensorib. sed & hæ personæ. §. defendere. & appellare tenetur si contra ipsum pronunciabitur. s. de procuratoribus, non iniuste. & infra de appellationibus si iustus. ff. de neg. gest. l. liberto. §. vltimo. & ita quilibet tenetur mittere procuratorem qualitercũque sit absens, [1] alias requisitis amicis & facta denunciatione si non defenditur proceditur contra ipsum, vt hic dicit, & ff. ex qui. cau. maio. item ait

1 Concor. l. ignorare. & ibi Bar. ff. de testam. mil. & l. si finita. §. Iulianus. ff. de damn. inf. ct.

prætor. §. vlt. & l. seq. & s. de do. & cont. causam quæ.

VT LITE PENDENTE NIHIL, &c.

¶ Visum est s. de quadam innouatione, quæ fit contra absentes cõtumaces: qa fit missio in possessionem quandocunq; proceditur ad excommunicationẽ, vel ad sñiam diffinitiuam. Sed ne crederet aliquis quòd eodem modo circa statum causæ præcedentis posset aliquid innouari, vt mutatio fiat circa statum eorum: ideo annectit hęc rubrica. Et no. quod hæc rubrica formatur negatiue: ex quo infertur quod regulariter lite pẽdẽte, nihil est innouandum. Quando autem dicatur lis pendere, quo ad materiam huius titu. vide text. no. in cle. 2. eo. tit. & ibi gl. & 11. q. 1. ca. vltimo & 16. q. 4. volumus. Abb.

TITVLVS XVI.

Vt lite pendente nihil innouetur.

¶ Alexand. iij. Eboraceñ. archiepiscopo.

¶ *Priuilegium etiã à principe impetratum, per qđ priuatur quis sine causæ cognitione lite pendente vsu possessionis, tanquam surreptitium non valet seu tanquam rationi obuium est reuocandum.*

CAP. I.

A† Memoria nostra non excidit; & infra. ¶ Statuimus, vt litterę prohibitionis [e] nrę, quas ad petitionẽ archiepi Cantuar. tuæ fraternitati direximus; nullum tibi præiudiciũ [f] faciant, quo minus tibi & successoribus tuis liberum sit (quemadmodũ vobis est beneficio

† Cap. 1. eo. ti. in 2. compil.

A Memoria nostra.] Lite pendẽte reus commodo possessionis suæ priuari dẽt. Primo decise ponit querelam. Secundo prouidet: ibi, Statuimus. Abb.

[Glo. seq. ponit casum.

e ¶ Litteræ prohibitionis.] Eboraceñ. archieps ex priuilegio Apost. sedis faciebat crucẽ portare ante se per totam Angliam, Papa ad petitionem Cantuarieñ. archiepiscopi prohibuit ei per litteras suas, ne hoc faceret, donec cognosceretur an hoc faceret de iure: sed quia Papa priuauerat illum sine causæ cognitione; dicebat archiepiscopus Eboraceñ. quod non debuit prohiberi ante causæ cognitionem; Vnde Papa statuit, quod non obstante illa vel aliqua probatione, faciat ante se portare, crucẽ per totam Angliam, quousq; constiterit, añ de iure hoc facere debeat. Bernardus. No. quod lite pendente non est alicui auferenda possessio. Abb. Siculus.

f ¶ Præiudicium.] & ita quod illicite factum est potest licite reuocari 35. q. 9. quod quis commisit. & cap. sententiam Romanæ sedis: & sapientis est reuocare quod parue fecit. 22. q. 4. magnæ. & ff. de re iud. quod iussit etiam errorem suum quilibet emendare tenetur infra de ac. qualibet & quando 1. infra de sentent. excommunic. sacro. §. si vero. & de appel. cum cessante. & in authen. de nupt. circa princ. per vnam columnam. colla. 4. Ex quo Papa reuocat. quod iniuste fecit: multo fortius & alij hoc facere debent. immo & quod bene factum est, si incipiat esse occasio mali, destruendũ est. 63. dist. c. quia sancta. §. verum. & 12. q. 1. certe ego sum

[Glossa seq. no. incorporalia quasi possideri: possessorem non priuari, nisi in casu allegat horum concordantias.]

a ¶ Defen-

priuilegiorum Apostolicę sedis indultum, & tu & p̃decessores tui consueuisti facere) ante vos per totã Angliam d̃ferre crucem, [a] quousq; diffinitiua sententia decernatur, an ecclesia tua de iure [b] † hoc debeat habere.

¶ Clemens iij.†

¶ *Accusatus de adulterio ad separationem tori, non debet lite pendente priuari possessione coniugali.*

CAP. II.

LAudabilem:† & infra. ¶Quæris quando matrimonium accusare contingit, an statim sit carnale cõmertium suspendendum: & infra. Ad quod † breuiter respondemus, ꝙ coniugum alteruter accusatus, ante ꝓbatam [c] accusationem, iure ꝙ habet in altero, priuari non potest.

¶ Innoc.iij. abbati, & conuentui sancti Siluestri.

¶ *Qui rem litigiosam alienauit, ita quod rehaberi non potest debet æquiualentem substituere in locum illius, quam alienare non poterit hoc dicit cum seq.*

CAP. III.

ECclesia † sanctæ Mariæ in via lata contra Ioannem de Areia (qui quasdam possessiones ipsius dicebatur contra iu-

a ¶ Deferre crucẽ.] not. ꝙ incorporalia possidẽtur, vel quasi possidentur, vt hic, & 84. dist. quisquis. & s̃. de causa pos. & proprie. cum ecclesia. §. nos igitur. in fi. & j̃. de præscri. si diligẽti. circa medium. ff. d̃ vsuc. l. 4. §. si viam. ff. de acqui. re. do. seruus. §. 1. Itẽ patet. ꝙ lite pẽdẽte nõ debet quis priuari sua possessione. 16. q. 4. volumus. & j̃. de priuile. dudũ. & C. de ꝓba. l. 2. & C. de rei vẽ. l. vlt. & in authẽ. in medio litis sacras iussio. ñ fieri. §. illud quoque. coll. 8. & ff. de peti. hære. diuus Pius. & 8. q. 4. nõne. & s̃. tit. ꝓx. c. 2. & ꝑ totũ, nisi alias suspectus esset de dilapidatione 3. q. 2. q̃a ea, & j̃. de sim. licet Hely. & ff. qui satisda. cog. si fideiussor. §. vlti. & j̃. tit. proxi. c. 2. & 3. & 2. quæst. 6. quoties 2.

b ¶ De iure.] no. ꝙ quattuor patriarchales [1] sedes vbiq; possunt crucem ante se portare, præterquã in vrbe Romana, vel in præsentia Papæ, vel ipsius scilicet Papę legati. j̃. de priui. antiqua. alij vero nõ nisi in prouincia sua: & nisi hoc alicui ꝑ priuilegiũ speciale sit concessum, vt hic d̃r; & ita q̃d dicit de iure id est. de priuilegio speciali: & hoc iure cognoscitur qualiter fuerit concessum, vtrũ ꝑ surreptionẽ & in p̃iudiciũ alterius, vel nõ, q̃a sic nõ d̃et valere. ar. s̃. de vsu pallij. ex tuarũ. & s̃. de of. or. licet. & ff. ne q̃d in lo. pu. l. 2. §. si q̃s à principe. q̃a in præiudiciũ alterius dari nõ d̃et priuilegium, vt in d. §. si q̃s à principe & s̃. de consue. cum olim.

LAudabilem.] Lite pẽdente sup coniugio, non interd̃r coniugibus carnale commercium. h. d. Primo ponit̃ consultatio. Secundo respon. ibi, Ad quod Abbas Sic.

CASVS. Aliquis accusat matrimoniũ pp consanguinitatem vel aliud ppetuum impedimentũ q̃ritur an statim carnale cõmercium sit suspendẽdum? & r̃ndet ꝙ alteruter coniugium priuari nõ d̃et iure q̃d habet in altero, ante finem causæ. No. ꝙ lite pendente vxor debito iure priuari nõ d̃et. Itẽ no. ꝙ ille q̃ ad mandatũ ecclesię soluit debitũ vxori, sibi p̃iudiciũ nõ facit.

[Glo. seq. alleg. 12. concor. s. 5. decre. 4. can. & 3. leges. demum signat cõtrariũ, & remittit. item signat aliud. & soluit.

c ¶ Probatã.] s̃. de off. deleg. causam matrimonij. j̃. de diuor. porro. & de re spo. ex cõq̃one. & 8. q. 4. nonne. & 17. di. §. hinc ẽt. & 16. q. 4. volumus. & 15. q. vlt. c. vlt. & s̃. de in integ. rest. cũ venissent. & s̃. c. ꝓxi. & C. de rei. ven. res aliena. & C. de proba. l. 2. & C. de libe. causa. non ideo. 2. arg. ꝯtra j̃. de re iud. tenor. Solu. ibi, & j̃. de reg. veniẽs. Itẽ ar. ꝯ. j̃. de res. spo. litteras. ad fi. Vnde nõ fuit plena restitutio, sed id ideo est, q̃a habebat incõtinẽti ꝓbationes: nec sunt ꝯ̃ria: quia ibi agit̃ possessorio, hic nõ: vnde nõ d̃et alteruter priuari, & c. ille tamẽ q̃ cõscius est impedimẽti, nõ d̃et exigere, nec reddere, vt in decre. litteras. Ber.

ECclesia. Hæc decre. & sequens de eodẽ facto loquuntur; & aliqua ponũtur ibi, quæ præcesserũt tẽpore. aliqua posita hic. Et de hoc eodẽ facto loquit̃ c. ecclesia S. Mariæ de const. & male põt intelligi vna sine alijs. Et ideo glossa hic ponit casum, & seriẽ facti ad oẽs tres decre. Et si vis habere seriẽ facti prout cõtingit, ordo est, vt primo legat̃ ista decr. vsq; ad ver. Prohibemus. scd̃o decret. sequẽs vsque ad fin. tertio illa. s. de consti. quarto iste ver. Prohibemus. Et hoc ideo quia principium huius c. ponit principiũ & originẽ huius negotij vsque ad ver. Prohibemus, & sub illa dictione, & infr. q̃ p̃cedit ver. Prohibemus. deciditur qualiter facta alienatione rei litigiosę in monasteriũ, monasteriũ fuit de facto spoliatũ ꝑ senatorẽ occasione statuti. de quo in glos. & tradita fuit possessio ecclesiæ sanctæ Mariæ: q̃ etiã fuit postmodũ de facto spoliata per quendã cõsiliariũ Capitolij. & restituta fuit illa possessio de facto monasterio q̃a restitutione facta, monasteriũ illam possessionẽ titulo locationis transtulit in quendã potentẽ, ita ꝙ de facto haberi nõ poterat. Primo incępit iuridice corã Papa ecclesia sanctæ Mariæ petere restitutionẽ ꝯ factum illius cõsiliarij: sed q̃a illa possessio haberi non poterat de facto, vt sup. dixi, & multa de facto fuerant innouata. Papa prouidit prout habetur in decr. seq. & restituit ecclesię S. Mariæ possessiones subrogatas in locũ illius seu illarũ sup. haberi non poterant: post q̃ petijt secundo monasteriũ restitutionem illarũ possessionũ occasione spoliationis factæ per senatorẽ: & Papa monasteriũ restituit, vt d̃r in decr. ecclesia de cõst. qua restitutione facta, papa timẽs ne monasteriũ illas possessiones subrogatas, alienaret, sicut fecit de principalib⁹ mandauit monasterio, prout dicitur hic in vers. Prohibemus. Et ex his iuncta gl. 1. habes clarissime seriẽ & ordinem negotij. Et hæc decre. non potest commode diuidi propter mixturam facti; de qua sup. Abbas.

CASVS ad 3 vtramq; decretalem. Ecclesia S. Mariæ in via lata mouit q̃õnem ꝯ Ioan. de Areia super quibusdã possessionibus corã L. iudice lite conte. idẽ Io. possessiones illas trãstulit in monasteriũ S. Siluestri: demũ senator Romanus occasione cuiusdã statuti (in quo cõtinebatur, ꝙ si quis rẽ litigiosam trãsferret in aliũ lite pen. possessio auferatur possessori: & daretur petitori) spoliauit monasteriũ possessionib. illis, & eas restituit ecclesiæ S. Mariæ: postea sñia senatoris fuit reuocata, & spoliata fuit ecclesia S. Mariæ, & monasteriũ restitutũ: Lite illa pendente Cęlestinus reuocauit cãm ad præsentiã suam: non obstante illa reuocatione, diuersæ sñiæ latæ fuerũt per senatores, qñq; pro ecclesia; qñq; pro monasterio, vltimo corã Innocentio petebat ecclesia S. Mariæ restitutionem illarũ possessionũ, quibus iniuste fuerat spoliata, per quendã consiliarum Capitolij. dñs Papa reuocauit in irritũ quicquid actum fuerat ab alijs, postquam Cęlestinus reuocauit negotium ad curiam suã: & restituit ecclesiã sanctæ Mariæ: & quia possessiones illæ

fuerunt

† Hodie de iure p̃nt archiẽpi crucẽ añ se deferre ꝑ q̃uis loca, ẽt exẽpta suæ prouinciæ, quouis priuilegio cõtrario non obstãte Clement. vltima de priuileg. & q̃d dicit hic gl. in verbo. de iure, procedit de iure antiquo.

† al. Cælestinus alij.

† Cap. 2. eo. tit. in 2. cõp.

1 De his quattuor patriarchis, eorũq; nominib. & dignitate vide Cassaneum in catalogo gloriæ mundi, par. 4. cõsideratione. 7.

2 Quæ prouocat in libertatem, si non probat possessor in possessione tenebiũ. Ioã. And.

† al. Ad q̃d tibi breuiter. &c.

† Huc referas. c. 20. sup. de cõsti. & vide c. 1. tit. de restitutione spoliato. in 3. cõpilatio. vnde facile intelliges hoc fragmentum: & c. q̃d proxime sequtur.

3 Hic casus in antiqs codicib. reperitur.

fuerūt obligatæ alij titulo locationis, post restitutionem factam à Ioan. de Ateia, nec monasterium poterat recuperare eas, vt ecclesiā restituere, præcepit Papa, quod Monachi alias possessiones æquiualentes priorib. substituerunt loco priorum: quod & factum fuit arbitrio bonorū virorum: & illæ substitutæ erant pignori obligatæ. & Papa fecit illas liberari à creditorib. quibus domino Papæ instrumenta pignoris reddiderunt. Demum monasterium petijt restitutionē illarū possessionū secundum sniam senatoris, & Innoc. ipsū restituit secundum snia senatoris, præcipiens vt possessiones illæ substitutæ nō dēant alienari, vt eccl'a si voluerit agere de proprietate, vel de vitio litigiosi contractus, sit quod euincere valeat, & habere. Not. quod res quæ succedit in locū alterius, eod. iure cēsetur cum illa. Itē lite pēdente res quæ sit litigiosa, in aliū trāsferri non debet.

[Gl. seq. arg. quod res, &c. & signat cōtrarium.]

a ¶ Successerunt.] hoc ideo dicit, quia possessiones super quibus secundum Ioā. de Ateia mouit eccl'a qōnē, monasterium sancti Siluestri locauerat a. ij, locationis titulo, quas monasteriū recepat à Ioāne de Ateia lite pen. vt s. c. proxi. & hic dr: vnde monasteriū, qa nō potuit illas possessiones reuocar, alias possessiones æquiualentes priorib. substituit in locū alterius illatum. & est hic arg. quod res quæ succedit in locū alterius, eodem iure 1. censet. cū illa. arg. s. de vsur. cū tu in fi. & in gl. fi. & 93 di. c. vlt. & 94. dist. c. 1. & ff. de le. 3. fideicommissa. §. 1 si rem suam. ff. de l. 2. imperator. in fi. & l. seq. & ff. de dona. inter virum & vxo. l. vxor marito 2. Arg. contra. ff. de fur. qui vas. vlt.

[Glo. seq. tractat quæ sit pœna litigiosi contractus: quod sit vitium litigiosi: casus quibus cesset in speciali & vniuersali iudicio.]

b ¶ Litigiosi.] pœna litigiosi contractus est, quod emptor sciens rem litigiosam, pretium amittat, & rem restituat, non vt cedat lucro alienatori, sed pretium, & alia tanta quantitas ab eo qui alienauit, dabit fisco. Ignorans, pretium recuperat à venditore, & tertiam partē pretij: quia ei nō manifestauit rem litigiosam fuisse. Et eodem modo punitur dator & donatarius sciens vel ignorans, secūdū quod traditur. C. de litigi. l. vlt. Vitium litigij dicitur, cum quis rem litigiosam in iudicium deductam, de cuius dominio mouetur quæstio inter actorem & reum transfert in aliū lite pen. sine sint res, siue actiones. 3. C. de litig. l. vlt. in prin. & in auth. ibi posita. Tamen in aliquibus casibus qui ponūtur in ipsa lege, potest res litigiosa alienari, scilicet nomine dotis donationis ante nuptias, transactionis, & diuisionis, & rerum hæditariarū factæ, vel per legati vel per fideicommissi causam: & hæc locum habent in specialib. iudicis. In vniuersalibus vero cum agitur de hæreditate, pretor permittit quæque fieri alienationem, s. pro impensis funeris, pro solutione debiti, pro cibarijs familiæ. ff. de peti. hære-di. diuus. Et ita ecclesia sanctæ Mariæ poterat agere vitio litigiosi cōtractus contra Ioan. de Ateia, qui transtulit possessiones illas in monasteriū, lite pendente ad pœnam: & ad ipsam rem contra monasterium, vt in l. prædicta. C. de litig. l. vlt.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

c ¶ Laboret.] sed qualiter potest hoc esse. quod in vanum sit talis actio, cū si monasterium offerat se liti, condemnabitur in expēsis ac si possideret. ff. de rei vendi. is qui se, & ff. de petitio. hæredi. qui se lit. & cum dolus pro possessione habeat. ff. de reg. iur. parem. Dic quod cessant illæ leges in ecclesiasticis negotijs, ne de lictū psonæ, &c. 16. q 6. si episcopum. & j. de except. cum venerabilis.

stitiā detinere) mouit sub E. iudice qstionē: & infra.

¶ Prohibemus, ne possessiones, quæ successerūt[a] in locum & ius illarum, quas ab Io. de Ateia ecclesia sanctæ Mariæ petierat in monasterium vestrum ab eodē Io. lite pendente translata, alienare interim psumatis; † vt si ecclesia sanctæ Mariæ de vitio litigiosi[b] contractus, vel de proprietate voluerit experiri (ne si obtinuerit in iudicio, in vanum laboret,[c] monasterio vestro minime possidente) sit quod euincere valeat & habere.

¶ Idem.

¶ Idem dicit quod in præcedenti.

CAP. IIII.

ij Ecclesia sanctæ Mariæ; & infra. ¶ Possessionem qua fuerat, prætermisso iuris ordine, pdicta ecclesia spoliata, sibi restitui postulabat; † & infra. Nos quicquid ab alijs factum fuit (postquam prædecessor noster ad curiam suam idem negotium reuocauit[d]) irritum decernimus & inane: & infra.

¶ Verum quoniam præfatam possessionem, post restitutionem vobis factam ab Ioā. de Ateia, alij locationis titulo assignastis,[e] neque restituere poteratis[f] ecclesiæ spoliatæ; loco ipsius tantundem possessionum æquiualentium, ad arbitrium bonorum virorum, ipsi ecclesiæ fecimus assignari;[g] quas, quoniam alij fuerant pignori obligatæ, per vos liberari fecimus a creditoribus, qui nobis instrufacto. Item cum res restitui non pōt, in alio æquiualenti fieri debet restitutio.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

d ¶ Reuocauit.] tanquam à nō suo iudice factum: quia senatores non debuerunt postea se intromittere. s. de off. dele. licet. & 2 quæst. 1. nomen. 3. quæst. 5. multum stupeo. argum. contra supra de offic. or. significauit. sed illud ideo fuit: quia delegatus nō procedebat, & altera pars remanebat in manifesto delicto.

e ¶ Assignastis.] & sic monasterium incidit in vitiū litigiosi cōtractus, vt supra titu. prox. vt Io. fecit. vnde ne in monasteriū conueniretur de vitio litigiosi contractus, Papa æquiualentes possessiones fecit illis substitui: & ita non præiudicatur ecclesiæ sanctæ Mariæ: cum monasterium paratum sit suscipere iudicium in re æquiualēti sim. ff. de alie. iu. mu. causa fa. quia etiam. in fi. & officio suo inflixit eis hanc pœnā, & merito: quia dolo desijt possidere monasterium, dolus enim facit eū haberi pro possessore. ff. de rei ven. qui in petitorio. 5. & ff. ad exhiben. Iulianus. primo responso.

f ¶ Poteratis.] quia forte conductores potentes erant.

g ¶ Assignati.] à monasterio: & cauere etiam debebant, quod non essent alij obligatæ. argumen. ff. de pignora. actio. creditor. ff. de rei vend. l. si post acceptum.

[Glossa sequens allega. concor. signat contraria, & soluit.]

ij Ecclesia.] Nota 4. quod postquam superior reuocat ad se negotiū: quicquid sit postea ab inferiori, nō tenet: vnde reuocari dēt saltē de

a ¶ Resti-

Marginal notes:

† Vide text. in l. Fulcinius §. quod sit autem. & ibi Bart. ff. quib. ex ca. in pos. eat.

1 Quia subrogatum sapit naturam eius I cuius locū subrogat. de quo latissime Euerardus in loco: & à vi subrogationis. in locis legalibus.

2 Loquitur de re empta per maritum, ex pecunia sibi donata per cōiugem: ad quā coniunx habet vtilē in rē. Ioan. And.

3 Host. dicit quod hoc habet locū in reb. corporalib. tantū mobilibus, & immobilibus, sed nō icorporalib. nec hypothecaria actione. in authē. de liti. §. ad hoc sed nec simpliciter interdi. rei facit rē litigiosam. C. & ff. de litigi. l. 1. Io. And.

† Vide l. iuste possidet. & ibi. Bart. ff. de re iu.

4 Secuti antiqua exemplaria, in quibus cas' huius & pcedētis decretalis, in superiori narrabāt hic consulto omittitur, perperam enim i recētiorib. codicib. fuit diuisus.

5 Vendicās ne frustra agat, dēt inquirere an reus possideat. vel dolo desierit possidere. Ioan. And.

a ¶ Resignauerunt. Ideo, n. ipso videtur res libera. arg. s. de pac. cū pridē. §. ille. ff. de lega. 2. qui chyrographū. ff. quæ res pig. ob pos. l. 2. ff. de pa. l. 2. fi. C. de sol. pecuniç. C. de do. l. 1. C. de remis. pign. creditricem. arg. contra. s. de renunc. sane & c. veniens. & ff. de pact. l. 2. vbi dr ꝙ licet pignus restituatur, non vr remitti debitum. sed secus est si restituatur chyrographum, vt in primis cōc. quia ille cui fit restitutio, vtilitatem dēt inde habere, ex chyrographo nullam vtilitatē consequitur, si debitum non intelligat remissum; sed ex pignore sic. q̄a pōt vti pignore. vndę pignus sępe restituitur precario pp vtilitatē, sed chyrographum nunquā: & ideo debitum, qđ ibi continetur, intelligitur esse remissum.

Dilectus filius.] Non obstat priuilegiū impetratum lite pendente, de lite non habita mentione. In prima ponit partis querelam. In secūda prouidet. ibi, Ideoque Abb.

CASVS. Inter magistrum. A rectorē ecclesiæ de Basseuilla, & antecessorē ipsius ex parte vna, & priorem & monachos de Basseuilla ex altera, quæstio vertabaē super decimis noualiū parochię ipsius rectoris. lite pen. corā iudicib. delegatis, abbas & conuentus maioris monasterij Turoñ. (quibus Prioribus monach prædicti subsunt) pro se & membris suis obtinuerūt à sede Apost. indulgentiam super huiusmodi decimarū perceptione, nulla mētione facta in ipsa de hmōi qōne, occasione hmōi indulgentię Prior & monachi præfati, decimas ipsas sibi vendicare contendunt; cum iudices super hoc dubitarent, dictus rector hoc significauit domino Papæ: vnde mandat quibusdam iudicib. quatenus eisdem iniungant, vt indulgentia non obstante prædicta, in negotio ipso procedant iuxta traditam sibi formam. No. ꝙ li. pen. priuilegium vel indulgentia super re litigiosa impetrata mentione non habita de qua tione, non valet.

¶ Glossa notat ꝙ priuilegium, &c. alleg. quattuor cōcor & tria similia.

b ¶ Indulgentiam. sic ergo patet ꝙ lite pendente priuilegium siue indulgentia super re litigiosa veritate tacita impetrata non tenet, nec valet sic j. de testi. causam 2. & j. de priuil. dudum. & s. eo. à memoria arg. & in auth. in medio litis sacras iussiones non fieri. § si vero. 1 & §. illud quoque. coll. 8. sic & priuilegium nō valet tacita cōpositione obtentū. j. de dec. ex multiplici. & priuilegium post sñiam impetratū super re iudicata non tenet, vel rescriptum ad eam retractandā. C. vt lit. pen. l. 1. Itē nec cōfirmatio. de re litigiosa. j. de confir. vti. vel inuti. c. 1. sic & res ipsa litigiosa ī nullā dēt transferri personā. 11. q. 1. c. fi. & tñ fallit. in casib. q notantur. s. e. ecclesia. & C. de liti. l. vlt.

...mentum pignoris resignauerunt.ᵃ

¶ Honorius iij. Cancellario, Cantori, & A. canonico Parisien.

¶ Lis decidenda est secundum iura existentia tempore controuersiæ, non autem secūdum priuilegium impetratum lite pendente, nisi de lite pendentia mentionem faciat.

CAP. V.

Dilectus filius magister A. persona ecclesię de Basseuilla, † exposuit corā nobis, quod cum inter præ decessorem suum ex parte vna, & Priorem ac monachos de Basseuilla ex altera, super decimis nóualium infra fines parochiæ suæ consistentiū qō emersisset, ea pendente corā iudicib. delegatis, abbas & conuentus maioris monasterij Turon. quib. subsunt Prior & monachi supradicti, pro se ac mēbris suis, obtinuerunt a sede Apostolica indulgentiam, ᵇ super perceptione hmōi decimarum: cuius prętextu Prior & monachi supradictas decimas sibi vendicare contendunt, licet in indulgentia de dicta qōne facta mentio non fuisset.

¶ Ideoq; mandamus, quatenus eisdem iudicib. iniungatis, vt (indulgentia non obstante prædicta) in negotio ipso procedā iuxta traditam sibi formam.

TITVLVS XVII.

De † sequestratione possessionum & fructuum.

DE SEQVESTRAtione possessionum & fructuum.

¶ Viso ꝙ lite pēdēte nil sit innouandum: q̄a p hoc dubitari poterit, nunquid p hoc sequestrationis actus sit ꝓhibitus: iō, &c. Et de hac materia vide plene per Io. And. in regula, locupletari. de reg. iur. libr. 6. Abb. Siculus.

De hac materia hr 1. q. 7. quoties. 77. di. episcopus.

¶ Innocentij iij. Mediolan. archiepiscopo.

¶ Res in quā facta est missio, non debet sequestrari, etiam si missus inde fuerit violenter eiectus. Vel notabilius sic: Sequestrum factū loco missionis propter scandalum euitandum, reuocari debet oblata cautione, & restitutis expensis.

CAP. I.

Ad hoc, vnxit nos Deus, & infra. ¶ Abbas de Regula† nobis exposuit, quod cum M. prædecessor tuus super causa, quæ inter ipsum, & monasterium suū fuerat agitata, obtinuisset Veronensi episcopo litteras destinari, & ipse super iudicio possessorio

Ad hoc vnxit.] Propter contumaciā rei, res ab eodem petita sequestrari non debet. sic summat Io. And. & communiter oēs. quæ summatio non placet Panormitano. Diuidit principaliter in duas partes. in prima ponit processus narrationem. In secunda pronūciationem: ibi, In eum. In qua duo facit, primo reuocat sequestrationem: secūdo iubet expensas restitui, & caueri: ibi, Ne autem.

CASVS. Inter epm Mediolañ. & abbatem de Regula super quibusdam possessionibus quęstio vertebatur, quæ ad petitionem archiepi simpliciter commissa fuit epo Veroñ. coram quo intentauit archieps iudicium possessoriū, & ipse partim pro monasterio. partim pro archiepiscopo sententiā promulgauit: quo facto procurator monasterij iudicium proprietatis voluit intētare super illis possessionibus, de quibus archieps obtinuerat in iudicio possessorio, sed archieps respōdet, iurisdictionem epi expirasse, asserens causam possessionis tantum & non proprietatis fuisse commissam: & ipse quia semel officio functus fuerat; super proprietate vlterius

† Baceruilla Basauilla.

1 Si dum dr causa impetraē pragmatica sanctio vel q̄d simile iudex illud respicere non det, sed dēt eo non obstante cām diffinire Io. An.

† In nōnullis antiquis ita: De sequestratione possessionis rerū & fructuum al. possessionis.

† Cap. 1. eo. ti. in 1. compil.

† al. de Strogula.

10 20 30 40 50 60

vlterius cognoscere non valebat. Sed cum archiepiscopus nollet procuratori monasterij respondere, episcopus propter contumaciam archiepiscopi, misit monasterium in possessionē, quæ fuerat per ipsum archiepō adiudicata cā rei seruandæ; Sed archieps monasterium ab illa violenter eiecit; cā ista postmodū delata est ad dñm Papā C. cū sup hoc aliquamdiu fuisset disputatum, C. sic fuit interpretatus suum rescriptum, q̄ tā causa possessionis q̄ proprietatis iudici fuerat delegata: cū absolutè & indistinctè cō missa fuisset, & continentia causæ diuidi nō deberet: prædictam quoque possessionem pro arbitrio suo sequestrari præcepit apud Vercellē. & Nouarieñ. epōs, dās in mandatis epō Regieñ. & Mutiñ. vt de causa possessionis & proprietatis plene cognoscerent, & deciderent eandē, & possessionem illi parti assignarent, quæ obtinebit in proprietate. Tandem partibus cōparentib. coram epīs Regiñ. & Mutiñ. ī. annum à tēpore datæ possessonis per episcopum Veronensem, archieps Mediolañ. cautionem obtulit standi iuri. Tādē cum ipsi epī nō processissent in cā, partes ad dñm Innocentiū habuerunt recursum, coram quo prædicta. & alia multa allegata fuerunt: qui reduxit cām in eum statum in quo fuerat, cū C. causam propriatatis & possessionis commisit Regien. & Mutineñ. episcopis, mandato sequestrationis penitus reuocato: & ne dominus Papa monasterio in suo iure deesset statuit q̄ archiepiscopus restituat monasterio expensas moderatas, ab eo tempore quo episcopus Veronensis, ipsum monasteriū possessionem mitti decreuit, vsque ad tempus satisfactionis oblatæ coram Regien. & Mutin. episcopis propter hoc factas, & q̄ archiepiscopus præstet cautionē sufficientem iudicio standi. No. q̄. quando causa simpliciter & indeterminate committitur, iudicium possessoriū & petitorium commissum intelligitur: & si actor intentauit possessorium & obtinuit, reus etiam potest intentare petitorium super possessionib. in quib. succubuit coram eodem iudice, quia cōtinentia causæ diuidi non debet. Item sequestratio fieri non debet. Item expensæ refundendæ sunt, factæ à tempore datæ possessionis vsque ad tempus oblatæ cautionis, quæ factæ sunt propter hoc.

partim pro monasterio, partim ꝓ archiepō sniam protulisset: procuratore ipsius monasterij qōne de ꝓprietate postmodum intētare volente, archiepiscopus iuririsdictione epī opposuit expirasse: asserens cām possessionis tantū, & non proprietatis fuisse cō missam: & quia super possessione pronunciauerat, semel functus officio [a] suo, super qōne ꝓprietatis deinceps cognoscere valebat, & inf. Sed iudex actorem in possessionem (quæ fuerat per ipsum archiepiscopo adiudicata) propter eiusdem cōtumaciam mitti decreuit, a qua tamen archiepiscopus violenter monasterium eiecit, [b] & infra.

¶ Cœlestinus Papa prædecessor noster, sic suum interpretatus fuit rescriptum, quod tam causa possessionis, quam proprietatis fuerat iudici delegata, cum absolute & indistincte [c] commissa fuerit, & eius continentia diuidi non deberet, prælibatā quoq; possessionem pro suo arbitrio [d] sequestrari [e] præcepit, iniungens Regieñ. & Mutineñ. episcopis, vt de causa possessionis, & proprietatis plenius cognoscentes, eam debito fine deciderent: & possessionem ei parti postmodum resignarent, quæ obtineret de proprietate triūphum, & infra. In eum statum continentiam causæ reducimus in quo fuerat, cum prædictus prædecessor noster causam proprietatis & possessionis Reg. & Mutin. epīs commisit, mandato sequestrationis penitus reuocato, & inf. ¶ Ne autem monasterio videamur in suo iure deesse, moderatas expensas [f] (ex quo episcopus Veronen. ipsum in possessionem induci decreuit, vsque ad satisfactionis tempus oblatæ [g]) propter hoc [h] factas, sibi restituendas esse censemus,

a ¶ Officio.] allegabat legem illam. ff. de re iudi. iudex. & s̄. de offi. dele. in literis. & male. quia illud locum habet cum pronunciatur super proprietate, & nō super possessione, uel si hoc tantū esset ei commissum,

[Gloss. seq. format duas quæstiones.

b ¶ Eiecit.] sed nunquid anno elapso erit possessor? Dictum est de hoc s̄. de dolo & contu. contingit. Itē, nunquid abbas posset petere restitutionem tanquam spoliatus? & ibidem de hoc dicitur.

[Gl. seq. distinguit an simpliciter commissa sit causa possessionis tantum.]

c ¶ Indistincte.] no. q̄ sic cōmittit̄ cā simpliciter puta. cōmittimus tibi cām, quæ inter tales vertitur, super talib. reb. tunc tam cā possessionis quam proprietatis cōmissa intelligitur, vt hic dicitur. & arg. C. de rei ven. ordinarij. & s̄. de cā pos. pastoralis. & ī. de test. significauerūt. sed si causa possessionis tātum commissa est, non possunt cognoscere de ꝓprietate, q̄a cui commissa est cā violentiæ tātum, de ꝓprietate cognoscere non pōt, & vno & eodem tempore causa possessionis & proprietatis diuersis iudicibus committi non debet: quia continentia causę diuidi non debet, vt hic dicit. & C. de iud. nulli. & s̄. de cau. pos. c. 1. sicut cā proprietatis & vsusfructus apud eundem iudicē sunt tractandæ. ff. de lib. cau. si pariter. 1 & ff. de qui. re. ad eundem iudicem eatur. l. 1. & 2.

d ¶ Arbitrio.] in hoc ipso Cęlestinus peccauit: q̄a non debuit facere sequestrationem, nisi in casibus qui notantur ī. eo. cap. prox. & ult. unde reuocauit sequestrationem, ut inf. patet.

c ¶ Sequestrari.] hoc ideo fecit, quia cum res apud sequestrum deponitur, neuter litigantium possidet illam rem. ff. depositi. l. licet. §. rei depositæ, nisi hoc dictum sit in sequestratione, ut tantum causa custodiæ deponatur apud sequestrum. ff. de acq. pos. interesse puto. & sic possessio postea restituitur illi, qui obtinet in ꝓprietate, ut sequitur. quia proprietas trahit ad se possessionem. sup. de causa poss. cum dilectus. 2 Et sequestratio ista facta fuit apud Vercelleñ. 3 & Nouarieñ. episcopos.

f ¶ Expensas.] sic s̄. de eo qui mit. in poss, cum uenissent. in fi. & s̄. de dolo cum dilecti in fi. & cap. finem. ubi satis de hac materia.

g ¶ Oblatæ.] curam Regien. & Mutiñ. episcopis. nam archieps Mediolaneñ. obtulit cautionem standi iuri ī. annum super possessionib. illis. de quib. abbas fuit missus in possessionem causa rei seruandæ, per episcopum Veroñ sed archiepiscopus abbatem expulit de possessione, ut dictum est.

h ¶ Propter hoc.] i. pp uitiū cōtumacię, C. de iu. sāci m?.

1 Ponit casum qñ ē illum, q̄ de libertate litigat, concurrat usufructuarius, & ꝓprietarius Io. And.

2 Cōcer. l. si sit. & ib. Barto. ff. de leg. 1. & l. alio. ff. de alimē. & cib. leg.

3 Hoc patet in antiqua decre. q̄ initio huius capitis citatur.

a ¶ Sufficientem.] not. ꝙ in casu isto sufficiens cautio est præstanda, s. pignora vel fideiussores. ff. man. si man dato. §. vlt. & non nuda, i. sola promissio, vt dixi supr. vt lite non contest. quoniam, §. in alijs. & C. de verb. sign. §. sancimus.

Dilectus.] Primo ponit querelã rei passi missionẽ: secundo dat ei iudices. Abb.

CASVS. Abbas & conuentus de Cisteria impetrarunt literas ad quosdam iudices delegatos, contra rectorẽ ecclesiæ de Bethusia super ipsa ecclesia: Iudices qa rector prædictus contumax fuit, monachos induxerunt in possessionem ecclesiæ ipsius causa custodiæ: & qa monachi fructus prędictæ ecclesiæ medio tempore perceptos distrahebant, dictus rector significauit hoc dño Papæ, unde mandat, quatenus si est ita, fructus prędictos faciãt sequestrari: & si quid de ipsis distractum est, faciãt in pristinum statum reuocari. No. casum in quo fit sequestratio: & hoc ideo, quia fructus debent restitui, si reus infra annũ recuperabit possessionem.

b ¶ Distrahunt.] no. quod ille qui mittitur in possessionem causa custodiæ, siue agatur reali actione, siue etiã personali, infra annum non facit fructus suos, sed custodire eos debet, non distrahere, ut si infra annum reus recuperare uoluerit possessionem, restituantur ei fructus. expensæ tamen necessariæ pro fructibus percipiendis factę, primo debent deduci: quia illæ in nullo casu prohibentur. ff. fam. ercisc. fundus. 1. respon. in fin. Si uero non ueniat infra annum, tunc primo anno elapso lucratur omnes. fructus de hoc dictum est. sup. de do. contingit. & hoc in reali.

[Glo. seq. proponit regulam, & xj. casus exceptos.]

c ¶ Sequestrari. no. ꝙ possessor lite pendente non debet remoueri de possessione, nec ab ea sequestrari, ut s̄. c. proxi. & 16. q. 4. uolumus. & 8. q. 4. nonne. & C. de proba. l. 2. & s̄. tit. proxi. per totum. & C. de prohi. sequestra. l. unica. Quandoque tamen fit sequestratio in casibus, ut cum quis dilapidat fructus, quos seruare debet, ut hic, & in c. seq. Item cum appellatur ab executore mero, tunc sequestratio fit rei immobilis, & fructus etiam rei immobilis sequestrantur apud possessorem, remanente iure possessionis. C. quorum app. non reci. ab executore. Item cum persona a qua res mobilis petitur, suspecta est. ff. qui satisda. cogan. l. si fideiussor. §. ult. Item si timetur de dilapidatione, ff. de ap. imperatores. in fi. Item si quis proclamet in libertatem sequestrantur res eius. C. de asser. tol. l. 2. §. i. & C. q. ad li. procla. non licet l. 2. & 3. & C. de or. cog. l. ul. Item si colonus uelit possessiones conductas deserere. 1 C. de agr. & cen. l. ult. lib. 11. Item si maritus uergat ad inopiam, sequestratur dos. ff. sol. mat. si cum dotem. §. si uero. & C. de iure do. in rebus. in fi. in auth. de æquа. do. §. illud quoq; . coll. 7. Item si timetur de sæuitia uiri, nec potest ei caueri. s̄. de re sti. spo. litteras. adfi. aut etiam cum timetur sponsam corrũpi. j. de spõ. cum locum. Item cum aliquid est ablatum illi q est de familia iudicis. ff. de off. pręsi. senatusconsulto. in fi. Item propter contumaciam. s. de do. & contu. ex litteris. & hoc fit ut mitius agatur cum cõtumace, ut ibi dicitur.

¶ Honorius iij. Priori† Debé. & Decano de Calin.

¶ Si missus in possessionem causa custodiæ fructus dissipat, dissipati reuocantur; & cum alijs sequestrãtur.

CAP. II.

Dilectus† fili' R. rector ecclesiæ de Bethusia, sua nobis petitione monstrauit, quod cum inter ipsum ex parte vna, & abbatem & conuentum de Cisteria † ex altera; super eadem ecclesia, coram abbate de Sibiton. & eius collegio qõ verteretur, & iudices ipsi p̃dictos abbatem & conuentum in possessionem ipsius ecclesiæ, causa custodiæ induxerunt: qui fructus medio tẽpore perceptos, pro suæ distrahunt b libito voluntatis.

¶ Quocirca mandamus, quatenus si est ita, facientes fructus sequestrari c p̃dictos, si quid de ipsis per eos distractum inueneritis, in statum pristinum reuocetis.

¶ Gregorius nonus.

¶ Si reus possessor appellat a sententia contra eum lata, licite rei petitæ fructus sequestrantur, si dissipantur ab eo.

CAP. III.

Ab eo qui a sententia prouocauit, fructus possessionis (si dissipẽtur d ab ipso) p̃nt lite pendente rationabiliter sequestrari.

Ab eo. CASVS. Aliquis appellauit a sententia ɔ̃ ipsũ lata, ipse cępit dissipare fructus possessionis, dr̃ ꝙ fructus sunt ab ipso sequestrandi, quousq; appellationis causa fuerit terminata. Nota casum in quo fit sequestratio.

d ¶ Si dissipentur.] sic C. quorum ap. nõ reci. ab executore. & ff. de ap. Impatores. in fi. unde hęc decre. sumpta est. 2 de hoc satis dicitur. s̄. cap. prox. & secundum hanc decre. intellige quod dicitur 2. q. 6. quoties 2. & hoc nõ, si confirmabitur sententia, debet fructus perceptos post litem contestat. restituere cum ipsa re. C. de rei uend. certum.

TITVLVS XVIII.

De confessis.

¶ Clemens Tertius.

¶ Ad solum dictum cõfitẽtis crimen propriũ, non est alteri infligenda pœna aliqua: infamato tamen est indicenda purgatio.

DE CONFESSIS.

¶ Supra uisum est de modis quibus ordinatur iudicium: restabat uidere de modis quibus causa instruitur, & sic de meritis causæ, ut de probationibus in genere, & in specie: & quia per confessionem aduersæ partis releuatur litigans ab onere probandi, cum confessio non sit proprie probatio, sed probationis releuatio: ideo tractaturus auctor de probationibus, præmisit de confessis: quia ubi adest confessio, non est necessaria probatio. Vel continua magis ad proxima sic: Supra visum est de modis procedendi contra contumacem, veruntamen quia quandoque, & vt plurimum partes sunt in iudicio, & aliqua confitentur quæ non subijciuntur oneri probandi: aliqua vero negant, quæ subijciuntur probationi, ideo auctor prius pręmisit de confessis, secundo de probationibus, cum ad probationes recurratur deficiente confessione. Abb.

De hac materia tractatur 15. q. 3. & q. 6. & q. 8. per totum, & 2. quæstio. 1. nos in quenquam. & in alijs capitulis.

†al. ita Priori de Beã, & Decan. de Daluntin. al. Calinton.

† De materia huius c. uide Felinũ post Ioannẽ An. in c. examinata. s̄. de iu. ad de Socinum in regula 458. in uerbo sequestratio. & sequ.

† Glonecestria.

† Adde ista uerba imporrare liberum arbitrium cõ cor. l. 1. ff. de re mil. & ibi Bar.

1 Deberet dicere si colonus negat pensionem in cuius solutione diu cessauit, & allegare debat. l. si litibus. quia l. ulti. non facit. Io. And.

2 Vñ rep̃hẽdit. Ho. Vic. qui hic dixerat hoc non caueri lege, nisi cum appellatur ab executor. Io. And.

CVm monasterium.] Et qui crimen propriū confitetur, non creditur contra eos quos dicit fuisse criminis suggestores. h.d. duo facit nam primo instruit iudicē in absoluendo non infamatos, & reddit causam. secundo instruit de purgatione infamię. ibi, Si tamen. Abb. Siculus.

¶ In aliquot antiquis ita, se presbyter P. perpetrasse, &c.

† Vide text. in l. fi. cum gloss. & ibi Bart. & in l. maritus. ff. de q.

† al. quia.

† De hoc articulo vide plene p Antonium Gomeziū tom. 3. varia. resolut. ca. 12. & Iuliū Clarū ī pract. crim. §. fin. q. 21.

† In c. inter solicitudines. ī ď pur. can. 14. compurgatores assignantur: sed dicas ꝙ taxare hunc numerum iudicis arbitrio reliquitur, iuxta qualitatē criminis īfamiæ, & delinquentis, vt no. lib. 2. ad no. in Directo inquisitorū Schol. 11. vbi plenissime disseritur de hac materia.

CASVS. Quidam presbyter confessus fuit se cōmisisse homicidium ad suggestionem quorundā: quærebatur vtrū illi ad confessionē sacerdotis, sint puniēdi ď illo homicidio? Rñdet ꝙ nō, nisi aliter hoc verū esse cōstiterit: quia vt dñt iura canonica & ciuilia, nulli de se ꝯfesso credēdum est ꝯtra alios (excepto crimine maiestatis) confessio confitentis de se, nō est aduers⁹ alios admittenda. Si tñ illi de hoc īfamati sunt, cum tribus socijs. sunt ordinis. [cū qbus se purgare debēt, purgent. Nota, ꝙ nulli de se confesso credi debet in ꝑiudiciū aliquorū. Item cōfessio criminosi, non est contra alium admittenda. Item infamatus debet se purgare.

CAP. I.

CVm monasterium: & infra. ¶ Eos, quorum suggestione scelus homicidij ꝑsbyter † se perpetrasse proponit, nisi alijs modis [a] verum esse constiterit, nulli censemus pœnæ subdendos: † cum † secundum vtriusque iuris statuta, de se confessi [b] super aliorum conscientijs interrogari nō debent: † & (crimine læsę maiestatis excepto) de reatu proprio confitentis periculosa confessio non est aduersus quemlibet admittenda.

¶ Si tamen eos infamia [c] huiusmodi laborare cognoueris, singulis eis (adiunctis tribus† socijs sui ordinis) purgationem iniūgas.

¶ Inno. iij. canonicis de Bethlehem.

a ¶ Alijs modis.] scilicet legitimis, & euidentissimis ꝓbationibus, & luce clarioribus. C. de prob. l. vlt. 2. q. vlti. sciant. & 5. q. 6. Epiphanium. vel per propriam confessionem in iure factam. ĩ. c. prox. & 2. q. 1. nos in quemquam vel per euidentiam facti. ĩ. de coha. cle. & mu. c. vlt. & s̃. de rest. spol. cum ad sedem.

Gloss. seq. all. 3. iura, & aliū casum excipit, & hoc in fine determinat.]

b ¶ Confessi.] nulli ergo de se confesso super crimine aliorum creditur. sic. ĩ. de testi. veniens. 1. q. 15. q. 3. nemini. & 3. q. 11. neganda. & C. de accu. & inscrip. l. fi. & hoc generale est, preterquam in crimine lęsę maiestatis, vt hic, & in prædicto c. nemini & ca. veniens. Item auditur confessio vnius latronis contra alium. C. de ser. prouinciarum. & C. de fal. mone. l. 1. in gl. immunitatem. & ff. de custo. & exhi. reorum. l. diuus Hadrianus. §. 1. 1. & ff. de quæstio. l. 1. §. si quis. istis qui de se confitentur, creditur non quantum ad conuincendum. sed quantum ad præsumptionem. vnde si adsunt aliæ præsumptiones, valent: alias per se non sufficerent.

1 Ibi latrones interrogat de socijs & receptatoribus. Ioan. And.

c ¶ Infamia.] de qua debent se purgare cum tertia manu sui ordinis, qui sint honesti, & conuersationem ipsius agnoscant, alias si defecerint, tanquam conuicti puniantur. ĩ. de purg. cap. cum P. & c. cum dilectus. & ĩ. de simo. insinuatum. alias si infamati non essent, non indicetur eis purgatio propter talem confessionem. 2. q. 5. si legitimi. De hac materia plenius tractatur. ĩ. de purg. cano. cum P. & c. cum dilectus. & 2. q. 5. presbyter si a plebe.

CVm super.] qui in iure confessus est se simoniacum, ab officio, & beneficio deponitur, ita summat. Ioan. And. sed hæc summatio est nimis generalis. Diuiditur. nam primo ponitur depositionis causa. Secundo deponit: ibi. Nos. Abb.

¶ Si de crimine contingente causam principalē, constat contra aliquem per eius confessionem, punitur pœna ordinaria, etiam si directe contra eum non agatur. hoc dicit secundum glossa. Et est casus not. & verus in se. Vel summa sic, secundum alium intellectū non minus notabilem, quē etiam sentit gloss. licet non perfecte explicet. Si quis cōfitetur crimen in iudicio incidenter, potest iudex ordinarius nouum inchoando processum illum punire pœna ordinaria. hoc dicit singulariter. Abb.

CASVS. duo electi fuerunt in ecclesia Bethlehemitana: in examinatiōe illarū electionum V. Bethlehemitan⁹ canonicus fuit ī iure confessus, ꝙ ꝓ prestando consensū electioni alterius, recepit obligationem quingētorū Sarracenorū, & mediator fuit simoniacę prauitatis: vnde dominus Papa deposuit ipsum per diffinitiuam sententiā ab omni officio & beneficio ecclesiastico. No. ꝙ simoniacus deponi debet, vt hic dicitur.

[Gl. seq. post prin. dupliciter obijcit, & tripliciter respōdt.]

CAP. II.

CVm † super electione Bethlehemitanæ ecclesiæ inter R. & P. quæstio verteretur: & infra.

f ¶ Qui monasterium instituit.] ingressus monasterium fingitur habere hr̃dem, cũ rogatus est restituere priuato, vel cum ei priuatus est substitutus. Si aũt rogat⁹ est restituere loco religioso vel ecclesiæ, vel expendere in pias cãs, nõ euanescit substitutio per ingressum monasterij. in Auth. de san. epi. §. sed hæc p̃senti. coll. 9. vñ sumptũ fuit illud Auth. C. ad Treb. Auth. nisi rogati. Si vero ille q rogatus est restituere hęreditatem vel legatum, fiat clericus, exigunt duo. s. vt substitutio euanescat, vt perpetuo etiã maneat in ecclesia: & relictũ expendat in pias cãs, vt in p̃dicta Auth. dr̃, p ingressum monasterij substitutio euanescit, ita q teneat monachatus, aliàs non euanescit substitu-

1 Et propter ea quæ ibi tradit plenissime Guilielmus Bñdictus hoc caput illustrant, eum videto.

† Concordat textus in Auth. ingressi. C. de sacro. eccl. & c. quia ingredientib. 19. q. 3.

† Hunc tex. dicunt hic Abb. & Feli. esse singularẽ ad hoc q quis potest in uita se p.i uare potestate testandi, s. per ĩgressum monasterij.

† Dictio, voti, deest in omnibus manuscrip.

† al. timore

2 Incipiendo ab vltimo. Io. And.

3 Hic vterque reus & actor. dic tñ de hoc vt no. in Spe. d̃ rest. spol. cũ ad sedẽ. Io. And.

† Hæc duo verba: & sua, desunt in scriptis: solũ habet vnus vetustus.

4 Concor. test. in l. producti. & ibi Ber. ff. de testi.

† Vide l. si quid & l. si prędium. C. de pręd. mi.

substitutio nisi fiat monachus. Sed quid si tradit se & sua alicui ecclesię sæculari, nunquid euanescit substitutio? arg præd. Aut. vr̄ ꝙ sic, fauore ecclesiæ. nec credo ꝙ euanescat nisi ī casu p̄d. Aut. nec extēdo ad aliū casum 1 licet quidam dicant contra. B.

1 Nec ad alios terminos ſm do. Marsi. q̄ tenebat, ꝙ cū Aut. illa ponat terminos q̄n ali⁹ est conditionē apponēs & alius in cuius persona apponitur, puta hæres vel legatarius: si vn⁹ de se loquēs apponeret conditionē legando uel donando, si decedat sine filijs, intelligetur de ueris, nec erit locus Auth. Hoc declarari in Spe. de stat. no. super uersi. 15. Io. And.

Licet.] interdicto vti possidetis, obtinet qui iustiorē titulū ꝓbat. ita cōiter summatur, sed certe hęc summatio est nimis gn̄alis, & vr̄ requirere titulū in hoc interdicto, contra id quod habetur insti. de interdict. §. retinendæ. Diuiditur decre. ista in q̄nq; partes. In prima proces sus decisa narratio. In secūda, ibi, Porro Fauētinorū exceptio contra testes ecclesiæ, ipsius rn̄sio, Papæ inter locutio, & interlocutionis rō. In tertia: ibi, Post hoc. corruptionis & falsitatis noua exceptio, ipsius ꝓbationis & reprobationis cōmissio. In quarta: ibi, Quamquā testes Fauētinorum impugnat. primo ꝓbatorios secundo reprobatorios. In quinta: ibi, Ex p̄missis. allegando cōcludit pro ecclesia. Abbas Siculus.

filius H. sancti Eustachij Cardinalis attēdēs, ꝙ syndicus vester intētionē tuā plene fundasset, & ꝙ nihil fuisset ex aduerso sufficiēter probatum, cum & si ostensum esset per testes, ꝙ M. suæ oblationis tp̄e fuerit minor annis: verum tn̄ primæ vel secundæ oblationis tempore minor fuerit, & quot annis minor, non fuisset expresſū, de mandato nostro sn̄iam protulit: & prædictis G. & B. silentium imponens super his, quæ à monasterio postulabant, eos ad restitutionem illorū, quæ de bonis prędictis M. propria temeritate inuaserat, condemnauit. Nos igitur sententiam ipsam auctoritate Apostolica confirmamus.

¶ Idem.

¶ Si actor & reus in interdicto retinēdæ possessionis ꝓbāt obtinet is q̄ antiquiorem possessionē probat titulo maxime iustificatā, vel meliores probationes respectu possessionis adduxit h. d. notabiliter, & probatur satis hoc summarium in versiculo. ex p̄missis, pōderato uersiculo maxime.

CAP. IX.

Licet † causam, quæ inter ecclesiam Rauēnatem, & commune Fauentiæ super iurisdictione, honore, ac districtu in villa sancti P. & castro Arioli, quod† de iure ad se spectare dicta ecclesia proponebat; & infra.[a]

¶ Porro attestationibus publicatis, syndicus Fauētinorū proposuit, se velle

CASVS. Inter archiep̄m Rauennateñ. ex vna parte, & cōe Fauētiæ ex altera, qō vertebat̄ sup̄ iurisdōne, honore, ac districtu in villa sancti Petri, ac q̄busdā castris & terris alijs, q̄ de iure ad Rauēnateñ. ecclesiā p̄tinebāt: ꝓcuratores vtriusq; partes pp̄ hoc ad sedē Apo. accesserūt: lite cont. super p̄dictis, per ꝓcuratores p̄dictos & iuramēto calūniæ præstito: quia vtriq; parti erat plurimum onerosum, testes ꝓducere corā Papa, mandauit Papa ep̄o Placētino, vt j̃. tres menses testes reciperet, quos vtraq; pars tam super principali negotio, q̃ in personas testiū duceret ꝓducendos, statuendo partib. terminū, in quo cum attestationib. apud sedē Apo. se repræsentēt: Tādem partes cum attestationib. comparuerunt corā dn̄o Papa attestationib publicatis syndicus Fauētinorū ꝓposuit, se velle in p̄sonas testiū ex parte altera ꝓductorum quædā obijcere & ꝓbare: Syndicus archiep̄i eǭ rn̄dit id fieri non dēre; Papa interloquendo decreuit ipsum non esse audiendū, cum intra tres mēses ꝓut in litteris dn̄i Papæ mandabat̄, id facere non curauerit: Post hoc syndicus p̄dictus obiecit in testes p̄dictos, ꝙ corrupti falsa dixissent: Papa dicit ꝙ talis exceptio nō solū ante sn̄iam, sed ēt post pōt opponi: q̃uis crēderet̄, ꝙ talis exceptio, p̄ excogitatam malitiam ad differēdum negotium proponeretur. eam admisit, mādans quibusdā iudicib. vt testes quos super hac exceptione ꝓcurator Faueñ. duceret producendos, reciperent. j̃. mensē, indulto ex tūc altero mense procuratori ecclesiæ Rauennateñ. j̃. quē ad reprobationem illorū testes ꝓcederet coram eis: Iudices p̄dicti, receptis testb. p̄dictis, attestationes ad dn̄m Papā remiserunt prout receperant in mandatis. post hoc dominus Papa examinauit testes hinc & inde ꝓductos, & quamuis pars Fauentinorū multos testes ꝓduxerit sup̄ negotio principali, vix tn̄ ex illis sex tātūmodo remanserunt: q̄a quidā sibimet ꝯdicūt in serie sui dicti: & q̄dā alij sunt in suis testimonijs singulares, & alij qui inducti fuerant ad reprobandū testes ecclesiæ Rauennat. plures reprobāt̄ q̄a sibi inuicē ꝯdicūt & alij, licet pauci numero, malæ famæ sunt & opinionis; ex alia cā etiam repellūtur: quia nō probāt id ad q̄đ eorū syndic⁹ se adstrinxit, videlicet ꝙ corrupti falsa dixissēt; q̄a & si đ corruptione aliqua videant̄ dixisse, de falsitate nihil dicunt. Ex p̄missis apparet euidēter ꝙ ecclesia p̄ testes plures, quib. potius lux veritatis assistit, sufficiēter ꝓbauit, quod à lx. annis, & citra supradicta loca possedit: p̄ q̄đ patet, ꝙ si Fauēti. à q̄nquagita annis citra (vt testes sui videntur deponere) aliqua p̄cipiūt in locis p̄dictis, illa incepērūt p̄cipere sine iusto titulo, cū duo insimul & eodē mō, in solidū eādē rē possidere non possint, & Fauen. nō ostēdant: sed priuilegijs Imperatorū & Romanorū pon. concessis ecclesiæ Raueñ. colligitur manifeste, possessionē ecclesiæ in prædictis iustā fuisse: & ita p̄ ꝯn̄s apparet, ꝙ Faueñ. minus iuste & sine titulo, aliqua in locis prædictis occuparūt. quia vero syndicus ecclesiæ petijt commune Fauentiæ à vi turbatiua seu inquietatiua super præmissis prohiberi, Papa vīdēs in hoc casu non sic esse locum interdicto, vti possidetis, ita possideatis. cum probationes ecclesię Rauēnateñ. lōge sint potiores, & iō sit in interdicto superior, cōdēnauit commune Fauentiæ ipsi ecclesiæ super iurisdictione, honore, atq; districtu, & alijs generaliter p̄tinentib. ad hoc locis prædictis, quo ad possessoriū iudicium, quo tantummodo actum est, sibi perpetuum silentium imponens. & prohibens eidem, vt neq; per se, neq; per alios super prædictis præsumant aliquatenus ecclesiā molestare. Not. ꝙ exceptio falsi ante sententiam & post, potest opponi. Item testis qui cōtradicit sibi, non valet. Item testis singularis non valet. Item testibus malæ famæ non est credendum, vel saltem modica fides est adhibenda. item qui adstrinxit se ad plura probanda, non sufficit si alterum probet. itē duo insimul eandem rem & eodē modo in solidum possidere nō possunt. Item in interdicto, vti possidetis, Vincit qui possessionem & titulum ostendit.

† Cap. 4. eo. ti. in 3. cōp. Et de intellectu vide Fernandum Vasquium lib. 2. ca. 36. controuersiarum vsu frequētius. adde purpuratum consilio 81. volum. 1.

† al. quæ.

a ¶ Et infra.] 2 sub isto, j̃. fuit lis cont. coram domino Papa, vt sup. de iur. cal. cū causam cuius pars hæc est. & commissa fuit receptio testiū iudicib. & testib. receptis remiserunt ad Papam depositiones eorum. inf. de testibus, cum causam.

2 Hæc glossula non reperit in antiquis exemplaribus.

[Glo. seq. notat terminum præfigi posse productioni testium, inducit quattuor similia.]

a ¶ Trium

in personas testiũ ex parte altera productorũ, quædam obijcere ac probare: œconomo ecclesiæ asserente id fieri non debere. super quo interloquendo decernimus, ipsum nulla tenus audiẽdum: cum infra trium mensium [a] spatium, in nostris litteris cõprehensum, testes huiusmodi producere non curauerit; inf. quem terminum pars vtraque testes inducere † potuit, tam in personas testium, quá super negotio principali. ¶ Post hoc idem obiecit in testes prædictos, quod corrupti falsa dixissent. Vnde quia talis exceptio non solum ante, sed etiam post sententiam potest opponi, [b] licet nonnulli crederent: Fauẽtinorum partem exceptionẽ huiusmodi per excogitatam malitiam [c] ad impediendum processum negotij obiecisse, quia tamen nolumus a iure tramite declinare, magistris. C. & T. † præcipimus, vt testes, quos super hac exceptione procurator Fauentinorum duceret producendos, infra mensem, recipere & examinare curarent, de singulis circunstantijs [d] † subtiliter inquirentes, indulto ex tunc altero mẽse procuratori ecclesię supradictæ, inf. quem, si vellet, ad reprobationem [e] testium illorum, produceret testes coram eis, & inf.

¶ Quamquam autem pars Fauentinorum testes multos produxerit super negotio principali, vix tamen ex illis sex remanserunt cõcordes, cum alij sibimet in scire sui testimonij contradicant, & quidam † alij sint in dicto sui testimonij singulares. [g] Ad reprobandum vero quosdam testium ecclesiæ Raueñ. & si ex parte Fauentinorum quidam sint testes inducti, plures tamen illorum reprobantur, quia sibi inuicem euidentissime contradicunt: quidã vero alii pauci numero, quamuis nõ reprobẽtur expresse, [h] vsque adeo tamen malæ famę sunt, & leuis opinionis, [i] quod eorum dictis nulla vel modica [k] est fides adhibenda. † Ijdem quoque testes [l] Fauentinorum generaliter repelluntur, quia nõ probant illud ad quod probandum eorũ syndicus se adstrinxit, [m] videlicet, quod corrupti

a ¶ Trium mensium.] nota ꝙ iudex ex officio suo potest præfigere terminum productioni testium. ꝉ. de testi. in nomine dñi. Item ad exceptiones. ꝉ. de excep. pastoralis. Item ad accusationem matrimonij. ꝉ. de clãde. despon. cum inhibitio. Item ad accusandum. ꝉ. de accus. licet. & C. qui accus. non pos. si ea quæ. & ꝉ. de fi. instru. accepimus. Item vbi impeditur status alicuius, C. de inge. diffamari. Ioan.

[Gl. seq. Primo allegat duas concordãtias, & distinguit an fuerit vel non mota quæstio falsi. Secũdo ponit opinionem, ꝙ falsitatem testium sine corruptione probare non sufficit, demum ponit contrariam, quam approbat. Tertio tractat an corruptio sine falsitate sufficiat. & ar. pro & cotra. Vlt mo no. ꝙ sententia per falsas probationes lata tenet, & ponit tres modos retractãdi.

b ¶ Opponi.] sic s. de proc. in nostra. & C. de fal. querelam. Distinguitur in, quia aut quæstio de falso mota fuit in iudicio, aut nõ. Si fuerit mota, nunquam postea prætextu falsi retractatur sñia. 1. C. si ex fal. instr. l. 1. & 2. in fi. nisi appellatũ sit: tunc enim potest opponi in causa appellationis, C. de fi. instru. l. ult. in fi. & testes possunt produci C. de tempo. app. per hanc. in fi. Sed si nunquam fuit quæstio falsi mota, licet tunc non sit appellatum: non tñ transit in rẽ iudicatam vsque ad xx annos. C. de fals. querelam. & ꝉ. de excep. cũ venerabilis.

Et nota quod secundum quosdam non sufficit probare testes esse falsos, nisi probentur corrupti. arg. ff. de re iudic. diuus. quæ loquitur in eodẽ casu cum hac decretali. Alij probabilius dicunt, vt Ioan. & B. ꝙ sicut sufficit probare instrumentum esse falsum. C. si ex fal. instru. l. penult. & vlt. sic & testes, cum habeant hinc inde parem vim. C. de fide instrum. in exercendis. & facit ad hoc ff. de exceptio. qui agnitis. & C. de transa. si ex falsis. Sed nunquid sufficit probare testes esse corruptos? Arg. quod sic 2. q. 6. ca. ei qui. §. diffinitiua. ver. venales. C. quando prouo. non est neces. venales. & ꝉ. de testi. sicut. E contra videtur quod non, quia non sufficit probare corruptionem, nisi & iudex secutus fuerit dicta corruptorum testium. ꝉ. de re iudicata, cum I. & A. C. si ex fal. instru. falsam, similiter non sufficit probare falsitatem nisi probetur iudicem secutũ fuisse illam, vt patet per pdicta iura. 2. Item not. ꝙ sñia quæ lata est per falsos testes, vel per falsa instrumenta, bene tenet, sed retractanda est. ff. de re iudi. diuus. ꝙ potest retractari per in integ. resti. vsque ad quadriennium [3] implorato iudicis officio, vel per actionem in factum vsque ad triginta annos. vel si criminaliter agatur, vsque ad viginti annos. C. de fal. querelam ꝉ. de excep. cum venerabilis.

ADDITIO. Vnde versus.

Accusas, agis in factum: per i, o in reuocabis.

Falsum, viginti; triginta quattuor annis.

c ¶ Malitiam.] si de hoc constaret, condẽnari deberẽt ad expẽsas. s. de dolo & contu. finẽ. vbi de hoc.

d ¶ Circunstantijs.] sic ꝉ. de testi. cũ causam. & 3. q. 9. nihilominus. arg. & 4. q. 3. testes.

e ¶ Reprobationẽ.] no. ꝙ possum reprobare testes aduersarij mei: & tres reprobationes pñt fieri, & non vltra. ꝉ. de testib. licet dilectus.

f ¶ Contradicãt.] vnde non valent. 3. q. 6. nihilominus. & 4. q. 2. c. si testes. §. itẽ qui falsa. & ꝉ. de appell. solicitudinem. 23. q. 7. quod autem. & C. de liberal. cau. cum precum.

g ¶ Singulares.] sic s. de elect. bonę. & inf. de accus. cũ dilectus.

h Expresse.] criminibus expresse non probatis.

i ¶ Opinionis.] quod constitit per attestationes ex parte archiepiscopi exhibitas contra illos, vt s. dixi & ille etiam qui examinat testes, debet significare iudici quanta fides sit testibus adhibenda. ff. de test. l. 2. & ꝉ. de fideiussoribus sit constitutas.

K ¶ Modica.] non tamen ex toto nulla. ꝉ. de simo. per tuas. quæ tamen in alio casu loquitur.

l ¶ Testes.] qui inducti sunt ad falsitatem probandam.

[Gl. seq. notat ꝙ si quis se distringit ad duo, &c. inducit vnam decretalem, & duas leges ad contrariũ inducit vnam l. duas decretales. Secundo quærit quomodo falsitas testium prohibet respondet dupliciter. Tertio erit an altero probato, &c. respondet.

m ¶ Se adstrinxit.] sic vr ꝙ si aliquis se astringat ad duo probanda. quorum alterum per se sufficeret, quod tunc non sufficit probare vnum, nisi impleuerit intentionem

† al. producere.

1 De hoc in Spe. de resc. præsen. §. 1. igitur. in fi. vbi et tractatur an sit idẽ in falsitate rescripti & instrumenti ... & de rescripto plene dixi post Inn. s. de rescrip. sup litteris. Io. And.

† al. A.

2 Cõcor. l. si fto. §. Marcellus. ff. de iud. Bar. in l. diuus. ff. de re iudi.

† Vide text. in l. vbicunque. ff. de inter. ac. cum alijs multis.

† In plurib. antiquis ita: ad reprobationem illorum, testes produceret coram eis.

† al. ita: & quidam alij sũt ĩ dicto, &c. in nõnullis antiquioribus ita; & quidã alij sunt testimonij singulares.

3 C. de in integ. rest. l. fi. Io. And.

† al. habẽda.

sionem suam ad quam se obligauit. C. de rei vẽdicatione. l. vlt. argum. sup. de causa possessionis. cũ ecclesia. & ff. de excusatio. tut. qui testamento. Arg. contra ĩ. de appellatio. significauit. in fi. ĩ. de præben. cum iam dudũ. & ar. ad hoc. ff. de cond. & demon. falsa. & ex eo quod dicit, adstringit: videtur expressum quod sufficeret alterũ probare, nisi specialiter se obligasset, quod verũ est, vt supra dictum est. Pla. fuit in contraria opinione. Sed quomodo potest ꝓbare testes falsum dixisse? 1 Respondeo indirecte, exemplũ patet. ĩ. de testib. ex tenore. & c. series. & C. de contrahen. stipulatio. optimam. Vel põt probare per alios testes quod corrupti fuerunt pretiũ inde recipiendo. Sed ponamus quod probatum à parte fuit alterum istorum tantum, nunquid iudex sententiabit ad dictum ipsorum, qui falsum testimonium obtulerunt, nec alij testes adsint, quorũ testimonium sequatur iudex? Satis videtur quòd sic, ex eo quod dicit, & sibi imputet quod ad vtrũque se obligauit: qa per hoc voluit fidem adhibere falsis vel corruptis, obligãdo se ad vtrũque: secus crederẽ si alicui obijcerentur plura crimina, vt ab ecclesia repellatur sub hac forma: quia iudex officio suo posset illum repellere, cui probatum esset furtum, vel homicidium, licet illud crimen non probetur, dum tamen vtrumque per se sufficiat ad priuationem: quia crimina vndecunque claruerint, punienda sunt. 24. q. 3. ecce. de hoc dixi. sup. de rescript. ex parte.

falsa dixerunt: quoniam & si de corruptione videatur aliquid dicere, de falsitate penitus nihil dicunt: † & infra.

¶ Ex præmissis igitur euidenter apparet, quod ecclesia per testes numero plures, quib. potius lux veritatis assistit, qui ẽt aptiora negotio, & vero proximiora in suis testimonijs expresserunt, sufficienter ostendit; quod a sexaginta annis & citra, cum omni iurisdictione, honore, atq. districtu loca supradicta posedit, per quod patet, ꝙ si cõe Fauentin. a quinquaginta annis citra (sicut videntur testes eorum deponere) aliqua seruitia in locis perceperunt supradictis, illa proculdubio sine iusto titulo percipere incœperunt; cum duo simul eandem rem, & eodem modo [a] insolidum possidere nõ possint, maxime † cum iidem Fauentini iustum possessionis titulum [b] non ostendant, & ex priuilegiis Imperatorum & Romanorũ Pontificum ecclesiæ Rauenaten. concessis. euidentissime colligatur, possessionem ipsius ecclesiæ in prædictis locis, iustam fuisse.

¶ Cum ergo constet Fauẽtin. ab eo tpe, quo se possedisse probare cõtendũt, minus † iuste ac sine titulo, aliqua ĩ prædictis locis, temeritate propria occupasse; [c] & œconomus eiusdem ecclesiæ petierit, a vi turbatiua, [d] seu inquietatiua super præmissis cõe Fauentin. prohiberi: nos cognoscentes in hoc casu non sic locum esse interdicto, Vti possidetis, [e] vt di-

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

a ¶ Eodem modo.] bene dicit, eodem modo. ff. de acquir. poss. possideri. §. contrario. nam vnus potest. habere ciuilem. & alius naturalem possessionem. ff. de ꝓca. & habet. §. eum qui. sic ff. cõmoda. si vt certo. §. vlt. Sed contra. ff. vti. possid. l. 3. in princ. vbi dicitur, quod vnus iustam habet possessionem, & alius iniustam, vt ff. qui satisda. cog. sciendum. §. si fundus. & ff. de iure do. quamuis. & C. de iure dot. in rebus. Ex quibus colligitur quod maritus est dominus rerum dotalium. & vxor 2. similiter, hoc verbum, eodem modo soluit contrarietatem.

[Glo. sequen. obijcit opin. ponit, quam reprobat, & soluit.]

b ¶ Titulum.] sed quare tenetur isti ostendere titulum, cum probent se possedisse, & possessor non compellitur dicere titulum suæ possessionis. 2. q. 5. §. 1. & 6. q. vlt. accusatori? Propter hoc dicunt quidam, quod vbi possessor petit se non inquietari, debet probare titulum. arg. ĩ. de præscri. si diligenti. & ĩ. de deci. dudũ. & C. de præscrip. longi temp. diutina. sed hoc non est verum, ad hoc etiam valet assignare titulum, cum agitur interdicto vti possidetis. vt per hoc videatur habere potiora iura: quia qui potiora iura habet, obtinet in hoc interdicto: cum enim habebat titulum, patet ꝙ nec vi, nec clã, nec precario possidet, vnde obtinebit. Inst. de interd. §. retinendæ. veruntamen in hoc interdicto non est necesse probare, quòd quis iuste possideat, sed sufficit ꝙ nec vi, nec clã, nec precario ab aduersario possideat. ff. vti possideris. si duo. in princip. & l. 2. hoc autem quod nec vi, nec clam, nec precario, &c. ad tempus litis contestatæ referẽdum est. instit. de interdictis. §. hodie.

c ¶ Occupasse.] & iõ præscribere non potuerunt: quia in occupatis & inuasis. non currit præscrip. 93. distin. illud. & 16. q. 3. licet. & ĩ. de præscri. quoniam.

d ¶ A vi turbatiua.] no. quod multiplex est vis. de quibus dr̃. ĩ. quod metus causa. ad audientiam. & ibi vides. 3 Dicitur tamen vis turbatiua quãdo turbatur possessio, & in dubium reuocatur quis possideat: & illa spectat ad interdictum, Vti possidetis & in reb. immobilibus: vel ad interdictũ, Vtrobi, in rebus mobilibus tantum.

[Ex glos. seq. colligas de interdicto, Vti possidetis, quibus stetur, contra quos, pro quibus rebus, & quomodo in eo sententietur.]

e ¶ Vti possidetis.] quandoque 4 tamen locus est huic interdicto in casu vbi vnus possidet, & aliter inquietat eum in possessione, non tamen iudex dẽt pronunciare. Vti possidetis, ita possideatis, sed ne inquietet possessorem. ff. vti possidetis. l. 1. §. vlt. & C. eo. tit. l. unica. Redditur enim hoc interdictum inter eum qui possidet, & eum qui nõ possidet, sed inquietat. ff. uti possi. si duo. §. 2. in casibus uero uincit uterq; scilicet ubi redditur inter duos possidentes unum ciuiliter, alterum naturaliter, ut fructuarius & proprietarius, & neuter possidet ab alio ui, uel clam, uel precario: & tunc debet iudex pronunciare. Vti possidetis, ita possideatis: non tamen ita confuse sub illis uerbis, uti possidetis, &c. quia sic daret gladium utrique parti, sed debet examinare qualitates possessionum & probationum, & distinguere eas in sententia sua sic: probasti te habere possessionem proprietatis ciuilem, & ego pronũcio te ita possidere, uti possides; & tu probasti te esse in possessione usus fructus naturalis, & ego pronuncio te possidere ut usufructuarium, idest, uti possedetis, & ita posideatis. arg. inst. de actio. §. curare. Si autem non liqueat ei de qualitatibus possessionum, non ferat sententiam. unde si uterque dicit se insolidum possidere naturaliter & ciuiliter, & uterque probat. si etiã unus probat melius, iudex proferat pro eo sententiam. argumen. hic. Si uero probationes pares sint. uidetur innuere

† Vide l. Celsus. ff. de arbi. & l. diu⁹. & ibi Bar. ff. de re iud.

1 Cũ publicatis attestationib. non põt testes su ꝑ principali induci, ꝑꝑ quod dicit Vinc. hoc fieri posse ꝑ dicta aliorũ testiũ iã ꝓductorum ante publicationẽ, uel ꝑ sua propria dicta si sibi cõtradicunt, uel ĩstrumẽta. Io. And.

2 Similiter tex. §. si fundus. colligit, ꝙ uterq; possidet. Itẽ sũt qñque duo dñi alter spẽ alter re: sicut pr̃, & filius. ff. de liber. & post. l. in suis. sin Hos. Io. An.

¶ al. & maxi me.

† In uno uatustissimo ita: minus iuste ac sine iusto titulo.

3 Hoc dixit quia Io. hic notauerat. Io. And.

4 al. bñ tñ. &c.

Vti possidetis si fuerit intẽtatum, qualiter erit sñia proferẽda.

cere debeamus, [a] Vti possidetis, ita possideatis, cũ probationes ecclesiæ longe sint potiores, [b] & ideo sit in interdicto superior, cõe Fauen. [c] sibi condemnamus, sup iurisdictione, & honore, atq; districtu, & alijs ad hoc generaliter pertinentibus in locis prędictis quo ad possessoriũ iudicium, quo tantummodo actum est, perpetuum silentium imponentes, & prohibentes eidem, vt neque per se, neq; per alios super his præsumat Rauennat. ecclesiam, aut habitatores prædictorum locorum aliquatenus molestare. †

¶ Idem.

¶ Si qui nominent aliquẽ filium, & ita communiter reputatur, non creditur postea alteri eorum iuranti contrarium.

innuere littera ista, ꝙ iudex ita debeat probare, Vti possideris, ita possideatis, vt dicũt quidam, sed nõ vr̃ hoc habere rationem: quia sic quod impossibile est probauerunt, scilicet vtrumque in solidum possidere, vt hic. & ff de pͤcario duo. ff. de acq. pos. possideri. §. econtrario. ergo cũ nõ sit maior rõ, quare vnus possideat magis q̃ alter, nõ cõstat ei q̃s possideat. supersedeat itaq;, q̃a de re icerta nõ põt certa sñia ferri. 33. dis. habuisse. & 11. q. 3. graue. & ff. de re iu. si vn⁹ ex plurib. q̃a nõ liquet ei de cã, ne ei⁹ sñia contineat impossibilitatẽ, p sententiã .n. dẽt ius declarari. ff. si ser. ven. l. sicuti. § sed si q̃rit. sed p talẽ sententiã nulla fit d̃claratio, & hoc verũ est, nisi vnus ostẽdat titulũ, sicut hic dr̃: q̃a sententiandũ est ꝓ eo q̃ hẽt titulũ. Itẽ si cõstat quis primũ ad iudiciũ ꝓuocauit, cõ eũ dẽt sentẽtiari vbi ꝓbationes omnino sũt pares. 1 s̃. e. ex litteris. & ĩ. d̃ fid. inst. c. inter dilectos. I fi. vbi nullus ostendit titulũ, vel vterq; & oĩno sunt æquales ꝓbationes, nec appareat q̃s ad iudiciũ prouocauit; sorte dirimatur. ff. d̃ iud. sed cum ambo. ff. fam. ercis. si quæ. §. 1. C. cõmunia de legatis si duobus, in princ. & 26. q. 2. sors. Item not. ꝙ interdictum, vti possidetis, possidenti datur. & eũ tenetur. datur ẽt ad excipiendum, aliàs actio nõ dat̃ possessori, vti pos. l. 1. §. restituendæ. & §. interdictũ. item interdictum hoc, vti possidetis. locum habet tãtum de possessione soli retinenda. ff. vti pos. l. 1. §. 2. & inst. de interdi. §. retinẽdæ. & §. sed interdictio. Sed interdictũ, vtrobi, de reb. mobilib. tm̃ locum habet, & proponit̃ pro retinẽda possessione rei mobilis. cũ possidens inq̃etatur. ff. vtrobi. l. vnica inst. de interd. § retinẽdæ. & §. sed interdicto. Et cõponit̃. vtrobi. ex vtrum, & vbi. & vbi, ponit̃ pro apud, & vtrũ ꝓ quẽ, quasi dicat, apud quem est res mobilis. Item licet dictum sit ꝙ possessori soli detur hoc interdictum, vti possidetis datur etiam pro iuribus incorporalibus. 2 & vsusfructus. ff. vti possidetis. l. vltima. ff si serui. vẽdicetur. s. sicuti. §. Aristo. ff. de seruitu. quoties via. & hic. Laur.

a ¶ Debeamus.] imo dẽmus dicere, ecclesia Rauennas possideat, & cõe Fauẽ. non inquietet, ꝓut sequitur, & uerba edicti pluralia, vti possidetis, &c. hoc casu resoluuntur in singulare. Ber.

b ¶ Potiores.] qui potiora iura habet. obtinere debet. C. de edic. Hadria. tol. l. vlt. Ber.

[Glo. seq. signat contrarium, remittit & soluit.]

c ¶ Cõmune Fauen.] hic concipitur sñia noĩe cõis Fauentæ, & non procuratoris: vnde signatur contra.

1 Cautelam aduocati in hoc casu circa possessionẽ apprehẽdẽdã. & aduersariũ ea priuandum quã recitat hic Pet. & Abbas. Vide in Spec. de peti. & pos. §. 1. ver. no. tũ. Io. And.

† Vide l. fin. C. de fidcic. liber.

Et de materia huius c. vide plene per Petrum Duenam, regula. 341. & seq. incip. filiatio. & qualiter probetur filiatio, vide Alexã. consi. 51. lib. 1. & consil. 74. lib. 2.

2 Et proprie dicitur quasi vti possidetis, secundum Gos. Ioan. And.

3 Et tñ procurator fuerit contestatus litem: vt patet, s̃. de iur. calũ. cũ causam. Io. And.

CAP. X.

PEr † tuas nobis litteras intimasti, ꝙ cum T. Tiburtinus ciuis quandam per septennium habuerit concubinam nec prolem susceperit interim ex eadem, ac ipsa postmodum diuertens ab eo, ad ipsum non post multum tempus † redijsset, filium quem reuersa, in domum ipsius peperit, ex eo se asseruit suscepisse; & infra. ¶ Quia vero mulier illa de dicto T. suscepisse R. de quo agitur, primitus constanter asseruit, & idem T. præfatæ mulieris præcipue deuictus instãtia, ipsũ suũ filiũ publice recognouit, & filius eius nominatus [d] cõmuniter fuit, & habit⁹ ab ambobus, eiusdẽ mulieris postmodum iuramẽto in contrarium præstito non est standum, † cum nimis indignum sit (iuxta legitimas sanctiones) vt quod

ĩ. de relig. do. constitutus. & ĩ. de cap. mo. dilect. C. de sen. & interloc. l. 1. & s̃. de elect. querelam. Dic vt ibi dictum est. Vel potest dici ꝙ ecclesia non multũ curat de hoc solennitate, quia inuenio ꝙ quandoque cõdemnatur monasterium, & nõ procurator ipsius. s̃ de in integ. rest. suscitata. & ĩ. de cẽsi. sopitę. & ĩ. de sepul. in nostra.

PEr tuas. Cõis diuisio. Secunda: ibi, Quia vero. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam ciuis Tiburtinus T. noĩe quandam concubinam tenuit p septennium, nec interim prolẽ suscepit ex ea: postmodũ vero ab ipso recedẽs, ad ipsum non post multum tempus est reuersa, & in domo ipsius filiũ peperit, dicẽs se illum suscepisse ex eo: ipse tñ dicebat ꝙ filius ei⁹ non fuisset, cum per septẽnium stetisset cum eo, nec concepisset ex illo: tandẽ deuictus istãtia mulieris, suum filium recognouit: Cum autem dictus filius R. nomine ad ætatẽ virilem peruenisset, subarhauit Sophiã neptem ipsius T. & carnaliter cognouit eandẽ: Postmodum mater ipsius R. cœpit corã multis publice cõfiteri, iurãs quòd R. filius eius ad dictam Sophiam nulla consanguinitatis linea attinebat, affirmãs per idem iuramẽtum, sed illum de alio quam de pͣdicto T. suscepisse. quærebatur an dicto mulieris esset stãdum, vt sic idẽ R. Sophiam habere valeat in vxorẽ? Respondet Papa, quia mulier illa primo asseruit se dictum R. de præfato T. suscepisse, & idem T. ad instãtiã illius suum, filium recognouit, & filius illius nominatus cõmuniter fuit, & habitus ab vtroq; iuramento illius postmodum in cõtrarium præstito nõ est standum, quia nimis est indignum, vt quod quisque voce dilucide protestatus, est in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare: vnde per cõsequens apparet, ꝙ prædictus R. Sopæiam neptẽ dicti T. cuius prima facie præsumitur consobrinus, habere nõ potest aliquatenus in vxorẽ Nota quod primo dicto alicuuius standum est etiam si postea in contrarium velit iurare, & valet ad testes, si ex interuallo velint mutare dictum suum. Item quod quisque propria voce confitetur, in eundem casum infirmare nõ potest.

d ¶ Nominatus.] bene dicit, nominatus, & habitus, nam sola nominatio 4 non facit eum filium. C. de probat. nõ epistolis. & C. de test. neque. & C. de hær. inst. si pater. & C. de proba. non nudis. & arg. ĩ. de pręsum. illud.

[Gl. seq. dupliciter obijcit. s. pro primo dicto patris & pro secundo matris, & soluit.

† Cap. 2. eo. ti. in 4. compil.

† temporis.

† Vide l. generaliter, C. de non nu. pecu.

4 Dicit H. certe nec habitio facit filiũ, faciunt tñ hic præsumptionẽ sine pro, siue contra. ff. eo. l. ẽt matris. cui stat̃ donec ꝓbet̃ cõtrarium, sed non præiudicat veritati, vt in cõcor. gl. & ff. eo. l. fi. Ioã. And.

a ¶ Infir-

sua quisque voce dilucide protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio confirmare. [a] Vnde apparet per consequés ꝙ prædictus R. Sophiam neptem memorati T. cuius prima facie præsumitur consobrinus, [b] non potest habere aliquatenus in vxorem.

¶ Idem in concilio generali.†

¶ Iudex debet habere notarium vel duos viros idoneos qui scribãt acta iudicijs: alias si quid difficultatis emerserit per superiorẽ punietur, nec credetur ei super processu nisi in quãtũ per acta, vel aliàs in legitima documenta cõstabit.

† Innocentius iij. in concilio generali Lateran. cap. 38. ti. in 4. compilatiõe. Et de materia huius ca. vltra tradita hic p doctores, vide q̃ no. lib. 3. cõmen. in Direct. inquisitor. Schol. 22. Adde Angelũ in l. gesta. C. de re iud. & Franciscum Curtium iunorem tract. feud. par. 6. q. 4. vbi multa d his duabus psonis loco vnius notarij adhibendis.

a ¶ Infirmare.] verba ista sumpta fuerũt ex illa l. C. de non nu. pec. generaliter. cũ enim assertioni cõiugum credatur ꝙ aliquis nõ sit eorũ filius ĩ. qui fil. sint leg. transmissæ: multo fortius credit eis ꝙ aliqs eorum sit filius ĩ. qui fil. sint leg. p tuas. & ff. de proba. etiam. Sed nõne potius p̃sumendum est pro primo dicto patris. qui primo negauit illũ esse filiũ suum, vt patet in integra, q̃ pro secundo, cum non sit verisimile ꝙ in filium suum tam graue qd dixisset? Arg. ĩ. de p̃sumptio. litteras. vbi nõ statur secũdo iuramento, ꝙ si fuisset filius illius, non potuissent viscera eius nõ fuisse mota. sup eo. ĩ. de p̃sump. afferte. & 23. q. 4. ea vindicta. sic & primo dicto testis credi dẽt, & nõ secundo in ꝯrium p̃lato. ĩ. de test. cum in tua. arg. Preterea paternus affectus omnẽ vincit affectũ. C. de cura. fu. l. vlt. Sed vr̃ ꝙ potius secundo dicto matris stãdum est q̃ primo: quia potius iuramẽto q̃ simplici verbo creditur, maxime cum alia præsumptio p̃cessit ꝙ de alio sit genitus: sed fauore filiationis, potius statur communi opinioni & nominationi vtriusque parentis.

b ¶ Consobrinus.] sic patet ꝙ consanguinitas p̃sumptiue probata dissoluit matrimonium. Item ꝓptet connexitatem causæ sententia lata pro vno præiudicat alijs. 3. q. 6. hoc quippe. & ĩ. de accu. ad petitionem. 81. dist. tantis. Bernard.

Qvoniam contra falsam.] Istud capitulum est valde famosum, & h. d. vt in rubro. Diuidit in tres partes. In prima ponitur constitutiones causa. In secunda constitutio: ibi Statuimus. In tertia pœna. ibi, Iudex autem. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam iudices aliquando in præiudicium alterius partis aliqua asserebat inique, & litigator veram negatiuam contra assertionem iudicis probat non poterat: ne ergo falsitas p̃iudicet veritati, & iniquitas æquitati, statuit concilium, vt tam in ordinario iudicio quam extraordinario, iudex habeat semper aut publicã personã si potest, aut duos idoneos viros q fideliter vniuersa iudicij acta conscribant, videlicet citationes, dilationes, & omnia quæ in litteras per ordinẽ explicantur: designando loca, & tẽpora, & personas, & omnia sic cõscripta partib tribuãtur, ita ꝙ originalia pęnes scriptores vel iudices remoueãt, vt si super processu iudicij orta fuerit dubitatio p acta, possit veritas declarari, ita videlicet, vt sic honestis & descretis iudicib. deferatur, ꝙ p iniquos innocentiũ justitia nõ lædatur. Iudex verò qui cõstitutionẽ istam neglexerit obseruare, si pp ipsius negligentiã aliquid difficultatis emerserit p superiorẽ pœna debita castigetur, nec pro ipsius p̃sumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis constiterit documentis. Nota quicquid hic dicitur, notabiliter est notandum.

c ¶ Directa probatio.] directa ideo dicit, quia indirecte bene probatur negatiua. ĩ. de test. ex tenore. De hac tamen materia plene dictum est. s̃. de ele. bonæ. & quæ ibi dicta sunt hic possunt notari, & ideo hic non dicimus Bern.

d ¶ Extraordinario.] id est, delegato. 3. q. c. induciæ. §. spatium. versic. ei autem. & etiam extra ordinariũ vocat qñ nõ proceditur figura iudicij, sed iudex ꝓcedit ex offõ suo in modum inqsitionis vel denũciationis. & ĩ. de accus. inqsitionis & c. sup his. & c. qualiter & qñ. & c. olim. qa ex tunc omnia conscribenda sunt.

Iudicum extraordinarium quod dicatur.

CAP. IX.

Qvoniam contra falsam assertionem iniqui iudicis innocens litigator quandoque nõ potest veram negationem ꝓbare: cum negãtis factam per rerum naturam nulla sit directa [c] probatio: ne falsitas veritati præiudicet, aut iniquitas præualeat æquitati: ¶ Statuimus, vt tam in ordinario iudicio, quã extraordinario, [d] iudex semper adhibeat aut publicam (si potest habere) personam, aut duos † viros [e] idoneos, qui fideliter vniuersa iudicij acta conscribunt: videlicet, citationes, [f] dilationes, [g]

e ¶ Duos viros] sic ergo vr̃ ꝙ tabellio æqualeat duobus, ex quo loco tabellioni adhibent duo idonei. alibi vr̃ ꝙ æqualeat trib. 16. q. 3. ca. placuit. § põt. versi. is ãt. Et sic vr̃ ꝙ pl⁹ credit scripturæ tabellionis q̃ scripturæ epi, vl' alterius iudicis. quia scripturę iudicis nõ creditur nisi habeat testium subscriptionẽ. ĩ. de testib. cũ à nobis. & hoc est ideo qa cũ tabellio iuratus est, credendum est instrumẽto suo: inf. de præscr. ad audientiam. inf. de præsumpt. illud, in fine. Sic etiam consuetudo regionis habet, vt credatur instrumento principis. inf. de fid. inst. cum dilectus. Et licet circa judicia credatur scripturæ tabellionis, tamen circa contractus non creditur ei nisi habeat testium subscriptionem. in Auth. de hær. & Falc. §. sancimus. coll. 1. ex quo enim scriptura inuenitur in actis publicis, licet non habebat testium subscriptionẽ creditur ei. art. 30. q. 1. §. 1 & C. de fid. inst. in Auth. ad hoc. & in Auth. de ijs qui ingred. ad app. §. illud etiam. colla 5. & hoc idem colligitur ex hac littera, quia videtur sufficere tabellio: vel si tabellio haberi non potest, duo idonei viri valent nec hic dicitur quod in præsentia testium illud fiat, sed tutius est vt adhibeantur, si adhiberi possunt.

Tabellio an æquiualeat duobus.

† Adde qđ notarius dicitur publica persona. concor. l. 2. in fi. ff. rem pu. sal. fo.

f ¶ Citationes.] vt per hoc appareat quod perpetuata sit iurisdictio si hoc negaretur, vel reuocaretur in dubium sup. de offic. dele. gratum. & c. licet. & sic Reus per conuentionem solam non posset postea declinare forum transferendo se ad alium locum sup. de for. comp. proposuisti. & ff. de iud. si quis postea. Sed videtur ꝙ de hoc credẽdum esset iudici cũ nuncio credatur. inf. de app. cum parati. ff. de rest. eo. qui sub tut. & cura. sunt. l. magis §. illud. & 65. dist. si forte in fin. Sed forte 1 hodie non creditur soli nuncio, nisi esset publicus nuncius & iuratus, & talib. nunciis creditur in foro ciuili secundum consuetudinẽ Lombardorum. Iure isto videtur quòd non sit ei credendum, nisi constet aliàs legitime.

1 Hoc dicebat Io. sub dubio forte vel s̃m eum saltẽ quo ad saltẽ quoad hoc credit nũcio vt negãs cogatur iurare se nõ citatũ. s̃. de rest. in inte. ex litteris. Io. And.

g ¶ Dilationes.] quæ continere debent quantũ spatium contineat vnaquæque dilatio, consideratis circumstantiis viarũ & tẽporum argu. inf. de app. cũ sit Romana. ff. de iud. nonnunquam, nec prima dilatio debet peremptoria esse, nisi fieret hoc ex causa. sup. de dilationi. dilecti. & vt sciatur quãdo, quia posset puniri vt̃ contumax, quia excõmunicari, vel etiã in posses-

possessionem mitti non debet, nisi post trinam citatio nem, vel vnam peremptoriam. 24. q. 3. de illicita: & inf. de senten. excom. sacro. & ff. de re iud. contumacia. tamen si ad primam non veniat citationem, condemnabitur alteri parti in expensis in secunda citatione cum venerit. C. de iudi. sancimus & s. de procuratoribus. querelam vbi de hoc.

vel non credo, si iuratum est de calumnia, si iuratum est solummodo de veritate dicenda, debet simpliciter rndere, sic vel non concedo vel nego: & per positiones has & rnsiones non fit litis contestatio. vt dictum est. & sic differentia est inter rnsionẽ, q̃ fit p litis cõte. & q̃ fit postea per positio nẽ actoris, vt hic patet. Vel ponuntur ppie interrogationes: quæ fiunt à iudice ex officio: qnia quoties æquitas ipsum mouet, potest interrogare partes. ff. de inter. ac. vbicunque & 30. q. vlt. iudicantẽ, & et postquã conclusum est in causa. j. de fi. instr. cũ Ioannes. & etiam pars põt interrogare, & valet rñ. j. de do. & contu. prout. ff. de interro. act. si fine. §. 1. & aduocatus potest interrogare. ff. de adult. si postulauerit. §. qõni,

recusationes, [a] exceptiones, [b] petitiones, [c] responsiones, [d] & interroga- 10 tiones, [e] confessiones [f] testium depositiones, & instrumentorũ [g] productiones, interlocutiones, [h] appellationes, [i] renuntiationes, [k] conclusiones, & cætera, quæ occurrerint, 20 † competenti ordine conscribenda; loca designando, tempora [l] & personas. Et omnia sic conscripta partibus tribuantur, ita quod originalia penes scriptores remaneant; vt si super processu iudicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari; quatenus † hoc adhibito moderamine, sic honestis & discretis deferatur iudicibus, q per improuidos & iniquos, innocentiũ iustitia non lędatur. Iudex autem, qui cõstitutionem ipsam neglexerit obseruare, si propter eius negli-

a ¶ Recusationes.] & sic patet, q iudicis recusatio redigenda est in scriptis. arg. j. de appel. secundo requiris. & cum speciali. & recusatione iudicis proposita, nõ dẽt postea sup principali procedere, donec de ipsa constiterit. & si iudex non admittat iustam recusationem, cassabitur quicquid postea fecerit, si appellatum fuerit contra hoc. s. de offic. delega. super quæstionum. in fi. q d iuris. sit in recusatione, dicitur s. de off. de leg. suspicionis. & j. de app. cum speciali.

b ¶ Exceptionis. exceptio enim danda est in scriptis, 1. & redigenda in actis: & hic proprie appellat exceptio nes, quæ proponuntur contra aduersarium, vel cõtra rescriptum? quia specialiter pre misit de recusatione iudicis, proposita exceptione probabili, iudex non dẽt procedere in quæstione principali, donec de ipso constiterit. s. de off. deleg. prudentiam. §. sexta. nec simul de exceptione principali quæstione cognoscendum est: quia ordo iuris peruerteretur. s. de iudic. exhibita. Et ex ordine istorum verborum notatur qualiter exceptiones proponantur. Recusatio enim iudicis naturaliter præcedit, & ideo primo proponenda est & expedienda; & si illa nõ probetur, proponantur exceptiones postea, & illæ coram delegato probari debent, & per ipsum examinari. s. de rescrip. super litteris. & s. de foro compet. ex parte. B. Si vero iudex statuat terminum ad omnes exceptiones dilatorias proponendas, quod & facere potest, & debet. j. de excep. pastoralis proponere debet omnes tam contra iudicem quàm contra alios, & eis propositis procedetur statim primo loco super iudicis recusatione, pendentibus alijs quousque expedita sit quæstio recusationis, cum illa sit præiudicialis: quia ea probata aliæ postea locum non habent.

c ¶ Petitiones.] ideo petitio siue libellus dari debet in scriptis, quia secundum formam petitionis formari debet sententia. j. de sim. licet Hely. & si inepta fuerit, succumbit. s. de iud. examinata. & vt sciat reus an velit cedere vel contendere, deliberatione habita. 3. q. 3. offeratur. arg. de dila. præterea. Item nisi certa sit petitio, non citabit iudex reum, vt 5. quæst. 2. si primates. 3. q. 9. inducias & sic est op. argum. quod oblatio libelli sit de substantia 2. iudicij. argum. op. s. de lib. ob. c. 1. vbi de hoc.

d ¶ Responsiones.] quæ debet fieri ad petitionem actoris iudice interrogare; vel etiam actore, vt appareat lit. contest. quæ fit tantum per petitionem & directam responsionem ad eam. s. de litis contest. cap. 1. & s. de elect. dudum 2. qua omissa licet positiones factæ fuissent & responsiones, non tamen valebit iudicium vt ibi.

e ¶ Interrogationes.] id est, positiones: quia actor ponere debet id super quo intendit habere confessionem rei, & sic ponit talis syndicus hoc, dum tamen faciat ad instructionem causæ, & reus debet respondere, credo

f ¶ Confessiones.] & taciturnitas etiam scribi debet, puta interrogatus no 30 luit respondere. talis taciturnitas pro confessione habetur. ff. de nterrogatoria actione. de ætate. §. nihil interest. & est ar. 65. di. & si forte. & 54. dist. si seruus. & huiusmodi confessiones factæ ad petitione actoris uel iudicis, & etiam partis, possunt reuocari, quæ fiunt post litem contestatam, si quis probauerit se errasse. sup. de confess. c. ult. ubi de hoc.

g ¶ Instrumentorum productiones.] s. ut sciatur utrũ exhibitum sit tempore competenti: nam postquam cõclusum fuerit in causa. produci non poterit. j. de fide 40 instrum. cum dilectus. B.

ADDITIO. Contrarium. sentiunt domini de Rota decisione 5.

h ¶ Interlocutiones.] licet sit scribenda sententia interlocutoria, non tamen dicitur quod proferenda sit in scriptis: sed sufficit quod scripta sit in actis. 3. Aliud consueuit dici de sententia diffinitiua: quæ nisi sit lata in scriptis, nec nomẽ sententiæ habere meretur. 2. q. 1. in primis. uer. sed & de personis. An transeat interlocutoria in rem iudicatam, dicitur j. de appellationibus. 50 cum cessante.

i ¶ Appellationes.] ut sciatur an j. x. dies sit appellatũ, quia postea non ualeret appellatio. 2. q. 6. anteriorum. §. biduum.

K ¶ Renunciationes.] postquam renunciatum est, & conclusum in casu nulla admittitur 4 exceptio, uel allegatio, vel instrumentum. C. de compen. l. vlt. ar. l. ad hoc. j. de testib. c. de testib. & j. de fide instr. cum dilectus. & s. de cau. pos. pastoralis. nisi euidens ratio moueat iudicem, ut in decre. pastoralis.

60 l ¶ Tempora.] in quo loco facta sint, & quo die, & mense, & quo anno domini: omnia ista debent scribi in omnibus supradictis, & huiusmodi instrumenta fine processus communia sunt & utrique parti cum die: & consule integraliter sunt edenda, ut j. dr, alioquin si non edantur ea quæ communia sunt licite appellatur. s. de fid. instrum. G. perpetuus. & C. ut lite pend. l. 1. C. de eden. is apud quem. & rescriptum Papæ integrum debet edi. arg. s. de dila. præterea. & s. de rescrip. scrip. eam te, &c. constitutus. & j. de fid. instr. ex litteris. Idem est in omnibus communibus instrumentis, secus in proprijs priuilegijs. j. de fi. instrum. contingit. ff. de eden. l. 1. §. editionis, nisi aduersarius illud uellet probare falsum. j. de fi. instru. inter dilectos. C. de contrahen. & commit. stipu. optimam.

a ¶ Negli-

† In cõcilio & aliquot antiquis codicib. occurrunt.

1 Dicit Host. q exceptio de necessitate nõ est porrigẽda in scriptis: sed redigenda tantũ Io. And.

2 Et hoc interest iudicis, q ipsa petitio det, in quo intersit actoris, & rei. no. i cle. de ueib. si se pe. ier. utrũ gaũn glo. 2. Io. And.

† In cõcilio ita: hoc adhibito moderamine, quatenus sic honestius, &c. q̃ lectio clarior est; in Gregorianis tñ exemplarib. hr ut est impressum.

3 Concor. l. 3. & ibi B. C. de sentẽ. ex bre. reci. & c. fi. in gl. j. de re iud. li. br. 6.

4 Ante sniã: post in cã appellationis secus. j. de fi. instr. cum Ioannes. Io. And.

a ¶ Negligentiam.]si culpa vel negligentia iudicis pars aliqua damnū incurrat, iudex totum resarciet. ĩ. de ten. exc. sacro. C. de test. si qñ. in fi. C. de iud. sancimus. in fi. & iudex qui negligit iustitiā facere, litē facit suā. 23. q. 2. dñs nr. Itē & per iniuriā iudicis facta est. ĩ. de empt. & vēdi. c. vl. & C. de cui. emptor fundi.

[Glossas omnes ꝑꝑ qualitatē textus so-leo textualiter reci-tare, excepta sequenti quæ. quærit & ponit solu. Secundo ēt quærit & soluit. Tertio contra primā solutionem ponit dictum Inno. quod reprobat. Ioan. And.]

b ¶ Præsumat.] sed nunq̄d correcta sunt iura, quæ dicunt ꝙ semper præsumitur pro ijs, quæ à iudice facta sūt. s̃. de elect. bonę. & s̃. de renuñ. in pręsentia. & s̃. eo. post cessionem. & ĩ. de re iudica. sicut. & institu. de fideiuss. §. vlt. & 2. q. 6. hoc etiā placuit. argu. Dixit Io. super hoc, ꝙ semper creditur sententiæ iudicis, vbĩ cōstat de ꝓcessu causæ, sed vbi reuocaĩ in dubiū de processu iudicis, non est pręsumendū ꝓ iusto ordine, 1 nisi probetur per acta: nā & victores non aliter potientur sententijs, nisi eos ostēderēt recte latas. in Auth. de ajs qui ingre. ad ap. §. si illud. coll. 5. si acta sunt perdita probetur perditio, & sufficit. vel etiā processus probetur per testes. argum. ĩ. de priuileg. cum olim. & ĩ. de testib. Albericus. & ĩ. de re iudi. sicut. & C. de testamen. publicati, tamē si eps denunciet aliquē excōicatum, standum est sententiæ suæ, licet non adsit subscriptio testium. 11. q. 3. curæ. & s̃. e. post cessionem. vbi de hoc. Si tamen dicat se inordinate vel iniuste excōmunicatum, iudex aut etiam aduersarius dēt ostendere, ꝙ debito modo excommunicatus est. inf. de sent. excō. sacro. in prin. Sed pone ꝙ personæ illæ, quæ debent acta conscribere, appareant subscripsisse omnibus actis: nunquid præsumitur in tantum pro eis, vt in contrarium probari nō possit: Dico ꝙ admittitur probatio in contrarium. s̃. eod. post cessionem. & ĩ. de testi. cum à nobis. quia ēt contra instrumentum. quantumcunq; publicum sit recipiuntur testes. C. de prob. cum precib. & ĩ. de fi. instr. cum Ioannes. nam & partes possunt cōtra dicere actis. C. de rela. l. 1. & 2. q. 6. §. biduum. ver. verendū est, &c. & bene contradicere possunt, q̄a qñque cōpertū est eulogia ex mala fide scribi, vt ff. de cust. & exhi. re. l. diuus. ar. ĩ. de acc. cum dilectus. & hoc verum est. dummodo per plures & meliores probetur cōtrariū de hoc dictum est s̃. e. Tertio ex ordine verborū istius decre. debes colligere qualiter iudex debeat procedere in negotio alicuius causæ à principio vsque ad finem. quia primo loco dēt citare. & ita per ordinem vt littera dicit, procedere dēt. Inn. iiij. dicit ꝙ si sententia lata est vtraq; parte præsente, vel procuratoribus partium à qua non est appellatum, & sententia in scriptis appareat, in tantum præsumitur pro ipsa, ꝙ si aliqua partium vellet eam impugnare ratione processus non debet audiri, quia præsumendum est quod omnia sint legi acta me ex quo tempore sententiæ nihil dixit, nec appellauit: tamen credo, si sententia detur quod taciturnitas partium non possit facere sententiam aliquam, quæ nulla est, vt lis contestata non sit; aut si die feriata esset lis contestata, Ber.

gentiā [a] quid difficultatis emerserit, per superiorē iudicē animaduersione debita castigetur; nec ꝓ ipsius præsumatur [b] processu, nisi quatenus in cā legitimis constiterit ducumentis.

¶ Honorius tertius archiepiscopo Londe. † & eius suffraganeis.

¶ Si probari potest reū deliquisse, eius probatio quod non deliquerit, non est admittenda.

CAP. XII.

AD † nostrā noueritis audiētiam peruenisse, quod sacerdotes & clerici Daciæ, legi regni (per quam negatiua probatur) temere innitentes, à criminibus quæ probari testibus fide dignis possunt legitime contra eos reputantur insontes, si se super his purgare valeāt quoquo mō: [c] & inf. ¶ Volentes igitur vt hæc pestis conrraria oĩ iuri [d] † penitus extirpetur a clero; Mandamus, quatenus in hmōi probatione negatiuæ (dum tñ possit affirmatiua [e] ex aduerso probari) nemine audiatis.

AD nostram. Primo ponit prauam consuetudinem, quam secundo seruari prohibet ibi; Volentes. Abbas Siculus.

CASVS. In regno Daciæ lex talis siue consuetudo seruabatur, ꝙ si aliqui de criminibus accusabantur, quæ ꝑ legitimos testes probari poterant contra ipsos, reputabantur immunes, dūmodo valeant se purgare quoquo modo. sacerdotes & clerici Daciæ, huic legi innitebantur: ꝑuenit hoc ad notitiā domini Papę, ipse volens vt hęc mala consuetudo, quæ est contraria omni iuri, extirpeĩ à clero, mādat quatenus in ꝓbatione huiusmodi negatiuæ, nullus audiaĩ, dum tamē ex aduerso possit affirmatiua ꝓbari. No. consuetudinem non valere cōtra iuris ordinem. Item affirmatiua pręualet negatiuæ.

¶ Idem Aurelianeñ. & Lameten. episcopis.

¶ Fines diœcesum probantur per libros antiquos adminicula, & testes, & famam.

CAP. XIII.

CVm † causam; quę inter Colubrien. & Egi-

c ¶ Quoquo modo.] Idest, per viles & criminosos, & sibi similes. quod esse non debet, immo dēnt esse bonæ famæ & opinionis. inf. de purg. can. constituturus.

[Gloss. sequen. recitetur per quæstionem, in quo erat hæc consuetudo contraria iuri. & respōdet dupliciter.]

g ¶ Nequiuit, simile, ī. de excep. pastoralis, & s̃. eo. pſentiū, sed si hēre nequiuerit illos, ei obesse nō dēt ħ per eū nō steterit, arg. sup. de rescr. si autē; & c. ple runque, & s̃ ut lit. nō conte. cūm. 1 rñ. & 2 q. 6. anteriorū. §. ad hoc, & ita vr, ꝙ & sine iurō deberet admitti, qđ nō est uerū, quia sine iurō hoc ei credi nō debet, maxime cū ante tertiā productionē hoc nō fuerit protestatus, unde iurare tenet, prout hic continetur. Præterea hæc quarta productio dari non debet, vbi sufficiēs productio testiū facta fuisset, s̃. e. signi-

† Vide tex. in auth qui semel. C. de proba.

2 Secūdum Host. deficit ratio, quia iurm calumniæ non defendit, qui dilationem petit superfluam, vnde dic, ꝙ exigi tur ad tollendum iuris præsumptionē, quę est, ꝙ quamuis sit iuratum de calūnia, malitiose petatur hęc dilatio. Io. And.

3 Adde qñ debet peti, & ī. q tpa, ꝑ

h ¶ Pendente accusatione.] nota ergo ꝙ cum aliquis accusatus est de crimine, statim grauata est eius opinio: vñ nō potest in criminibus ad testimoniū admitti, vt hic patet, & sup. e. testimoniū, qa testes sine omni suspicione esse, dēnt, & infamia. 2 q. 7. testes. & inf. de excep. deniq;. Nec etiā potest promoueri ad ordines, ut hic dr in fi. & 81. dist. tantis Daniel. & infra de accus. omnipotens. & 33. dist. laici, & ff. de decur. eos. Itē nec pōt aliū accusare: quia nō relatione criminis, sed innocentia reus purgatur, ff. de pub. iud. is qui. & hic in fi. Item nec potest constitui procurator, C. de procura. l. reum nec accusare. Ex hac enim decre. patet, ꝙ testimoniū in criminali actione accusatio, & ordinū susceptio pari passu incedūt, ex eo, qđ accusatus pendente sua accusatione repellitur a testimonio, ab accusatione, & ordinū susceptione. Præterea ex eo qđ dicit iñ principio in criminib. patet ꝙ sec⁹ est in ciuili, qa tūc nō obstāte accusatione, vr qđ interim possit admitti in testē in cā ciuili, s̃. eo. testimoniū, & est verum si sit emendatus de crimine, & cum nō comitetur infamia, vt ibi, ar. inf. de simo. per tuas. quia licet accusetur, nō statim reus est. 15. q. vlt. c. vl. quia pendēte accusatione remanet in officio suo, & interim subditi eius ei obedire tenent, ī. de acc. oli, & 8 q. 4. nonne. Itē patet hic, ꝙ minus idonei testes, quorū opinio vacillare vr, admittunt in exceptis criminibus, ex eo qđ dicit, nisi forsan in exceptis criminibus: sed hoc forte est intelligēdū ſm distinctionē illius c. 2. q. 1. primis. vtrū, 6 s. malæ famæ vel malæ opinionis: & tunc cum est malæ opinionis, admittatur: licet c. illud loquat in accusatione, aliter admitti non debet, cum etiam si ciuiliter ageret, nō essent admittēdi, nisi essent emendati, & cum alijs adminiculis, inf. de simo. per tuas, sed licet accusetur, nō tamen statim reus est, ut sup. dr. & ideo potest amitti in crimine excepto, cū adhuc remaneat in statu suo.

6 Scilicet sit ille accusatus de crimine excepto. Io. An.

Item

Item ex hoc c. & sup. e. testimonium patet solutio quæstionis, quæ fieri consueuit, si aliquis condemnatus sit de crimine & appellet, vtrum recipiēdus sit in testem, si pendente appellatione inducatur. Et satis patet ex his duobus cap. quid iuris sit, quia criminali nequaquam, in ciuili vero bene potest admitti: quia pendente appellatione non dr condēnatus, ff. de pę. l. 2. §. vl. & integer est status eius, vt interim fungatur honorib. ff. nihil innouari ap. inter po. l. vni, §. integer, & melius in §. si qs deportatus, quia licet sit dānatus, 1 adhuc non hr infamis ex quo appellationē suam psequitur, ff. de iis, qui no. infam. furti.

† In aliquot uetustis desūt, hæc duo uerba, uel non.

1 Et de crimine famoso, ut in l. al leg. in prin. Io. And.

TITVLVS XXI.

De testibus cogendis, (vel non.)

¶ Alex. III. Papien. electo.

¶ In causa ciuili monendi, & inducendi testes sunt ad testificandum, & si se subtrahant odio, gratia, & c. compelluntur.

DE TET?? S cogendis, vel non.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cōp. Et pro intellectu textus, & glossarū uide præ cæteris Guidonē Papę hic.

¶ Quia officium testium quasi publicū est, & ad illud interdum inuiti cogātur, ideo post tractatum de testibus, & c. sic cōtinuat. Io. And.

Ego continuo sic: Visum est. s. de testibus, sed quia posset dubitari vtrum ad testificandū possint cōpelli, merito subditur ista, Abb. Sic.

De hac materia habetur 2. q. 6. statuendum.

Ausā matrimonij q̄ inter.] In causa matrimoniali cogēdi sunt testes ferre testimonium, ita cōiter summatur, sed non placet in quantum ponit specialitatem in matrimonio: quia sic loqui videtur iura in alia materia ciuili. In prima parte ponit causæ commissionem. In secunda prouidet partibus. Ibi ideoque. Abb. Sic.

CASVS. Quædam causa matrimonialis vertebatur inter mulierem, & virum suum: commissa fuit iudicib. Mandat Papa Papieñ. electo, quatenus moneat testes ad ferendum testimonium, quos vtraque pars sibi duxerit nominandos. Si vero odio, amore, vel timore, se subtraxerint, quo ad ferendum testimonium corā prędictis iudicibus, vel nuncio, quem ad hoc miserint, cōpellat eos per Ecclesiasticam censuram. Non testes com pellendos, sed prius monendos.

[Gl. seq. ponit duplicem cām compulsionis testiū.]

a ¶ Occultent.] sic 14. q. 2. q̄q̄ hæc. n. est cā quare testes cōpelluntur, ne veritas occultet, & ne malus, vt bonus æstimet, vt in c. q̄q̄, & q veritatē occultat, peccatū committit mortale, 2 11. q. 3. quisquis, ideoq; cōpellitur.

b ¶ Timore.] Tunc enim testes sunt compellendi, alias non vr q compelli debeāt. j. eo. super eo. ex eo enim q non vult ferre testimonium, præsumitur cōtra ipsum: vnde dico illum statim compellendum, nisi constaret per alios, quod bene possit veritas comprobari.

† Dictio, eorum, deest in vetustioribus exēplaribus.

2 An sit peccatum mortale non testificari, præter tradita hic per Doct. uide B. Tho. 2. 2. q. 70. ar. 1. ad. de Ias. in l. præscriptione, C. si contra ius, uel util. pub.

CAP. I.

Causam † matrimonij, q̄ inter M. mulierem, & filium R. vertitur, commisimus iudicibus terminandam.

¶ Ideoque mandamus, quatenus testes ab alterutra partium in suę assertionis testimoniū inuocatos, ne veritatem occultent, a diligentius moneas & inducas. Si autem odio, vel gratia, vel timore b se subtrahant, eos ad ferendum testimonium coram præfatis iudicibus, vel eorum † nuncio, c quem ad hoc miserint, ecclesiastica districtione compellas.

¶ Itē presbyteris Pontię. †

¶ Vbi testimonium est necessarium, cōpellendi sunt testes ad illud ferendum, etiam per suspensionis, excommunicationis, & depositionis sententiam.

CAP. II.

Cum † super causa, quę vertitur inter Prænestinum Episcopum, & Sublac. Abbatem, sit testimonium vestrum necessariū: Mandamus, quatenus perhibituri testimonium veritati, Apostolico vos conspectui præsentetis. Si vero non veneritis, d sciatis vos ab officio, e & beneficio ecclesiastico Apostolica auctoritate suspensos. Et f si nec sic veneritis, excommunicationis, & depositionis g sentētiam poteritis formidare.

[Gl. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.]

c ¶ Eorū nūcio.] Puta, si fuerint debiles, vel infirmi, vel egregia persona. s. tit. prox. si qui test ū, & ff. de iureiu. ad personas arg. contra 3. q. 9. testes. ibi dicit q præsentes debent esse testes, illud intellige de illis personis q̄ ad iudicium venire pñt. Vel intellige illud in criminali, vbi testes debent esse in psentia iudicis: hoc in ciuili, & hoc bene distinguitur. C. de f. instr. auth. apud eloquentissimum exigitur enim, vt in criminali sint coram iudice, & nōn solum ex dictis, sed etiam ex gestis iudex informet motum animi sui, ff. de testi. l. 3. §. item Diuus.

Cum super.] Per excōicationis, suspensionis, & depositionis sñiam, cogendi sunt testes. Tria facit. Primo pcipit. Secūdo punit cōtenentē. Tertio aggrauat. Scda ibi. Si vero. Tertia ibi. Et si Abbas. CASVS. Mandat Papa quibusdā presbyteris quatenus ad psentiā suam accedat perhibituri testimonium veritati, sup cā q̄ vertitur. Itē Epm Prænestinum, & Abbatem Sublacē. Si vero nō venerint, sciāt se ab officio, & beneficio suspensos, & si nec sic venerint, sententiam excōicationis poterunt formidare. Nota, q crescente cōtumacia, crescere debet & pœna.

† In aliquot antiqs ita: Pontiæ, & Asiæ, sed Asisij puto scribendū, alias Pontiæ, & Asiliæ.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cōp. & post Concil. Lateran. sub Alexan. III. par. 8. cap. 1.

d ¶ Veneritis.] In termino constituto supple, & tunc sufficit, vt veniant ea hora qua possint expedire officiū suum, sup. de offi. deleg. consuluit, & arg. ff. de condi. & demon. l. 4. in fi.

[Gl. seq. reci. per contrarium de decr. cum non ab homine, vbi remittit.]

e ¶ Ab officio.] is est ordo, cum culpa incipit a contumacia. tunc debet excommunicari, 23. qō. 4. forte. Secus si a crimine, tunc debet deponi 81. distinctio. dictum, & supra de iudi. cum non ab homine. vbi de hoc.

[Gl. seq. no. quod plures, & c.

f ¶ Et si nec veneritis.] no. arg. quod in vna citatione possunt fieri plures citationes: sicut etiam fit de consuetudine propter difficultatem citationum, vt sup. de do. & contu. ueritatis. & c. cum dilecti, & sup. de in integ. rest. tum ex litteris.

[Gl. seq. quærit, & soluit.

g ¶ Depositionis.] & sic crescente contumacia crescere debet & pęna, sup. ut lit. non contest. quoniam, in fi. ff. de pœ. relegati, nisi necessitas sit impedimento, arg. ff. de arbi. Celsus, §. idem ait, non enim in omni casu excōmunicare eum intelligitur, arg. ff. de solu. si seruus decē, in fi. Quid si excōmunicasset eum, nisi uenisset in term. no

termino nulla exceptione facta, nunquid erit excommunicatus si non potuit venire? 1 In casu tali saltem quo ad Deum, non est excõicatus, quia impossibile præceptum non ligat. ff. quæ sent. sine app. rescind. l. Paulus 2. Sed quia ecclesia illud ignorat, doceat de impedimento, & absoluetur sine difficultate a grauamine, arg. ĵ. de sent. excom. sacro. sic ex eadẽ cã reuocatur sñia diffinitiua, nec mãdãda est executioni, ff. de iu. si ꝑtor, & ĵ. de re iu. cũ Bertold⁹, & c. cũ olim, multo fortius excõicationis sñia tenet: sed ꝓbato impedimẽto siue grauamine (vt dixi) debent absolui.

† Iann.
† Ian. Epo.

S Vper eo.] In prima ponitur decisa consultatio. In secũda rñsio: ibi, Consultationi, in qua distinguit, & ẽm mẽbrũ prosequitur: ibi, Verum, cuius responsio moderatur: ibi, Nisi, & demum quęrentem instruit: ibi, Licet. Abbas.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. cõp. & c. 7. par. 8. post cõci. Later. sub Ale. III. Et de materia notorij, & an in eo requirat probatio, uide late p Sayc. Alber. & al. os in l. ea quidẽ. C. de accus. & per Iul. Cla. in pract. cri. §. fi. q. 9.

CASVS. Aliquis cõuenitur de aliquo facto coram iudice, ille factũ negat, quæritur an illi, q inter fuerunt negotio, cogendi sint ferre testimoniũ veritati? Respõdet Papa, si factũ notoriũ est, nõ sunt necessarij testes, cũ talia probationem, vel ordinem iudiciarium non requirãt. Si vero non est notorium, & is qui cõuenitur, factum negauerit, testes q interfuerunt, monendi sunt, non cogendi: nisi forte timore adnersæ partis a ferendo testimonio reuocentur. de iuris rigore tamen indistincte sunt cogendi. Not. quod factum notorium non requirit probationem. Item not. quod testes sunt compellendi dicere veritatem.

† Dictio de, deest in vetustioribus.

¶ Idem Genuen. † Archiepiscopo.

¶ Testis, qui timore aduersæ partis se subtrahit testificari compellitur adde et in criminali secundum cõmunem intellectum: & sic aliquid additur ad cap. 1. supra eo, & c. dilectorum, infra eo.

CAP. III.

S Vper † eo [a] & infra. ¶ Consultationi tuę taliter respondemus, quod si factum est notoriũ, non eget testium depositionibus declarari, cũ talia probationem, vel ordinem iudiciarium, non requirãt: [b] Verum si non est notoriũ, & is qui conuenitur, factũ negauerit, testes qui interfuerunt facto, monendi sunt: non cogendi [c] ad ferendum testimonium veritati. Nisi forte timore [d] aduersæ partis constiterit iudici, eos a ferendo testimonio reuocari. Licet ad hoc passim [e] possint † de iuris humani rigore compelli.

monitus est, & non vult testificari, præsumitur contra ipsum, ꝙ non bono animo hoc faciat, & ex hac præsumptione compellitur. ar. C. qui mili. non pos. super seruis. lib. 12. & testes inuiti cogendi sunt. C. de testi. si quando. Auth. sed hodie. & sic hodie seruat, 2 & si constaret, ꝙ pars aduersã hoc faceret, debet excõicari, ŝ. tit. ꝓxi. cũ cãm, 1. §. ꝙ si forte. & c. constitutis 1. e ¶ Passim.] s. 3. in ciuilibus, sed in criminalibus non, nisi agatur ciuiliter, vt ĵ. eo. c. dilectorum.

¶ Idem.

¶ Compelluntur testes etiã in criminali, quos accusatus malitiose accusatoris subtraxit. h. d. secundum verum, & communem intellectum. Abbas.

CAP. IV.

P Eruenit ad audientiam nostram, quod cum I. Prior S. Laurentij, coram te fuisset de simoniæ, & adulterij crimine accusatus, quendam, qui contra eum ducẽdus erat in testimonium, iuramento [f] adstrinxit, vt non deponeret contra ipsum: & infra. ¶ Nos igitur attendẽtes, quod nemo debet [g] aduersario instrumẽta [h] (quorũ appellatione testes continentur) subtrahere: & qđ tã ille, qui subripit instrumenta, quam qui aduersario parem † aduocationis copiam subtrahit, iniquã ostendit [i] a se litem fouerí, & experiri debet in se iudicis auctoritatem elusam: [k] Respondemus, ad

2 Standum est ergo interpretationi consuetudinis secundũ P. Io. An.

3 Hęc glossula non hr in antiquis exẽplaribus.

P Eruenit.] Cõpellitur testis illius fraude detegere, qui aduersario probationes copiã subtrahit, sic cõiter summatur cõis diuisio. Scda: ibi Nos igitur. Abb. Sic. CASVS. Quidam nomine Ioan. de S. Laurentio accusatus coram iudice suo de simonia, & adulterio, astrinxit per iuramẽtum quendam, qui ꝯ eum ducendus erat in testimonium, ꝙ ꝯ ipsum non deponeret. Dubitauit iudex qualiter aduersus eũ sit procedendũ, & an testis ille sit cogẽdus ad testimoniũ proferendum: quæsiuit a Papa quid iuris sit: Papa considerans, ꝙ nemo debet aduersario suo instrã subtrahere, quorum appellatione, & testes continẽtur, & ꝙ ille, q hoc facit, & qui parẽ copiã aduocationis subtrahit aduersario suo, iniquam ostẽdit a se litem foueri rñdet ipsum testem cõpellendum ad detegendum commentum tantæ calliditatis, & fraudis. Not. quod nullus dẽt subtrahere aduersario suo instrumenta, vel testes, vel parem copiam aduocationis, alias potest puniri a iudice. Item nomine instrumentorum continentur, & testes.

† Cap. 1. tit. de ꝓsum. in 2. compi. & vide l. 1. ff. de fi. inst. & l. 1. q eũ ff. de iniurijs, & gl. in l. si qñ, C. de testib. & Spec. de testiũ cõpulsione.

† In aliquot antiquis exẽplaribus ita: parẽ aduocationis seu defensionis copiam, &c. al. partem ĩ duobus vetustissimis.

[Gl. seq. incipit casum.]

a ¶ Super eo eo.] qõ fuit talis: Aliquis cõuenitur de aliquo facto manifesto, quæritur an illi, qui facto interfuerunt sunt ad ferendum testimonium compellendi.

b ¶ Non requirant.] quantum ad examinationem, vel probationem, sicut nec in confitente necessariæ sunt partes iudicis, ff. ad legem Aqui. proinde si occisus, sententia tamen necessaria est. ĵ. de diuor. porro.

[Glo. seq. recitetur per contrarium de decret. supra proxima.]

c ¶ Non cogendi.] hoc intellige a principio. primo. n. sunt monendi, & postea si noluerint sunt cogendi, vt sup. eo. c. prox. clerici vero in causa laicorum cogi non debent nisi cum aliæ probationes haberi non possunt, 14. q. 2. quamquam.

[Gl. seq. quærit, & soluit.]

d ¶ Timore.] Sed quis probauit hoc? Certe eo ipso, ꝙ

1 Hæc q. no. 4. q. 5. c. vno, in gl. sed pone, & in Spe. de cit. §. pe. ad fi. & facit, ꝙ no. ĵ. de sol. Odoardus, & qđ dixi de offi. dele. P. & G. & vr̃ expeditum de sen. excõ. l. venerabilibus. §. idem, lib. 6. Io. And.

f ¶ Iuramento astrinxit.] ꝙ fuit temerarium, & illicitũ & ideo non seruandum: vnde non obstante tali iuro compelli debet ferre testimonium super negotio principali, sup. tit. prox. intimauit, & c. constitutis, & debet denunciari non teneri illo iuramento, vt in c. constitutis, & ĵ. de acc. olim, vbi de hoc Ber.

g ¶ Nemo debet.] hæc verba habuisti, sup. tit. proxim. constitutis, & 3. q. 7. c. iufames, §. sunt autem, ver. siquis autem, & C. de postu. prouidendum. Bern.

h ¶ Instrumenta. 4. quod qui fecerit, tenetur ad interesse, 11. q. 2. si quis de clericis.

i ¶ Ostendit.] Præsumptiue: sicut præsumitur contra illum, qui ad pecuniæ corruptelam descendit, C. de pę. iu. qui. ma. iud. l. 1.

K ¶ Elusam.] Quia instrui iudex non poterat super causa illa procurante, ff. de offic. proconsul. nec quicquam, §. vlt.

a Adde hic, ꝙ appellatione instrorũ, vt dicit text. veniunt testes tũ in termino dato ad ꝓductionẽ instr. nõ põt testes ꝓduci. l. testiũ C. eod.

[Glo.

[Glo.seq.teci.per q.an super principali cogi dēat. Pon't opin. Lau. quā partim approbat, demū ponit contrariam cui signat contrarium, inf.eo.cap.penul. & ibi remittit,]

a ¶ Cōmentum.] ex hoc videtur, quod non sit cogē-dus dicere veritatē. sup principali, sed tantummodo reuelare hanc fraudem, & hoc dicebat Lau. & debebat procedi in causa tanq̄ depo suisset cōtra illū, & sic habebat illū pro producto fraude reuelata, 1 & sic seruibit iurm suum, & hoc colligi videbatur ex antiqua decr. Sed hoc nō est verū, vt hic dicit, & qđ dictū est, ad detegē dum tantæ fraudis, & c supple. & nihilo minus super principali debent cōpelli, vt dicūt illa iura, ar. s̄.ti. pxi. intimauit, & cap. cōstitutis, & arg. j̄.eo.c.vlt. & ar. cōtra, j̄.e. dilectorū. vbi soluitur. Dic, ꝙ non compellitur super principali, vt dicebat L. sed ad fraudē detegēdā debet cōpelli, vt postea denunciet non teneri illo iuramento, postea poterit iurare super principali si voluerit, sed nō debet cōpelli, & si planū est, & nullū contrarium, vt dicit Lau.

† al. commerciū, quę vox ē est I antiq. cōpi.

† Seboien. Gobien.

† Cap. I. e. ti. in 2. cōp. Et de materia vide Iu. Clar. ī prac. crimin. § fi. q.24.

1 Quasi dicat, ꝙ si haberet aliū testē vinceret, ad hoc C.de pb. si. possessionē, qđ non credit Vincen. sed forte sm eū defertur tunc iurm, sup. de procu. ex. insinuatione. Io. And.

detegendum tātæ fraudis & calliditatis commētū,[a] †ipsum testem merito cō-pellendum.

Clemens iij. Segobien. † episcopo.

¶ Si res aliter probare nō potest etiam in causa criminali compellendi sunt testes, hoc dicit secundum lecturam notabiliorem.

CAP. V.

ij PEruenit † ad nos, ꝙ cū a laicis enormis & intolerabilis iniuria clerico multis astantibus, & videntibus inferatur, iniuriantes in causam tracti, negant se tantum facinus commisisse, & cum læsus eorum testimonio, q̄ præsentes extiterāt, hoc probare desideret, illi nolunt veritati testimonium perhibere, & infra.

¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quod hi, qui de rebus ecclesiasticis[b] testificati recusāt,[c] si aliter veritas nequiuerit elici, ad illud sunt per censuram ecclesiasticam compellendi.

PEruenit.] Super probanda iniuria clerico illata cogēdi sūt testes, h.d. Cōis diuisio. Secun da ibi. Consultatio ni. Abb. Sicul.

CASVS. Laici frequenter enormem, & intolerabilē iniuriā inferunt clericis multis præsentib & videntibus: iniuriantes in cām tracti negant se tale facinus cōmisisse, clericus p illos, qui præsentes erāt desiderat intentionē suā pbare, sed illi nolunt testimoniū perhibere, quæsitū fuit a Papa qd iuris esset? Et ipse rn̄det indirecte, ꝙ ij, qui de rebus ecclesiasticis testificari recusant, si aliter veritas hēri nō pōt, ad illud sunt, per cēsurā ecclesiasticā compellendi. No. ꝙ ij de rebus ecclesiasticis nolūt testificari, sunt [illegible] cogēdi.

b ¶ Ecclesiasticis.] nomine 2 rerum ecclesiasticarum intelligo clericos, & ita videntes clericū lædi testifi cari cōpellunt 12.q.2. ecclesiarū seruos, & int. de vi. & hon.cle.c.vlt. & ita pōt intelligi, q̄a iniuria crimē est, nam qui de iniuria condēnat, infamis efficitur, j̄. de re iud. cum te, ff. de ijs qui no. infa athletas §. vlt.

2 Hæc glo. nō habetur in antiquis exēplarib⁹.

[Glo seq obijcit, & dupliciter soluit, ad primam solutionem signat contrarium, & remittit.]

c ¶ Recusant. attende consultationē, & responsionē, & sic videbis, qđ nō directe rn̄det ad īterrogata. sim. s̄. de test. cū in tua, vbi ita īdirecte rn̄det. Sed dicas, ꝙ eo ipso, ꝙ rn̄det, vt super reb ecclesiasticis cōpellēdi sunt, a ꝯrio sensu rn̄det, ꝙ super illa iniuria nō sunt cōpellendi ferre testimoniū: qđ. n. de vno ꝯsitetur, de altero negare vr, inf. de psum. nōne. & 25.d. qualis, & hoc ideo: quia in criminalibus testes nō cōpellātur. inf. eo. dilectorū: quia iniuria crimē est: vnde qui de iniuria condēnatur, infamis efficit, inf. de re iudic. cum te. ff de ijs q no. inf. athletas, §. vlt. Arg. cōtra j̄. eo. sup his, & c. seq. soluit hæc cōtrarietas, inf. e. dilectorū. Vel dic, ꝙ psecutio iniuriæ appellat hic res ecclesiastica, & ītellige, ꝙ ciuiliter hic agebat p suo interesse 3 de iniuria, alias nō cōpellunt testes. 4 qđ intelligo de iniuria facta ordini clericali. B

¶ Idem.

¶ Super consanguinitate probanda cogendi sunt testes. Ita communiter summatur. Sed Panor. non placet hoc summarium, & ideo summat, sicut c. I. supra eod.

CAP. VI.

CEterum † quod super consanguinitate cogendus sit testis phibere testimonium veritati, non dubitatur a nobis cū id tā ius scriptum[d] approbet quam cōsuetudo actibus[e] vtentium approbata, † si ipsum[f] constiterit odio, vel gratia, veritatem supprimere, aut timore.[g]

¶ Cœlestinus Tertius.

¶ Testis synodalis, qui coram ordinario super matrimonio deposuit, non cōpellitur iurare super eo coram delegato hoc primo. Propter superuenientem infamiam a testimonio repellitur, hoc secundo. Potest tamen si errauerit incontinenti non ex interuallo dictum suum corrigere. hoc tertio.

CEterum.] CASVS. Quærebat, si testes sunt cogēdi in cā matrimonij dicere testimoniū sup cām? Et rn̄det ꝙ sic, tam de iure quā de consuetudine cōprobata, 14.q.2. quamq̄. Not. quod in causa matrimoniali testes sunt compellēdi ad ferendum testimonium, & est notabile in causis de facto.

d ¶ Sriptum.] tā canonicū, quā ciuile, 14.q.2. quamquam, & sup e. per totū, & C. de testibus. si qn.

e ¶ Quam cōsuetudo actibus.] est autem (vt hic satis apparet) consuetudo ius quoddam moribus vtētium approbatum, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex. d. r. consuetudo, & cōsuetudo est optima legū interpres, sup. de consue. cum dilectus. & sic compellendi sunt testes tam iure scripto, quam non scripto. s. consuetudine sup. de consue. cum dilectus, vt hic patet.

3 Puta ad impensas factas, & operas amissas secūdū Pet. & Ab. Ioan. And.

† Cap. 2. e. ti. in 2. cōp.

† Vide tex. in l. 3 & ibi Cy. C. quæ sit lon. ꝯsue.

4 In anti. subiungebatur, ꝙ si clerici iniuriā pbare non possent, staretur ipsorum iuro, sed q̄a continebat iniquitatē fuit remotū p ꝙ ar. Hos. de ītētione Papæ fuisse testes cogendos. Io. An.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

f ¶ I. sum constiterit.] & quis probabit, iam dictum est, quia eo ipso, ꝙ monitus non vult testificari, præsumitur contra ipsum, vt statim compellatur, nec est alia necessaria probatio, & hæc leuis presumptio sufficit, argumen. ff. de petit. hære. si quis libertatem, §. plane Bernardus.

[Gl. seq dupliciter exponit, ꝙ hic de odio dicitur.]

g ¶ Timore.] timor pōt referri ad multa siue odio personę, vel timore: hoc cōtingat, cōpelli debēt, s̄. ti. proxi cōstitutis, & c. intimauit. & s̄. eo. peruenit, 5 ēt odio ipsius sacramēti, quod quidem tenui religione abhorrent, C. de fi instrumē. l vlt. & j̄ de simon & si qōnes & tūc fortius debēt cōpelli, alias si nollēt iurare damnando 6 iuramentum, tāquam hæretici debent condēnari, inf. de hære. excommunicamus. §. fi.

5 Cōcor. l. r. §. in oper is, & ibi Bald. de nc. ope. nun.

6 Hæc fuit hæresis Pseudoapostolorum & Valdēsium. Eymericus in Directorio Inquisitor. par. 1. q. 12. & 14.

Præ-

PReterea.] Cōmuniter ſummatur, vt in rubro, ſed quia varijs modis intelligitur poſſet aliter ſummari. Et quia hæc ſummario generalis pōt conuenire cuilibet intellectui, tranſeo pro nūc cū communi ſummario. nam ex inf. dicendis patebit clare intellectūs. Tres ſunt partes, quæ per ſe patent, Abb. Sicul.

CASVS. Cum epſ viſitat parochiā ſuā, cōuocato populo facit aliquos honeſtiores de plebe iurare, ꝙ ipſi diligēter inquirent, ſi aliqui cōſanguinei matrimonialiter ſunt cōiuncti, vel ſi aliqui tales cōiungi velint, ꝙ denūciabūt epō, vel eius miſſo: teſtes iſti dnr ſynodales, de quib. legitur, 35. q. 6. epſ in ſynodo. & hoc ſecundum conſuetudinem alicuius loci, vt hic dicit, quos ciuitas tua nūcupat ſynodales. Secundum hoc ſic pone caſum: Teſtes iſti corā epiſcopo. vel corā capitulo ſemel tulerunt teſtimoniū ī aliqua cauſa, ſed cauſa illa poſtmodum peruenit ad aliquē delegatum, ſuper eadē cauſa nō debent cōpelli iterato iurare, dūmodo delegatus ueritatē aliter intelligere poſſit: niſi forte articulus nouæ q̄ſtionis emergat. Secundo dicit, ꝙ ſi teſtes iſti poſtquam in cōmuni iurauerūt, infamiā contraxerunt, debent a perhibendo teſtimonio remoueri, & ſi teſtes iſti ī ſuo teſtimonio errauerūt, ſed nō ſtudioſe, & in cōtinenti ſe correxerint, reprobari nō debēt, ſecus erit autē ſi ſuæ correctioni interpoſuerint interuallum. Not. qđ teſtis ſemel tm̄ in cauſa iurare debet. Itē teſtis ꝓpter infamiā a teſtimonio remouetur. Itē teſtis in cōtinēti poteſt corrigere dictum ſuum, ex interuallo non.

CAP. VII.

PReterea † ſi teſtes publici, quos tua ciuitas nūcupat ſynodales, [a] ſuper cauſa matrimonij coram te, vel tuo capitulo ſemel teſtimonium reddiderint, non debent compelli, vt in præſentia alicuius delegati iudicis, ſuper eadem cauſa iterato [b] præbeāt iuramentum: dummodo aliter [c] fiat fides iudiei delegato, niſi forte articulus nouæ quæſtionis [d] emergat.

¶Huiuſmodi † vero teſtes publico iure poſſunt propter infamiam a perhibendo [e] teſtimonium remoueri, [f] ſi eam poſtq̄ in cōmuni [g] recepti fuerint, cōtigerit cōtraxiſſe. Quorum teſtimonia ſi quādoque non ſtudioſe, ſed in proferendo errauerint, & ſe in continenti [h] correxerint, reprobari nō debent: ſecus autem erit ſi correctionis ſuę interpoſuerint interuallum.

¶Inno. III. Priori Sancti Fridiani, & magiſtro P. canonico Piſano.

¶ Cum de fama vel vitio falſitatis inquiritur, cogēdi ſunt teſtes. hoc dicit ſecundum Ioan. And. ſed ſecūdum Pan. nimis reſtringit textum.

CAP. VIII.

SVper † his, [i] & infra. ¶ Ceterum volumus, & mandamus, vt ſuper inquiſitionis articulis, [k] tam de fama electi, quàm

a ¶ Synodales.] de quibus habes, 35. q. 6. epiſcopus in ſynodo, inf. de accu ſicut olim.

b ¶ Iterato.] Iuramentum. n. iſtorum teſtiū ad totū tempus debet extendi, dū durant in officio illo, poſtquam iuramentum illud in ſynodo præſtiterunt ſiue corā ordinario, ſiue corā delegato cā illa tractetur, vt hic innuit, ſicut iuramentum calumniæ ad omnia quæ in cauſa contingunt extenditur, 1 C. de iuramen. cal. auth. in hoc iuramento.

[Glo. ſeq. arg. a contrario, & illud reprobat.]

c ¶ Aliter.] & ſi aliter non fiat fides, innuit hæc lr̄a, qđ iterū iurare debeat corā delegato ēt pro eadē cā, ſed non vr̄ quod iterum iurare debeant. vn̄ ſatis pōt ſuppleri, maxime, ſicut & teſtis ex quo ſemel iurauit ferre teſtimoniū in aliqua cauſa, non debet amplius iurare ſuper illa niſi emerſerit aliquid de nouo.

d ¶ Quæſtionis.] tunc enim dēt iurare ſuꝑ articulo illo nouæ quæſtionis quia primum iuramentum non extenditur ad illum articulm nouæ quæſtionis, quia cum præſtitit illud in ſynodo, vel corā epiſcopo, nō cogitabatur de illo, & ꝙ iterum iurare debeat, ꝓbat̄ ſup. ti. proxi. fraternitatis, vbi nouus articulus ꝓbat̄ tam per antiquos teſtes, quā per nouos: prius p̄ſtito ab omnibus iuramento, vt ſup. tit. prox. ea. de teſtib. & C. de tempo. appel. per hanc.

e ¶ A perhibēdo. not. ergo ꝙ teſtes hmōi ſynodales propter infamiam ſuperuenientē remouentur a teſtimonio perhibendo, non autē a perhibito: quia infamia vel delictum ſuperueniēs nō vitiat quod legitime factū eſt, inf. de eo q cog. conſang vxo. ſuæ diſcretionē, & ca. tuę, & c. Iordane, arg. C. đ teſt. l. 1. 2. & 3. q. 7. c. infamis, §. verū, ff. đ off. p̄to Barb. ſic reſcriptū Papæ non caſſat ea, quæ legitime facta ſunt, ſupra de reſtitu ſpolia. audita.

f ¶ Remoueri.] habes hic ꝙ infamis repellit̄ a denūciatiōe, vt ĩ. deſponſ. cū in tua, & inf. de accuſa. cum dilectus filius, & c. ſicut olim, & ff. de populari act. popularis actio. Hugo. contra Ber.

g ¶ In communi.] i. in ſynodo, vel auditorio cōmuni, 35. quæſt. 6. epiſcopus in ſynodo

[Glo ſeq. reci. per q. & ſoluit. In fin. ſignat contrarium, & ſoluit.]

h ¶ In continenti.] .i. in eadē inſtantia 3 iudicij, antq̄ loquat̄ partib. vel antq̄ recedat a p̄ſentia iudicis: q̄a poſtea ſubornat⁹ pręſumit̄: ſed hoc poſſet intelligi habito reſpectu ad qualitatem pſonæ, vt ſic poſſit corrigere vel addere ēt ex interuallo 4 Qualiter intelligatur in continēti, ꝓbat̄, ff de verb. obli. ꝯtinuus actus, ff. de adulter. qđ ait lex. §. vlt. in fi. C. đ erro. aduo. l. vlt. & 32. q. 1. apud miſericordem, & melius, ſup. de ele. q̄a pp ibi inuenies multas expoſitiones huius verbi in continenti, ſiue mox. Arg. contra. 35. q. 9. quod quis cōmiſit. Sed illa contraria non tangunt hoc.

SVper his] CASVS. Quidā electus fuit in epiſcopū Lucañ. quidā canonici ſe oppoſuerunt dicentes, quod erat malæ famæ, & quod matrimonium contraxerat cum vidua, & litteras ꝯ ipſum nomine capituli ad dn̄m Papam miſerunt: ſuper his articulis cōmiſit Papa inquiſitionē: dubitabatur an teſtes ad hæc ꝓbāda debeant compelli, Rn̄det Papa, quod teſtes, qui ad hæc probanda nominati fuerint, compellantur.

i ¶ Super his.] hæc decre. eſt pars illius, quam habes. inf. de accu. ſuper his. in fi. illius deciſa eſt. Et de hac materia loquitur ſup. tit. prox. tam litteris.

[Glo. ſeq. ponit caſum.]

k ¶ Articulis. Ex hoc loco potes ſumere caſum tā illius, decr. tā litteris. ſ. ti. prox, quā illius, ſuper his ĩ. de accuſa. Quidam electus fuit in epiſcopum Lucañ. qdam ſe opponebant electioni illius dicentes, quod erat malæ famæ, & quod matrimonium contraxerat cum vidua. Item iſti, qui opponebant ſe, litteras cōtra electū nomine capituli domino Papæ miſerunt, quas tam electus quam capitulum falſas dicebant, & capitulum neſciuiſſe de litteris illis, & de iſtis articulis mandat Papa inquiri, & ad hæc probanda teſtes ſunt compellendi.

† Cap. 3. eo. tit in 2. cōp.

† In plurib. vetuſtis codi. ita. Hmōi vero teſtes publici, iure pn̄t, &c. & in paucis hr̄, vt in contextu.

1 Dicit hic Ho. hoc eſſe gn̄aliter in oīb. officialib. q iurant officiū exercere, ſiue sīt teſtes, ſiue iudices, ſiue tabelliones, vel nūcij, cū videto.

2 Satis eſt quod teſtis adhibit⁹ teſtō cōi opinione eo tēpore habebebat̄ pro libero. Io. An.

† Cap. 3. tit. de acc. in 3. comp. Adde hic Gui. Papæ.

3 Quidam dn̄t quod teſtis pōt reuocare errorem vſq; ad ſn̄iam, ſicut & principalis, C. đ iur. & fac. igno. l. error, qđ non placet Go. Io. And.

4 Vn̄ dicit Ho. qđ licet multa ſint ſcripta, ipſe putat hoc arbitrariū, vt conſiderata qualitate pſonæ quantitate interualli, colloquio partiū, & reliqs circūſtantijs, iudex correctionem admittat. vel nō, & facit, quod dixi ī tex. Io. And.

[Gl.

[Gl.ſeq.ſignat contrarium,& remittit.]

a ¶ Cogatis.]hic compelluntur teſtes in criminalib.& etiam in irregularitate,ĩ.eo.c.proxi.& ſic eſt ɔ̄,ſup.eo. peruenit,& ĩ.eo.dilectorum,vbi ſoluitur.

CVm contra.] Super crimine falſi cogendi ſunt teſtes ſic ſummat. Ioan. And. Sed certe non elicitur hoc ſimpliciter ex textu, q̃a mandat ſub cõditione,ſi ſe gratia,odio, &c.& ſic non ponit ſpeciale in crimine falſi: quia ſic loquit in alijs cauſis criminalibus, ſup.eo.ſup eo.Communis diuiſio. Secunda ibi,Nos igitur.Abbas Sic.

CASVS. Magiſter Rodulphus impetrauit litteras a ſede Apoſtolica, dum ipſe tam per ſe,quam per procuratorẽ illis litteris vteretur, obiectũ fuit ei, ꝙ eſſent falſæ,quod cum ipſe negaret,pars aduerſa voluit hoc probare, petens vt teſtes quos ad hoc probandu nominare compellerẽtur: quæſiuit Archiepiſcopus cui litteras dixerat ſupradictas vtrum teſtes ſuper articulo falſitatis huius eſſent compellendi? Rñdet Papa, ꝙ ſi ſe gratia odio, vel timore ſubtraxerint compellat eos veritati teſtimoniũ perhibere. Not.teſtes in criminibus compellendos.

litteris contra eum ſub nomine longe maioris,& ſanioris partis capituli deſtinatis, cogatis [a] teſtes q̃ nominati fuerint,perhibere teſtimonium veritati.

¶ Idem Archidiacono Mediolanen.

¶ Teſtes,qui ſe ſubtrahũt, etiam in criminali cogendi ſunt.

CAP. IX.

CVm contra magiſtrũ R.ſuper eo, quod dicitur a ſede Apoſtolica falſas litteras reportaſſe, ac eis per ſe,vel per procuratorem vſum fuiſſe,tibi direximus ſcripta noſtra. poſtulaſti per ſedis Apoſtolicæ oraculum edoceri,vtrũ ſuper præfato vitio falſitatis,teſtes compellere, [b] debeas nominatos.

[Glo.ſeq.ponit dubitationis cauſam, ſignat contrarium,& remittit.]

b ¶ Compellere.]dubitationis cauſa fuit: quia videbatur,quod in criminibus non ſunt compellendi teſtes, in auth.de teſtib.§.quoniam,colla.7.ar.C.eod.ſi quando in princ.ex eo, quod dicit ibi, in pecuniarijs cauſis teſtes cogendos,videtur.quod non in criminalibus,ſed contra hoc mandat Papa,ſcilicet, quod compellantur, & ſupra cap.proxim.& in ſequ.cap.dicit, quod in criminalibus non compellantur, ſed ibi habetur contrariorum ſolutio, 1 & quando compellantur, & quando non.

1 Et ibi dicam, ꝙ hic no. Inno. & Hoſtien. de probanda exceptione criminũ ɔ̄ teſtes.Io.And.

DIlectorum.] CASVS. Inter capitulum Vulteran.ex parte vna,& Epiſcopum eorundem ex altera,ſuper diuerſis articulis per conuentionis, & reconuentionis modum quæſtio vertebatur procuratoribus. vtriuſq; partis in pręſentia Papæ ɔſtitutis,lite ɔteſt.Mãdat Papa quibuſdam, quatenus teſtes, qui fuerint nominati,ſi ſe odio, gratia, vel timore ſubtraxerint, per cenſuram eccleſiaſticam compellant veritati teſtimonium perhibere. Nota teſtes ſuper criminibus non compellendos.

[Glo.ſeq.habet duas partes. Prima dicit, teſtes in ciuilibus cogendos,excipit mediatores,& certos priuilegiatos.Secunda ibi, In criminibus tractat principaliter de ipſoruui compulſione in criminibus, & facit ſeptẽ. Primo alleg.pro & cõtra Secundo ib, Super hoc ponit opi.quæ habet illos cogi cum de crimine ciuiliter agitur.Tertio ibi,Sed huic,illam impugnat. Quarto ibi, Ideoque ponit opin.ſuam, quæ habet illos non cogi etiam cum de crimine ciuiliter agitur.Quinto ibi, Qualiter,reſpondet ad contraria,opin.ſuam reaſſumẽs.Sexto ibi, Alij, reaſſumit, & coadiuuat opin.contrariam, dicens illam æquam.Septimo ibi,Inno.ponit opin. Innocentij.]

¶Nos† igitur reſpondemus,quod teſtes pręd icti, ſi ſe gratia,odio, vel timore ſubtraxerint,per cenſuram eccleſiaſticam debes appellatione remota compellere veritati teſtimonium perhibere.†

† Nos igitur taliter,&c.

¶Hono.III. Abbati ſancti Eugenij; & magiſtro G. Cano.Senen.

¶ Non ſummatur propter varietatem lecturarũ, nec etiam diuiditur.

CAP. X.

DIlectorum filiorũ Vulterani capituli ex parte vna,& Epiſcopi Vulterani ex altera procuratoribus in noſtra præſentia conſtitutis:& infra.

¶Teſtes † qui fuerint nominati,præterquam ſuper criminibus [c] (ſi ſe gratia,

c ¶ Super criminibus.] circa compulſionem teſtium nota,ꝙ in cauſa ciuili, vbi aliter veritas haberi non poteſt, indiſtincte ſunt compellendi tã clerici 2 q̃ laici, ne veritas occultetur, 14.q.2.q̃q̃, & q̃a mortaliter peccant,qui veritatẽ occultant,11.q.3.quiſquis. vnde monitione præmiſſa indiſtincte compelli debent teſtes,ſup.eo.ſup eo. & eo ipſo ꝙ monit⁹ non vult teſtificari, p̃ſumitur ꝙ ẽt malitioſe hoc faciat, vt ſępius dictum eſt ſup. eo.cauſam. Qñq; tñ in pecuniarijs,cauſis non cõpelluntur, vt in mediatoribus,qui non compellunt̃ ferre teſtimonium in ɔ̄ctibus, in quibus mediatores fuerunt niſi de conſenſu partium, in auth.eod.§. qñ, colla.7. Item in alijs caſibus, q̃ quaſi priuilegiati ſunt 4. q.3.c.ſi teſtes.§.Itẽ ĩ criminalib.ver. item inuiti, & tribus cap. ſeq. In criminibus vero patet hic quod compellendi non ſunt,& arg ad hoc,C.eo. ſi quãdo,in prin.& ſup.eo.peruenit. In contrarium videtur quod bene ſunt compellendi,ſup.eo.ſuper his,& c. cũ contra.in quibus expreſſe compellitur,& arg. ſup. tit. prox.cũ cauſam, ver. teſtes autem, &c. ſed ibi ver. ille ſoluitur,& ad principales teſtes illud reſtringitur,& 4. q.3.§.item in criminali, ver.item lege Iulia publicorũ iudiciorum, ex eo enim ꝙ certæ perſonæ ibi non compelluntur,datur intelligi,ꝙ aliæ compellantur, quia ꝙ de vno negatur,de alio,&c.25.diſt.qualis,ff.eo.lege Iulia,illæ enim perſonæ priuilegiatæ ſunt propter connexitatem,vnde aliæ omnes compelluntur. Super hoc dicunt quidam, quod ſi agatur directe in modum accuſationis,non ſunt teſtes compellendi: Si vero ciuiliter agitur de crimine in modum exceptionis, vel denunciationis,aut etiam inquiſitionis,tunc compelluntur, ut ſupra eodem tit.ſuper his,& infra de ſimo.licet Hely.Sed huic diſtinctioni contradicit expreſſe hæc decre. quia non poterat agi criminaliter in hac decre. ſed ciuiliter tantum,duabus rationibus.Primo,quia hic agebatur cauſa conuentionis,& reconuentionis inter Epiſcopum,& capitulum.vt patet in antiqua, & quia per procuratorem,ut littera iſta dicit, procuratoribus conſtitutis,ſed procurator non interuenit in cauſa criminali,ĩ.de accuſa.uen ens.& ff.de publ.iud.l.pen.§. fin. 4.& 5.q.3.in criminalibus, & in crimine non fit mutua accuſatio,uel denunciatio, quia non relatione criminum,ſed innocẽtia reus purgatur,ff.de pub. iudicijs is qui, & 3. q.11.neganda.& ſic neceſſe eſt,ut dicamus quod hic ob jiciebantur crimina teſtibus, 5 ut a teſtimonio repellerentur,& ideo dicit, cogatis teſtes, ſcilicet

2 De hoc 2. q.6. ſtatuendũ, in fi.Io. An.

† Adde,ꝙ de iure ciuili mulctantur concor. l.1. ff. ſi q̃s ius. di. non obtem.

†Qualiter cogantur teſtes teſtificari, uide per Spec. titu.de teſte. §.ſequitur.

3 De his priuilegiatis ſatis in Spe.de teſte.§.pe.in prin. Io.An.

4 Al.1.& uide in ca. ueniens, prox. alleg. ſup 1. glo.Io. And.

5 Licet Hoſt. teneat opin. contrariam gloſſatori, iſtud tñ dictum bene ſi bi placet.Io. And.

vel timore subtraxerint) per censuram ecclesiasticam cogatis veritati testimonium perhibere.

¶ Idem Episcopo Bonon. & magistro B.

¶ *Ad detegendam veritatem coniurationis, cogũtur socij etiam iurati.*

CAP. XI.

Venerabilis frater noster Archiepiscopus Rauennatensis, proposuit, quod ciues Ceruicen. † cũ M. & I. quondam clericis Ecclesię Rauennaten. quãdam præsumpserunt coniurationem [a] facere contra eum: nihilominus in detrimentum eius dantes eis quandã pecunię quantitatem, & ad hæc celandã se astringentes vinculo iuramenti: vnde humiliter supplicauit, vt cum causam super his, & quibusdam articulis vobis duxerimus committendam, & ipse intentionem suã probare non possit, nisi testimonio ciuium prædictorum, † prouidere ei † (ne pro defectu testiũ pereat sua iustitia) dignaremur.

¶ Ideoque mandamus, quatenus monitione præmissa per censuram ecclesiasticam appellatione remota cogatis illos, quos videritis compellendos: vt ab huiusmodi iuraměto [b] absoluant, quos idem Archiepiscopus ad testimonium duxerit produ-

cét qui nominati fuerint præterquam super criminib. Ideoque dicendum est, quod super criminib. testes compellendi non sunt, siue directe agatur de crimine, siue ciuiliter, vt hic patet, & sup. eo. peruenit, & hæc est ratio: quia in infamiam alterius nemo debet facile prosilire: quia tales detractores dñr. 6. q. 1. ex merito, & c. trib. seq. ergo multo fortius nec compelli. Qualiter respõdebis capitulis, s̃ p̃ximis? Ad illud, super his, dicas ꝙ ibi cõpellun tur testes ad probandum infamiã siue irregularitatem ꝯ electum, ne indigna persona ad apicem dignitatis promoueať per surreptionem, quia vilis persona ad tantam dignitatem surreptione promoueri non debet, & iudex ex officio suo hoc facere debet propter publicam vtilitatem quia ille omnib. de sua plebe præficitur, & sic est quasi spãle in causa inquisitionis, & ĩ. de sim. licet Hely. & ĩquisitio nõ fit nisi vbi infamia p̃cessit: vnde ibi non compelluntur testes in infamiã alicuius, sed ex tali cõpulsione si probentur crimina oritur infamia, sup. tit. proxi. testimonium: & quia ibi agebatur de falso per inquisitionem: ideo compelluntur testes, ne talis falsitas remaneat impunita ex defectu testium: in quo casu intelligitur proxi. c. cum contra, quia dico illud speciale in crimine falsi, 1 & præcipue in litteris Papæ, in quibus multa specialia sunt ĩ. de crim. fal. ad falsariorum, & idem in casu seq. cap. Dico ergo, ꝙ vbicumque agitur actione odiosa, vel exceptione, per quam ad infamiam alicuius procedatur, non sunt compellendi testes (vt dictum est) nisi in casibus prædictis, secundum leges cõpelluntur, nisi in casibus, vbi specialiter non debet compelli, vt dictum est, & hoc dicunt Tanc. & Vinc. alij contrarium dicunt prout dictum est. Sed supradictis omnibus rationibus potest de facili respondeti secundum illos qui dicunt, ꝙ semper compellendi sunt testes: nisi agatur criminaliter tantum. Dic ꝙ nulla criminalis erat qõ inter Ep̃m, & capitulũ, sed ciuilis tãtum, vt patet in integra, in 5. compilatione, s. cõuentio, & reconuentio, & quod dicit: testes, qui nominati fuerint, cogatis veritati testimonium perhibere, si gratia, odio vel timore se subtraxerint præterquam super criminibus, sic debet intelligi, quod testes in ciuilibus quęstionibus sunt compellendi, sed in criminalibus non debent compelli, & sic Papa prouidit hic nouum ius, & sic cõtrarium nullum contra istos: & sic non oportet dicere, vt dicũt, quod hic erat controuersia inter Ep̃m & capitulum super pluribus articulis ciuilibus, & super criminalibus, & ꝙ isti erant procuratores ad excusationes tantum allegandas, vel ꝙ dati erant lite contestata; ista stare non possunt, vt patet in antiqua decre. & per iura prædicta, ciuilis enim & criminalis quæstio non concurrunt simul, imo criminalis præiudicat ciuili, 3. quæst. vlt. cap. non est §. aliquando. Sed magis æquum videretur, ꝙ semper compellerentur qualitercunque agatur, ne crimina remaneant impunita, dum tñ non criminaliter directe, nec per viles personas, quis condemnetur, arg. contra ĩ. de sent. excom. vt famæ, cum suis concor. ibi positis, & arg. ĩ. de collu. c. 1. & 2. & vlt. & sup. tit. proxim. cum causam, ver. testes autem, &c. & sup. eo. super his, &c. cum contra, & ĩ. c. proxi. Innoc. IV. dicit, quod vbi non est peccatum tacere id super quo testes inducuntur, non sunt compellendi. Sed si peccatum est tacere, compelluntur.

Venerabilis.] Diuiditur. Nam in prima parte ponitur iusta petitio. In secũda ipsius exauditio: ibi, Ideoque. Abbas Siculus.

CASVS. Ciues Cerui cen. cum duob. M. & I. quondam clericis Ecclesiæ Rauennatẽsis quandã fecerunt coniurationẽ ꝯ Archiep̃m Rauẽnaten. dãtes eisdem clericis quãdã pecunię quãtitatem: & ad hæc celanda se iur̃i vinculo astrinxerunt: Archiep̃s super his, & quibusdam alijs articulis, cõtra ciues & clericos p̃d. ctos ad Bonon. Ep̃m, & eius cõiudicem litteras impetrauit: vnde cum intentionem suam probare non posset, nisi testimonio ciuium prædictorum, supplicauit domino Papæ, vt sibi prouidere super hoc dignaretur: ne ergo ex defectu testium sua iustitia deperiret, mandat Papa eisdem iudicibus quatenus monitione præmissa per censuram Eccle. cõpellat illos quos viderint compellendos, vt ab huiusmodi iuramento absoluant illos, quos Archiep̃s ad testimonium duxerit producendos, & nihilominus si illi se gratia, odio, vel timore subtraxerint, simili censura cõpellant eosdem ad perhibendum testimonium veritati. No. testes compellendos ad coniurationem probandam. Item iuramentum temerarium non repellit a testimonio. Item impedientes iurisdictionem iudicis, possunt compelli, vt eum non impediant.

[Gl. seq. reci. per q. quæ sit pęna conspirantis contra Episcopum.]

a ¶ Coniurationem.] clerici enim qui contra Ep̃m suũ faciunt coniurationem, vel insidias ei parauerint, deponendi sunt, & tradendi curiæ seculari, vt puniantur, 11. q. 1. si quis sacerdotum, & cap. coniurationum, & & tribus c. seq. laici vero qui contra Episcopum suum conspirationem faciunt, sunt excommunicandi, & communione priuandi, 11. q. 1. conspirationem.

[Glossa sequens obijcit. & soluit, in fi. argumen. socium, &c.

b ¶ Iuraměto absoluant.] sed vĩ ꝙ non dẽant absolui, cum iur̃m non tenuerit, vnde potius denunciandi sunt nõ teneri, hmõi iur̃o ligati s̃. tit. proxi. cõstitutis, & c. intimauit, & s̃. de accu. olim, & ita hæc absolutio potius dĩ fieri ad cautelã, siue de facto, sic qñq; absoluuntur aliqui, vt possint testificari, sup. tit. prox. veniens, in fine, præterea & alia ratione iur̃m huiusmodi non tenuit: quia coniurationes huiusmodi illicitæ sunt, 11. q. 1. si quis sacerdotum, & c. coniurationum, & c. seq. ergo

† Coruieñ. Ceruieñ. Tremeñ.

† Vide l. fi. C. de hær. & l. quoties. ff. de q. & l. cũ probatio. ff. de probat.

† D. ctio, ei deest in multis antiquis.

1 Quid erit de crimine hæresis, simoniæ, & læsæ maie. s̃m Host. qui dicit se rõnem huius spãlitatis nõ videre. Io. And.

2 Dicit Pe. de Sã. hic, ꝙ per hæc verba gl. non recedit a superiori sua opin. ipse vero dicit hoc tenendum, ꝙ vbi iudex procedit ex officio ẽt in criminali, cogit testes si ad alterius petitionem nõ cogit. Io. And.

10

20

30

40

50

60

go tale iuramentum non est seruandum, cum uergat in dispēdium salutis æternæ ĩ.de iureiu. si uero,& 22. q.4.si aliquid,& in multis cap.eiusdē q.& quia non habuit tres comites,s.ueritatē,iustitiam,& iudiciū,ut ea. causa,q.2.animaduertendum:uel licet sit illicitum auctoritate propria,nō debet quis uenire ꝯ. arg. ꝯtra s.de ele ue nerabilem.Itē habes hic, ꝙ socius criminis admittit ad detegendā cōspirationē, imo certe tenetur illam conspirationē manifestare,& dnūciare.6.q.1.c.si quis cū militibus,in fi.& 79.dist.si quis Papa. Item in defectū probationis minus idonei testes admittun tur,qui alias non ad mitterentur,C.d hæ re.l.pe.& 4.q.3.c.si testes.§.itē serui responsio.& propter defectū testium admittunt, q alias admitti non debent. s. de elec. cum dilecti.

a ¶ Eos.]cum 1 fuerint absoluti, vt uoluerīt ferre testimoniu n propter iusiurandum, nihilominus, &c.

cendos: eos [a] nihilominus (si se gratia, vel odio, vel timore subtraxerint) distinctione simili compellentes ad perhibendum testimonium veritati.

TITVLVS XXII.

De fide instrumentorum.

¶ Gregorius.

¶ Instrumenti exemplum non solemniter sumptum, fidem non facit absque originali, hoc dicit secundum ipsius mentem.

CAP. I.

SI † scripturam authenticam [b] non videmus, ad exemplaria [c] nihil facere possumus.

¶ Alexander tertius.

¶ Corruit instrumentum, si testes inscripti decesserint, nisi sigillum habeat authenticum, vel a notario sit confectum.

CAP. II.

SCripta † vero authentica,[d] si testes inscripti decesserint (nisi per manum publicam [e] facta fuerint, ita quod appareant [f] publica, aut authenticum sigillum [g] habuerint, per quod possint probari) non videntur nobis alicuius firmitatis robur habare.

†Lib.2.Epi. §.c.42. registri.

1 Hęc glossu. i antiqs exēplarib.nō habetur.

†Cap.1.e.ti. prima cōpil. Et q̄ dicat publica scriptura tradit Roma.cons.77. Ale.cons.65. l.4. huc spectāt tradita p Io.de Anania cons.33.& p Antonium ā Butr. cōs.11.

DE FIDE INSTRVMENTORVM.

¶ Continuata est hæc rubr. secundum Io. And. sup. in rub.de test. Vel dic tu sic: Visum est supra de vna specie probationis,quæ scilicet fit per testes, nunc subijcit de alia,quæ fit per instrumenta. Abb. Siculus.

De hac materia habetur 3.q.9.testes. §.si debitum.

SI scripturam.] CASVS. Dicitur hic, quod si non apparet authentica scriptura, non potest fieri exemplaribus fides, nisi supple esset transcriptum per iudicem, & eius auctoritate publicatum.No.quod exemplari non creditur, nisi ostendatur originale.

[Gl. seq.recit.per q.q̄ scriptura dicatur authentica.]

b ¶ Authenticam.]25.q.2.dicenti.Authentica scriptura est,quæ per manum publicam, vel per iudicem cum trium testium,vel duorum ad minus subscriptione vel testimonio facta est.in Auth.de instrum.cau. §. sed instrumēta.coll.6.vel duorum uirorum,sup. de ꝓb. quoniam contra.vel quæ habet sigillum authenticum,inf. c.proxi.& s.de prob. post cessionem, & etiam scripturam, quam facit priuatus in pręsentia trium testium,videtur authentica:in Auth.de instrumen.cau. §.si tamē quisquam.coll.6.& C. qui pot. inpig. hab. scripturas.

[Glo.seq.ponit casum exceptum:quærit, & soluit.]

c ¶ Exemplaria. C.de eden.auth.si quis in aliquo. nisi ipsa exemplaria sumpta, & publicata sint iudicis auctoritate,C.de test.publicati.& ĩ.e.c.ult.arg.C. de iu.emphy.l.ult.§.& si quidē dominus,circa fi.2.C.de re iud. gesta.Sed pone,ꝙ ita Papa mandat,procedatis ſm tenorem priorum litterarum, & primæ literæ non constarent,nunquid poterunt procedere? Dicas quod non; 3 nisi prima forma prius appareat per iura prędicta, uel nisi probetur tenor prioris rescripti non cancellati, nō uitiati.ĩ. de priuil. cum olim. nam per literas ultimas non datur iurisdictio,uel si datur, non constat per eas de priori forma, & ideo non potest procedi per ipsas, sic non tenetur quis exequi sententiam, nisi ei fiat fides de iurisdictione.s.de offi.deleg.cum in iure.

2 Nouum emphyteuram dns recipit ñ p procuratorē. sed p se, uel p literas, uel p scriptura factā apud iudicē uel tabularios per attestationē. Io. And.

3 Idem Hos. & Guliel. in spec. de istr. edi.§.uidendū uer. si q̄d tece.Io.And.

Decr. Greg. Lib. II.

SCripta uero Ioan. And. non summat: quia breue est Ant.summat sic:Priuato instrō non creditur, publico sic.Publicum dr̄ si manu publica est confectū:uel sigillo authētico est sigillatū cum subscriptione testium. Hæc summario non placet Panor. tum quia ex littera nō colligit, tum q̄a nō putat ueritatē in se cōtinere. p̄ rea,q̄ dixi in c. pręcedēti. Et in hoc ca.aliquid tāgit. Et nō diuiditur quo ad literam, sed quo ad intellectū. primo ponit dictum, secundo duos casus excipit. Abb. CASVS. Ecce aliquis exhibet in iudicio aliquā scripturā factam per manū aduersarij,uel ab alio, ita tñ ꝙ non per publicam personā, cū subscriptione testiū: sed testes inscripti ī illo instrumēto mortui sunt:q̄ritur utrū scriptura illa ualeat, & fidē faciat,si negetur ab aduersario? Respondet Papa ꝙ si testes inscripti mortui sunt,scriptura illa non obtinet firmitatē, nisi per manū publicā facta fuerit, ut appareat publica :aut habuerit sigillum authenticū, per quod possit probari. Nota quod instrumenta publica,& sigilla authentica fidem faciunt.

†Cap.2.e.ti. in 1.compil.

[Glo. sequens distinguit inter instrumenta publica & priuata,& in priuatis subdistinguit personales actiones a realibus, & præiudicium scribentium, & eorum contra quos.]

d ¶ Authentica.] instrumenta publica perpetua firmitate nituntur ad damnum, & commodum utriusque partis,arg.54.dist.c.2.12.q.2.si quis de clericis. & sup. de pac.cū pridē,& 4.q.3.c.si testes.§.item sępe fit.C.de fide instr.in exercendis. Priuata uero ab aduersario scripta,ita ꝙ constet uel a quocunque,dummodo partium uel testium subscriptione fulcita sint,in actione personali robur obtinent firmitatis, in Auth.de instr.cau.§. sed, & si quis. coll. 6. talis scriptura dicitur authentica, ut hic patet.In reali 4 uero actione instrumentum manu publica confectum præponitur tali instrumento priuato, nisi priuatum instrumentum habeat trium uel amplius subscriptionem testium.C.qui pot.in pig. hab.scripturas.priuata uero instrumenta ualent in pręiudicium illorum,qui ea scribunt,C.de nō numer.pec. generaliter, & ff. deposi. Publia. §.ult.ad commodum uero eorum minime,C.de prob. l. instrumenta. rationes. exemplo.Laur.

4 Hoc intendit,ꝙ si habes publicū instr̄m de debito, & ego habeo talem scripturā, in adiudicatione hypothecæ rei p̄ferri mihi.Io.An.

e ¶ Per manum publicam.] id est per notarium,qui fer nus publicus dicitur,ff.rem pup.sal.for.l.2.

f ¶ Appareant. ratione subscriptionis,in Auth.de fid. instr.§.2.coll. 6. Vinc.

[Gloss. q. quærit,& soluit.

g ¶ Sigillum.] sed quod dicimus authenticum sigillum? Authenticum dicitur sigillum episcopi, & ei creditur, quamdiu contrarium non ostendatur s. de prob. post cessionem,& 11.q.3.curæ.Item sigillum capituli, s.de prob.c.3.73.dist.in nomine patris,in fi. Item sigillum alicuius principis secularis,cui creditur de consuetudine,ĩ.eo.cum dilectus.Item arg.19.q.3.statuimus, & ff. de cust.& exhib.re.diuus.] 5.

5 Illa l.ꝓbat nō credi l\\rīs renarchæ, q r tulit malefactorem sed ex integro q̄ rit,& finaliter & dolosè retulit, punit. Io. And.

ADDITIO. In Auth. de instrum.cau.& fi.§.sed & si quis, & talis scriptura dicitur authentica.

Ex litteris.] Communis diuisio. Secunda: ibi, Dicimus. Abb. Siculus.

CASVS. Inter A.& R.vertebatur qō super capella de Ambitoria, q̄ fuit cō missa quibusdā iudicibus, partib. corā iudicibus cōstitutis, dictus R. postulauit sibi fieri copiā litterarū: quia cū eas īspiceret, cępit illas arguere falsitatis, ꝓ eo, ꝙ in narratione facti, vbi scriptū est; iura parochialia, erāt abrasę: iudices sup hoc dubitātes q̄siuerūt, an ꝑꝑ hoc debeant dici falsę? Rn̄det Papa, ꝙ ꝑꝑ abrasionē illā nō possunt iudicari falsæ, nec suspectæ: quia ēt priuilegia in nominib. possessionū abradūtur. & lr̄e, si in narratione facti erratum est, pn̄t abradi. No. ꝙ litterarū copia faciēda est aduersario ad inspiciēdū. Itē vbi ius nō constituit, nō nocet rasura, q̄a narratio facti n̄ facit ius.

Glos. sequens recitatur per q. secūda ꝑ obiectionem.]

a ¶ Postulauit.] quod de iur̄ petere potuit, cum sit cōe instr̄m: imo iudex tenetur illud partib. exhibere s̄.de dila. p̄terea, qđ si nō fecerit, appellari poterit. j̄. e. G. perpetuus, nā, & ꝓpria instrumēta tenetur q̄s alteri parti exhibere, ex quo vtitur illis in iudicio. j̄. eod c. proxi. & c. contingit, & C. eo. l. vlt. cum ea vult arguere falsitatis, vt ibi dicitur.

b ¶ Abrasæ sunt.] Vnde videbatur dubitandum, quoniam rescriptum debet apparere non vitiatum, non cācellatum, C. de edic. diui. Hadr. toll. l. vlt. & sine reprehensione bullæ, & chartæ, vel literæ, inf. de priuil. cum olim, & hoc ītelligo verū, vbi est ius quæstionis, & vbi Papa respondet de iure: sed in narratione facti possunt abradi, quia hoc ad ius non pertinet, sed ad quæstionē fidei, i. facti, C. de test. si vnus, quia non statur tali narrationi, nisi illud probetur: nec dicitur propterea vitiosum rescriptum, si de eadem manu rasura reposita est in loco non suspecto si vero literæ essent clausæ, tunc non nocet. arg. C. de fi. instru. comparationes, & C. de testi. si vnius. L.

c ¶ In possessionib.] i. in nominib. possessionum, 1 sed in oīb. nominib. actoris, vel rei, vel iudicis, ibi omnino rasura esset suspecta. Itē si esset ibi falsū latinū, suspectæ sunt literæ. sup. de rescr. p. ad audientiam. Ber.

† Cap. 1. e. ti. in 1. compil. Et uide Bal. ī l. iubem⁹, C. de test. & Feli. in c. frater nitatis, infra de hæret. & Matthæū de Afflictis. deci. 404.

† Alodoñ.

1 Hoc in confirmatorijs ut dixi ī tex. sed Gof. hoc intelligit de modica mutatione literæ uel simili secus si totū nomen raderetur arg. su. de dolo, & contu. c. 2.

¶ Idem.

¶ Rescriptum Apostolicum propter rasuram in loco non suspecto, non censetur vitiosum, hoc dicit secundum mentem.

CAP. III.

Ex † litteris vestris accepimus, quod cum causam, quæ inter magistrum A. & R. super capella de Ambitoria † vertitur, de mandato nostro susceperitis terminandam, prefatus R. litterarum sibi copiam fieri postulauit. [a] Qui cum eas argueret falsitatis, quia in narratione facti abrasæ sunt, [b] vbi scriptum est, iura parochialia, & infra. ¶ Dicimus, quod propter abrasionem illam, iudicari falsæ non possunt, nec ēt haberi suspectæ, præsertim cum, & priuilegia in possessionibus [c] abradantur, & literæ in narratione facti (si erratum est) possunt incunctanter abradi.

¶ Idem Eboracen. archiepiscopo.

¶ Redarguenti priuilegium de falso, iudex faciet illud exhiberi coram iudice, & paucis, & in loco congruo, & securo, & interim stabitur sententiæ latæ per illud.

CAP. IIII.

Acceptum † litteras, quas abbas sancti Augustini contra Cantuariē. archiepiscopum transmisit, & infra.

¶ Cum priuilegia non inspecta non valeant [d] argui falsitatis, & difficile sit, & † periculosum, ea apud sedem Apostolicam exhiberi, præcipimus, vt vel exhibeantur eidem archiepiscopo in claustro prędictorum fratrum, vel in alio loco congruo, & securo, [e] vsque ad natiuitatem proximā sancti Ioannis Baptistæ. Si vero nec venerit, nec sufficientem responsalem miserit, ei perpetuum silentium imponatis ipsa vlterius arguendi. [f] interim autē nolumus illa priuilegia

Acceptimus.] In prima ponitur partis decisa petitio. In scđa parte prouisio: ibi, Cum priuilegia. Abb.

CASVS. Inter Archiepm Cātuarien. & monasterium sancti Augustini orta fuit controuersia super statu, & libertate ipsius monasterij, ex parte monasterij exhibita fuerunt priuilegia, quorū obtentu lata fuit sn̄ia pro monasterio: postmodum archieps dicens illa priuilegia esse falsa, sn̄iam illam seruare nolebat. Abb. timens aggrauari ab ipso, appellauit ad sedem Apostolicam, & archieps tulit sētentiā interdicti in eccl̄ias monasterij, ꝑꝑ qđ abbas dn̄o Papæ fuit cōquestus, sup hoc scribit archiepō Eboracen. & eius cōiudicib. dicēs, ꝓ priuilegia non inspecta nō possunt argui falsitatis, & q̄a difficile esset, & periculosum ea apud sedē Apost. exhiberi, pręcipit vt exhibeant̄ p̄dicto archiepō Cantuarien. in claustro ipsorum fratrū, vel in alio loco congruo, & securo, vsq; ad natiuitatē S. Ioā Baptistę. Si vero nō venerit, nec miserit, imponāt ei perpetuū silentiū ea vlterius arguēdi. Interim vero non vult Papa illa priuilegia vacillare, p̄cipiēs sētentiā, quæ eorū auctoritate lata est, inuiolabiter obseruari, & archiepm in inspectione priuilegiorū xij. hoīū numero faciāt esse contētum. No. ꝙ qui dicit priuilegium siue instr̄m esse falsum, dēt sibi tradi ad inspiciēdum. Item ad certū tēpus hoc fieri dēt, interim vero priuilegia, & sn̄ia suam obtineant firmitatem.

d ¶ Nō valeāt.] alias enim nec redargui possunt, nec etiam sciri, quod deberet seruari per ipsa: quod totum ex ipsarum inspectione deprehenditur. infra, de priui. dilecti, & c. porro, & infra, c. proxi. 96. dis. bene quidē. nec possumus iudicare de lege nisi ea perspecta, ff. de legi. inciuile: & qui priuilegiū uel instrumentum uult arguere falsitatis, primo iurabit, quod calumniose hoc non dicat: alias non audiretur, nec daretur ad inspiciendum, C. de fide instr. l. ult. quæ intelligitur, cum agitur de falso criminaliter: tūc inscribitur accusator, ut ibi dicitur. Quidā intelligunt, legem istam cum agitur ciuiliter de falso, secundum ꝙ hęc decr. intelligitur, & secundum hoc bene probat id, ad quod inducitur, cum quis ciuiliter uult arguere instrumentum de falso, & hoc intelligo uerum, ubi de calumnia non est iuratum, 2 & est ad hoc arg. sup. de test. pręsentium, & infra, de excep. pastoralis.

e ¶ Securo.] hoc iudex prouidere debet utriq; parti. 3. q. 9. hortamur, 33. q. 2. siue & infra, de appell. ex parte. & sup. ut lite non contest. accedens.

[Glo. seq. not. accusationi & exceptioni tp̄s pręfigi.]

f ¶ Arguendi.] nota tempus pręfigendum accusare uolenti, ultra quod nō auditur, ut 4. q. 5. c. 1. & infra. q. fil. sint leg. lator. infr. de accus. licet. j̄. de cland. despon. cū inhibi-

† Cap. 2. e. ti. in 2. compil. Et ultra alios uideto hic Guido papę.

† al. loco dictionis, & est dictio, etiā.

2 Idem Gof. j̄. c. proxi. in gl. not. tēp⁹, in fi. de hoc sū. de ꝓbat. licet. in 1. gl. Io. And.

inhibitio,& ꝟ.qui ma.accu.tua.& C.de inge.ma.diffamari,& C.qui accu.non pos.ſi ea.ſic & ad exceptiones proponendas,inf.de excep.paſtoralis.

[Gl.ſeq.arg ſignat contrarium,& remittit.]

a¶Vacillare.]arg ꝙ pēdēte accuſatione cōtra aliquē interim remanet in ſtatu ex officio ſuo priſtino,8.q.4. non ne arg.cōtra.ſup.de teſti.non debet, vbi de hoc.

ADDITIO Fortius contrarium, inf. de cri.fal.ſup eo.Sed hic erat iā ſnia executioni demandata, ibi non.

b¶Obtentu.]auctoritate enim priuilegiorum ſententia lata fuit ſup ſtatu monaſterij,abſoluendo monaſteriū a ſubiectione archiepi&ita patet, qđ licet dicatur ſnia lata per falſa inſtrumēta ſiue teſtes,quouſq; de hoc cōſtet in ſua firmitate ꝑdurat,& ei ſtatꝰ, ff.de re iud diuus, ı falſitate vero ꝓbata nullius erit momenti ipſa ſententia ſup. de proc.in noſtra.in fin.& C.de proc licet.

c¶Priuilegiorū.]vel ēt in parte ipſorū,ꝟ. c.prox.& ff. de edē. l.1.§.2.B.

Contingit.] Cōis diuiſio.Secūda: ibi, Conſultationij, Abb.Sic.

CASVS.Abbas & cōuētus S. Secūdi quādoq; litem habētes, partis aduerſę compellebantur priuilegiū ſuum,quo in iudicio vtebātur,integraliter exhibere: vnde occaſione vnius capituli, ſuper quo cōueniunt, plurima litigia ſuſcitantur: vnde petebant a domino Papa ſibi ſup hoc prouideri.Rń: Iet eis Papa, vt quandocunq; ſuper exhibendo priuilegio,vel indulgentia,ſeu inſtrumēto fuerint requiſiti,præſente iudice aut aliquibus viris a iudice ad hoc deputatis tātūmodo recitet audiente parte aduerſa:& ſi ſuper vno c.tantū quæſtio fuerit,illud ſolum deſcribatur, & parti aduerſæ inde copia fiat.No.quod inſtrumentum,quo quis vſurus eſt,vel priuilegium,ſi plura capitula ibi continentur, illud ſolum alteri parti tradendum eſt,quo vſurus eſt.

[Gl.ſeq.obijcit,& ſoluit.

d¶Exhibere.]& nōne iſti erant rei. quare ergo cogūtur,ſua inſtrumēta parti alteri exhibere ꝯ illud ſu.de ꝓb.c.1.& 4.q.3.c. ſi teſtes.§ itē in criminali,ver.qui intendit,& C.de eden.l.qui accuſare . Sed nō ꝯdicūt illa:quia iſti vſuri 2 erant in iudicio illis priuilegijs: & ideo aduerſario illa edere tenebātur.ff.de edēdo, l.1.§.edenda, nā & actor reo , & reus actori tenetur edere omnia,quibus vſurus eſt C.de eden.l.vlt.& de hoc dicitur inf.eo.G. perpetuus.Ber.

e¶ Suſcitantur.] quod eſſe non debet:imò potius iudex ꝓſpicere debet,ne lites ex litib.oriātur,ff. de arbi.l non diſtinguemus,§ quæſitum.ff.ſi cer.pe qđ & ff.de leg.3.l.fideicommiſſa.§.ſi qs decem , & ff.de dam.infec.l.q bona,§.vlt.& C.de iud.l.apertiſſimi,& C.de ſacroſan.eccl.l.vlt.vnde & ille,q petit ſibi fieri editionē inſtrumentorum,iurare dēt ꝙ per calumniam hoc nō faciat,ff.de eden. l. ſi quis ex argentarijs,§.exigit,C quē. admo.teſtam. ape.l. 3.Ber.

f¶Præſente iudice.] alias nō tenet,nā coram iudice & pſente alia parte hæc sūt facienda, ar. ff. de in terr.act. voluit, §. ꝙ ait,& l.vlt.

g¶Illud,ff.de edē.l. argētarius,§.edi.autē.alia verō capitula nō debent edi ſic & qñque recitetur clauſula teſtamēti, q̄ alicui ingerit ignominiam,C. quemad modum teſt. ape. l. 3.& ff.eod.tit.l. 2. §. 2.Bern.

Inter dilectos.] Reꝰ abſoluit cum iura actoris ſunt obſcura,vt qa ipſius īſtrumenta ſunt obfuſcata , vel literæ vel ſculpturę ſigilli ſunt deletæ,h. d Io. An.Diuiditur ī tres partes.In prima parte ponūtur petitio, & iura, & allegationes actoris In ſecunda rńſiones rei: ibi , Sed contra.In tertia ſententia : ibi, Cum autem.Abb.Sic.

CASVS. Inter abbatem ſancti Donati de Scozula ex vna parte.& archiepm Mediol. ñ.ex altera,vertebatur qſtio ſuper pluribus articulis: petebat abbas nomine monaſterij ſui habēs à capitulo ſuo mādatū a ꝓcuratore archiepī noīe Madiola.eccleſię,reſtitui monaſterio ſuo portum Scozulæ cum honore,diſtrictu,& iuriſdictione ipſius loci,d cens hęc omnia ad monaſterium pertinere,hoc idem dicebat de hominibus,q habitant in curte Beruneñ.& tenēt res monaſterij, de quibus monaſteriū obtineurat in iudicio poſſeſſorio corā epiſcopo Veroñ.hęc omnia petebat cū omnibus fructibus inde ꝑceptis: Ad omnia iſta ꝓbanda inducebat primo priuilegiū Luitardi comitis quondā epī Lucieñ. qui monaſteriū ipſū fundauerat,& pmiſſa omnia donauerat monaſterio. Secūdo inducebat inſtrumentum ſnīæ archiepī Mediolaneñ. quam olim tulit ex delegatione Lodouici Imperatoris ſupradicti contra A. nepotē Luitardi pdicti,qui ſuper his monaſterium moleſtabat,Tertio per priuilegia Romanorum Imperatorum,& præſertim Henrici,qui omnia prædicta monaſterio confirmabat.vel etiam conferebat Quarto per inſtrumenta locationum . Teſtes etiam ſuper hoc induxit,per quæ omnia intendebat probare prædicta ad ſuū monaſterium pertinere. Cōtra prædicta fuit ex aduerſo reſpon-

---

vacillare:[a]ſed præcipimus ſententiam,quę eorum obtentu [b] ſuper ſtatu monaſterij lata eſt , inuiolabiliter obſeruari:& infra.

¶Iubemus etiam,vt archiepiſcopū in inſpectione priuilegiorum [c] duodecim hominum numero faciatis eſſe contentum.

¶Cæleſtinus III. abbati † ſancti Secundi.

¶*Inſtrumentū vel priuilegiū,quo quis vtitur coram iudice aduerſaria integraliter legi non debet: ſed ſolum illud capitulū, de quo agitur,edi debet.*

CAP. V.

Contingit † interdum, vt dicitis,quod quandocunque cum aliquo litem habetis , priuilegium veſtrum aduerſæ parti cogimini plenius exhibere,[d] vnde accidit , qđ occaſione vnius capituli,ſup quo conuenimini;plurima litigia ſuſcitantur.[e] & infra.

¶Cōſultationi † tuæ taliter reſpondemus, vt quandocunque ſuper exhibendo 10 priuilegio , vel indulgentia,ſeu inſtrumento fueritis requiſiti : præſente iudice,[f] aut aliquibus prudētibus viris deputatis ab ipſo,audiente parte contraria,tātummodo recitetur: 20 ita quod ſi ſuper vno tantum capitulo † quæſtio fuerit,illud [g] ſolummodo reſcribatur,& aduerſę parti copia eius fiat.

¶ Innocentius III.Mediolañ.archiepiſcopo.

¶ *Inſtrumentum publica* 30 *manu non confectū, habēs ſigillum , cuius literæ non ſunt legibiles, vel ſcripturæ deleta,vel enormem patitur fracturam, non probat. hoc dicit prout magis facit ad titulum.Et eſt caſus quotidianus & notabi*40*lis pro iſtis ſigillis antiquis.Panorminatus.*

CAP. VI.

Inter † dilectos filios G. 50 abbatem ſancti Donati

---

† In codice Barbatiæ ita abbati ſancti Fromundi, & eiuſdē conuentui.

a Vide de ꝓba.licet, ſup gl.2.Io.And.

† Cap.3. eo. tit.in 2. cōp. Et de materia vide Bar. & Bal.in l.fi. C. de pc.imperat. offer. & Bar.& Angel. in l. fi. C.đ bo.auct. iu. poſſi. & Felinū in c. ſ.fun.de ꝓb. Bal.&Doctores in l.inciſe ff. de legib.

† In pluribus antiqs ita.Cōſultationi veſtræ taliter &c ī quibuſdam ita:Sup quo reſpōdemꝰ.

Licet in vi exceptionis idē infra de pſcr. ad audientiam & c. auditis dem ſi iu vi

actionis : ꝟ. de conſue.c. cū d lectus. Io.An.

† al.articulo

† Cap.1 eo. tit.in 3.cōp.. Et de materia vide per Deciū in c. tertio loco , ſup.de prob. adde Panor. in c.vlt.ꝟ de reſcri. & vide ēt Cracetā tract.de antiq. temp. par. 1. circa finem.

responſum,& primo priuilegio Luitardi:ꝯ qđ multa proponebantur.Primo ꝙ conſumptū erat in annotatione īdictionis.Secūdo charta vetuſtiſſima videbat̄: ſcriptura recētior apparebat.Tertio, quia falſum ſignum videbatur appoſitū, & hoc apparebat ꝑ imaginē ipſius ſigilli,& ꝑ literas ipſius, quæ propriū nomen Luitardi non videbant̄ exprimere, ſed potius hoc nomē Lotarius. Itē cera ſigilli ab interiori parte vetuſtiſſima erat: cera q̄ videbat̄ appoſita ab exteriori parte,quaſi ad cōſeruationem ſigilli, recēs erat & mollis, ꝙ cū diligēter īueſtigatū fuiſſet,reptū fuit,qđ charta ſub vetuſto ſigillo fuerat ꝑforata, & ꝑ glutinū nouę ceręq̄ poſita erat exteri⁹ quaſi ad ꝯſeruationē ſigilli, vitioſe fuit ipſi chartę ſubiūctum:& eadē ſpecie falſitatis cetera fere priuilegia Romanorū Imperatorū ꝑter priuilegiū Hērici, vel falſa repta sūt, vel falſata.Sed priuilegiū Henrici ad fidē faciēdā nō ſufficiebat:q̄a nō erat publica manu cōfectū, nec ſigillum habebat authēticū,ex eo ꝙ erat de media parte cōſumptū,nec plus de ꝓprio nōīe apparebat,niſi hæc vox [icus] cum hac additione,Dei gratia:ita ꝙ ex litteris illis nō poterat magis ꝓbari,quod eſſet Henrici,quā Lodouici.Inſtrumentū etiam ſnīę multis modis videbatur ſuſpectum:tū q̄a quędam lituræ apparebant in ipſo, tum q̄a ſubſcriptio notarij videbat̄ alterius manu facta fuiſſe q̄ ſubſcriptio inſtrumēti,& tñ notarius cōfitebatur,ſe ꝓpria manu inſtrumentum ſcripſiſſe,& litera recentior videbatur q̄ charta, & atramentū aqua videbat̄ infectum,vt antiquius appareret.In omnibus autem priuilegijs,q̄ poſteriora erant, nulla de ipſa ſentētia mentio habebat̄. & ſi inſtrumentū ſnīæ legitimum eſſet,tamen q̄a inter alios lata fuit,& res inter alios acta nō nocet alijs,nec atteſtationes docebant, cum inter alias ꝑſonas receptæ fuiſſent.Sed priuilegium Henrici videbatur confirmatoriū,& donatorium extitiſſe:Vnde videbat̄,ꝙ Henricus dñium rerū donatarū monaſterio cōtuliſſet, q̄uis ex forma petitionis, quæ in ipſo priuilegio continetur, confirmatoriū videatur.Vt ergo intelligatur eo modo,quo magis valere poſſet,diſtinguēdū videbat̄, vt Henricus alia donauerit,& alia confirmauerit : quia eadem non poſſunt cōfirmari & donari:cōfirmātur prius habita.& poſſeſſa;donantur,q̄ adhuc habita non ſunt: vnde illa nō poterant intelligi ꝑ priuilegium illud donata, ſed confirmata:quia qđ meū eſt,ex alia cauſa meum fieri non poteſt,niſi deſierit eſſe meū;cum ergo priuilegium Henrici confirmatorium tm̄ fuerit quoad illa,q̄ deducta fuerant in iudicium,ſi principale non tenuit, nec acceſſoriū : per inſtrumenta vero locationum non eſt probata proprietas,nec poſſeſſio:cū ad probationē rei ſuæ ſeu defenſionem nō ſufficit locatio facta. poſtq̄ vero ſup his fuerat diutius litigatū: quia legitime probata nō fuerant, quę petebātur ad monaſteriū pertinere,ab impetitione ipſius procuratorē archiepī dñs Papa abſoluit noīe Mediolan. eccleſiæ:qm̄ cū obſcura ſunt iura partium,conſueuit ꝯ eū, qui petitor eſt, iudicari No.ꝙ libellus pōt cōcipi ī pſona ꝓcuratoris noīe tm̄ eccleſię. Item in libello poteſt apponi,ſaluo iure addendi vel diminuendi . Item nota hanc decretalem ad cognoſcendam falſitatem priuilegiorum & inſtrumentorū primo in annis dñi & indictione. Itē ex qualitate chartę.Itē ex ſigillo priuilegij . Itē ex ſcriptura notarij, Item res inter alios acta alijs non obeſt. Itē res intelligi dēt vt poti⁹ valeat q̄ pereat. Item aliud eſt qđ ꝯfirmat̄, & aliud quod donatur. Item qđ meū eſt, ex alia cauſa meū fieri non poteſt. Itē ſi principale non tenet, nec acceſſorium. Item facta locatio non probat dñium nec poſſeſſionem. item ſententia formatur in ꝑſonā procuratoris. Item cū obſcura sūt iura partium,iudicandum eſt pro poſſeſſore.

† Binieñ.

de Scozula & B. procuratorem tuum, ſuper ſubiectis articulis diu fuit ī noſtro auditorio litigatū. Petebat [a] ſi quidem abbas nomine monaſterij ſui a præfato ꝓcuratore tuo, [b] nomine Mediolanēſis eccleſię, reſtitui monaſterio memorato,portū Scozulę, cū honore, [c] diſtrictu, & iuriſdictione loci ꝑfati: dicēs ad monaſteriū hæc omnia pertinere: hoc ipſum dicēs de hominibus, qui habitāt in curte Berunenſi,† & tenent res monaſterij in Gralia, de quibus monaſteriū obtinuerat [d] in iudicio poſſeſſorio, per ſententiam epiſcopi Veronenſis. Hæc omnia petebat cum omnibus fructibus inde perceptis; ſaluo in omnibus iure addendi, [e] vel diminuendi, ſatagens comprobare omnia, quæ præmiſſa ſunt, ad ſuum monaſterium pertinere. [f]

¶ Primo per priuilegium Luitardi comitis quondam epiſcopi Lucani, † qui monaſterium ipſum fundauerat,& ei,quę præmiſſa ſunt, donauerat vniuerſa.

† Licinen.

¶ Secundo per inſtrumentū ſententiæ Aſperti quondam Mediolanenſis archiepiſcopi,quam ex delegatione Ludouici † Imperatoris tulit ſuper his pro monaſterio,contra A. prefati Luitardi nepotē, qui ſuper his monaſteriū moleſtabat.

† Ludouici

¶ Tertio ꝑ priuilegia Romanorū imperatorū,& ꝑſertim Henrici, qui præ-

[Glo.ſeq.cum duabus ſequentibus ponit tria notanda.& de ſingulis remittit.]

a ¶ Petebat.] habens n. addatum a capitulo ſuo;alias nō audietur.ſ.de tranſac.cap.contingit,niſi cauiſſet de rato, 1 ſupra de offi.dele.coram. De hoc dixi ſup. de reſcrip.ed. certi.

b ¶ Procuratore tuo.]&ita eſt concipiendus libellus in perſonā procuratoris nomine eccleſiæ, arg.C de epiſ.& cleri.l.omnes,§.nihilominus de hoc dictum eſt ſupra de elect.querelam.

c ¶ Cum honore.]& ſic patet,ꝙ libellus generalis poteſt offerri,ſupra de reſt.ſpol.cum ad ſedem, vbi de hoc plenius dicitur,ſupra de libel.obla.cap.2.

[Gl.ſeq.obijcit & ſoluit.]

d ¶ Obtinuerat. ſed ſi obtinuit ī poſſeſſorio qualiter modo petit,cum habuerit poſſeſſionem? D.cas quod obtinuit in poſſeſſorio cauſa rei ſeruādæ,ſup.de iud. examinata;ſed archiepiſcopus recuperauit poſſeſſionē infra annum offerendo cautionem coram epiſcopis Rhegin.& Mutin.& preterea monaſteriū non ſtetit in poſſeſſione,ſed archiepiſcopus,ſupra de ſequeſtra.ad hoc.

[Gl.ſeq.ponit opi.quam reprobat,& remittit.]

e ¶ Iure addendi. dicunt quidam argu.huius litterę, quod verba iſta ſemper ſunt ponenda in libel. arg. inſt de actio.§.ſi minus.ſed nō eſt neceſſe ꝙ ponantur,niſi quis velit ponere ad cautelam. quia vſq; ad lit.conte.poteſt mutari vel addi, vel diminui libellus.C.de eden l.edita actio. 2 de hoc dictum eſt ſup. de libel.obla.c.2.

f ¶ Pertinere.]verbū iſtud, pertinere,latiſſime patet ff.de verb. ſign. verbū iſtud pertinere, vnde per hoc deduxit

deduxit in iudicium quidquid iuris habebat in rebus illis, ex quo nullam causam adiecit. ff. de excep. rei iudi. & an eădem. §. actiones, & de hoc dixi. s̃. de libel. obla. c. 2. & 2. q. 8. c. per scripta. § libellorum.

a ¶ Conferebat.] tanquam dominus prædicti comitis, qui feudum alienare non posset sine licentia domini, ut in constitutione Frider. de feud. & C. de iure emph. l. ul. arg. j̃. de do. post diuort. rest. c. nuper. sed hęc collatio ad alia, & confirmatio ad alia refertur, ut j̃. sequitur eodem ca. Vinc.

b ¶ Et supra.] hoc uult dicere lr̃a ista, quidam testes dicebant, ꝙ monasteriũ possederat xl. annis citra, alij, dicebant, ꝙ per quinquaginta annos, & supra, sed uerè non ꝓbăt: qa si hoc fuisset probatum, obtinuisset monasteriũ, & ideo dicit, nitebatur ꝓbare.

c ¶ Consumptum.] consũptio uel rasio obest in nominibus iudicum in data, in remotione appellationis, ut dictum est s̃. eo. c. ex litteris.

[Glo. sequens ponit, ꝙ indictio inscribenda est in instrumentis, & quomodo discernatur.]

d ¶ Indictionis.] indictio enim consueuit ponit [1] ĩ priuilegijs & instrumẽtis, ut hic, & 13. dist. in nomine Domini, & 73. di. in nomine patris, in fi. & anni Domini sunt ponendi, & nomen imperatoris, & mẽsis, & dies. & hoc totũ legitur in Authen. ut nomẽ imperat. docu. præpo. colla. 5. editio tamen instrumentorũ debet fieri aduersario sine die, & consule, & ĩdictione, & annis Domini: quia inspectio instrumẽtorum pręstat materiam fabricandi falsum, ff. quẽad. test. aperiantur l. 2. §. diem autem. nisi quis uellet agere de falso, ut hic, & C. de contrahen. & committ. stipul. optimam. Nota ergo quid sit indictio, ad hoc ut scias an instrumentum falsum ex indictione discernatur. Est enim indictio quidam numerus annorum constans ex tribus lustris, id est quindecim annis; [2] & debet poni in principio cuiuslibet instrumenti, ut dictum est, incipiens a prima indictione per totum annum dicit, indictione prima, in secundo anno dicit indictione secunda, & sic usque ad xv. & xv. anno finito iterũ incipit a prima indictione: & sic fiet perpetuo. Si ergo uis scire falsitatem instrumenti uel priuilegij per indictionem, uide quotus annus domini ponatur in instrumento, & quota indictio ibi ponatur, & illos ănos domini diuidas ꝑ xv. & quicquid superest a xv. ita quod nõ cõpleat xv. additis ibi tribus, talis debet esse indictio ĩ instrumento, & si non est ibi talis indictio, falsum est instrumẽtũ & hęc est regula ad inueniẽdũ indictionem. Tres annos Domini appone [3], ꝑ ĩdictionib. regulariter, & partier ꝑ quindenum numerum, & quotus numerus remanet infra xv. tăta est indictio, & si facta diuisione remaneant xv. tantũ xv. est indictio.

ADDITIO.

Vnde uersus.

Si per quindenos domini diuiseris annos,
His tribus adiũctis ĩdictio certa patebit.
Si nihil excedit, quindena indictio currit.

[Main text]

... missa omnia monasterio confirmabat, vel etiam conferebat.[a]

¶Quarto per instrumenta locationum, quas fecerant diuersis personis abbates monasterij memorati. Testes quoque produxerat, per quos nitebatur probare, quod monasterium a sexaginta annis, & citra, † & a quinquaginta annis, & supra,[b] possederat supra dicta: & quod fama publica erat ea omnia pręfato monasterio a iam dicto Luitardo fuisse donata.

¶Sed cõtra priuilegium donationis a procuratore tuo multa fuerunt obiecta. Primo, quia ibi maximè apparebat consumptum[c] (videlicet in annotatione indictionis[d]) ubi potuisset falsitas facilius deprehendi. Secundo, quia cum charta uetustissima uideretur,[e] recentior apparebat scriptura, tanquam non illo tempore facta fuisset. Tertio quia falsum sigillum vitiosè videbatur appositũ: eo quod a media parte sigilli apparebat quædam imago, non cum mitra in capite, sed cum pileo: nec induta pontificalibus, sed regalibus indumentis, † tenens in manu non baculum pastoralem, sed quasi sceptrum regale, cuius facies non apparebat integra, sed dimidia,[f] tamquam in illa medietate respiceret aliam mediã, quæ tamen tota vacua remanebat, sed quædam imago videbatur ex ea fuisse deleta; quia cera in ea parte, nec in colore, nec in planicie, reliquæ parti similis apparebat; unde non episcopi, sed Imperatoris videbatur fuisse sigillum; quia † in vna medietate, Cæsaris imaginem exprimebat; & in altera medietate pręsumebatur vel filij, vel coniugis imaginem habuisse: nam, & in ipso sigillo nullæ aliæ litteræ apparebăt, nisi quæ nomen proprium cum hac adiectione, Dei gratia; designabant. Sed cum proprium nomen ipsius episcopi fuerit Luitardus, in nomine proprio, quod exprimebat sigillum, deletæ[g] fuerant duæ litteræ,[h] secunda quæ erat inter l. & t. & sexta, quæ fuerat inter r. & v. ita quod si secunda o. & sexta fuisset, i. procul dubio non Luitardus, sed Lotarius, legeretur, quod etiã inde conuinci † poterat, quod secundum dispositionem aliarum litterarum inter l. & t. non erat spatium, nisi quod potuisset vnã litteram continere; cũ secundum integritatem huius nominis, Luitardus, inter l. & t. duæ litteræ sint diuersæ. pręterea inter r,

[Glossa]

e ¶ Videretur.] nota ꝙ ex qualitate chartæ falsitas deprehenditur. j̃. de crim. fal. c. licet. §. eos, & hic fit comparatio chartæ ad litteram, sicut alibi fit comparatio scripturæ ad scripturam. 4. C. de fide instr. l. cõparationes.

f ¶ Dimidia.] ad hoc enim ut sigillum sit authenticum, debẽt apparere characteres & orbita. ff. q̃ testamẽ. facere poss. ad testium, §. signum, & de penit. d. 2. principium ĩquit. uersi. quid namque boni, & cætera.

g ¶ Deletæ.] non enim dicuntur litteræ signatæ, ubi nomen deest, ff. qui testamenta facere possunt. l. ad testium, §. si quis ex testibus, & si quis non habet proprium sigillum, cum alieno signare potest, C. de test. si unus, sed exprimẽdum est hoc, uel forsitan non tenet hec in con[illegible]ctibus præcipue magnarum rerum, & etiam principium, j̃. de appellat. significauit, & litteræ illę deletæ fuerant de ipsa cera sigilli.

h ¶ Duæ litteræ] scillcet, u, & i.

[Marginal notes]

† Infra, legit in antiquis.

1 Quid si non fuerit posita: uel si erratũ sit in ea: qa concordat cũ anno. uide ꝙ dicam in fin. 6. lib. sup da ta. Io. And.

† Dictio, indumentis, deest in nõnullis uetustis exẽplaribus.

2 Nă quinq; ăni faciunt unũ lustrũ. ff. loca. item q̃ritur, §. q im pleto. Ioan. And.

3 Quia anno natiuitatis dñi tertia erat indictio. Io. An. in nouel.

† quod.

4 De hac cõparatiõe ex q̃b. instrũs fiat ꝑ quem & qualiter & de ipsius effectu not. plene ꝑ Ho. in sũma hui⁹ ti. §. 34. & 5. Io. And.

† conijci.

& v. tam modicũ erat ſpatium, vt in eo nec hęc littera, t, quæ maius occupat ſpatium, ſed hæc littera, i, quæ minimum occupat, videretur formata fuiſſe. Rurſus cum cera ſigilli ab interiori parte vetuſtiſſima eſſet, cera quæ poſita erat ab exteriori parte, quaſi ad conſeruationem ſigilli, recens erat & mollis. † Quod cum diligenter inueſtigatum fuiſſet, certo certius eſt compertum, quod ſub vetuſto ſigillo charta fuerat perforata, & per glutinum nouæ ceræ, quæ poſita fuerat exterius quaſi ad conſeruationem ſigilli vitioſe fuit ipſi chartæ ſubiũctum. Eadem falſitatis ſpecie, per vitioſam videlicet appoſitionem ſigilli cætera ferè priuilegia Romanorũ Imperatorum, præter priuilegium Henrici, vel falſa reperta ſunt, vel falſata. Sed & ipſum Henrici priuilegium ad fidem inſtruendã † non videbatur ſufficere, quia nec erat publica [a] manu confectum, nec ſigillum habebat authenticum, eo qđ erat ex media fere parte conſumptum, nec plus de nomine proprio, niſi vltima medietas, videlicet, icus, nec de cæteris litteris niſi hæc adiectio: Dei gratia: apparebat; ita quod ex litteris ipſis non magis [b] poterat comprobari fuiſſe ſigillum Henrici, quam Ludouici. †

¶ Inſtrumentum quoque ſententiæ multis modis in ueniebatur ſuſpectum, tum quia in ipſo quædam apparebant lituræ, [c] tum quia ſubſcriptio † notarij videbatur man⁹ alterius fuiſſe quam ſubſcriptio inſtrumenti: cum tamen notarius in ſubſcriptione profiteretur, [d] ſe inſtrumentum manu propria conſcripſiſſe. Littera quoque recentior videbatur quam charta, & aqua videbatur encauſtum † infectum, vt antiquius appareret.

¶ In omnibus autem † Imperialibus priuilegijs, quæ poſteriora fuerãt, nulla eſt habita mentio [e] de illa ſententia, quamuis in eorum aliquibus mẽtio facta fuerit Luitardi, qui dicebatur donationẽ feciſſe. Porrò ſi legitimum eſſet inſtrumentum ſententiæ, per illã tamen ſententiã nullũ Mediolaneñ. archiepiſcopatui præiudicium poterat generari, cum ipſa ſententia lata fuerit inter alios: & [f] res inter alios acta, [g] alij non prę iudicet. † Nec atteſtationes quæ continebantur in inſtrumento ſententiæ, per quas legitima donatio Luitardi videbatur eſſe probata, poterant eidem archiepiſcopatui nocumentum [h] aliquod irrogare: cum inter alias perſonas, & in alio iudicio receptæ fuiſſent.

¶ Ceterũ memorati Henrici priuilegium, quod non ſolum confirmationis, ſed etiã donationis videbatur fuiſſe, vnde rerũ dominiũ donatarum intelligi forte poterat monaſterio acquiſitum; quamuis ex forma petitionis, [i] quæ in ipſo priuilegio declaratur, confirmatorium videretur, vt tamen intelligatur eo modo, quo magis poſſet valere, [k] diſtinguendũ videbatur, vt idẽ Henricus alia donauerit, & alia confirmauerit: cũ eadẽ legitime nequiuiſſent [l] confirmari [m] pariter, & donari: confirma-

Glo. ſeq. quærit, & ſoluit.

a ¶ Publica manu.] ſed nonne ſufficeret priuata habens ſubſcriptionẽ trium teſtiũ. C. qui potio. in pig. hab. ſcripturas. & 16. q. 3. placuit. §. poteſt. verſ. is antẽ; Reſpõdent quidam ꝙ non, niſi teſtes viuant. arg. ſ. eod. c. 2.

b ¶ Magis.] poterat tñ alio modo probari vtrũ fuerit Hẽrici vel Ludouici, videlicet per chronicã Imperatorum ex annis Dñi, & indictione.

c ¶ Lituræ] i. cancellaturæ, ſiue raſuræ a libi dicũtur īter lita C. de teſta. l. ſi vnus.

d ¶ Profiteretur.] id eſt cõfitebač per ſe feciſſe completionẽ inſtrumẽti. in Auth. de tabell. §. 1. col. 5. & ĩ. đ priu. c. cũ oll.

e ¶ Mentio.] nota in priuilegijs mẽtionẽ eſſe faciendã ſententię, vt hic videtur: & etiam cõpoſitionis. ĩ. de deci. ex multiplici: ſic ẽt in reſcriptis facienda eſt mẽtio de priuilegijs. ſ. de reſcrip. cum ordinem & vnum reſcriptũ debet facere expreſſam mentionẽ de alio inſcripto, ad hoc ut ipſum tollat. ſ. de dolo. & cõt. ex litteris. Itẽ unũ priuilegiũ de alio. ĩ. de præſcrip. c. ueniens.

f ¶ Inter alios.] ſed nonne quia ſciebat cauſam ſuam, agi, imo quia ipſe iudex fuerat, & pro monaſterio iudicauit, ſibi præiudicauit, ff. đ re iud. ſæpe, ff. de pig. fideiuſſo. 2. reſpon. ĩ. de re iu. ſuborta? Dic ꝙ tunc actũ fuit ſolũ poſſeſſorio, qđ non præiudicat in petitorio. Vel hoc ideo fuit, quia delictum perſonæ, & c. 16. q. 6. ſi epiſcopum.

g ¶ Acta.] ſic ſ. de teſtib. ueniẽs. 2. q. 5. interrogati. hęc regula ponitur ĩ. de re iud. cap. penult. ubi de hoc.

h ¶ Nocumẽtũ.] illas n. poſſet approbarẽ ſed cogi non poteſt arg. ſ. de teſti. cũ cauſam, & c. cõſtitutus. & c. veniens. 2. cũ inter alias perſonas receptæ fuiſſent, ſed ſi in alio iudicio tãtũ, & inter eaſdẽ perſonas receptæ fuiſſẽt, tunc tenetur illas ratas habere, ſi ſint publicatæ arg. C. de li. cau. l. iubemu. & ĩ. de probat. cap. vlt. & ſupra de teſtib. cauſam quæ. & idem eſt ſi coram arbitro recepti ſunt, cum diſtinctione tamen illius legis, C. de teſti. l. vl. & ſupra de teſt. c. præſentata. B.

[Glo. ſeq. tria elicit argumenta.

i ¶ Petitionis.] argu. ꝙ reſpõſum conformãdũ eſt petitioni. ff. de interrog. actio. de ætate. Itẽ arg. ꝙ ex forma petitionis formãda eſt ſententia: quia ex petitione apparet qualiter, & de quo ſit actum ĩ. đ accu. qualiter & qñ, & ĩ. de ſim. c. licet Hely. 2. Et eſt arg. ꝙ libellus ſit dãd⁹, alias de prędictis cõſtare non poſſet.

Gl. ſeq. ponit 5. 2 cor. & alleg. 4. iura.]

K ¶ Valere.] ſic ergo facienda eſt interpretatio, vt res, de qua agitur, magis valeat, q̃ pereat, ĩ. de verbo ſign. abbate. ĩ. de priuileg. in his 12. q. 2. ſi quos de ſeruis, & ff. de reb. dub. quoties, & ff. đ ver. obl. quoties I ſtipulationibus, arg. contra ſ. de off. dele. cũ ſuper & ff. de iure cod. l. 1. & ff. de reb. dub. in ambiguo, & ff. de hęred. inſti. quoties.

l ¶ Nequiuiſſent] & ita talia debent eſſe ſubiecta, qualia permittũt pdicata Lau.

[Glo. ſeq. alle. vnã concor. & tria cõtra.

m ¶ Confirmari.] videtur ꝙ idẽ nõ poſſit dare, & confirmare, ff. de iuriſ. om. iu. & quia. Sed cõtra videtur 63. di. in ſynodo & 23. diſ. in nomine dñi. & ſ. de elec. c. cũ īter canonicos.

† Adde q̃ detrahunt fidei ſigilli, in l. duo ſunt Titij, & ibi Bar. & Docto. ff. de teſta. tut.

† In antiquis legĩt adſtruẽdam.

Hęc gl. ſula non reperitẽ uetuſtis exẽplaribus.

Ludouici.

† ſuperſcriptio.

† al. incauſtum, eſt autẽ encauſtrũ librariorum atramentum de quo vide Cęliũ Rhodig. l. 7. lectio antiq. ca. 31.

† etiam.

† Vide text. in l. 3. & ibi Do. & Bar. ff. iu. ſolu.

2 Et ĩ cõſtit. cle. de verb. ſign. ſæpe. ver. verũ quia Io. And. in nouell.

a ¶ Quod meum est.] sic instit. de act. § sic itaque. ff. de acq. posses. possideri, §. ex pluribus. & insti. l leg. §. sed si. C. de contrahẽ. empt. cũ res. & l. si mater, ff. de cõtrahen. emp. siue rei. C. de iur. dot. auia. arg. vbi dr̃ ꝙ cũ patri iã prouisũ sit per legẽ, vt habeat actionẽ ad repetẽdam dotẽ si pactum faciat, non nascit̃ ex hoc actio, cum iam eã habeat à lege. ea tamẽ possessio plurib ex causis habet̃. ff. de acq. poss. possideri, §. ex plurib. licet. n. vnum sit genus possessionis multę tñ sũt ei⁹ species, vt ea. l. possideri, §. vlt. licet ergo ex plurib. causis possit fieri traditio rei. arg. ff. de sol. cũ qs, §. de peculio: ex vna tamen dñium acquiritur.[1] arg. ff. ad leg. Fal. fundo. & l. si a me, & C. loca. ad probationem, p̃terea ex hoc vr̃, ꝙ si aliquis plures titulos sui dominij assignet, cũ hoc esse non possit. succũbat. arg. ĩ. de conces. preb. post electionẽ. & C. de ꝯhẽ. emp. l. 4. & l. si ancillam. tñ licet ratione vnius tituli sit effectus dũs, ratione alterius tituli compe tit exceptio, licet iste titulus nullus esse videatur.[2] ff. de exceptio. l. nemo.

[Glo. seq ponit 5. concor. alleg. 4. iura in contrarium. & soluit. alleg. etiam aut. in contrarium, & soluit.]

ri, tamquam prius habita & possessa, donari, tamquam tunc tradita & concessa: ac per hoc illa non poterant intelligi per priuilegium illud donata, sed confirmata: cum iuxta † legum sanctiones, quod meum est, [a] ex alia causa meum fieri non possit, nisi desierit esse meum: & infra.

¶ Cum igitur priuilegiũ Henrici confirmatoriũ tãtum extiterit, saltem quo ad illa, quæ deducta sunt in iudicium; si principale non tenuit, nec accessorium, [b] quod ex eo, vel ob id dignoscitur esse secutum: & infra.

¶ Per instrumenta vero locutionis nec est vtiq; † ꝓbata ꝓprietas, nec ad plenũ possessio, cũ ad probationem rei proprie, siue ad defensionem non sufficiat facta locatio, [c] & infra.

¶ Cum autem super his fuisset diutius litigatum, quia legitime probata nõ fuerant, quæ petebãtur ad monasterium pertinere, ab impetitione ipsius procuratorem [d] tuũ nomine tuo & Mediolañ. ecclesiæ sentẽtialiter duximus absoluẽdum, quoniam cum obscura sunt iura partiũ, consueuit contra eum qui petitor est, [e] iudicari.

b ¶ Nec accessorium.] istud regulariter verum est, vt si principale nõ tenet, nec accessorium, C. de legi. nõ dubiũ. & ĩ. de dote post diuor. res. & si necesse. & s̃. đ so. compe. si diligenti & s̃. de ele. qualiter. & ff. ad Macę creditorem. ar. cõtra. ĩ. de iureiu. debitores. & C. si aduer. ven. l. 1. & ff. qui mo. vsusfruc. quid tñ in. prin. & l. præcedenti. & illa specialia sunt. Itẽ contra C. de episco. audien. auth. liberi furiosi. vbi tenet legatum, & non tenet testamentum. Sed illud fit in odium filiorum, qui negligunt patrem.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.

c ¶ Locatio.] sed hoc falsum videtur: quia si ego locaui tibi domũ, tu nõ potes mihi referre quæstionẽ dominij, vt ff. de pig. ac. l. si pignore. & melius. C. lo. si qs cõductionis, ff. de commoda l. ita vt. Sed verum est, quòd nõ refertur quæstio dominij si agatur illa actione, quę oritur ex pignoratitia, vel cõmodati, vel locati. sed secus si agatur reali actione: qa illa nõ proponitur tãquam contra commodatarium, vel inquilinum: sed quasi contra quẽlibet possessorem. ff. ad exhibendũ. de eo. §. 1. & verba ista sunt sũpta, C. locat. l. ad ꝓbationẽ. & arg. ad hoc, C. de præscript. xxx. vel xl. an. male agitur. C. de dona. cẽsualis. & conductor rem conductam locare potest.[3] ff. loca. qui insulam. & C. eod. tit. nemo.

[Glo. seq. signat contrarium, & remittit.

d ¶ Procuratorem.] hic ergo formatur sententia in personam procuratoris. cõtra. sup. de prob. licet. De hoc not. sup. de elect. querelam.

e ¶ Qui petitor est.] quia cum obscura sunt iura partiũ, iudicandũ est pro reo. vt hic dicit. & s̃ de prob. ca. ex litteris. & c. in p̃sentia. & 3. q. 9. indicas. & ff. de actio. & obliga. Arrianus, ff. de pœ respiciẽdũ. inst. de interd §. commodum. nisi in liberali causa. ff. de manumis l. antepen. & ff. de re iudi. inter pares. Itẽ si agat̃ de inofficioso testamẽto, potius ꝓ testamento iudicat̃. ff. de inoffic. testam. si pars iudicantium. Item pro matrimonio. 33. q. 1 si qs acceperit. & 30. q 3. c. fi. & istos tres casus, & quartũ habes. ĩ. de re iudic. c. vlt. Ber.

¶ Idem Cantuarieñ. archiepiscopo.

¶ Non valent litteræ super absolutione voti per crucesignatos impetratæ tacita veritate, vel expressa falsitate.

CAP. VII.

Quod † super his, [f] & infra. ¶ Quæsiuisti quid agere debeas circa crucesignatos, qui dicẽtes se ab Apostolica sede redire, super absolutione [g] sua, ignota [h] Cardi-

Quod super.] Cõmunis diuisio. Secunda: ibi. Ad quod. Abb.

Casus. In archiepatu Cantuarieñ. erãt quidam crucesignati: mandauit Papa Cãtuarieñ. archiepiscopo, vt eos ad voti executionem cõpelleret: & dũ ipse eos cõpellere vellet ad votum soluẽdũ, ipsi sup absolutione voti redeũtes ab Apostolica sede, ostendebant Cardinaliũ sigilla ignota: cum super impedimẽtis q̃ exponebant, non esset eis de leui credẽdũ: quęsiuit archiepiscopus quid agere debeat super his? Et respondet Papa, ꝙ si aliquando litteras talib. cõcedit, rescribit illis, qui sciunt personas, & facultates eorũ, hoc modo, vt diligenter inquirant veritatẽ sup impedimentis expositis, statuentes super hoc, ꝙ animarũ saluti, & succursui terrę sanctę magis nouerint expedire, & ꝓuidentes ne in fraudem voti aliquid fiat: vnde si tales litteras ĩpetrauerint tacita veritate, vel expressa falsitate: siue sint Cardinaliũ: siue etiam Papæ, & non solum dubiæ, sed etiam certæ, litteræ illæ non valẽt: & eis non obstantibus, debẽt ad voti executionẽ compelli. No. quod illi qui votũ emittunt compellendi sunt ad executionẽ ipsius, nisi iusta de causa per sedem Apostolicã sint absoluti. Itẽ litteræ impetratæ per veri suppressionem, vel falsi suggestionem non valent. Item no. quod sigillo ignoto credi non debet.

f ¶ Super his.] hæc decretal. est pars illius. inf. de vo. quod super his.

g ¶ Absolutione.] a voto peregrinationis.

Gl. seq. tractat de sigillo ignoto, obfuscato, & noto.

h ¶ Ignota.] cũ[4] vero sigilla ignota sunt, tũc eis non est standũ, nisi sint 5 aut eo amplius. 98. dist. cap. 1. & 2. si vero obfuscata sunt, sunt suspecta, vt s̃. c. prox. ff. qui testa. face. pos. ad testium, §. si signata. tunc enim remittũtur ad cõsignatores, vt cognoscãt sigilla sua, ff. quemad. test. aper. si quis ex consignatoribus, & si quis non agnoscit suum sigillum, non ideo vitiatur,

† In aliquot vetustissimis ita: cũ iuxta sãctiones legitimas qđ meum est ex vna cã ex aliacã ampli⁹ meum fieri non possit.

1 Facit đ electio vt quis duas. lib. 6. Ioa. And.

† vtcunq; vtrinque.

2 Rõ qa nullus ꝓhibet̃ vti plurib. exceptionibus ꝯtrijs. ĩ. de reg. iu. accessoriũ. libr. 6. Io. An.

3 Per qđ vr̃ ꝙ scholaris recedẽs, possit in domo vel camera aliũ ponere loco sui: sed an hoc possit inuitis socijs vidđ Spe. de iudi. §. 2. versi. circa. hoc quærit. & no. insti. loc. §. fi. Io. And.

† Cap. 2. e. titu. in 3. comp.

4 Vide Cassaneũ ad consuetudines ducatus Burgũ. in fine operis. ti de conclusione consu. ver. Signe. & sequen. vbide materia huius gl.

ſed ſuſpectum habeatur inſtrumētum,ff.eo.l.1.in fi. cū vero ſigillum notum eſt: tunc creditur talibus litteris ēt in p̄iudicium alterius,ſ̃.de proba. poſt ceſſionē,& c.4.quamdiu in ɔ̄triu m non probetur, 1 vt ibi.

a ¶ Impedimentis.] cum votum nequeāt adimplere.

expectandū eſt ſm mandatū,ſ̃.de offi.deleg.c.ſi qñ. & in auth.vt nulli iud.§.ſi vero,coll.9. Si autē aliqua decre.eſt p̄ter ius nō ſtatim eijcitur,ſed cōſulitur ſuperior,vt hic dicit:& hoc ideo quia cū inter alias decre.allegatur,p̄ſumitur 2 ꝙ ſit decretalis,arg.20.q.1.

1 Cōcor.l. ſi ꝓcuratorē, ff.de proc.& l. ne ſatiſdatio,ff. rē ra. habe.

[Glo.ſeq.dat tria ſimilia.]

b ¶ Carere volum⁹.] quia veritatē,debēt litterę continere,q̃a votū reuocant,ſicut illæ q̄ reuocant alias litteras,vt ſ̃.d offic. dele.ex litteris,& ſ̃. de don.ex litteris,& ſ̃ de reſcr.ceterum, & ĩ de re iudi.inter monaſterium, & ita ſeriem rei litteræ ɔ̄tinere debēt,ĩ.de co hab.cle.& mul ſuper eo. Et ita patet hic, ꝙ litterę gn̄ales nō abſoluūt aliqu m, a voto, nec a ſnia excōicationis.ĩ d ſen. excom. cum ꝓ au ſa. & arg. ſ̃. de offi. or.ex parte.

c ¶ Nō obſtātibus.] denegabit enim de leg usſ ā cognitio nem, vbi leg ās de negaret commiſſionem,ſ̃ de reſcri. ca. ſuper litteris.

† Dictio, attentius, deeſt in aliquot antiq. codicibus.

PAſtoralis.] Duo ſunt dicta,ſecundum ibi,Verū. Abb. Siculus.

CASVS. Aliquando allegant decretales in iudicijs, de q̃bus dubitabatur an ſint decretales de q̃bus nō conſtat per bullā: quæſitum fuit a Papa q̃d iuris eſſet? Super hoc ſtatuit Papa,vt ſi aliqua decretalis allegat, de qua iudex dubitet,ſi illa cōſonat iuri cōi,ſm illā non dubitet iudicare, cum ſm ius cōe potius iudicare videat. Sed ſi iuri cōi ſit diſſona,ñ iudicet ſm ipſam,ſed cōſulat ſuperiorem de illa. Nota diſtinctionē huius decre. circa decretales,de quibus dubitatur an ſint decretales vel non.

† Cap.3. eo. ti. in 3. cōp. Et de materia vide Bar. & Doct. in l. cum ꝓlatis, ff.de re. iud. adde plene diſputationem ad litteras Apoſt. ꝓ officio Inquiſitionis, ꝗ habes poſt direct. Inq̃ſ.

nalium ſigilla reportant: cum eis ſuper impedimentis [a] expoſitis non fuiſſet de leui credendum.

¶ Ad quod tibi reſpondemus, quod ſi quandoque talibus litteras indulgemus, illis qui perſonas & facultates eorum plenius nouerunt, hoc modo ſcribimus, vt ſuper impedimentis expoſitis inquiſita diligentius veritate ſtatuant circa illos,quod animarum ſaluti & ſuccurſui terræ ſanctæ magis nouerint expedire; prouidentes attentius † ne quid in fraudem voti fallaciter cō fingatur: Vnde ſi tales per ſuppreſſionem veritatis, aut falſitatis expreſſionē litteras non ſolum Cardinalium,ſed etiam noſtras: nec ſolum dubias, ſed etiā certas conſtiterit impetraſſe, carere volumus [b] impetratis: & eis non obſtantibus [c] ad voti executionē compelli.

¶ Idem Helienſi epiſcopo.

Si de extrauagāti dubitatur an decretalis ſit authētica: aut eſt iuri conſona, & tunc iudicatur ſecū dum illam: aut diſſona, & tunc Papa conſulitur.

CAP. XIII.

PAſtoralis: † & infra.

¶ Auctoritate præſentium diximus ſtatuendū, vt cum aliqua decretalis, de qua iudex merito dubitet,allegatur: ſi eadem iuri communi ſit conſona, ſecundum eam non metuat iudicare: cum non tam ipſius,quam iuris,cōmunis auctoritate procedere videatur.

¶ Verum ſi iuri communi ſit diſſona, [d] ſecūdū ipſā non iudicet, ſed ſuperiorē conſulat [e] ſuper ea.

¶ Idem epiſcopo S.Andreę, & abbati de Broch.

Poſt publicatas atteſtationes vſq; ad cōcluſionē, poſſunt inſtrumēta produci. hoc primo. Conſuetudo loci facit inſtrumentum authenticum. hoc ſecundo.

CAP. IX.

CVm † dilectus; & infra. Ad ſecundam quæſtionem duximus reſpondendum, quod vtraque † pars poteſt inſtrumenta, etiam poſt publicationem [f] atteſtationum vſque ad diffinitiuæ ſententię calculum exhibere, antequam ſit in cauſa concluſum. [g] ¶ Super tertio vero articulo reſpondemus, quod ſi conſuetudo illius

quē progenitores. Si aūt decretalis obuiat conſuetudini,p̄ualet cōſuetudo,modo cōſuetudo ſit ꝓbabilis, & legitime ſit præſcrita, ſup. de ɔſue.c.vlt.ſ̃.de cōſt. cū oēs.& ſupra de eo q̃ mit.in poſ. cū veniſſent, 3 niſi princeps per ſuum ſtatutum intēdebat tollere,cōſuetudinem, ff.de ſepul.vio. l. 3. §.diuus, alias ſuccūbit conſuetudo,ĩ.de re iudi.cum cauſam quæ.

e ¶ Conſulat,] & interim pendente relatione iudex ſuperſedeat cāę,arg.ſup. de offi.dele.licet, & C. de rela.l.1.& 2. q. 1. nomen presbyteri.

2 Hoſt. dicit ꝙ licet in aliquo volumine decr. ſcripta ſit aliqua decretalis,non habebitur pro decretali, niſi cōiter ī alijs habeatur.Io. And.

3 Concor.l. 2. & ibi Bal. C.q̄ ſit lō.cōſue. & gl. Bar.&Cy.in l.rē non nouā, C. de iudi.

CVm dilect⁹.Duo ſunt dicta, ſm ibi,Super tertio,Ab.

CASVS.Quia inſtrumentorum appellatione continētur & teſtes:& poſt publicationē teſtiū alij teſtes nō p̄nt produci, dubitatum fuit,vtrū poſt publicationem atteſtationū,inſtrumenta produci poſſint vſque ad ſententiam, antequam ſit concluſum in cauſa.

[Glo.ſeq.ponit duplicem dubitationis cauſam.]

f ¶ Poſt publicationē.] dubitatio forte fuit illa:q̃a forte diu tacuit cū proteſtari vel edere debuiſſet, ff.de edē.l.1.§.edere, & §.edēda.4 Vel illa erat dubitatio. quia poſt publicationē teſtiū ñ licet ꝓducere alios teſtes,vñ videbāt ꝙ nō liceret ꝓducere inſtrumētū:q̃a noīe inſtrumētorū cōtinētur & teſtes,ſup.de teſtib.coge.pucnit.ff.de fide inſtr. l. 1.ſed nō eſt ita,q̃a in inſtrumētis nō timetur ſubornatio,ſicut in teſtibus,q̃a ex multis cauſis & facilius deprehenditur falſitas inſtrumentorū quam teſtium, vt ſ̃.eod inter dilectos,& ſup.de proba.licet.Vincen.

† Cap.4.eo. tit.in 3.cōp. Et de materia vide Bar. in l. diui fratres, ff. de pę. & Rotā Dec. 272.in anti.Bart & Paulū de Caſtro in l. admonendi,ff. de iureiur. Old.cōſ.105. inc.vſ dicendum.

† Vtralibet.

4 Parum faciunt dñt q̃d ſit edere, & quot ſunt inſtrumenta quibus quis vtitur,Ioan And.

d ¶ Diſſona.] nota ꝙ ſi aliquod reſcriptū ſit cōtra ius, ſtatim eſt abijciendū,25.q.2.reſcripta, non enim ratione reſcripti recedendū eſt a iure cōmuni, vt ſup. de reſcri.cauſam quæ,& ſ̃.de ætate & qualitate,eam te.in.ò auferendū eſt manibus tenentis, & dandum eſt principi,C.de paga.& ſacrifi.eor.l.ſicut ſacrificia ſed ſi nō eſt ex toto ɔ̄ ius,ſed alias ſit iniquum: tunc

[Glo.ſeq.diſtinguit in reſcripto an ſit contra ius, an alias iniquum in decr.an ſit præter ius, an contra conſuetudinem.]

g ¶ Concluſum.] id eſt renunciatum allegationibus, & omnibus alijs probationibus,ſup.de cau. poſ. paſtoralis,& ſup.de procu.auditis.

SVPER TERTIO. Cōſuetudo erat in partibus Scotiæ,quod aliquis per inſtrumenta regis probabat intentionē ſuam in iure: dubitauerunt iudices iſti,

patriç obtinet approbata[a] vt instrumétis illius regis fides adhibeatur, uos ea se cure poteritis admittere, prçsertim cũ supradictus rex tantç fuerit honestatis,[b] ꝙ ipsius instrumenta maximç auctoritatis sint in partibus Scoticanis. †

¶ Idem Petro ciui Viterbien.

¶ Falsitas instrumenti, vel qđ deest instrumento, probari potest per testes.

CAP. X.

Cum † Ioannes eremita a te centum triginta libras Senen. ex causa mutui coram Donadeo & Ioanne iudicibus Viterbien. petisset, & tu ex aduerso proponeres, quod cum idem in centum & octoginta libris tibi pro p̃tio domus, quã eidem uendideras, teneretur, centum triginta libras ex illis non immerito debebat cõpensare.[c] Tandem cum super hoc & quibusdam alijs articulis inter uos fuisset aliquamdiu litigatum, iudices attestationib. publicatis, te sñialiter condemnarunt, vt eidẽ prædictæ domus possessionem vacuã[d] † traderes, a creditoribus liberatam: & infra.

¶ Cum igitur ab hac sententia ad nostram duxeris audientiam[e] appellandũ, & nos, tam tibi quã prædicto Ioanni T. subdiaconum, & capellanum nostrum dederimus auditorem: ex parte tua fuit propositũ, supradictæ domus venditionem non puram, sed conditionalem potius extitisse, ac nullatenus te

SCribam.] Breue est. Pone casum literalem, vt dictũ est in præcedentibus, cap. Abbas.

[Gloss. seq. ponit duas lecturas, & iuxta secundam argum.]

d ¶ Scribam eis,] ironice, quasi dicat, non scribam: vel potest legi plane. Et est arg. inducias esse concedendas malitiose petenti ad conuincendam malitiam. de pœn. distin. 1. prædixerat, ff. de verborum oblig. si insulam. & l. insulam, supra de dolo, & contum. c. prout, & ca. cum olim, & c. veritatis.

[Gloss. seq. ponit triplicem præsumptionem ex præsenti, & triplicem ex præterito,]

e ¶ Ex prius datis, & neglectis,] qñque ex presenti presumitur circa præsens, 6. q. 1. qui crimen. qñque ex præsenti præsumitur circa præteritum, 34. q. 2. cũ per bellicam, quandoque ex præsenti circa futurorum, 50. di. si quis diaconus, ver. cum vero: & qñque ex præterito circa præteritum, 28. dist. quia sunt culpæ: qñque ex preterito circa presens quotiẽs de fama queritur alicuius 77. dist. quicunque. & c. monachus nouitius. qñque ex preterito circa futurum, vt hic & 23. q. 5. si apud. & sup. eo. mandata.

ADDITIO. Vnde versus.

Rumor de veteri faciet ventura timeri.
Cras poterunt fieri turpia sicut heri.

guoribus vastetur, quãdo viciniores [a] estis, credo [b] qđ subtilius cognouistis. 10

¶ Idem † Victori Epo.

¶ *Præsumitur factum notũ in vicino loco, quod est notum in remoto.*

C A P. VIII.

QVanto, & infra. Late re te in vicino nõ potuit, [c] quod ad nos in longinquo peruenit. 20

¶ Hierony. super Oseæ. †

¶ *Ex præteritis præsumitur circa futura.*

C A P. IX.

SCribam eis [d] multiplices leges meas. Ex prius datis, & neglectis [e] apparet quod has negligent.

¶ Alex. Tertius decano Cassien. †

¶ *Efficacior probatio requiritur ab eo, qui probare vult illud quod non est verisimile.*

C A P. X.

QVia † verisimile non est, quod H. presbyter † personatum Ecclesiæ R. capellano concesserit, [f] & ab eo eiusdem Ecclesiæ acceperit vicariam: Prouideas ne super hoc probationem † recipias, nisi cõmunis loci fama [g] id habeat, vel tales personæ appareant, de quibus verisimile nõ sit, quod debeant deierare. Quoniam sæpe contingit, quod testes corrupti facile inducantur ad falsum testimonium proferendum. 30

† Cap. 11. eo. tit. in 1. cõp. post Concil. Lateran. sub Alex. III. p. 8. c. 14. Vide Anchar. cõsi. 389. incip. in casu pm sso, & Pet. de Perus. in tract. permutationis.

† Dictio p̄sbyter deest in uetustis libris.

† Probationes.

QVia verisimile.] diuiditur. Nam primo ponit causam finalem. Secũdo prouisionem. Tertio prouisionis causam impulsiuam. Secunda: ibi, Prouideas. Tertia: ibi, Quoniam. Abbas.

CASVS. R. capellanꝰ dicebat, ꝙ H. cõcesserat ei personatum Ecclesiæ suę, & ab eo uicariam ipsius Ecclesiæ idem H. receperat & hoc dicebat se probaturũ. & ita R. molestabat eundem H. Significatũ fuit hoc domino Papæ, super hoc scribit Papa decano Cassinen. dicens, ꝙ nõ est uerisimile, ꝙ H. personatum Ecclesiæ cesserit dicto R. & Vicariam ipsius ecclesiæ receperit ab eodem. Vnde mãdat decano, ne super hoc probationem recipiat, nisi communis fama loci hoc habeat, uel nisi tales personæ appareant, de quibus non sit uerisimile, quod debeant deierare: quia sæpe contingit, quod testes corrupti, inducantur ad falsum testimonium proferendum. No. quod contra uerisimilem præsumptionem inducuntur testes. 50

† Iauensi.

f ¶ Concesserit.] Quoniam de nemine præsumendum est, quod bona sua iactet [1] supra de renun. super eo. & supra de restitut. spolia. solicite, & ff. de proba. cum de indebito.

[1] Vt renunciatio prælaturæ pro uicaria, & arguit per hoc Hos. ad id qđ post eum dixi de prætẽ. preterea. adde alia exempla per Bar. in l. cũ quid ff. si cer. pet. uide Romanum. consil. 290.

g ¶ Communis loci fama.] quæ coadiuuant ad fidem faciendam, 4. q. 3. c. si testes, §. item sæpe, & ff. de testib. testium, §. eiusdem quoque, & C. ne de stat. defunct. si mater. & infra c. proxi. Ber. 60

¶ Iem Genuen. † Archiepiscopo.

¶ *Per cohabitationem diutinam & famã de matrimonio, & contractib. matrimonialibus, ac alia adminicula probatur matrimonium. Panormitanus.* 40

† Cap. 14. ti. de sponsal. in j. cõp. & post conci. Later. sub Ale. III. par. 50. c. 42. Iã de materia uide Ab. in c. non est, de Spons. & Cy. in l. si inuita, C. de nup. & de intellectu Ludouicum Roma. sing. 451. incip. nũqd per instrm.

C A P. XI.

ILlud † quoque nobis innotuit: quod cum

ILlud.] Per nominationem, cohabitationem, & famam, probatur coniugium, maxime si appareant instrumenta dotalia: ita summat Ioan. And. quæ summario iudicio Panormitani omnino non colligitur ex isto text. tum quia in isto textu nulla fit mentio de cohabitatione, nec nominatione ultra instrumenta dotalia, tum quia per dictionem, maxime, sentit Ioan. And. quod absque instrumento dotali fuisset hic per alia posita in textu probatum matrimonium. Communis, diuisio. Secunda, ibi. Verum. Abbas.

CASVS. Quædam libera muliere pro 10. annos, & ultra scienter cohabitauit cuidam seruo tanquam legitimo

timo viro, & ab eo fuit carnaliter cognita: poſtmodum dicebat, illum ſuū non eſſe maritū: ſed vir dicebat ſuā eſſe vxorem, oſtendens publicum inſtr̄m, in quo ſe cōiuges nominabant, per quod etiam ſibi donationem propter nuptias faciebat eidē mulier aſſerebat inſtr̄m illud factum eſſe in fraudem, vt dn̄s ſeruo ſuo fraudaretur. Inſuper produxit teſtes, ꝙ ille rogatus erat pluries ab amicis mulieris, ꝙ eam deſpōſaret: ſed ipſe dicebat, ꝙ eam non deſponſaret. Vir prędictum inſtr̄m producebat, & quoſdā teſtes, qui viderant eam annulos deferē tem. Ad hoc reſpondebat mulier, ꝙ hoc faciebat ſm̄ conſuetudinē illarum, quę panes vendūt: Iudex ſuper hoc conſuluit Papam, & ipſe reſpōdet, ꝙ in huiuſmodi dubietate fama viciniæ debet attendi, & ſi fama loci habet, ꝙ vir ipſam ī lecto, & in mēſa ſicut vxorē tenuerit: cogēda eſt mulier, vt eidē viro affectu adhæreat cōiugali, pcipue ſi prædictum inſtr̄m a tali ſit factū, qui officiū ſuum fideliter adimpleuit. Nota ꝙ circa matrimoniū recurrendū eſt ad famam loci, & ſic per exteriora ꝓbatur matrimoniū, ſaltē pręſumptum, contra quod non eſt probatio admittenda. Item præſumitur pro inſtrumento facto ratione officij.

quædam libera mulier per decem annos, & vltra cuidam ſeruo †ſcienter [a] cohabitauerit, & ab eo fuerit carnaliter cognita, nunc ipſum aſſerit ſuum non eſſe maritum. Verum vir eam vendicans [b] in vxorem, oſtendit publicum inſtrumentum, in quo ſeſe coniuges nominant, [c] & per quod ipſum ei donationem [d] propter nuptias fecisse apparet. Mulier vero inſtrumentum illud aſſerens vitioſum, vt ſeruo dominus fraudaretur, [e] plures teſtes produxit, quod ille ab amicis eius ſæpe rogatus, vt eam deſponſaret, nec deſponſaſſe, nec deſponſaturum [f] ſe ipſam firmiter aſſerebat, vir autem non niſi prædicto inſtrumento, & quibuſdam teſtibus, qui viderant eam annulos [g] deferentem, ipſam probauit vxorem: ſed mulier de more illarum, quæ panes vendunt, ſe annulos detuliſſe dicebat.

¶ Verum quia in huiuſmodi dubietate, fama viciniæ magis debet attendi †ſi fama loci [h] habet, quod vir ipſam in lecto † & in menſa ſicut vxorem [i] tenuerit (cum matrimonium [k] ſit maris & fęminæ coniunctio indiuiduam vitæ conſuetudinem retinens) cogenda eſt mulier, vt eidem viro affectu ſeruiat cōiugali: præſertim [l] ſi præſcriptum inſtrumentum ab eo conditum fuerit, qui officium ſuum fideliter [m] adimpleuit.

¶Idem.

¶ Per violentam præſumptionem probatur carnis copula.

CAP. XII.

Literis † tuæ fraternitatis receptis, nobis

a ¶Scienter.] ex quo ſcienter cohabitauit, ei non poteſt opponere notam ſeruitutis. j̄. de coniug. ſeruo. propoſuit: ſed ſi hoc ignoraſſet, tunc ſufficit bene, vt in eadē decr. & 29. q. 2. per totum.

b ¶Vendicans.] ideſt eam petens in ſuam vxorem.

c ¶Nominant.] iſta nominatio pręſumptionem inducit, 32. quæſt. 4. dicat aliquis, ff. probat. l. vlt. non tamen ſufficientem probationem inducit, C. de probatio. nam epiſtolis, & C. de libera cauſa l. penult. pręterquam in caſu, C. de latin. liber. tollen. l. vnica. §. ſimili quoque.

d ¶Donationem.] dos. n. conſtitui non poteſt, niſi liberis perſonis, C. de lati. liber. tollē. l. vnica. §. ſed & ſi q̄s hominum, ſic eadem ratione donatio non poteſt conſtitui niſi in liberam mulierem, & a libero viro, vnde pręſumptionem inducebat tale inſtrumentū, ff. de iure dot. ſi mulier. §. eius nomine, ſed non plene hoc probat, quia non fuit factū inſtrumentum ſuper matrimonio, C. de nup. neque ſine nuptijs: & ita non probat hoc eſſe, quod ab hoc cōtingit abeſſe: ſupra de transla. inter corporalia, & C. vnde cognati. non hoc.

[Glo. ſeq. quatuor caſus, quibus dominus fraudatur, ponit, &c.]

e ¶ Fraudaretur.] not. caſus in quibus dominus fraudatur a ſeruo. j̄. de coniug. ſeruo. licet, & j̄. de natis ex libero venire, c. vnico. Item alius caſus eſt, C. de latin. libe. toll. l. vnica, §. ſed & ſi quis homini. Tertius eſt in Auth. de nup. §. ſi vero ab initio. colla. 4. alius caſus eſt in Auth. conſtitutio quæ dignitas liberat filium a pat pote. in princ. coll. 6.

f ¶ Deſponſaturum.] hæc aſſertio præſumptionem tantum faciebat: quia potuit poſtea mutare voluntatem.

g ¶ Annulos.] nota ꝙ ſi annulus datur etiā mulieri in eccleſia vel in domo præſumptio ī eſt ꝓ matrimonio 30. q. 5. fæminæ, ſi corā parētibus, præſumunt ſpōſalia 30. q. 5. noſtrates. hoc faciebat ad præſumptionem.

h ¶ Fama loci.] not. ꝙ in talib. fama plurimum cōſideratur. ar. 2. q. 5. p̄sbyter ſi a plebe, ff. d teſt. l. 3. §. eiuſdem & 4. q. 3. c. ſi teſtes, §. itē ī criminali. ver. itē ſępe. & 35. q. 6. ſi duo, C. ne d̄ſta def. ſi mater. & j̄. de eo qui cogn. cōſang. xv. ſuper eo. Itē eſt hic arg. ꝙ fama ſufficit ad probationē, ſi al.æ pręſūptiones coadiuuēt. itā ꝙ cum fama faciunt probationē; & ita quæ non proſūt ſingula multa iuuāt j̄. c. ꝓx. & c. 3. & s̄. de teſtib. pręterea.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.

i ¶ Vxorem,] ſed quare requirit alia probatio, cum cohabitatio ſufficiat ad matrimonium, ff. de ritu nup. in liberæ? Reſpondeo, illa eſt præſumptio legis, ſed canon non præſumit eſſe matrimonium niſi probetur, propter periculum animæ, 30. quaſt. 5. c. 1.

K ¶ Matrimonium,] hæc diffinitio ponitur 27. q. 2. §. 1. Inſti. de pat. poteſt. in princ.

l ¶ Præſertim.] id eſt, maxime: quia idem eſſet ſine yllo inſtrumento, ſi ſola fama cum alijs probatur.

m ¶ Officium ſuum fideliter.] quod ſemper præſumitur, infra de præſum. ad audientiam, niſi contra præſumatur, vel probetur, nam tūc de crimine falſi. vtriq; incumbit probatio C. de falſis, vbi Bern.

Litteris.] Communis diuiſio. Secunda: ibi, Conſultationi. Abb. Sicul.

CASVS. Quidam P. nomine contraxit matrimonium cum A. muliere, petens poſtmodum ſeparari ab ea quo ad mutuā ſeruitutem, pro eo, ꝙ poſtquam mulier cum prædicto viro contraxerat matrimonium, conſanguineus ipſius viri, eam cognouit: Ad hoc probandum teſtes inducti fuerunt, qui dicebant, ꝙ viderat conſanguineum illius viri ſolum cum ſola, nudum cum nuda, ea intentione (vt credebant) vt eam cognoſceret carnaliter, & hoc viderūt in multis locis, & horis electis. quærebatur an propter has præſumptiones deberent ſeparari? Reſpondet Papa, ꝙ propter huiuſmodi violentam ſuſpicionem fornicationis, poſſunt quoad ſeruitutem mutuam ſeparari, ita tamen vt vir illa mortua, cum alia contrahat, ſi voluerit, mulier vero ſine ſpe coniugij permanebit. Nota ꝙ violenta præſumptio ſufficit ad condemnationem.

ɪGl. loqui vī qn̄ nō exprimūt tūc verba ſapientia cōſēſum de quo dic, ut no. inf. de cōiu. ſer. c. ul. I ult. gl. I. An. in no.

† Vide l. filiā ff. de his, qui ſūt ſui, uel a- lie. iuris. & l. de ætate. ubi Barto. ff. ad Syllam.

† Nota ſigna tractādi aliq̄ ſicut uxorē, & uide Bal. ī ca. ego N. de iureiu. & in c. ex trāſmiſſa. de re. ſpo.

† Cap. 2. e. ti. in 2. cōp. Et de intellectu uid oīno Mathei. ſing. 118. incipiē. no. ꝙ p̄ſumptio uioleta, Marilliu. ſīg. 116. inci. pię ſūptio iuris & Alex. coſ. 15. incip. uiſo proceſſu.

innotuit., quod cum P. ab A. muliere, quam in vxorem acceperat, peteret separari,[a] accusatores [b] matrimonij produxerunt testes firmiter asserentes, quod postquam mulier cum prædicto viro contraxerat matrimonium, consanguineū viri eiusdem solum cum sola nudum cum nuda, in eodem lecto iacentem, ea (vt credebant[c]) intentione, vt †eam cognosceret carnaliter, viderunt multis secretis locis, & latebris [d] ad hoc commodis, & horis electis: & inf.

¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quod ex huiusmodi violenta, & certa suspicione fornicationis potest sententia diuortij [e] promulgari: ita quidem vt vir licentiam habeat mortua illa ducendi aliam, muliere sine spe [f] coniugij remanente.

¶ Clemens tertius.

¶ Idem dicit vt præced. capitulo.

CAP. XIII.

Tertio† loco quæstionis huiusmodi nodū tua fraternitas, petijt explicari, an iuuenis sponsam, in quam per verba de præsenti consensit, debeat vxorem habere, ad quorum matrimonium impediendum, [g] neptis ipsius sponsæ prosiliens, se † a iuuene carnaliter precognitam,[h] proponebat, a qua producti testes dixerunt, se pro certo credere, quod illa dicti iuuenis extiterat concubina; adijcientes, quod eos insimul viderāt per plana, & nemora, vias & inuia pluries conuagantes; & testimonium viciniæ se super hoc recepisse dicebant. Ad maiorem autem certitudinem[i] (quia minus sufficienter credidisti esse probatū quod eadem mulier asserebat) tam ipsa quā iuuenis iuramētis astricti, seorsum confessi sunt, quod se inuicem carnaliter precognouerant: licet iuuenis nollet ab ea,[k] quam desponsauerat, separari.

¶ Nos autem quæ dicta sunt [l] intelligentes, presertim cum hoc non dicatur occultum, sed quasi predicetur a plurib. manifestū, consultius esse credimus, vt matrimonialiter non cō iungantur, † sed solutis sponsalibus [m] separentur.

¶ Innocentius tertius Niuern. episcopo, & archidiacono Bituricen.

¶ Propter præsumptionē etiam vehementem, non debet quis de graui crimine condemnari.

a ¶ Separari.] quantum ad thorum, & mutuam cohabitationem.

b ¶ Accusatore.] id est, 1 accusator. sic 2. q. 1. in primis. non enim plures accusatores admittuntur: quia posset contingere, quod vnus probaret, alter non: ergo cum sint plures, iudex eligat magis dignum, ff. de accu. si plures. tñ q̄ semel apparuit inter accusatores, amplius testificari nō potest. j. de accus. cum P.

c ¶ Vt credebant.] nō dicit vt sciebāt, cum opus illud non plenè pateat visui; sufficit ergo ferre testimoniū de eo, quod inducit violenta presumptionem 2. quæ sufficit in hoc casu, vt hic patet, & 32. q. 1. dixit dominus.

d ¶ Latebris.] quæ suspectis personis interdicuntur, 35. q. 6. ab isto die. Adeo vt si post trinā admonitionem inueniantur cōfabulari, excōmunicentur. j. de cohabi. cle. & mul. si quis quam, & in Authē. vt lic. matr. & auiæ, §. his quoq;, coll. 8.

e ¶ Diuortij.] quo ad mutuam seruitutem.

f ¶ Spe coniugij.] propter incestū, quē commisit, 27. q. 2. si quis sponsam. nisi timeretur de sua incontinentia: tunc enim daretur sibi licentia contrahendi. 33. q. 7. in adolescentia. Bern.

Tertio loco.] primo ponitur consultatio. Secundo responsio ibi, Nos autem. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam iuuenis contraxit cū quadā per verba de presenti, alia mulier neptis predictæ spōsæ proposuit, se prius cognitam ab illo iuuene. quā cum illa cōtraxisset: ad quod probandum testes produxit, qui dixerunt se pro certo credere, quod illa dicti iuuenis extitit concubina: adijcientes quod eos viderant simul per plana, nemora, vias & inuia, conuagantes pluries, & fama, viciniæ super hoc erat, iudex ad maiorem certitudinem iuramentum vtriusque recepit, qui confessi fuerunt, quod carnaliter se adinuicem præcognouerant, licet iuuenis ab ea recedere nollet, quam iurauerat in vxorem: quæsitum fuit a Papa, quid iuris esset? Et ipse respondit, quod cū hoc non dicatur, sed predicetur a plurib. manifestum, solutis sponsalibus separentur. Nota, quod ex multis præsumptionibus inducitur probatio sufficiens. Item fama cum illis præsumptionibus probat.

g ¶ Impediendum.] id est separandum.

Glossa seq. inducit duas concor. alleg. 5. contraria, & soluit.]

h ¶ Præcognitam.] & ita affinitas præcessit matrimonium, & sponsalia: quod si verū est, consanguineā illius postea habere nō poterat. 35. quæst. 3. de incestis, & c. nec eam quā, & j. de eo qui cogno. cōsang. vxo. suæ de illa, & in pluribus cap. eiusdem tituli. preterea hic auditur allegans turpitudinem suam. j. de sponsal. preterea 35. quæs. 3. extraordinaria. Argum. cōtra s. de test. sicut. & s. de confessis ca. 1. & 15. qu. 3. nemini. & j. de concess. preben. cum super quæstione, & j. de do. inter. dilectos. Illud verū est, quod allegās turpitudinem suam nō est audiendus, tamen propter periculū animæ suæ auditur. j. de re iudic. lator, & capitu cōsanguinei, & in fauorē libertatis pater auditur, qui filium vendidit, C. de liber. cau. l. 1. & ff. eo. l. 1. & 2. secus est cōtra libertatem, ff. de adop. l. post mortem.

i ¶ Certitudinem.] ad supplementū probationis, C. de rebus credit. in bonæ fidei infra de iureiur. ca. vltimo, in fi. & sup. de probat. sicut consuetudo. sic. j. de despon. impub. attestationes.

K ¶ Nollet ab ea.] vnde presumebatur, quod non confiteretur falso se neptem illius præcognouisse.

l ¶ Dicta sunt.] scilicet quod testes dixerūt, quod viderant illos per plana, & nemora: & quod iurauerunt, & de fama viciniæ, & aliæ præsumptiones, quæ in litera exprimuntur, & sic est arg. quod quæ non prosunt singula, multa simul considerata iuuant arg. s. c. prox. & s. de testi. preterea, & sup. de pb. cum causam, vbi de hoc. ff. quib. ex cau. maio. nec non §. si quis sæpius, & 35. quæst. si duo. ff. de testi. ob. carmen. §. si testes.

m ¶ Sponsalibus.] de facto: quoniam de iure non tenuerunt, cum essent illegitimæ personæ ad contrahendum propter affinitatem prius contractam, infra, de eo qui cogn. consan. vxo. suę discretionem, & quasi per totum.

1 Hęc gloss. non habēt in vetustis codicibus.

† In codice Barbatiæ ita, vt eā cognosceret carnaliter viderūt, & multis secretis locis, &c.

2 Quæ hic colligit ex solitudine, nuditate, loco, & sexuū diuersitate, sm. Host. & de hoc sup. de test. preterea multa ex quibus insurgit presum. vide in Spe. eo. ti. §. 1. Io. And.

† Cap. 8. e. ti. de sponsal. in 2. compil.

† De materia huius text. & gl. videlicet, quod sit audiendus, qui suā turpitudinē allegat, ob aię periculū vitandū, vide to. Iasonē in l. iusiurandū quod ex cōuentione. § procurator. ff. de iureiur.

† iungantur.

Lite-

Litteras.] In prima ponitur iudicũ conſultatio. In ſecunda rñſio: ibi, Nos vero, q̃ ſubdiuidiť. In prima ponit motiuum mandati. In ſecunda mandatum: ibi, Quocirca. Abb. Sic.

CASVS. Eṗs altiſſiodoreñ. impetrauit litteras cõtra quoſdã Burgenſes de Charitate, quos ĩpetebat de hæreſi, quorũ vn⁹ extiterat G. de quo hĩc agiť, vt cã poſſet facilius expedi̇ri vtraq; pars cõpromiſit in duos de iud.cib. ſub certa pœna reſeruata ſibi nihilominus delegata poteſtate. corã arbitris iſtis ɔ̃ G. proponebat eṗs, ꝙ erat hæreticus & periurus ꝑ eo, q̃d cũ ipſe G. haberet ſuſpectus de hęreſi, & cõfeſſus fuit hęreſim ſuã apud Charitatẽ redeũdo ad catholicã vnitatẽ, & idẽ cõfeſſus fuit de quodã fratre ſuo ꝙ eodẽ laborabat errore, & cũ frater ille corã Bituriceñ. archiep̃o d̃ hæreſi cõueniretur, purgatio ſibi fuit indicta per G. fratrem ſuum, qui uere catholicus credebatur, ipſe G. cõpurgauit fratrẽ ſuũ, quem primo hæreticũ aſſeruerat: & ideo epiſcopus proponebat ipſum G. duo contraria dixiſſe, vnde & periurus & hæreticus dicebatur ab ipſo epiſcopo, & in hæreſim relapſus: Ipſe vero hoc negabat. ꝙ licet de ſe cõfeſſus fuiſſet, de fratre tñ nihil dixerat: ſed epiſcopus ipsũ conuicit per teſtes: propter eius contrarietates iudices habuerũt G. de hæreſi ſuſpectum, vnde miſerunt illum cum litteris ſuis ad dñm Papã. His omnibus diligẽter cõſideratis dñs Papa habuit iſtum G. de hæreſi vehementer ſuſpectum: tum quia quod ante dixerat poſtea negauit ſe dixiſſe: tũ quia vel mendacium prius dixit in fratrem aſſerendo illũ hæreticũ, vel poſtea periurium commiſit in Deum purgando illum de hęreſi, quod vtrumq; reddit eũ valde ſuſpectum. Veriſimilius tñ videtur, ꝙ eo tẽpore, quo reuertebatur ad fidẽ tam graue mendacium non dixiſſet in fratrẽ, niſi fuiſſet accẽſus zelo catholicę fidei: vñ pręſumitur, ꝙ cũ poſtea purgauit illũ, turpiter deierauit: vñ mãdat Papa iudicibus præſentibus, quatenus cũ propter ſolam ſuſpicionem quãuis vehementem, nolit illum de tam graui crimine condemnari talẽ, & tantam ſecuritatem ab ipſo recipiant præter iuratoriã cautionem, quod timore pœnę tẽporalis debeat coerceri, diſcretam pęnitentiam iniũgentes eidem; ex qua appareat, an ſit vere pænitens, an ficte conuerſus. Et ſi taliter eũ verũ catholicũ cognouerint, non permittant eum vlterius indebite moleſtari, alioquin tanquã hæreticum eum condẽnẽt. No. ꝙ qui ɔ̃ria dicit, tanquam ſuſpectus repellitur. Item hic vna p̃ſumptio pręponderat alteri, q̃a illa magis accedit ad veritatẽ. Item pp̃ vehemẽtem ſuſpicionem non debet q̃s condemnari de hęreſi. Itẽ a periuro non dẽt amplius iuramentum requiri. Itẽ timore pœnæ temporalis aliquis coercetur.

Gl. ſeq not. probat per ſimile, ſignat contrariũ, & ſoluit. Item arg. ſignat contrarium, & remittit.

† Cap. I. eo. tit. in 3. cõp. Et de intellectu vide Ferdinandũ Vaſquium li. 2. c. 32. cõtrouerſiarũ vſu frequẽtiũ materiã vero huius decretalis in cã hæreſis, de qua loq̃ plene explicatur in cõmẽtarijs ad Directoriũ Inq̃ſito li. 2. Scho 12. & Scho 61 & li. 3. Scho. 122.

CAP. XIIII.

Litteras † veſtras accepimus continentes, ꝙ cum cauſa, quę vertebatur inter Altiſſiodoreñ. epiſcopum, & quoſdam Burgenſes de charitate, quos idẽ epiſcopus de hæreſi impetebat, vobis & abbati Colloñ. a ſede Apoſtolica delegata fuiſſet, vtraq; pars vos duos ſub certa pœna ſibi arbitros [a] ſtatuerũt, [b] delegata vobis poteſtate nihilominus reſeruata: G. autem lator præſentium vnus ex illis, hæreſim ſuam fuerat publica voce confeſſus, [c] & de fratre [d] ſuo ſimiliter recognouerat, [e] quod eodẽ ſecum laborabat errore: & infra. ¶ Nos vero prædictũ G. ſuſpectũ, [f] de hęreſi vehementer habuimus. tum q̃a quod ante dixerat, poſtea ſe dixiſſe negauit: tũ quia vel mẽdacium prius dixit in fratrẽ aſſerẽdo illum hęreticum, vel periurium poſtea commiſit in Deum, purgando [g] illum de hęreſi: quorum vtrumque reddit illum valde ſuſpectum: quamquam veriſimilius [h] videatur, † quod eo tempore quo tanquam vere pænitens ab hæreſi reuertebatur ad fidem, tam graue [i] mendacium non dixiſſet: præ-

a ¶ Arbitros.] & ſic patet, q̃d delegatus p̃t eſſe arbiter retẽta etiã delegata iuriſdictione. ſic ĩ. de p̃bẽ. c. niſi & ſ̃. de arbit. cũ olim. & c. innotuit. Sic ẽt ordinarius poteſt eſſe arbiter. arg ſ̃. de elect. cauſã q̃. & ſ̃. de arbit. cũ tẽpore. Sed cõtra vr̃ 3. q. 7. c. infamis. §. tria ĩ fi. ff d̃ arb. ſed & ſi ſeruũ. §. 2. Nõ ſunt cõtraria, & iudex nõ poteſt iubere, vt in eũ cõpromittať [1] ſicuti ibi diciť; ſed ſi partes volũt in ipsũ cõpromittere, bñ poſſunt, arg ff. de tut. & cur. da. ab his, p̃tor ait. & in Auth. vt diffe. iud § ſi vero cõtigerit, coll. 9. Itẽ eſt ar. hic, ꝙ in arbitriũ poſſit de crimine cõpromitti. vnde ſignatur contra, ff de arb. non diſtinguemus, §. Iulianus. & ſup. de in integ. reſtit. cap. penu. in fin. vbi de hoc. Itẽ ar. ꝙ poſſit. 5. q. 2. ſi primates.

b ¶ Statuerunt.] cũ [2] agiť de crimine, aut illud infamat, & tũc ſi agatur crimĩnoſe, non poteſt compromitti, ff de arbit. nõ diſtinguemus; §. Iulianus, ſi ciuiliter ad cõfiſcationẽ bonorũ bene cõpromittitur, vt hic. Aut nõ infamat, & tunc poteſt compromitti. ff. de his qui not. infa. quid ergo § ex compromiſſo.

c ¶ Confeſſus.] pænitendo de ea, & redeundo ad eccleſiam.

d ¶ De fratre.] bene poterat teſtificari in hoc caſu ɔ̃ fratrẽ [3] ſi enim frater tuus, vel amicus tuus, vel vxor tua, q̃ in ſinu tuo dormit, deprauare voluerit veritatẽ, ſit manus tua ſup eos 23. q. 8. legi. & q. 5. ſi audieris, & dicere debes patri, & matri, non noui vos 93. d. diaconi. & ĩ. tit. proxi. quemadmodum alias in magnis criminibus non auditur contra eũ. C. qui accuſ. non poſ. ſi magnum, in leuibus bene, C. eod. tit. ſi ſororem. & 4. q. 3. c. ſi teſtes, §. parentes.

e ¶ Recognouerat.] id eſt, confeſſus fuerat.

f ¶ Suſpectum.] nã ſola ſuſpicione ſuſpectus habeť, niſi ſe purget ad arbitrium ſui epiſcopi, [4] quod ſi non fecerit, excommunicari debet, inf. de hære. excommunicamus, §. 1. Ber.

g ¶ Purgando illũ.] ſcilicet fratrem coram archiep̃o Bituricẽſi, corã quo cõueniebať frater ille de hæreſi, & ei fuit indicta purgatio, vt per ipſum G deberet ſe purgare, & ipſe fratrem ſuũ cõpurgauit: propter q̃d epiſcopus dicebat ipſum periurum & hæreticum: q̃a primo dixit illũ hęreticum, & poſtea eum cõpurgauit. Sed ipſe G. dicebat, ꝙ licet de ſe ɔfeſſus fuiſſet, de fratre tñ nihil dixerat. ſed contrarium ꝓbauit epiſcopus: vnde iſti iudices habẽtes ſuſpectum ipſum, cum litteris ſuis remiſerunt ad Papam.

h ¶ Veriſimilius.] de nemine præſumitur, quod ſit immemor ſuæ ſalutis, 1 q. 7. ſancimus.

i ¶ Tã graue.] imò in vltimo articulo non ſemper p̃ſumitur, ꝙ verũ dicat aliq̃s. C. de ꝓbationi. rationes. ff. de ꝓba. qui teſtamentum, ff. de leg. 2 Lucius. § q̃ſquis mihi. 2. & ff. de leg. 3. cũ q̃s §. Titia. Sol. licet pręſumatur, quod verum dicat, nõ tamen ſit ſufficiens ꝓbatio iudici. arg. ff de pig. act. grauis. Et licet hæredes neceſſe habeant ſtare religioni defuncti, non tamen creditores. C. de proba. auth. quod obtinet.

1 Concor. l. furti. §. q̃ iuſſu. ff. de is q̃ no. infa. & Bal. in 1. cõſti. C.

† Quid cõtineatur ſub hoc infra patet in gl. ſuper verbo; purgando.

2 Hęc gloſſula non hr̃ in vetuſtis codicib.

| Vr̃ videbatur.

3 Tradit late Gigas tracta. de crimine læſæ maieſtatis li. 2. tit. quo mo. & per quos. q. 9.

4 Concor. l. ſi fideiuſſor. in gl officiũ cũ no. ff. qui ſatiſda. cog.

a ¶ Præsertim in fratrẽ.] pręsumitur aliquid rõne cõsanguinitatis vel affinitatis, s. eo. afferte. j. de testi. reqsisti, j. de sim sicut. & s. de æta. & qualit. tuam. ff. de ri. nupt. non solum, §. 1. C. de rei vxo actio. l. vnica, §. sileat, 1 arg. 3. q. 5. accusatores, vel testes. Io.

1 Pro liberis nõ fit dotis retentio cũ naturalis stimulus parẽtes hortetur ad liberorũ suorũ educationẽ. Io. And.

[Glossa, sequẽs notat, & signat contrarium.]

b ¶ Purgauit.] hoc est notabile, ꝙ sẽꝑ est standũ primo dicto alicui⁹, si postea ꝯtrium dicat etiã in alio iudicio, s. de testi. cum in tua, & ẽt extra iudicium. s. de ꝓbatio. per tuas & sic piurus reputat̃ q vnũ vno iudicio vel eodẽ dicit, & postea aliud. Itẽ hic vna ꝓsumptio ꝓponderat alteri ff. de in integ. restitutio. diuus Ar. contra sup. de elect. cum inter R.

c ¶ Vehementem.] imò ex leui causa probatur qs hęreticus, arg. C. de hęreti. l. 2. scilicet quãtum ad hoc vt suspectus de hęresi h[abe]atur, & vt procedat̃ quasi contra suspectum, sed non vt condemnet̃ de hęresi. Itẽ vehemẽs præsumptio pro probatione accipitur 32. q. 1. dixit dominus & s. eod. afferte. 54 dist. fraternitatẽ, j. de iudę. ca. vlt. Rñ. ꝙ non vehemens, sed violenta tantum. de qua pręd icta. cap. loquuntur, & ff. de re. du. si mulier, & l ꝓcedẽ. nec etiam omnis violenta, si probetur contrariũ 27. q. 1. nec aliqua, s. de proba. proposuisti, & 35. q. 3. extraordinaria.

† Temporalis, reperit̃ in omnibus vetustiorib. exemplaribus, qd est ẽt in veteri compilatio.

sertim in fratrem, [a] quem tanquam charissimum nõ asseruisset hæreticum, nisi fuisset accensus zelo fidei orthodoxę. vnde pręsumitur, quod cum postea purgauit [b] illum de hęresi, turpiter deierauit.

¶ Quocirca mãdamus, quatenus cum propter solã suspicionem (quamuis vehementem [c]) nolumus illum de tam graui crimine condemnari, talem & tantam securitatem recipiatis ab ipso præter iuratoriam [d] cautionem, quod timore pœnæ corporalis† debeat coerceri: discretam ei pænitentiam iniungentes, ex qua valeat apparere, vtrum in tenebris ambulet, an in luce: vtrumve sit vere pænitens, an ficte conuersus: & si eum hoc modo verum catholicum cognoueritis, non finatis ipsum indebite molestari: alioquin eum tanquam hæreticum condemnetis.

¶ Idem Cenadieñ. episcopo, & Abbati Deciquorũ.

¶ Non præsumitur incontinens in senectute, qui in iuuẽtute continuit, maxime si est litteratus.

CAP. XV.

CVm† in iuuentute sua Quinqueecclesieñ. episcopus adeo se maturum, honestum, [e] & prouidum exhibuerit, vt ab ecclesia Romana meruerit pallio decorari, non est de leui credendum, quod † postquam ad senilem [f] peruenit ætatem, turpiter abiecerit iugum Domini, fœtores libidinis amplexãdo: cum labes huiusmodi quæ nonnunquam in iuuentute contrahitur, in senectute frequentius [g]

d ¶ Præter iuratoriam.] hoc ideo dicit: quia postquam quis semel periurus est, amplius ad iuramentum nõ debet admitti, 22. q. 5. paruuli. & cap si quis conuictus, & 2. q. 7. non potest. & 6. q. 1. quicunque, & sup. de testibus, testimoniũ, quia timor est ne incidat iterum in periurium, argum. infra de coha. cler. & mul. clericos. Ber.

ADDITIO. Gl. ista ꝓcedit si dictio, præter, in isto textu stat exclusiue. Sed secũdum doctores accipitur inclusiue, vt sic vltra cautionẽ iurare teneatur, & hæc verior. Nec obstat motiuum glo. quia istud iuramentum est oneris, & non honoris.

CVm in.] Diuiditur in quinq; partes. In prima pręmittit exordium circa excusationẽ episcopi. In secunda: ibi, Licet ponit dilationem ipsius. In tertia ibi, Quia tamen, ponit dilationis repulsionem. & causam. In quarta: ibi, Sed vt, ponit inquisitionis cõmissionem. In quinta: ibi, Qui nobis inquisitorum relationem. Abbas.

CASVS. Episcopus Quinqueecclesieñ. de Hũgaria diffamatus erat apud regem, quod cum quadam nepte sua ꝑpetrabat incestum, propter ꝙ rex Hungariæ literas suas misit domino Papæ denũciãdo illi crimen ipsius, postulans vt malum hoc perniciosum exẽplo de Hungaria remoueret: Sed qa huiusmodi suggestio non ꝓcedebat bono zelo, noluit Papa fidem adhibere dictis eius; sed voluit scire vtrũ hoc ex charitate ꝓcederet, scripsit episcopo Aurieñ. vt prudẽter & caute a coepiscopis alijs inqreret diligẽter, vtrũ crederent illum tali peccato respersum: & ipsi episcopi postmodũ rescripserũt domino Papę, ꝙ ipsi credebãt eum virũ honestę conuersationis, personam ipsius multipliciter commẽdantes: vnde super hoc scribit Papa isti episcopo & abbati dicens, quod episcopus ipse adeo se maturum, honestũ, & prouidum exhibuit, quod ab ecclesia Romana pallio meruit decorari: quare nõ est de leui credendum, ꝙ postquam ad senilem ꝑuenit ętatẽ, turpiter abiecerit iugũ dñi, quia huiusmodi labes, quę aliqñ in iuuẽtute ꝯtrahitur, in senectute frequẽter purgatur: præterea non est credendum, ꝙ vir talis ad hoc se conuerteret, vt cum propria nepte abominabilem ꝑpetraret incestum, quia etiam secundum leges naturale fœdus nihil permittit īter tales personas sæui criminis suspicari. Not. qd ex ꝓterita vita præsumitur de præsenti. Item propter meritum personæ conceditur priuilegium. Item inter coniunctas personas naturale fœdus nõ permittit turpe aliqd suspicari. Item denũciatio ex charitate fieri dẽt. Item superior nõ statim debet credere de subditis, q referuntur eidem, sed prius debet ab alijs inquirere. Item propter infamiam a maleuolis ortam, non est inquisitio facienda.

† Cap. 2. eo ti. in 3. cõp

† al. ita. ꝙ postquã venit ad senilem ætatem, &c.

e ¶ Honestum.] ex quo enim adeptus est tantã dignitatẽ, præsumitur, quod ratione suæ virtutis adeptus sit, 61. d. c. 1. & c. miramur, & is gradus ceteros ante cellit, quẽm labor prolixior & stipendia meliora fecerint anteire, C. de offi. magistri. officiorum nemo.

f ¶ Ad senilem.] arg. ꝙ ex quo quis honestus fuit, qd & postea fuerit honestus, s. eo. mãdata, & 2. q. 1 ĩ primis in fi. ff. de re mili. non omnes, §. a barbaris. Item ꝓsumitur pro senili ętate potius quam pro iuuenili, arg. 34. d. fraternitatis. 20 di. de quibus, & iurisperitus ex verbis senum rusticorum argumentatur, ff. de lega. 3. si chorus. §. 1.

2 Idẽ no. 1. q. 1. quibusdã. Horatius in epis. Quo semel est imbuta recens seruabit odorẽ Testa diu, Io. Andr.

g ¶ Frequentius.] non tamen semper, iuxta illud:

Stultitia est quæ te non sinit esse senem. & illud:

Quod noua testa capit, inueterata sapit.

Et difficile continentiã seruat, qui illicite se cõcubitu maculare nõ metuit, 34. dist. §. quod vero, & peccator cum venerit in profundum vitiorum, contẽnit. 27. dist. nec licuit.

ADDITIO. Vnde versus.

Militas

Militat in teneris annis amor hoſpes amanus:
Eſt in canicie ridiculoſa Venus. & illud:
Exultat leuitate puer, grauitate ſenectus:
Inter vtrumq; manens, ſtat iuuenile decus.

cum prima facie præſumatur idoneus. niſi probetur indignus. No. quod quilibet præſumitur idoneus, niſi probetur contrarium.

[Gloſſa ſequens quærit, & ſoluit, ſolutioni alleg. contrarium.]

expietur.

¶ Quis præterea de faci li crederet, quod vir prędi- tus ſcientia litterarum, pro priæ ſalutis oblitus, ad eã paſſionis ignominiam ſe conuerteret, † vt cum pro pria neptę abominabilem perpetraret inceſtum; cum etiam ſecundum ſententiam ethnicorum naturale fœdus [a] inter tales perſonas nihil permittat ſæui criminis ſuſpicari. †

¶ Licet igitur Rex Hungariæ eundem epiſcopum nobis per nuncios, & litteras de tali crimine detuliſſet, [b] poſtulans vt malum huiuſmodi perniciosum exemplo, de Hungarica eccleſia tolleremus; Quia tamen eius ſuggeſtio non de charitatis radice [c] procedere videbatur, noluimus aures noſtras quaſi malignas delationib. [d] inclinare. Sed † vt probaremus ſi ſpiritus eſſet ex Deo, Aurienſi † epiſcopo dedimus in mandatis, vt prudenter, & caute a coepiſcopis ĩdagaret, virũ præfatum epiſcopũ crederet tali labe reſperſum. Qui nobis poſtmodum reſcripſerunt, [e] qđ eum virum honeſtæ conuerſationis eſſe credebant, perſonam illius multipliciter commendantes.

¶ Idem archidiacono † & præpoſito Mediolanẽ.

¶ *Is, pro quo beneficiando ſcribitur cum clauſula, ſi idoneus fuerit, non tenetur probare ſe idoneum, cum idoneus præſumatur.*

CAP. XVI.

DVdum † archidiacono Mediolanẽ. dedimus in mandatis, vt C. ſcholarem a presbytero ſancti Victoris in clericum eiuſdem eccleſiæ recipi faceret, & in fratrem: & infra.

¶ Sed presbyter memoratus archidiaconi declinãs examen aſſeruit, quod nequaquam ſufficiebant [f] duobus clericis facultates eccleſiæ memoratæ: adijciens quod prædictus C. non erat idoneus ad illius eccleſiæ beneficium obtinendum: & infra.

¶ Cauſam vobis duximus committendam, ita vt ex illa clauſula [g] ſcilicet: ſi perſona † fuerit idonea: quæ noſtro reſcripto reperitur inſerta, eidem ſcholari probãdi ſe idoneum nulla neceſſitas imponatur, cum prima facie pręſumatur idoneus: [h] niſi aliud in contrarium oſtendatur.

TITVLVS XXIIII.

De iureiurando.

¶ Gregorius tertius. †

¶ *Agi poteſt ad relaxationem iuramẽti, cuius imple-*

a ¶ Naturale fœdus.] infra, de cohabit. cler. & mulier. cap. penult. & C. de epiſco. & cler. cum qui.

b ¶ Detuliſſet.] denunciando: quoniam laicus non poteſt clericum accuſare, infra de accuſ. cum P. & ſupr. de teſtibus. de cetero, nec pręſens abſentem, 3. q. 9. c. 1. & 2. q. 7. ipſi apoſtoli.

c ¶ Charitatis radice.] vnde nõ debuit admitti, j. de accuſ. cum oporteat. & ca. meminimus.

d ¶ Malignis delationibus.] id eſt, detractionibus. Et eſt ar. quod propter infamiam a maleuolis ortam non eſt inquiſitio facienda, † vel purgatio indicenda, infra de purg. can. cum in iuuentute, quæ eſt pars illi⁹, & 11. q. 3. in cunctis, infra de accuſa. qualiter & quando.

e ¶ Reſcripſerunt.] bene debuit eis credi, cum eſſet ad hoc deputati a dño Papa, arg. ſ. de proba. poſt ceſſionem, & 11. q. 3. curæ, ſ. de fide. inſt. c. 2. & præterea per has litteras nulli fiebat præiudicium.

DVdum.] prima ponit querelã. Secunda dat iudicẽ: ibi, Cauſam. Abbas. Siculus.

CASVS. Quidam ſcholaris C. nomine ĩpetrauit litteras ad Mediolañ. Archidia. ut ipſum faceret recipi in clericum, & in fratrem, ſi perſona eſſet idonea a presbytero eccleſiæ ſancti Victoris, in qua cõſueuerũt eſſe clericus, & ſacerdos. Sed presbyter ille coram arch. conſtitutus propoſuit, ꝙ facultates eccleſiæ duobus clericis non ſufficiebant, adijciens, quod idem C. non erat idoneus ad beneficiũ illius eccleſiæ obtinendum; dubitatum fuit & contentio erat ſuper hac idoneitate, an deberet iſte C. probare ſe idoneum: unde propter hoc partes redierunt ad Papam, mandat papa iſtis iudicibus, ut ex clauſula, ſcilicet, ſi perſona fuerit idonea: quæ in reſcripto erat inſerta, eidem ſcholari probandi ſe idoneum nulla neceſſitas imponatur, quantum ad hoc idoneus, ſup. de æta. & qualita. accepimus, ſi ratione delicti uel irregularitatis, ille qui hoc objcit, illud probet ſecundum illam regulam. Ei qui dicit, incumbit probatio. ff. de probationib. l. 2.

f ¶ Sufficiebant.] hęc exceptio ultima eſt, quia tot ſunt ponendi in eccleſia, quot ex facultatib. ipſius poſſunt cõmodè ſuſtentari, j. de inſtit. c. 1. & c. auctoritate, & j. de conceſſ. præbendæ. ex parte. Sed quis probabit eccleſiã eſſe ſoluẽdo, uel nõ eſſe? Reſpondeo, ille, qui dicit, nõ eſt ſoluendo, oſtendendo facultates, & reditus eccleſię. ut hic innuitur, & arg. C. de inoff. teſt. omnium. & ff. de legat. 2, cum pater. §. rogo. Argu. contra. C. de probat. ex perſona.

g ¶ Ex illa clauſula.] quæ, & ſi nõ fuiſſet appoſita, ſubintelligitur, ſ. de reſcr. cũ adeo, & ſ. de elect. cauſam, & ff. de ſerui. ſi cui. ff. de ri. nu. quamquam.

[Gl. ſeq. alle. duas concor. inducit ſimile, obijcit, & remittit, quærit, & ſoluit.]

h ¶ Præſumatur idoneus.] ſic ſ. de ſcrut. c. unic. & 86. diſti. ſi quid ſic præſumitur quis bonæ fidei, niſi probetur contrariũ C. qui mili. non poſ. ſuper ſeruis, li. 12. & C. de non num. pec. auth. cõtra qui propriam. Vin. Et ſic uidet, ꝙ negatiua probari debeat ex eo quod dicit, niſi aliud ĩ contrarium oſtendatur: ſed negatiua probari non poteſt, ſup. de ele. bonæ. ubi de hac negatiua ſatis dicitur. Sed qualiter probabit illum non eſſe idoneũ? ſi dicatur non idoneus ratione ſciẽtiæ, tũc iudex illum examinabit, an ſit

DE IVREIVRANDO.

¶ Quia in defectum probationum recurritur ad iuramẽta, j. eo. c. fi. & ſup. de procu. ex inſinuatione, ideo poſt tractatum de probationibus tam in ſpecie, quam in genere, merito ſubditur hæc rubrica. Eſt enim iura-

† ꝯuerterit.

† Vide l. ut uim, & ibi glo. & Doc. ff. de iuſt. & iur.

† Imo uidet hic probari contrariũ ſed dic ꝙ hic commiſſa fuit non ſolẽnis inquiſitio ueritatis, ſed occulta indagatio credulitatis, & famæ. Io. Idẽ uult hic Felinus, & alij.

† al. ita: Sed ut probarem⁹ ſpiritus ſi eſſent ex Deo, &c.

† al. Ianueñ.

† al. archiepiſcopo.

† Ex hac decretali colligit, quelibet pręſumi bonũ de quo ar. tic. per Felinũ, & alios hic, uide Ale. conſ. 127. inci. Saluatoris in 3. uol.

† Addeq; hęc clauſula potius ĩportat modũ quam conditionẽ ut notat in cle. j. de off. dele. uide Bar. ĩ l. neq; C. de probatio.

† In duob. uetuſtiſſimis, nonus, in ceteris tertius habetur.

mentum maximũ litium expediendarum remedium. l. 1, ff. eod. & alibi dicitur, ꝙ omnis controuersiæ finis est iuramentum, j. eod. & si Christus. Vide ad materiam glo. no. 22. q. 1. in summa, quæ ponit quid sit iuramentum, quis iurare, quæ fuit causa institutionis iuramenti, item formam iurandi, & pœnam periurij. Abbas Siculus.

De hac materia tractatur. 22. quæst. 1. & q. 2. & quæst. 4. & q. 5. & 35. q. 5. per totum. 15. q. 6. c. auctoritatem, §. a fidelitatis, vsque ad fi. quæstionis. & 2. q. 6. fere per totum.

† Cap. 4. e. ti. I. 2. cõp. Etan vocari pars dẽat vt hæc iuramẽta relaxẽtur, vide Alex. cõs. 91. inci. visis, & Aret. cõs. 33. inci. cõsultatio pmissa.

† Vide l. cũ alias. p Bal. C. de vsuris.

† al. Greg. in registro. sed nõdũ repertum est.

1 Sano modo hoc accipias.

2 Vel, Interdicto.

† Cap. 9. e. ti. in 1. cõp. & post cõci. Later. sub Alex. p. 17. c. 7. Et de materia vide Arch. in c. 2. de pac. l. 6. Salic. & Pau. Castrẽ. in auth. sacramẽta. C. si adu. vẽ. & vid om no Dominicũ Sot. l. 8. de iustit. & iur. q. 1. ar. 7. Et de sta. reg. c. vnico. §. pen. l. 6. lo. And.

mentũ turpitudinem continet ex parte suscipiẽtis. hoc dicit quo ad intellectũ, & est casus notabilis. Ab. Sic.

CAP. I.

Ex † administrationis: & infra. ¶ Mandamus, quatenus creditores ad iuramenta [a] super vsuris sibi soluendis pręstita relaxanda, ecclesiasticã districtione [b] cogatis. [c] † ¶ Ex † registro Gregorij.

Ex administrationis.] creditores ɔpellũtur relaxare iuramẽtũ d vsuris sibi soluẽdis. h. d. quo ad literam.

a ¶ Iuramenta.] recepta a debitorib. pro persoluendis vsuris creditoribus, quæ in pręiudicium, animarum quo ad creditores seruari non possunt, & ideo ratione peccati, compelluntur creditores relaxare huiusmodi iuramenta, sup. de iudic. nouit. sed quantum ad iurantes nõ est peccatum. 1. j. eo. debitores. vnde soluere tenentur, sed si iurauit non repetere, potest illud denunciare ecclesiæ: & sic compelleretur creditor restituere vsuras quasi indirecte officio iudicis, infra. eo. ad nostram, 3. arg. infra de cogna. spiritua. tua, & 2. q. 1. si peccauerit. Vel compellitur relaxare iuramentum, vt hic: vel si nondum sunt solutæ, compelluntur desistere ab exactione, infra de vsur. tuas Bern.

b ¶ Districtione.] i. suspensione, vel excommunicatione. 2. infra de verb. sign. quærenti.

c ¶ Cogatis.] tanquam delegati auctoritate huius canonis, vt s. de off. ord. irrefragabili. §. ceterum, & j. de hæret. ad abolendam, in fi. 3 vel etiam tamquam ordinarij, arg. infr. de vsur. post miserabilem. Bern.

¶ Non valet iuramentum præstitum a prælato de non repetẽdis rebus ecclesiæ. Vel sic: a iuramento meticuloso fit absolutio per iudicem ecclesiasticum.

CAP. II.

Peruenit † ad nos Laudiceñ. episcopum ab Ar. comite rebus [d] suis spoliatum, & iurare compulsum, quod non repeteret sic ablata.

¶ Cognita igitur contumelia valde doluimus, asserentes ipsum episcopum nullius iuramenti vinculis super hoc posse [e] constringi: quem tamen absoluimus, [f] quia nefandissima coactione iurauit.

¶ Idem Regi Francorum.

¶ Non deierat qui iuramẽti implementum in melius commutat. Et non adstringitur quis iuramento adimplendum quod iurauit, si ab alia parte non impletur cuius respectu præbuit iuramentum.

CAP. III.

ij Peruenit † ad nos: & infra. Non enim propositum aut promissum infringit, [g] qui in melius illud commutat.

Peruenit.] Legitur duob. modis, primo ꝙ iuramentum fuit præstitũ super rebus ecclesiæ. Secundo nõ intelligitur, ꝙ fuit præstitũ super rebus proprijs ipsius prælati. Communis diuisio. Secunda: ibi, Cognita. Abb.

CASVS. Comes Arnulphus spoliauit episcopũ Laudiceñ. rebus ecclesiæ suæ, & compulit ipsum iurare, ꝙ non repeteret, sic ablata: peruenit hoc ad dominum papam: Ipse hoc audito valde doluit dicens, ꝙ per illud iuramentum nullo modo fuit obligatus, vel astrictus, tamen ad cautelam ipsum absoluit, quia taliter coactus iurauit. Nota ꝙ iuramentum pręstitum per metum de rebus ecclesiæ non repetendis non obligat. Item a tali iuramento absoluitur ad cautelam.

d ¶ Rebus suis.] i. ecclesiæ suæ. nam si de rebus proprijs iurasset, teneretur iuramentum seruare inf. eo. si vero. s. quod met. cau. ad audientiam.

ADDITIO. Sed quæ est rõ diuersitatis? Ratio est, quia super suis põt iurare, & facere pro voluntate sua, C. de Iudæis. nemo, sed super bonis ecclesiæ non, cum ecclesia, fiscus, & minor pari passu ambulent, C. de sacros. eccl. vt inter diuinum, s. de in integ. rest. auditis. vnde minor etiã si tutor iurauerit, bona sua alienata non repetere si læsus ẽ minor, repetere potest, C. si tut. vel cura l. etiam. ergo, & ecclesia siue prælatus, cum non sit ipse dominus, sed procurator. 12. q. 1. §. fin. 14. q. 1. §. 1. vel defẽsor ecclesiæ. 16. q. 1. in canonibus.

Gl. seq. ponit duas opin. secundum approbat, & huic dec. dupliciter respõdet.

e ¶ Posse cõstringi.] ar. est hic, ꝙ iuramẽtum metu extortum ipso iure nõ teneat, vt quidam dicũt, vt Bassian⁹ & T. Alij 4. dicunt, & melius, ꝙ iuramentum metu extortum est obligatorium, dũmodo sine periculo animæ possit seruari, & hic præstitum fuit iuramẽtum de rebus ecclesiæ, & ideo nullũ fuit hic iuramẽtum de rebus ecclesiæ pstitum. quod seruari non posset sine salutis æternæ interitu. de hoc plene dixi, s. quod met. cau. ab bas, & tene quod ibi dicitur, & quod dicitur hic in fi.

f ¶ Absoluimus.] intellige de facto ad cautelam, sic. 34. q. 1. audiuimus, & 11. q. 3. excellentissimus, & j. de app. ad præsentiam. Vel expone absoluimus, id est, absolutum esse ostendimus, & sic concordat litteræ præcedenti, scilicet nullis vinculis posse constringi.

4 De hoc articulo, vide B. Thomã & ibi Caiet. 2. 2. q. 89. ar. 7. & Sot. sup. citatum.

† Ca. 10. e. ti. in 1. comp. Sed neq; hoc hoc caput dicit Ant. Aug. se inuenire i registro. Beati Greg. & d materia uide B. Th. 2. 2. q. 89. art. 7 & q. 88. arti. 2. & 12.

ij Peruenit.] Duo sunt dicta. Secundum ibi, Nec tu. Abb. Siculus.

CASVS. Iurasti ire vltra mare, intrasti religionẽ postea: & non vadis vltra mare, nõ frãgis iuramẽtũ: quia in melius commutas, & apposita conditione si aliquid iuraueris, si conditio non seruatur, nec iuramentum seruare teneris. Panormitanus. Vel aliter. Rex Franciæ promisit Regi Angliæ, vel alicui alij pręstare consiliũ, & auxilium contra aduersarios suos, si & ipse sibi consilium, & auxiliũ aduersus suos simili modo pręstaret iuramento interposito, vel interpositione fidei super hoc pręstita: Rex Angliæ non seruauit Regi Franciæ ꝙ promisit, dubitauit Rex Frãciæ an teneretur sibi seruare promissum? Respondet Papa, ꝙ non dicitur mutare propositum aut promissum, qui in melius illud commutat, nec tenetur illi Regi ad promissum seruandũ, si constat eum non paruisse conditioni, ẽt si iuramentũ interuenisset, vel promissio, vel fides hinc inde data fuerit. Nota quod non frangit promissum, vel propositum suum, qui commutat illud in melius, Item iuramẽtum, vel fides data sub conditione non obligat, nisi cõditio seruetur.

[Glo. seq. inducit in biocar. 4. concor. alleg. tria contraria, & soluit.

g ¶ Infringit.] Sic non dicitur deierare, qui ex iusta causa iuramentum deserit, ff. qui satisda. cogan. l. vlt. & 22. q. 4. mulier, & q. 2. beatus. j. de uoto. scripturæ; & cap. licet.

a ¶ Pa-

¶Nec tu ei, etiam ſi promiſſum tuum iuramento, vel obligatione, interpoſita cōditione firmaſſes, aliquatenus teneris, ſi cōſtat eũ conditioni minime paruiſſe. [a]

¶Idem Petro ſubdiacono.

¶Ponitur forma iuramẽti ſeptẽ capitula continẽs, ſecundũ quam iurant Papæ epiſcopi, ſed hodie oẽs recipientes dignitatẽ a Papa illi iurant: Hoc ſit pro ſummario, & diuiſione.

CAP. IIII.

EGo † N. epiſcopus ab hac hora in antea fidelis ero † ſancto Petro, ſanctæque Romanę eccleſiæ, dominoque meo Papę C. eiuſq; ſucceſſoribus [b] canonice [c] intrantibus.

¶Non ero neque † in conſilio, neque in facto vt vitam perdat, [d] aut membrum, † vel capiatur mala captione.

¶Conſilium quod mihi aut per ſe, aut per litteras, aut per nuncium manifeſtabit, ad eius † damnum nulli pandam. [e]

¶Papatum Romanę eccleſię, & regulas ſanctorũ patrum, adiutor ero ad defendendum, & retinẽdum (ſaluo ordine meo [f]) contra omnes homines.

¶Vocatus ad ſynodũ veniã: niſi prępeditus fuero canonica [g] præpeditione.

¶Legatum Apoſtolicæ ſedis, quem certum eſſe cognouero, in eundo & redeundo honorifice tractabo, [h] & in ſuis neceſſitatibus adiuuabo.

¶Apoſtolorum limina ſingulis [i] annis, aut per me, aut per certum nũciũ viſitabo: niſi eorum abſoluar † licentia: Sic Deus me adiuuet, & † hæc ſancta euangelia.

¶Vrbanus Papa.

¶Non tenetur clericus epiſcopo ſuo obediẽtiæ iuramẽtũ pſtare, niſi ratione adminiſtrationis ſibi cõceſſæ.

CAP. V.

NVllus † epiſcopus [k] clericos ſuos (niſi forte qb. eccleſiaſticarũ rerum cõmiſſa fuerit diſpenſatio) ſibi iurare [l] cõpellat.

¶Alexan. III. epiſcopo Vigilieñ.

¶Qui ſe obligauit ad vſuras ſoluendas ſoluere non cogitur niſi iurauerit; quo caſu cogitur, ſed repetit.

CAP. VI.

DEbitores † ad ſoluendas vſuras, in quibus ſe obligauerant, cogi [m]

a ¶Patuiſſe.] Arg. expreſſum hic. fidẽ non ſeruari ei, qui contra fidẽ verſatur, ff. pro ſocio, ſi cõuenerit, & 28. q. 2. ſi infidelis, ff. de inoffi. teſta. ſi inſtituta, C. de pac. cũ proponas, Arg. contra 23. q. 1. noli æſtimare. 33. q. 5. ꝙ Deo. 22. qõ. 4. innocens. Solu. prima rubrica vera eſt generaliter. illud cõtra, noli, vbi dicitur hoſti fides ſeruãda eſt, intelligitur ſi promittaẽ, & eidẽ ſeruetur: & ſic cõcordat priori, ſed aliud eſt in cap. qđ deo. quia loquiẽ de voto communiter a viro, & vxore facto, vbi nulli conueniri licet: quod poſtq̃ ꝓmiſſum eſt, omnino eſt ſeruandũ, vt 32. q. vlt ad ſi.

EGo N. epiſcop⁹.] Hic traditur forma, qualiter epiſcopi iurant fidelitatẽ domino Papæ, & ſucceſſoribus ſuis.

b ¶Succeſſoribus.] qui ſic iurauit, non teneẽ ſucceſſori iurare j. eodem. veritatis.

c ¶Canonice.] 12. q. 3. alienationes, de conſecr. diſtinct 1. hic ergo.

d ¶Vitam perdat.] hoc nõ ſufficit, imò vbicũq; ſenſerit dominum periclitantẽ ad prohibendas inſidias occurrere dẽt. C. de his qui. vt indi. l. vl. 22. q. 5. de forma. q̃ hic minus dicuntur, ibi ſupplentur: & econuerſo.

e ¶Nulli pandam.] hoc intelligo de honeſto conſilio, quoniam conſilium mali teneẽ reuelare illi, cui poſſet ꝓdeſſe, & non obeſſe, 22. q. 5 hoc videtur.

f ¶Saluo ordine meo.] id eſt, ſm qđ pertinet ad meum honorem: quia non cum armis.]

g ¶Canonica.] vt 18. diſt. ſi epiſcopus.

h ¶Tractabo.] ſi conſtiterit per litteras ſuæ legationis, C. de man. princip. l vnica. & 41. diſtinct. quieſcamus. arg. vel quia eſt honeſta perſona 97. diſtinct. nobiliſſimus.

i ¶Singulis annis.] vel rari⁹ iuxta chyrographũ ſuũ. 93. diſtin. iuxta. & hoc intellige de archiepiſcopis & epiſcopis, qui ſubſunt domino Papæ, nullo medio 1 ſ. de maio. & obed. dilecti Bernar.

ADDITIO. Ego N. nota quod abbates præſtãt hoc iuramentũ in benedictione. ſicut epi in cõſecratione. De iuramẽto vero, qđ pſtat Imperator, dic vt in cle. Romani, j. eo. ti. De iuramẽto qđ pſtãt inferiores clerici, habes in c quamq̃. 23. d. latius p Hoſt. & Io. And. j. eo. tit. tua. De iuramẽto, ꝙ pſtat vaſallus dño feudi eſt tex. in c. de forma. 22. q. 5. Et de multiplici iuramẽto vide in Spe. eo. tit. §. 1. ver. illud autem. Abb. Sicu.

k NVllus epiſcopus.] Hoc cap. ponitur pro 2 palea. 22. q. 5. c. vlt.

[Gl. ſeq. ſignat cõtrariũ, & ſoluit, & ponit caſus, qbus licite iuratur, & ver. ꝗ his iuratur in multis caſibus.]

¶ Quidam consiliarij tui (imo potius deceptores) tuum animum induxerũt, vt iurares irrequisito assensu populi, vsque ad certum tempus patris tui cõseruare monetam, quæ tamen circa morté eius fuerat legitimo pondere defraudata.[a] Cum aũt adeo sit diminuta, & minoris valoris effecta, quod graue propter hoc scandalum in populo generatur, tu † quod egeras indiscrete cupiés reuocare, ac necessitati populi satisfacere, ab obseruatione iuraměti prædicti, postulasti suppliciter a nobis absolui.[b]

¶ Super quo diligens indagator potuisset facile intueri, quod non tam erat absolutio necessaria, quā interpretatio requirenda: quoniam cum iuramentũ fecisti, monetam aut falsam, aut legitimam esse credebas. Si falsam, iuramentum fuisset illicitum, & nullatenus obseruandum, & pro eo esse tibi pęnitentia iniungenda, cum iuramentum non vt esset iniquitatis[c] vinculum, fuerit instrumentum.

¶ Si vero legitimam esse credebas, iuramentum licitum fuit, & vsquequaque seruandum. Et vt irreprehensibiliter obseruetur, cõsulimus, & mandamus, vt reprobata moneta, quæ a legitimo põdere fuerat defraudata, alia sub nomine patris tui moneta cudatur quam ad legitimũ pondus reducas, secundum eũ statũ, quem tempore patris[d] tui habuit meliorem: ita, qđ antiqua moneta, quæ ab illo statu falsata non fuerat, cum ea pariter expendatur: per quod & dispédium vitari poterit, & iuramentum seruari.[c]

¶ Veruntamen si monetam ipsam in præstatione iuramenti credebas a legitimo põdere diminutam, & tua super hoc conscientia te remordeat: tuũ humiliter confitere peccatũ, & satisfactionem[f] iniunctam tibi pro illicito iuramento studeas adimplere.

da: cum enim iurm illud fecit, aut credebat monetam illam falsam esse, aut legitimam: si falsam, iurm fuit illicitum, & ideo non seruandum, & pro eo debet illi pęnitentia indici: si vero credebat legitimam, iurm licitũ fuit, & ideo seruandum, & Papa consuluit illi, vt moneta illa reprobata, quę diminuta fuerat a legitimo pondere, alia moneta cudatur, nomine patris sui & illam reducat ad legitimum statum, quē habuit tempore pr̃is sui meliorem, & sic iurm seruabit, verum tamē si credebat monetam diminutā, qñ iurm illud præstitit, & sua eum cõsciētia remordet, cõfiteatur peccatum suũ, & pro illicito iuro pæniteniam agat. Not. ꝙ iuramentum aliquando recipit interpretationem, vt hic patet, & quod aliqñ requirit absolutionem, Itē iuramentum non est vinculum iniquitatis, & ad licita, & honesta semper dēt referri. Item iuramentum illicitum nõ est seruandum.

[Gl. seq. tractat de triplici falsario monetæ, & ponit circa illud crimen tria specialia.]

a ¶ Defraudata.] q̃ 1 enim falsat monetā pricipis, exuritur, C. de fal. mone. l. 2. Qui autem falsat monetā ciuitatis, punitur capite, C. eo. l. 1. Sed ille, q̃ nummos radit vel tingit, si liber est datur ad bestias: si seruus vltimo supplicio punit, ff. ad leg. Cornel. de fal. quicũque & sunt hæc tria specialia: quia quilibet tenetur ad accusationem huius criminis. Itē quia condemnatus non appellat. Item quod punitur ille, in cuius domo falsa moneta cuditur, licet illud ignoret, C. de fal. mone. l. 1.

[Gl. seq. reci. per q. an Papa possit absoluere a iuramento, ponit opi. Hug. item Lau. & Tanc.]

b ¶ Absolui.] absoluere potest Papa quemlibet a sacramento ex iusta causa: puta propter scandalum intolerabile, vt si malum exemplum prorogetur in multos, claue tamen discretionis præcedente H. tamen hoc negabat, & omnia iura, quę dicunt, vel innuunt Papā posse absoluere a iuramento, intelligebat de illicito: quia in his, quæ sunt de iure naturali, vt in voto & iuramento, Papa non dispensat, arg. ad hanc opi. j. eod. cap. & si Christus, vbi dr̃ redde Domino iura tua; quasi similem interpretationem habes, j. eod. petitio. & j. de vo. magnæ, vbi dicitur: vouete, & reddite. j. de sta. re. cum ad monasterium, in fi. Lau. contradicebat. T. dicit quod ex causa iusta potest quemlibet absoluere, 15. q. 6. auctoritatem, & dispensare potest in voto, & illud commutare in aliud quod magis sit Deo acceptum, j. de voto magnæ, c. 1. & c. quod super his, & c. ex multa, & in iuramento etiam ex eisdem causis potest dispensare. Vbi vero aliquis vouet vel iurat, & illa licite, vel honeste seruari possunt, nec subest causa, Papa illa immutare non potest, & sic intelligebat H. & in hoc alij non discordāt. Et sic etiam intelliguntur illa verba vouete, & reddite Domino iuramenta vestra, & est argu. ad prædic. 25. q. 1. §. vlt. ver. ipsi namque soli &c. & ff. de vulga. & pupil. substitutio. ex facto. Hic vero non fuit necessaria absolutio, sed interpretatio, secundum quod sequitur in littera, & secundum interpretationem debet seruari: quia fuit legitimum iuramentum.

c ¶ Iniquitatis vinculum,] 22. q. 4. inter cetera.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

d ¶ Patris.] hoc ideo quia in forma iuramēti fuit hoc expressum. Sed nonne tunc mentiret inscriptio monetæ? imo videtur, ꝙ rex in se falsarius esset, ff. ad l. Cornel. de fal. falsi nominis, & infra de his, quæ fi. a præla. sine consensu capituli, quanto. In moneta enim tria exiguntur, quantitas, ponderis materia, & publica forma, ff. de contrahen. emp. l. 1. Respõdeo, 2 quod non semper inscriptioni monetæ fides adhibetur, sicut nec inscriptioni sepulchri, C. de relig. & sump. fu. l. monumentorum. imo pictura est, quæ largam habet licentiam semper enim fas fuit pictoribus, & poetis nouitates inuenire licet sit argum. contra 24. quæst. 2. sane in princip. Ioannes. Item si fur ex auro, vel argento monetam publicam falsam faciat, illo punito pecunia in thesauro publico conseruatur, 1. quæstio. 1. quod quidam circa medium, ver. si enim aliquid furtim, &c.

e ¶ Seruari.] & 3 sic si non possit expresse seruari in omni seruatur tamen in illa, quæ fuerat defraudata, & est arg. ad quęstionem propositā & solutam, j. de spon. ex litteris 2. in gl. isti erant.

f ¶ Satisfactionem.] pro temerario iuramento imponitur pænitentia vnius anni, 22. quæstio. 4. qui sacramento, sed pro directo periurio imponitur pænitentia septem annorum, 6. quæstione 1. quicunque, & 22. quæstione 1. cap. vltim. imo, qui scienter deierat, secundum canones infamis est, vt 6. quæstione prima, infames. & qui contra transactionem iuratam vener. scienter, infamis est, C. de transact. si quis maior.

† In codice Barbatię ita: tu, qđ egeras indiscrete, discrete cupiēs &c.

1 De falsantib. monetā, eorũ pęna, vide extrauagantem Pij Papæ V. quæ incipit. Cũ nihil magis, & Iul. Clarũ lib. 5. sen. §. falsam. & Couarruuiam in tract. de collatione veterũ numismatum. c. 8.

2 Gof. dicebat obiectionem procedere si fecisset cudi monetam sub nōie patris: sed hoc non faciebat, sed solum vtebatur veteri. Hos. dicit. ꝙ iura contraria nõ in moneta, sed in instr̃is locũ habent, nam dũmodo nõ falsetur moneta, nec alteri p̃iudicetur, non refert an cudatur sub nōie patris, & filij, vel quę figura ponat, vt hic patet, Io. And.

3 Hęc glossula non hr̃ in antiquis codicib.

VEnientet.] Iudices, qui iurant ĵ. certum tp̃s sn̄ias exequi, hoc non obstante appellationibus ab eis interiectis deferre tenentur. h. d. Diuiditur in quattuor partes. In prima reprehensio consalum. In secunda: ibi. Verum. ipsorum excusatio. In tertia: ibi, Quia vero. ipsorum excusationis reprobatio, & generale mandatũ: In quarta: ibi, Cũ ergo mandatum speciale, & cõminatio non parentis: Abbas.

CASVS. Quidam ciuis Tudertinus S. nomine, cõuentus fuit ab aduersario suo coram iudice ciuitatis, super quibusdã possessionibus: Iudex auditis meritis causæ, condemnauit ipsum ad restitutionem rerum petitarum, ab illa sn̄ia appellauit ad dñm Papam: consules ciuitatis non obstante appellatione, sn̄iam illam executioni mandarunt, inducentes actorem in possessionẽ rerum de quibus qõ vertebat: super hoc appellans conquestus fuit dño Papæ, cui subest ciuitas illa quo ad tẽporalem iurisdictionẽ: Vnde ipse cõsulibus, & populo Tudertino mandauit, vt possessionem ipsam restituant appellanti, alioquin nouerint, ꝙ ipse mandauit Nucerino Ep̃o. vt eos ad id ecclesiastica censura compellat: cuius negotij occasione præmittit Papa, q̃ præcedunt, dicẽs ꝙ ipsi tenentur humiliter & deuote appellationibus ad sedem Apost. interpositis deferre: quia etiam leges seculares post sn̄iam beneficium appellationis non denegant aggrauatis, sed ipsi sn̄ias appellatione suspensas exequuntur. Consules Tudertini se super hoc excusabant in præsentia Papæ dicentes, ꝙ cum aliqui vocantur ad officium consulatus, iurant ꝙ super mutuis, & plagiarijs iudicabunt secundum consuetudinẽ ciuitatis, & infra 28. dies sn̄ias exequẽtur: vnde saluo huiusmodi iur̃o nõ poterant deferre appellationibus. Sed ꝯ istam executionem dicit Papa, ꝙ iudices iurant iudicare ſm leges, sicut cõsules isti iurant iudicare ſm consuetudinẽ ciuitatis suæ, & ideo sicut iudices p̃nt grauare subditos ꝯ leges, sic & consules isti p̃nt ꝯ consuetudinem suos subditos aggrauare. Vnde p̃cipit eis, quatenus appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis deferant humiliter, & deuote, cum iur̃m illud eos excusare non possit, in quo ius superioris intelligitur exceptum. No. decre. istam ad plura argumenta. Primo ad illud, sn̄ia diffinitiua a qua est appellatum, non debet executioni mandari, q̃d si fiat executio: dẽt reuocari, vt hic patet: & ideo deferre dẽt, iudex appellationi, & nihil innouare ea pendente. Item in iur̃o super ius superioris intelligitur exceptum, & cuiuscunq; alterius, quia iuramentum factum in præiudicium alterius non valet: cum illud obseruare non possit. Item iuramentum personale est.

† Cap. 5. eo. tit. in 3. cõp. Et de intellectu text. & glossarum vide præ alijs hic Guidonẽ Papæ.

¶ Idem consulibus & populo Tudertino.

¶ *Non valet iuramentũ præstitum in præiudicium iuris superioris.*

CAP. XIX.

VEnientes † ad sedem Apostolicam cõsules vestros, super his, quæ ad nos de vobis sæpius referuntur, & commonere curauimus, & aliquantulum aspere conuenire: Cum. n. appellationibus interpositis ad Apostolicam sedẽ teneamini humiliter & deuote deferre: cũ & leges [a] etiam sæculares post sententiam, beneficium appellationis non denegent aggrauatis, vos sententias appellatione suspensas, executioni mandatis.

¶ Verum ijdem consules nobis exponere curauerũt, quod cum aliqui vestrum vocantur ad officium consulatus [1], firmant proprio sacramento. quod super mutuis, & plagiarijs [b] secundum vestræ ciuitatis consuetudinem iudicabunt: & infra viginti octo dies, quæ iudicauerunt, exequentur: Vnde saluo huiusmodi iuramento, vos non posse super his appellationibus deferre dicebant.

¶ Quia vero non minus iudices secundum leges, quam consules vestri secũdum consuetudinem vestræ ciuitatis iudicare iurarũt, [c] & ideo sicut iudices contra leges, sic & consules vestri contra consuetudinẽ, [d] possent † subditos aggrauare. Mãdamus, quatenus appellationibus ad nos interpositis [e] deferatis: cũ prædictum iuramentum vos excusare nõ possit, in quo debet intelligi ius [f] superioris [g] exceptũ. [h]

¶ Cum ergo postquam S. lator præsentium ad sedem Apostolicam a sententia G. iudicis appellauit, sententiam ipsam duxeritis executioni mandandam, [i] in possessionẽ rerum, de quibus quæstio vertebatur, appellantis aduersarium inducentes: Volumus & manda-

a ¶ Leges,] 2. q. 6. anteriorum & c. nõ ita.

b ¶ Plagiarijs.] id est fideiussoribus, vulgare est illius terræ.

c ¶ Iurarunt.] in authen. de iud. §. quia vero, coll. 6. C. de iudi. rem non nouam, 1 & 3. q. 7. iudicet.

d ¶ Consuetudinẽ.] licite 2 ergo iudicãt, secundum consuetudinẽ loci s̃. de eo, qui mit. in po. causa rei seruãdæ, cũ venisset, quia consuetudo præiudicat iuri, s̃. de consue. c. penul.

e ¶ Interpositis.] ista ciuitas Tudertina subest dño Papæ quo ad iurisdictionẽ temporalẽ, & ideo tenẽt appellationes ad Papam factæ, alias non j. de app. si duobus.

f ¶ Ius.] Vnde 3 pone: aliqs est receptus in canonicũ & in fratrem iurat se seruare laudabilẽ cõsuetudinem ecclesiæ suæ: & talis est ꝯsuetudo in ecclesia, ꝙ qui ibi habet p̃bendam, dẽt residere per sex menses, sed antequam faciat quod iurauit, accedit ad sedem Apostolicã, & supplicat dño Papæ, vt ipsum absoluet: Quero vtrũ iste sit periurus? Et respondetur, ꝙ non, ar. istius litteræ: quia vr̃ ꝙ qñ iurauit, ꝙ debuit intelligi, nisi dñs Papa remittit ei iuramentum. Sed probo, ꝙ sit periurus, C. de trans. si q̃s maior. vbi dr̃ ꝙ aliquis venit cõtra iuramentum tribus modis: iudicem interpellando, iudici supplicando, q̃d promisit non faciendo: Vnde videtur ꝙ iste sit periurus supplicando Rom. Pon. vt absoluat; sed si petitione nõ præmissa ipsum absoluisset, non esset periurus.

g ¶ Ius superioris.] not. ꝙ in iuramento excipitur auctoritas maioris, vt hic patet, & ĵ. eo. eam te. & s̃. de rescrip. constitutus, arg. a contrario sensu, ff. ad muni. imperatores, & in consti. 4 Friderici de feud. §. vlt. & est ius canonicum, ĵ. eo. ad nostram. 2. Io.

[Glo. seq. recitetur per contrarium.

h ¶ Exceptum.] sed 5 nonne possunt super hoc condere legem municipalem contra ius commune. Respondeo, possunt condere legem contra ius commune, quæ tamen non sit in præiudicium alterius, vt hic dicit, & supra de consti. quæ in Ecclesiarum, specialiter tamen non condendo legem, bene possunt litigantes renunciare appellationi, C. de temp. ap. l. illud, §. vlt.

i ¶ Executioni mandandam.] quod fieri non debuit: tum

1 Ibi maiores, & minores iudices iurare iubentur. Io. And.

2 Hæc glossula non est in vetustis exẽplaribus.

† possunt.

3 Neq; hæc hæc gl. inuenitur in vetustis exemplaribus.

4 Imperiali. ibi dr̃, ꝙ in omni iur̃e nominatim excipitur Imperator.

5 Non habetur hæc glo. in vetustis codicib.

mus, vt possessionem ipsam [a] restituatis [b] eidem: alioquin noueritis nos episcopo Nucerino † mandasse, vt vos ad id ecclesiastica censura compellat.

¶ Idem Pisano archiepiscopo.

¶ Iurans vsuras non repetere, potest iuramento nō obstante ex noua causa repetere. h.d. secundum intellectum notabiliorem.

CAP. XX.

2 AD † nostram noueris audientiam peruenisse, [c] quod cum I. & G. Petro vsuras non modicas persoluissent, iuramento firmauerunt, quod nec per se, nec per alium prędictas vsuras repeterent: [d] vel apud ecclesiasticum iudicem, seu etiam secularem super his deponerent quæstionem. Cumque creditor condiderit testamentum, suis præcepit hæredibus, vt omnib., qui probarent [e] se dedisse vsuras eidem, ipsas eis restituere procurarent. Vnde cum prædicti I. & G. vsuras repetere non attentent propter huiusmodi iuramentum, & hæredes prędicti P. eis negligant satisfacere de vsuris: mandamus, quatenus sub pœna excommunicationis, publice in ecclesia proponi facias, vel proponas, vt qui super hoc nouerint veritatem, procedāt ad testimonium [f] proferendum: & si p dicta testium, vel alia documenta tibi cōstiterit [g] de præmissis, hæredes illius vt vsuras, quas a prædictis pater eorum accepit, restituant vniuersas, ecclesiastica censura compellas.

sum quia beneficio appellationis extinguitur pronunciatum, ff. ad Turpil. l. 1. §. vlt. tum quia interposita appellatione nihil innouari oportet. 2. q. 6. appellatione & ff. nil inno. appel. pend. l. vnica. Bern.

a ¶ Possessionem ipsam.] cum 1 appellatur a sententia diffinitiua, si appellatione pendete fuit mandata executioni, iudex appellationis debet reuocare in irritū quicquid factū est post appellationē, & antequā cognoscat, an appellatio sit iusta vel iniusta: sed secus est cū appellat a grauamine, quia prius debet cognosci de meritis appellationis, q̄ reuocari qd̄ factu est post appellationē s̄. de dila. c. 1. in fi. qa ibi dr̄: si est ita, reuocato, &c. Iudex ordinarius nō p̄t exequi suā sentētiā, ex quo altera pars appellauit: sed iudex delegatus potest nō obstāte appellatiōe alterius partis. s̄. de offi. dele. super eo. in fi. & c. pastoralis, §. ꝑterea. certe istę duę vltimæ cōcordantię contrarium dicunt.

[Gl. seq. signat cōtrarium, & soluit.]

b ¶ Restituatis.] ar. ꝯ. ff. de appę. cum ex causa, vbi expectatur talis restitutio vsq; ad euentū confirmationis, vel cassationis sententiæ. Sed non est contrariū: quia non dicitur ibi, ꝙ non debeat expectari, sed ibi recitatur factum prout contingit: vnde patet ꝙ pendente appellatione executio non debet fieri, & si fiat, inuito possessore, restitui debet in pristinū statum antequā appellationis causa examinetur. 2 arg. de offi. dele. pastoralis, §. præterea, & hoc est notabile.

AD nostram.] Per iudicis officium subuenitur illi, qui propter iur̄m vsuras repetere non potest, ita summat. Io. And. Et quidem procedit hoc summarium secundum vnum intellectum satis clarum. primo narrat factum. Secundo prouidet: ibi, mandamus. Abb.

CASVS. Quidā ciues Pisani I. & G. cuidam vsurario P. nomine multas persoluerūt vsuras, iur̄o interposito quod nec per se, nec per alium prædictas vsuras repeterent, vel apud ecclesiasticum iudicē, vel etiam secularē super his deponerent quæstionem. Creditor postmodum condidit testm̄, in quo præcepit hæredib. suis, vt omnibus qui probarent se dedisse vsuras eidem, ipsas eis restituerent. Sed dicti I. & G. non audebāt repetere vsuras pp huiusmodi iur̄m. & hæredes non satisfaciebant eisdem; peruenit hoc ad notitiam dn̄i Papæ, vnde mandat Pisano archiep̄o, quatenus sub pœna excōicationis publice in ecclesia proponat, vt qui super hoc veritatem nouerint procedant ad testimonium proferendum; & si constiterit de præmissis: compellat hæredes illius per censuram ecclesiasticam, vt vsuras, quas pater illorum a prædictis recepit, restituant vniuersas. No. ꝙ hic recipiuntur testes lite non conte. quia ꝓcedebatur in modum inquisitionis siue denunciationis, & ex officio iudicis. Item qui non potest agere propter iuramentum, potest denunciare. Item aliquid conceditur vna via, & alia denegatur. Item vltimæ voluntatis executio spectat ad ecclesiam, si hæredes exequi noluerint.

c ¶ Peruenisse.] non dicit per quem, vel a quo.

ADDITIO. Forte fuit fideicommissarius testatoris, vel amicus debitoris, vel ipse debitor: sed hoc forte fuit tacitū propter opinionē vulgariū, qa per id æstimassēt illū piurū. & est sim. j̄. eo. intellecto. s̄. de arbit. peruenit. Io. And.

[Gl. seq. soluit tres quæstiones.

d ¶ Repeterent.] si iurauit non repetere, denūciet illud ecclesiæ. Quid si iurauit non denunciare? Respondeo, iuramētū fuit illicitū, & ideo non seruandum: cū quilibet ad hoc teneat. j̄. de cog. spir. tua nos. & j̄. d hęre. cum ex iniuncto, j̄. eo. quemadmodum, in fi. & 2. q. 1. si peccauerit, sed si iurauerit soluere, nec repetere, nec recipere, 3 illud denūciet eccl'ie: vt dictum est. Vinc.

[Gl. seq. reci. p q. an iure legati, & c.]

e ¶ Probarent.] vr̄ iuramentū istud remissum esse ex testamento: nisi velis ita interpretari hæc verba, vt s. illi de iure repetere nō possint, qui iurauerunt nō repetere. Sed tamen largius interpretabimur vltimas voluntates. j̄. de donat. cū dilecti. ff. de tri. vi. & oleo leg. l. 3. Sic ergo iure legati possunt isti repetere vsuras, quasi ex noua causa superueniente. Si enim aliquis abiurat beneficium, potest postea ipsum repetere ex noua causa superueniente, s̄. de renunc. cum inter P. & ff. de success. edic. l. 1. §. quod dicimus. alias. §. sed videndum. & arg. sup. quod met. cau. ad audientiam. Item cum iuro soluere aliquid, solutum possum repetere, sup. eo. debitores, non enim est cogitādum de nouo iure, ff. de transac. cum Aquiliana. Si vero ius nouum non est mihi acquisitum, possum agere, vt remittat iuramentum, s̄. eod. c. 1. & primo agēdum est, ut iuramentum remittatur, & tunc potest repetere secure. Bern.

[Glo. ista dicit per obiec. quod lite non contest. &c. & dupliciter soluit.]

f ¶ Ad testimonium.] nota testimonium ferri lite non contest. sed hoc ideo cōtingit, quia hic procedębatur in modum inquisitionis, siue denunciationis, ut patet per prin. c. ult. 4. uel Papa hic uoluit extra ordinem ꝓcedi, sine accusatione per denunciationem. Item quia ad ecclesiam, uel episcopum spectat exequi uoluntates defunctorum. j̄. de test. b. si hæredes, & c. pen. & C. de epis. & cle. nulli, & l. si quis ad declinandam, & ff. de petit. hære. si hæreditas, §. ult. & [illegible] iuramentum suum hac uia. Io.

g ¶ Constiterit.] p inquisitionē, sup. de test. cog̃ pterea.

1 Hæc ēt glo. non hr̄ in antiqs codicib.

† Recētino.

† Cap. 3. e. ti. l 3. ꝯpi. Et de materia uide B. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 3. & Dom. Sot. li. 6. de iust. & iu. q. 1. art. 4.

2 Adde ꝙ appellatio suspēdit executionē l. a diuo pio. §. 1. cū glo. & ibi Bar. ff. de re iud.

3 Supple ēt oblatas dicit Hos. ꝙ & si oīo iurās uellet hoc iuramētū seruare, nō tn̄ creditor pecuniā illā lucri faciet, sed fiet inde eleemosyna. de usu. cū tu. Io. An.

4 Sed hodie ī causis usurariis sine li. cōt. ꝓcedit, p cle. de iud. dispendiosa. & de uerb. si [illegible] Io. And.

¶ Idem Neapolitano archiepiscopo.

¶ Iuramentum generale debet ita intelligi, si fieri potest, vt non obuiet iuri, alias tamquam temerarium non obligat contra iuris obseruantiam.

CAP. XXI.

3 AD † nostram noueris audientiam peruenisse, quod a te, quasi per extorsionem [a] tale fuit præstitum iuramentum, quod in omni causa deberes ordinem iudiciarium obseruare. Verumquoniam secundum traditiones canonicas manifesta accusatione non indigent: † nec in eis est ordo iudiciarius obseruandus, [b] qui debet in alijs obseruari: nec tu quando sub præmisso tenore iurasti, habebas in mente, [c] vt propterea venires contra canonicas sanctiones: alioquin non iuramentum, sed periurium [d] potius extitisset: nec esset aliqua ratione seruandum. ¶ Nos iuramentum tuũ benignius [e] interpretari volentes, ita quod consonet canonicis institutis, fraternitati tuæ auctoritate præsentium intimamus, quod in manifestis, & notorijs, ratione iuramenti pręmissi, non credimus te teneri seruare [e] subtilitatem ordinis iudiciarij [f] quam in his nõ seruari per omnia, ipsa iuris ratio postulat [g] & requirit. [h] Vnde videbitur subtiliter intuenti de ordine iudiciorum procedere, vt in præmissis non per omnia ordo iudiciarius obseruetur.

¶ Quamquam † & secundum approbatum intellectum recte possit intelligi quod iurasti, vt in omnibus causis ordinem iudiciarium obseruares, in illis videlicet, [i] in quibus est ordo iudiciarius obseruandus. [k] Sic ergo faciens, & iura-

3 AD nostram.] Iudex, qui iurauit in omni causa iudiciarium ordinem obseruare, in notorijs subtilitatem ordinis iudiciarij non seruabit. h. d. Diuiditur. nam in prima parte recitat tenorem iuramenti: in secunda: ibi. Nos, illud dupliciter interpretatur. Et secunda interpretatio: ibi. Quãquam. Et vt clarius habeas intellectum, pone sic casum. Archieps Neapolitanus quasi pex torsionẽ, forte ad instantiam sui capituli vel populi, p̃stitit generale iuramẽtũ, vt in omni causa obseruaret ordinẽ iudiciarium: processu temporis cũ occurrerent facta notoria, dubitauit, an deberet in eis iudiciarium ordinẽ obseruare: Papa super hoc cõsultus interpretat⁹ est hoc iuramentũ dupliciter: primo vt non extendatur ad causas notorias, sed intelligatur sm̃ subiectã materiam, s. vt in causis non notorijs obseruet ordo iudiciarius in notorijs vero nõ seruetur per omnia: qa ordo in notorijs est, vt per omnia nõ seruetur, iuxta illud vulgatũ: In extraordinarijs ordo est ordinem non seruare. Secundo dicit posse ĩtelligi, vt referatur ad causas, in quibus ordo iudiciarius est seruãdus: dicit enim quod si iste archiepiscopus habuit in animo, vt ordinem iudiciariũ in omni causa pariter seruaret, & sic cesset prędicta interpretatio: tale iuramentum cum sit contra canonicas sanctiones, potius est dicendum periurium, nec aliqua ratione seruandum. Abbas. Not. ꝙ iuramentum contra canones præstitum non tenet. Item iurare contra ius, non iuramentum sed potius periurium est. Item iuramentum directe seruari potest, vel per interpretationem seruandum est. Item in dubijs benigna debet fieri interpretatio. In notorijs per omnia ordo iudiciarius non est seruandus. Item argu. quod verbum generale non est generaliter intelligendum.

a ¶ Per extorsionem.] vnde videbatur non teneri.

[Glo. seq. tractat de dupl.ci processu notorij.]

b ¶ Obseruandus.] ex toto alias citari debet. 1.2.q.1. Deus omnipotẽs. & sentẽtia ferri. ĩ. de diuor. porro. & infra, de appel. cum sit Romana in fin. & hæc vera sunt in ꝓuincia, in qua sunt notoria & iudici & alijs. Si vero non sunt notoria in hac prouincia, sunt tamen notoria in alia, vel sunt hic notoria, & iudex nescit, tunc potest duobus modis procedere, s. ordine iudicario ac si esset occultum, argum. s̃. de elec. bonæ, & 24. q. 1. pudenda, & 2. q. 1. Deus, vel cognoscere an sit notorium, & facta sibi fide super hoc procedet contra reum quasi crimen esset notorium, & in similibus duas vias habet iudex, potest enim suspendere infamatum vsque ad purgationem, 2. q. 5. presbyter, vel inquisitionem facere ex officio s. eo. 2. q. 1. Deus omnipotens.

c ¶ In mente.] arg. iuramenta, & promissa non extendi, nisi ad ea, de quibus cogitatum est, argumen. 22. quæst. 2 ne quis. ff. de tra. est. ut Aquiliana. & ff. de pact. tres fratres.

d ¶ Potius. m, sup. eod. tua. & ĩ. de ijs, quæ fi. a ma. par. c. 1. & ĩ. eo. sicut 2.

e ¶ Benignius.] sic supra de testibus cum tu. nam prõptum est leges legibus concordare, C. de inoff. donat. l. 1.

f ¶ Seruare.] iuxta illud,

Est in amore medus nẽ habuisse modum.

g ¶ Postulat.] infra de verborum signif. cum olim. & infr. de vsur. cum in tua. ĩ. de cohab. cleric. & mul. vestra.

[Glo. seq obijcit, & soluit, & vni contrario respondet.]

h ¶ Requirit.] sed nonne ordo iudiciarius potest seruari sine peccato in notorijs? Argu. quod sic s̃. de elect. bonæ, & Aug. probat id quod notorium est, scilicet ecclesiam non esse nullam, 24. q. 1. pudenda. in fi. & ita videtur licitum sacramentum, vt in notorijs seruetur. Sed certe hoc iurare, ꝙ in omni notorio seruetur ordo iuris, est illicitum, & multum lęderetur ius actoris, cum ei incumberet onus probandi, & disciplina iudicialis lęderetur, si iudex non posset punire nisi prius probaretur, 3 sed hoc fieri non debet, quia nullæ sunt validiores probationes quam per euidentiam facti in illa decre. bonæ, factum fuit ob scandalum ad cautelam, vt ibi dicitur, vel forsitan non erat notorium iudici. Laur.

[Glossa sequens arg. alle. quatuor iura pro, & quatuor contra.]

i ¶ In illis videlicet.] arg. quod verbum generale non est generaliter intelligendum, vt 1. q. 1. iudices, versic. omnia bona Damasci. & ff. de serui. si cui & ff. de pig. obligatione, & de consec. dist. 2. reuera. ver. de operib. totius mundi. circa finem, arg. contra. 19. dist. si Romanorum, 31. q. 1. quod si dormierit, & 1. q. 1. sunt nonnulli, & ĩ. de priuile. quia circa, & sup. de maior. & obed. cap. solitæ.

K ¶ Obseruandus.] Hic 4 est arg. ad illam quæstionem, qua quæritur. pone aliquis iurat, ꝙ de cetero non cognoscet concubinam suam, modo vult eam ducere in vxorem, nunquid potest non obstante iuramento? Dicas ꝙ sic, qa intelligitur iurasse de fornicatorio coitu, & non de licito, & debito, unde potest eum ea contrahere non obstante iuramento.

Ea te.]

† Cap. 7. e. ti. ĩ 3. cõpi. Et de materia uide licet, ꝙ ĩ notorijs nõ sit ordo iuris seruandus. uide Iul. Cla. ĩ practi. cri. §. fi. q. 9. adde Salicet. & Doctores in l. ea quidẽ, C. de acc. & Ant. Go. tom. 3. uari. resol. c. 1.

† Vide l. si uero. §. q ꝓ rei. ff. qui satis. coga. & l. 2. & ibi Bart. ff. de furt.

1 Idẽ not. de purg. can. cũ dilecti. in gl. qa nec. & idẽ hin Inn. & ĩ dec. sacro. in prin. ĩ. d sẽt. exc. ubi d monitione loq tur. Io. And.

2 Concor. l. p̃senti. §. secu ti. cũ glo. C. de his qui ad eccl. confug.

† al. Quãquã etiam.

3 Et sic quãqs trã sirent crimina ĩpunita cõtra id ĩ. de sent. exc. ut fanæ, & sic ĩducit periculum salutis. ar. 12. q. 2. cũ deuotissimam.

4 Hæc gloss. non habetur in uetustis exẽplaribus.

EA te.] Qui iurauit ei, cui non debuit, cui debet iurare cōpellitur. Primo ponit exordiū. Secundo narrationem: ibi; Sane. Tertio conclusionem: ibi, Cū igitur. De materia huius c. habetur in c. si diligenti. inf. de præscrip. Abbas.

CASVS. Dominus Papa mandauit archiepō Turritano quatenus iur̃m fidelitatis exigeret & reciperet a iudice Carolitano noīe Romanę ecclesię, p ipso indicatu; Iudex ille noluit iuramentū illud exhibere, asserēs, ꝙ illud pręstiterat pisano archiepō saluo ecclesię Romanę honore. Papa hoc ītelligens scribit sup hoc iudici supradicto dicēs, qđ non remittit debitum, sed auget, cū alicui solūt, qđ alij est præstandū: sed cū iuramentū illud ecclesiæ Romanę dictus iudex p̄stare teneat, si iuramētū iam p̄stitum [illegible] reputet, illi ꝙ domino Papę p̄stare teneť primū illicitum est: & illo non obstante illud pręstare debet quod ab eo petitur. Si vero primum iuramētū nō est cōtrarium præstādo iuramento, illud sine mora p̄stare debet. No. ꝙ nō reuelatur a debito qui alij soluit, ꝙ debet. Itē cum duo iuramenta contraria sunt, videndū est quod magis sit licitum, vt altero reiecto illud seruetur.

† al. Kasalitā.

† Cap. 8. eo. tit. in 3. cōp.

† al. ita: nomine. ecclesiæ.

menti tenorem seruabis, & instituta canonica non omittes.

¶ Idem iudici Carolitano.†

¶ Si vnum iuramentū vni debitum alteri præstatur, illicitum est, & eo non obstante cui debetur, præstandum est.

CAP. XXII.

EA † te credimus discretione vigere, vt intelligas per teipsum, ꝙ onus non remittitur, sed augetur,[a] cū cuiq̃ improuide soluitur, quod alij [b] ex debito est præstandum. Sane cum archiepiscopus Turritanus a te nomine † nostro iuramentum fidelitatis (sicut a nobis mandatum acceperat) exegisset, illud exhibere in eius manibus distulisti, asserens quod Pisano archiepiscopo [c] saluo Apostolicæ sedis honore huiusmodi præstiteras iuramentum.

¶ Cum igitur nobis, & ecclesiæ Romanę fidelitatem facere tenearis, si præstitum [d] iuramentum ei, ꝙ a te nobis tamquam debitum est præstandum contrariū [e] reputes, illud [f] illicitum iudicabis: & illicito non obstante, quod licite, imò ex debito petitur exhibebis: vel si pręstitū pręstando contrarium nō existit, illud sine difficultate præstabis.

a ¶ Augetur.] quoniam grauius solui pōt vero creditori, quod alteri est solutum, & tamen non liberatur a debitore, de cōst. pec. si vero mihi, ff de sol. vero procuratori, §. 1. & j̃. de homi. sicut dignum, §. cos. in fi.

b ¶ Quod alij.] sic ff. de condi. inde. in summa in fi. vnde si alij solueris, quod alij debes, nō liberaberis, & illi f[illegible] committit, ff. de fur. falsus. §. 1. nisi ille ratū habeat, ff. eo. si vēdidero, §. si Titius, vnde patet, quod peius est siue grauius latroni, qui partitur spolia cū socio, quam si non partitur. 22. q. 4. si quem ad peccatū. Io. & expone, quod dicit alij tātum, scilicet; & sic nō obstat, quod soluitur vni ex pluribus quorum cuilibet in solidum quid debebatur, ff. de duo. re. consti l. 3.

c ¶ Archiepiscopo.] de hac materia tractatur, j̃. de præscri. si diligenti.

d ¶ Præstitum.] Pisano archiepiscopo.

e ¶ Contrarium.] quia si vnum contrariorum est bonum reliquum est malum. 8 q. 1. sciendum, & 32. d hospitiolum.

f ¶ Illud.] scilicet, quod præstitisti archiepiscopo.

QVintauallis.] Istud est valde famosum cap. ꝑpter materiā arbitrorum, quæ hic tractatur communis diuisio. Secunda ibi, Quocirca. Abb.

CASVS. Filiæ Quintauallis venerunt ad verba cū quibusdā mulieribus alijs, & eis multas iniurias irrogarant, ꝑpter, qđ dictus Quintauallis iurauit stare mandatis illarum: quę tale fecerunt illi sub debito iuramenti, ꝙ si aliquā filij, aut filiæ, aut vxor illi⁹, aliqđ factum vel verbum contumeliosum mulieribus illis obijcerent, idem Quintauallis filios & filias exhęredaret, & vxorem a se remoueret: Quintauallis recepto tā inquo mādato, significauit hoc dño Papæ, vñ mādat epō Alatrino, quatenus prędictis mulieribus iniūgat, vt mādatum illud reuocent, cum licitū fuerit iuramentum, & mādatū illicitū, alioquin denunciet illū non teneri ad obseruandū hm̄ōi mandatū. No. ꝙ cū aliquis simpliciter iurat stare mādato alicui⁹, licitū debet esse mandatū: alioquin mandatum non ligat.

¶ Idem Alatrino † episco.

† Salatrino.

¶ Qui iurauit stare mandato alicuius, non tenetur parere si præcipit illicita: vt quod filium exhæredet, vel vxorem abiuret.

CAP. XXIII.

QVintauallis † nostris auribus intimauit, quod pro offensa, quam filiæ ipsius alijs mulieribus irrogarant, quod earū mādato pareret, pręstitit iuramētum: [g] quę tale illi sub debito iuramenti dedere mandatum, quod si quando filij † aut vxor illius aliquod factum, vel verbum contumeliosū mulieribus illis obijcerent, idē filias, & filios exhæredaret,[h] & a se propriam remoueret vxorem.

† Ca. 9. e. ti. in 3. cōpila. Et vide Baldū in auth. gñraliter. C. de epis. & clericis.

† al. filiæ.

g ¶ Iuramentum.] qđ ciuili modo fuit intelligendum, ff. de seruitu. si cui. & sup. eod. veniens. vbi de hoc.

[Glo seq. exprimit causam iniquitatis horum mandatorū & ponit 14. causas propter quas filius potest exhæredari.

h ¶ Exhæredaret.] ad hūc casū iuramētū nō extēdebatur, nec debuit extendi. Arg. s̃. e. quāto, & melius. in capit. veniens. 22. q. 4. vnuiquisque. & ff. de oper. libert. si libertus, ff. de fideicom. li. Thais ancilla, §. sorore, & ff. de manumiss. l. 4. in fin. nisi in certis casibus, qui cōtinentur in Auth. vt cū de app. cog. §. causa. coll. 8 & ita turpe fuit mandatum. Item contra præceptum Domini fuit hoc mādatū, vt vxor separaretur a viro, 28. q. 1. idololatria, & 33. q. 2 quos Deus. Causę 1 vero īgratitudinis propter quas pater potest exhęredare filium, sunt hæ. Prima si filius parētibus manus intulerit. Itē si grauem iniuriam eis fecerit. Si criminaliter eos accusauerit de causa, quæ non sit aduersus principem vel rempublicam. Si cū maleficis versatur. Si maleficus efficiatur. Si vitæ parentum fuerit insidiatus. Si vxori vel concubinæ eius se immiscuerit. Si ex dilapidatione filij graue dispendium parentes sustulerint. Si pro persona vel debitum eius in quātum potest fideiubere noluerit, hoc tamen quod de fideiussione dicitur, ad filios masculos tantum pertinet. Item si prohibuit

1 De materia huius gl. vide Iasonē in auth. non licet C. de libe. p̄ter. Mar filium sing. 78. inci. plures sunt.

eos facere teſtamentum. Si contra voluntatem parentum inter arenarios & mimos perſeuerauerit, cum pater non fuerit illius profeſſionis. Si filia vitam luxurioſam egerit, cum parentes vellẽt eam pro poſſe dotare, niſi neglexerint eam maritare vſque ad xxv. annos. Si parentibus furioſis debitam curam non impenderit. Si parentem captum de carcere eripere neglexerit. hoc totum habes in pręmiſ. Anthentico.[1]

ADDITIO. Vnde verſus.

Bis ſeptem cauſis exhæres filius eſto:
Si patrem feriat, vel maledicat ei.
Carcere detruſum ſi negligit ac furioſum.
Criminis accuſet, inſidias ve paret.
Si dederit grauia ſibi damna, nec hoſte redemit.
Teſtari prohibet, aut dat arena locum.
Si prauos ſequitur, vel amat genitoris amicam.
Non orthodoxus filia quando coït.

Hos verſus habes in ſummula pauperum.

[1] In codice Barbatiæ poſt hoc verbum authentico, ſtatim ſubiunguntur hæc alia: ſed hoc totũ ceſſat ꝑ ingreſſũ religionis vt 19. q. vlt.

¶ Quocirca mandamus, quatenus cũ licitum fuerit iuramentum, ſed mandatum illicitum, p̃dictis, vt reuocent mandatum illud, iniungas: alioquin eũ ad mandati obſeruationẽ illius denũcies nõ teneri.

¶ Idem archiepiſcopo Tetraconeñ.

¶ *Ex cauſa leui & temeraria coniuges etiam quo ad torum & mutuam cohabitationem ſe ſeparare non poſſunt, etiam cum iuramenti interpoſitione.*

CAP. XXXIV.

ij TVa † nos duxit fraternitas conſulendos, quid ſibi ſit ſuper hoc faciendum, quod B & A. vxor eius ad inuicem iurauerunt, ſe nunquam mutuo petituros:[a] idem vero nunc reperit illam inſtanter: ea econtrario affirmante, quod prius ſe faceret Sarracenam † quam rediret ad eum: & infra.

¶ Nos igitur fraternitati tuę reſpondentes, Mandamus, quatenus vtrumq; ad continentiam ſeruãdã moneas & inducas: quã ſi pmittere voluerint & ſeruare, vtrumque dimittas ſine alio commorari:[b] alioquin ſi vir noluerit cõtinere, tu illam vt reuertatur[c] ad ipſum, & tãquam vxor cum viro moretur, per excõmunicationis ſententiã appellatione remota compellas: cum & temerariũ fuerit huiuſmodi iuramentum, & adulterium vtrinque[d] ſit commiſſum.

† Cap. 10. e. ti. in 3. cõp. Et vide Sotũ lib. 4. ſen. d. 32. q. 1. art. 3.

† Vide Couarruuiam li. 4. variar. reſolu. 9.

¶ Idem Genueñ. † archiepiſcopo.

† In antiq. Ianueñ.

¶ *Is, qui iurauit cum muliere contrahere, propter ſuperueniẽtem fornicationem vel deformitatẽ, eam repellere poteſt, propter præcedentem non. hoc dicit.*

CAP. XXV.

QVemadmodum † ſi vir mulieri iuraſſet, quando contraxit cum illa, quod eam ſemper pro legitima vxore te-

† Cap. 11. e. tit. in 3. cõp. Et de materia vide Magiſtrum & Doct. lib. 4. ſent. di. 35. & latiſſime Sotũ ibi diſ. 36. q. 1. art. 1. & ſeq.

ij TVa nos.] Cõiuges abiurare ſe non poſſunt, ita ſummat Ioann. Diuiditur. In prima conſultatio. In ſecunda reſponſio. Secunda ibi, Nos igitur. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam B. nomine, & A. vxor eius ad inuicem iurauerunt ſe nunquam mutuo petituros: quæſiuit ordinarius quid ſibi ſuper hoc eſſet agendum. Mandat Papa eidem, quatenus vtrumque inducat ad continentiam obſeruandã: quod ſi facere voluerint, & eam ſeruare, maneant ſeparati: alioquin compellatur mulier ad virum redire, cum iuramentum illud temerariũ fuerit, & vterq; illorum adulterium commiſit. Not. quod iuramentum non pręiudicat matrimonio, ſed econuerſo matrimonium præiudicat iuramento, inf. de ſpon. c. pen.

[Gl. ſeq. ponit opi. quam reprobat.]

a ¶ Petituros:] temerarium fuit huiuſmodi iuramentum, & ideo nõ fuit obligatorium, 22. q. 4. inter cetera, & C. de nupt. auth. quod eis permittitur. Et dicũt quidã pœnitentiam imponendam tamquam pro veniali. arg. ſup. eo verum. & 25. diſt. c. vnũ orarium. §. criminis imò ad minus vnius anni pęnitẽtia imponitur pro temerario iuramento. 12. queſtio. 4. qui ſacramento. Tan.

[Gl. ſeq. ponit duas opin. contrarias, quas determinat. ſecundo quærit, & ſoluit.]

b ¶ Commorari.] non tamen in ſeculo, vt quidam dicunt, arg. inf. de conuer. coniug. ad Apoſtolicã. Sed vr̃ ꝙ in ſeculo. 33. q. 5. qđ Deo pari.[2] ſed ſi alter vellet intrare monaſteriũ, haberet locũ qđ ipſi dñt. Sed quid ſi iurauerunt, quod nunquã diuertent ab inuicẽ, nunquid eſt ſeruandũ iuramentum tale, cũ poſſit ſeruari ſine interitu ſalutis ęternę? Nõ videtur, quia nec pœnalis ſtipulatio teneret, vt ſi culpa alterius diuortiũ factum fuerit, dabis cẽtum, ff. de verbo. oblig. ſi ſtipulatio facta fuerit. ſicut enĩ libera debẽt eſſe matrimonia in ꝯhendo, ita in diſſoluẽdo, C. de inuti. ſtip. libera. & C. de nup. neq; argu. ff. đ don. inter vi. & vxor. ea q̃. & ff. de ver. obliga. Titia. & ꝯ de ſponſa. gemma. Io. hoc non determinat, ſed credo ſi vellent intrare religionẽ, poſſent: quia non dr̃ infringere iuramentum, qui in melius illud commutat s̃. eo. c. 3. & ĩ. de vo. & vo. redem. ca. ſcripturæ, & iuramentũ illud benignius eſt interpretãdum, ſup. eo. ad noſtram & c. quanto.

[2] Per ꝙ c. dicit Inn. ꝙ ſi ad continẽtiã ſeruãdã hoc iuraſſẽt vlterius repetere ſe nõ poſſent, vide ꝙ poſt eũ dicam de cõuer. ꝯiug. dudum ſup ver. caſtitatẽ, đ ꝯiu. le. pro. c. 1. ſup. iiij. gl. Io. And.

[Gl. ſeq. recitatur per quæſtionem]

c ¶ Reuertatur.] hic dicerẽ, ꝙ propria auctoritate debet redire ad virum, nec expectare ſuperioris auctoritatem.

d ¶ Vtrinque. ſic ĩ. de reg. veniens, ĩ. de diuor. ſignificaſti. ĩ. de adult. c. penul. & vlt. ĩ. de exce. cũ eccleſiaſticę. & 32 q 6. nihil, & ff. de com. pen. ſi ambo.

QVemadmodum. Diuiditur, in tres partes principales. Scđa, ibi, illud autem. Tertia ibi, Quod ſi. prima ſubdiuiditur. Nam primo inducit ſimile conſultationi faciendæ. Secundo ſoluit: ibi, ita ſi quis. Tertio probat ſolutionem per euitationẽ abſurditatis, & per rationem: ibi, Alioquin. Quarto reſpondet oppoſitioni iuramenti. ibi, Non obſtante, quod reſponſum probat per euitationem abſurditatis ibi. Quod ſi poſt. Secunda pars principalis non ſubdiuiditur, ſed tertia pars ſic. quia primo ponit caſum. Secundo allegat pro negatiua: ibi, Cum ſcriptura. Tertio pro affirmatiua: ibi, Sed nunquid Quarto ſoluit ibi Titius. Abbas.

CASVS. Quidam iurauit ſe ducturum aliquã in vxorẽ, q̃ ante ipſa ſponſalia ſic cõtracta fuit fornicata, q̃ritur, an teneatur eã ducere in vxorẽ p̃textu huius iuramenti? Rñdet Papa ꝑ ſimile, & quaſi a maiori. Si vir iuraſſet mulieri, qñ cõtraxit cũ illa, ꝙ eã ſemp ꝓ legitima teneret vxore, eã nõ poſſet dimittere ꝓ fornicatione, q̃ ante ꝯtctum matrimoniũ cõmiſiſſet, ſed ſi poſt cõtractũ matrimonium & præſtitum iuramẽtum fornicaƭ, dimittere eã poſſet non obſtante huiuſmodi iuramẽto, quia in illo talis conditio ſubintellige-

telligebatur: si illa cōtra legē mrimonij non peccaret. eodē modo si aliquis iurauit se ducturum aliquam in vxorem, non potest ei fornicationē opponere pręcedētem, sed subsequentē, vt eam ducere nō teneatur: quia in illo iuro talis debet conditio subintelligi: si illa contra legē desponsationis nō venerit: alioquin si post tale iuramētū fieret publica meretrix, eā ducere teneret, qđ esset prorsus absurdū: & hoc probat per locū a maiori: si vir post contractū matrimoniū pp fornicationē dimittere potest vxorē, multo fortius ante coniugiū celebratum pp fornicationē, pōt non admittere sponsam: quia turpius eijcitur q̃ non admittit hospes: nec obstat iuramentū in aliquo istorū casuū: quia iuramentum illud tale est pp conditionem subintelligendā, quod potest seruari, & nō seruari sine trāsgr. hōc iu ram[illegible]: pręterea si post huiusmodi m[illegible] lier fieret le[illegible], vel paralytica, vel nasum tteret, vel [illegible] quam turpius ei co tingeret, teneret[illegible] ā ducere in [illegible]xore Re spon. si esset vxor de presenti, eā dimittere nō posset. si spon sa de futuro, eam du cere non teneretur, quia multa impediunt mat[illegible]monium cōtrahēdum, quæ non dirimunt iam cōtractū.

mentum conditionale, si omnes præmissæ cōditiones subintelliguntur? Certe non ff. de cond. & demon. conditiones.

neret, pro fornicatione, quā mulier antea commisisset, non posset eam dimittere, [a] sed pro fornicatione, quā postea perpetraret, eam dimittere posset, non obstante huiusmodi iuramento, † quoniam in eo talis erat subintelligenda conditio, [b] si videlicet in legem coniugij illa non peccaret: Ita si quis iurauerit se ducturum aliquam in vxorem, non potest ei fornicationē opponere pręcedentem, [c] sed subsequentem, vt illam non ducat in coniugem, quia in illo iuramento [illegible] debet condi[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] eam duc[illegible] quod est prom[illegible]

nam si post contractum coniugium vir propter fornicationem, licite potest vxorem a sua cohabitatione dimittere: longe fortius [d] ante coniugium celebratum, propter eandem causam sponsus licitè potest in suam cohabitationem non admittere sponsam: [e] quia turpius eijcitur, [f] quam non admittitur hospes. † Non obstante in alterutro [g] casu vinculo iuramenti, quod quidem propter subintelligendam conditionem est tale, vt is qui iurauit, a[illegible] v[illegible]mque [h] sine transgressione se possit habe[illegible].

¶ Quod si post huiusmodi iuramentum mulier fie[illegible] [illegible]lum lepro[illegible]a, sed [illegible]am paralytica, vel oculos, vel nasum [i] amitteret, [illegible] quicquam ei tur[illegible]

c ¶ Pręcedentem.] quia ex quo semel probauit mores ipsius, non potest postea reprobare. 32. q. 5. horrendus. nisi ex superuenięti causa: vt s. de æta. & qua. accepimus, & su. de off. dele. īsinuāte & 4. q. 3. c. si testes §. si quis testib. Io.

d ¶ Fortius.] nam cui damus actionē, mul to fortius exceptionē, ff de reg. iur. Iul tus. §. cui damus, & ff. đ superf. l. 1. §. pla ne. & su. eo. debitores. qñq; tamē cōsequimur excipiendo, quod agendo petere non possumus, ff. de neg. ge. l. 3. §. pupil lus. & ff. đ cōpē. cū filiofamilias. qñq; quædā cōsequimur agēdo, quæ nō cōsequimur excipiendo, su. e. debitores & su. ꝙ me. cau. ad audiētiā. Itē potest depositū repeti, sed non cōpēsari, 3. C. de cō pen. l. vlt. & ĵ. de de pos. bona fides. §. 1.

e ¶ Non admittere sponsam.] nā & ipo sus pōt sponsam ac cusare de adulterio quasi mrimonio iā initiato argu. C. de adul. propter, nisi in casu. ff. de adul. miles. §. quærebatur. qu[illegible] & iniuria ei facta est ff. de iniu. item apud. §. sponsum; quia nec matrimoniū, nec spem matrimonij violare permissum est, ff. de adult. si vxor. §. diuus.

f ¶ Eijcitur.] deterior namq; dolus eius cognoscitur, qui interruptam iterum litem deserit, quā qui semel cæptam derelinquit, in Auth. de litig. §. omnē, in fi. col lat. 8. & minus malū est viam Domini non cognoscere, quam post agnitam retroire. ĵ. de apostatis, quidam.

g ¶ In alterutro.] id est in vxore dimissa, & sponsa non admissa.

h ¶ Ad vtrumq;] s. ut eam recipiat, uel non recipiat.

[Glo. seq. reci. per obiec. demum quærit, arg. pro, & soluit contrarium.]

i ¶ Oculos, uel nasum.] sic patet quod iuramentum quandoq; potest seruari sine interitu salutis æternæ, & tamen non tenetur illud seruare, sed hoc ideo est, quia honestas intelligitur in hoc iuramento, ut si res in eodem statu permanet, id enim tacite agitur, 22. quæst. 2. ne quis, & ff. de solut. cum quis. sed si iuramentum non posset seruari sine interitu salutis æternæ, seruari non debet, sup. c. prox. & c. Quintaualli. & ff. de legat. 1. si quis inquilinos. §. ul. & de le. 3. si quis. in prin & ff. de iu. patr. adigere. secus esset si mulier laberetur in facultatibus. Sed quid si per uiolentiam opprimatur sponsa de futuro? Videtur quod nihilominus teneatur cum ea contrahere, arg. 32. q. 5. re uera. ff. de adult. si uxor. §. si quis plane. sed nō est uerum. 27. q. 2. raptor & c. seq. & 22. quast. 5. finge. & c. illic. & ita punitur sine culpa, sed non sine causa.

a ¶ Dimittere.] nec etiam accusare, ff. de adulter. si vxor. §. si quis vxorem. & §. vlt. & C. ad l. Iul. de adult. propter violatam.]

[Glo. seq. ponit decem generales conditiones in iuramentis subintellectas in fi. quærit, & soluit.]

b ¶ Conditio.] nota ꝙ plerumque intelliguntur conditiones in iuramentis, vt hęc, si placet papæ, vt s. eod. venientes. Item hęc, si Deo placuerit, 22. quæst. 2. beatus, §. 1. Item hæc, si res in eodem statu permanserit, 22. q. 2. ne quis, ff. de so. cum quis. Item si mihi seruabitur fides, s. e. peruenit. & ff. loca. quæro. §. inter. item honestę, & possibiles, vt hic dicitur, & ĵ. eo. sicut. Item hæc, si mihi numraueris pecuniam, C. de non nu. pec. indubitati. item hæc, si nuptiæ fuerint secutæ, ff. de iu. dot. stipulationem, 1. Item hæc, si non immoderatum quid præcipiatur, sup. eo. veniens, & c. Quintauallis, & ff. de oper. liber si libertus. Item facultas subintelligitur sup. e. breui. Item commoditas. ff. quarum re. ac. nō da. l. 1. §. quæ onerandæ. Speciales autem conditiones non subintelliguntur, si non exprimantur, licet mente concipiantur, 32. q. vlt. cap. vlt. in fin. C. de condi. ob turp. cau. si repetendi. nisi vbi lex exprimit aliquid tacite agi inter contrahentes, quia tunc illud pro expresso habetur, ff. si cer. peta. cum quid. & ff. de verb. obl. triticum. & hæc vera sunt in promissorijs iuramentis, sed in assertorijs nulla conditio subintelligitur, & de tali loquitur 32. quæst. vlt. cap. vl. & C. de iure dotium, si mulier a viro. 2 Sed nunquid dicemus omne iura-

† sacramēto.

1 Stipulatio dotalis cōditionē habet, si nuptiæ fuerint secutæ, vñ si si sequātur, deficit stipulatio. Io. And.

2 Si mulier stipulat sibi dotem a viro reddi, vt de ipsa testet, ñ cōditionalis sed causatiua est hęc expsſio. Io. And.

† Vide l. penul. ff. de cō[illegible]di. ob tu[illegible]p. cau. & l. generaliter. & l. si plagij, per Barto. ff. de uerb. obli.

3 Licet sic sētiant Docto. uidetur iñ ꝙ compensatio possit admitti de cōsensu deponentis, cū in suū fauorē ho[illegible] sit id[illegible]ct[illegible] arg. ĵ. de reg. talium[illegible]as. cum fu[illegible]s concor. Io. And.

prius eueniret, nūquid vir teneretur [a] eam ducere in vxorem? profectò ductā nō posset dimittere. Sed nunquid non ductam admittere teneretur? [b] quamuis [c] interdum contractum non dirimat, quod impedit [d] contrahendum.

¶ Si vir iurauit non accusare vxorem, temerariū est iuramentum, sed si specialiter de adulterio hoc iurauit, denunciare poterit, sed accusare non debet.

¶ Illud [e] autem iuramentum est procul dubio temerarium, si vir iuret vxori, quod eam super nullo crimine [f] accusabit: quia si mulier fieret infidelis,† & nollet cohabitare viro absque contumelia creatoris, vel vt illum pertraheret ad infidelitatis errorem: tunc incunctanter deberet illam impetere apud iudicē suū, aut eam nisi penitus resipisceret, omnino dimittere, [g] secundum canonicas sanctiones.

¶ Quod si expresse iurasset, quod eam super adulterio non impeteret, esset ne seruandum huiusmodi iuramentum? Cum scriptura testetur, quod patronus [h] est turpitudinis, qui celat crimen vxoris, & secundum regulam Euangelij [2], si primo, & secundo correpta resipiscere nollet, dicendum esset Ecclesiæ, vt tanquam ethnica [i] & publicana deinde vitaretur, ne per hoc libera præberetur ei peccandi facultas propter impunitatem peccati.

¶ Sed nunquid vir non potest dimittere vxori peccanti non solum septies, sed etiam vsque septuagies septies, secundum Euangelicam veritatem?

¶ Tutius ergo in hoc [k] casu videtur vt propter iurisiurandi religionē, vir accusare desistat [l] vxorem ad diuortium celebrandam, quamquam denunciare [m] eam possit ad pœnitentiam peragendam.

Leuit. 18. — Matth. 18. — Matth. 18. Luc. 17.

† Vide Magist. senten. & ibi Do. li. 4. di. 39. ubi plenissime d̄ cultus disparitate.

2 Vide in c. statim alle. super ult. gl. Io. And.

1 Hæc gloss. non habetur ī uetustis codicibus.

a ¶ Teneretur.] quasi dicat non, quod uerum est in spōsa de futuro, infra de coniug. leprosorum, ca. ult. sponsam uero de præsenti ducere tenetur, quia non reperitur casus nisi unus in quo possit eam dimittere. infra de conuer. coniug. ex publico.

b ¶ Teneretur.] quasi dicat, non tenetur eā admittere.

c ¶ Quamuis.] istud, quamuis, non est aduersatiuum, sed causatiuum, & ponitur, quamuis, pro quia.

d ¶ Impedit.] vt uotum simplex, 27. di. si uir. sic 15. q. 1. §. ul. ubi dicitur: non omnia, quæ impediunt ordinandum, deijciunt ordinatum.

e ¶ Bona fides.] illud generaliter verū eſt q̄d ſecundā canones bona fides præſcribentis neceſſāria eſt, ſiue de re ſpirituali, ſiue ciuili, inf. eo. quoniam, & ſup. eo. vigilanti, & 34. q. 2. ſi virgo, & bona fides intelligitur, cum aliquis credit tradētem eſſe dñm, vel habere ius diſtrahendi, licet erret in facto, 3 ff. de ver. ſig. bonæ fidei, & hæc bona fides ſemper præſumitur, 4 niſi probetur cōtrarium, cum lex dicat, præſumi ignorantiam, niſi ꝓbetur ſcientia, ff. de proba. l. verius. Qñq; tñ præſumitur ꝯ̄rium propter denunciationis vigorē, C. de rei vend. l. ſi fundum, vel quia mercatur aliquid contra leges, C. de agri. & cen. l. quemadmodum, lib. 11. vel ſi emit a procuratore meo, per colluſionē, vel quia emit a prodigo, vel luxurioſo, cui boris interdictum eſt, cum ſciret protinus illum conſumpturū pecuniam. ff. pro emp. l. qui fundum, §. qui ſciens, & l. ſi quis. Qñque tñ quis habet conſcientiam rei alienæ, & tñ vſucapit, vt ſi decretum iudicis interuenit. ff. de noxa. actione, & generaliter, & 16. q. 3 placuit, & c. quicunq; & ſup. eo. c. 1. illud tamē ſcias, ꝙ non obſtat accipienti mala fides tradentis, ff. de diuer. & temp. præſcr. an vitium. Argu. contra, C. de præſcrip. long. tempo. authen. malæ fidei. Sed illud intelligitur de præſcriptionib. 10. vel 20. ann. vbi bona fides ... parte exigitur, ſed in 30. vel 40. ann. præſcriptione ſecundū leges non nocet, 16. q. 3. c. placuit, §. poteſt, & §. ꝙ ſi mala fide, C. de præſcript. 30. anno. ſi q̄s emptionis, ſup. eod. vigilanti. Item dicitur bona fides, licet quis erret in iure, arg. inf. de iu. patro. cura. ſed illud intelligitur aliter, vt ibi dicitur, & ff. de peti. hære. ſed & ſi §. ſcire. licet ſecus ſit in vſucapione, ff. de vſucapio. nū quam. 2 Item etſi habeat conſcientiam dubiam. bona fides dr̄, 5 ff. de vſu. l. qui ſcit, §. bonæ fidei.

Gl. ſeq. alle. vnam concor. & vnum arg. objicit per quatuor capitula, & per rationem ſoluit primo rationem, demum ponit opi. Io. quam probat. ſoluēs poſtea principalē obiectionem.]

f ¶ Iuſtus titulus.] ex hoc vr̄, ꝙ bona fides non ſufficiat ſine iuſto titulo, ſic ī. de deci. c. dudū. quia ex ſolo curſu tp̄is i⁹ nō conſtituit̄, ſicut nec tollit̄, ff. de act. & ob. l. obligationū, §. placet, ſed contra vr̄, ꝙ bona fides tantum ſufficiat in huiuſmodi præſcriptionibus, inf. eo. quoniam omne, & ſup. eo. vigilanti, & c. de quarta, & ſ. de cau. poſſ. cū eccleſia. in quibus tm̄ ſufficere vr̄ bona fides, cum de titulo ibi nulla fiat mētio. imò videt̄ quod iſta contraria ſint: ſi enim aliquis habet iuſtum titulum, puta priuilegium, ſiue cōfeſſionē iam ſecurus eſt, vnde poſtea non eſt ei neceſſaria præſcriptio, vel ſi iam præſcripſit: non eſt neceſſe imperrare priuilegiū, imò impetrando vnum alij renunciare videtur. inf. eod. veniens, & quod ſemel meum eſt, ex alia cauſa meum fieri non poteſt, ſup. de fi. inſtru. inter dilectos, & Inſti. de actio. §. ſic itaque, & ff. de acq. poſſ. l. poſſideri, §. ex pluribus. 6 Ad hoc poteſt dici, ꝙ titulus pro tanto dicitur iuſtus quia dat cauſam præſcribendi, licet in veritate non ſit iuſtus, quia tunc nulla eſt præſcriptio neceſſaria, ff. de vſucapio. l. ſequitur, §. ſi ex lana. Vnde minus iuſtus titulus dat cauſam præſcribendi, ſi ad ſit bona fides, vt ille credat talē titulum ſufficere, & credat tradētem eſſe dñm, & ſic poteſt intelligi quod dr̄ ſup. eo. de quarta, & ſup. de conſu. cum dilectus, & inf. de empt. & ven. per. ... ꝓ emp. quod vulgo: & ff. pro legato l. 4. & vlt. Sed cum in caſu iſto non oſtenderet aliquem titulum, & ſciret rem ad alium pertinere, vt patet per cōfeſſionem illius, non poterat præſcribere; ideo dicit, ꝙ bona fides, & iuſtus titulus requirunt in præſcriptione rei eccleſiaſticę, Io. dixit. ꝙ circa incorporalia nō eſt neceſſe allegare titulum, vt notatur ſecundū eū ſupra de cauſa poſſ. cum eccleſia. Sed hoc exemplum contradicit ei. Vt ergo ſcias, quando ſit neceſſarius iuſtus titulus, & quādo ſufficiat bona fides, inſpiciendum eſt, an iura illa, ſuper quibus allegatur præſcriptio iure cōmuni valeant ab ipſo poſſideri nec ne. Si enim iure cōmuni poſſunt poſſideri, ſufficit bona fides ad præſcribendum. Et ſic intelliguntur quaſi omnia iura iſtius tituli, & 16. quæſt. 3. & 4. per totum. eo ſaluo, quod dictum eſt

† al. ita, ꝙ ꝑ Sede Apoſtolica ceterum oēs manuſcripti hn̄t vt ē impreſſū.

1 Vſu retineo ſeruitutē vtendo ꝑ me, vel illū q̄ meo noīe ſit in poſſeſſione. Ioan. And.

2 Cōcor. tex. in l. ſequit̄, §. ſi viam. & ibi Bar. ff. de vſuc.

3 Dyn. in reg. poſſ. de re. iur. lib. 6. cir. ſi. tractat, an errans in facto in iure, uel in utroq; dicat̄ bonæ fidei. Ioan. Andr.

4 Vide quod not. 16. q. 5. dilectio. in glo. fin. ubi not. Io. ſuper bona fide, & ti. ſtari iuro. Ioan. Andr.

5 Dicit Hoſ. illud verum ſm ll. ſecus ſm cano. ī. c. penu. & vlti. ſm quos ſequēdum eſt, quod eſt vtilius aīæ. ī. ꝺ ſpō. iuuenis. Ioan. And.

† Exigatur.

6 Vide de cau. poſ. c. fi. ſuper glo. 2. Ioan. Andr.

est de limite.sup.eo.quia. Si vero iure communi possideri non possunt ab eo qui obijcit præscriptionē quantumcunque habeat bonam fidem, non præscribit, quia præscriptio ius creatum auocat, nouum autem ius non [illegible] 100.dist.contra morem.93.distin.illud. Sic ius decimarum non 1 cadit in laicum: & ideo nulla valet ibi præscriptio, 16.q.1.c.vl.& q.3.c.placuit,§.potest.ver.quod si priuatus.& q.7.c.1.& j. eadem,causam. quæ. vbi non prodest titulus,& [illegible] sic ius eligendi non cadit in laicum, sup.de elect. sacrosancta, & c.Massana,& j. de iu. patr.a nobis,& sic intellige,infra de deci. dudum quia & illi hospitalarij de iure cōi decimas possidere non possunt: vnde compelluntur titulū ostendere ex quo habuissent causam præscribēdi: & sic in monasterio, si monachi nollēt subesse episcopo, quia allegarent præscriptionem, cum de iure cōmuni subiectionē euitare nō possūt, & generaliter obtinet hoc in his,& alijs omnibus, quæ iure communi possideri non possunt, ab his qui ea detinent & hoc patet ex eo, quod talia impetrantur per priuilegium ergo de iure communi non possidentur, 100. distinctione, contra morem. Sic episcopus ī parochia alterius episcopi nō potest decimas, & ecclesias possidere de iure communi: vnde si allegaret præscriptionē ī decimis, & ecclesijs in diœcesi alterius, allegare debet titulum, & hāc 4 bare, & hoc probatur in quadam decre. noua Greg. quæ inci. venerabilium, a & causa de hoc fuit inter archiepiscopum Rotma.& episcopum Exonien. & idem est de alijs parochijs inferioribus, vt vna ecclesia in parochia alterius non præscribat sine titulo, & sic intelligitur sup.e. ad aures nisi illa ecclesia quæ præscribit, habeat titulum, sed videtur, quod olim sufficiebat bona fides, 3 sup.eo.ad aures.Bern.

1 Cur ius decimarum nō cadat in laicos, tradit B. Tho. 2. 2. q. 87. art. 3. & So. lib. 9. de iust. & iur. q. 4. tit. 3.

† Cap. 8. eo. tit. in 3. cōp. Et videto hic pręalijs Guido. Papæ.

† Salamazanæ.

† Ab vtraq; s. parte ap. probatū. s. de arbi. c. ex parte.

† Hæc duo verba prędecessores nři, desunt in oib9 manuscriptis.

2 Modo incipit: epm & hř in c. j. eo. ti. de pscrip. lib. 6.

3 Dic vt j. e. c. 1. li. 6. & vide quod ibi no. mag. gl. p quæ decido prolixe. not. hic per Inn. & Ho. Ioan. And.

¶ Idem episcopo Lucano.

¶ Abbas in capellis præscribere potest iura episcopalia, obtinet tamen in his solis, quæ præscripsit. h. d. quo ad titulum.

CAP. XVIII.

Cvm † olim frater episcope, cum abbate, & monachi Sancti Saluatoris de Ficheto, super plebe Salamazanæ, † & adiacentibus capellis ipsius in nostra præsentia litigando, institutionem in eis, & alia ad ius episcopale pertinentia vendicares: ad ad fundandam intentionē tuam ius commune principaliter allegabas, cuius auctoritate dicebas, vniuersa spiritualia in prædictis locis, quæ sunt in diœcesi tua [a] constituta, ad te tanquam ad diœcesanum episcopum pertinere: arbitrium † præterea super hoc promulgatum a Pistorien. episcopo, archipresbytero, ac primicerio Lucanis allegans.

¶ Ad elidendam autem intentionem tuam, abbas Gregorij Septimi Papæ (prædecessoris nostri) priuilegium exhibuit, quod prædictum arbitrium multo videbatur tempore præcessisse: per quod tam monasterium quam plebs, & capellæ prædictæ, videbantur libertati donatæ: & infra. Aliorum quoque Romanorum Pontificum dictus abbas priuilegijs vtebatur, post arbitrium promulgatum obtentis, qui libertatis priuilegium sibi concedere videbantur: & infra.

¶ Quia prædictus abbas sufficienter ostendit, monasterium suum super institutionibus, destitutionibus, & ordinationibus plebani, & clericorum baptismo, pœnitentia in leuioribus culpis, sepultura, decimarum perceptione, ac diuinis officijs celebrandis, tam in plebe quam in capellis prædictis, in excommunicando, atque interdicendo, & etiam absoluendo, legitima præscriptione munitum, [b] abbatem ipsum ab impetitione tua, super iam dictis articulis, duximus absoluendum, super illis tibi perpetuum silentium imponendo, super alijs omnibus quæ ad ius episcopale spectare noscuntur, iuxta tenorem [c] arbitrij, eundem abba-

ctam plebem, petens in eis institutionem, & alia ad ius episcopale pertinentia: Ad probandum intentionem suam primo allegabat ius commune, cuius auctoritate dicebat omnia spiritualia in prædictis locis in eius diœcesi constituta [illegible] allegabat quoddam arbitrium ab episcopo, [illegible] & primicerio [illegible] super hoc promulgatū: Ex parte abbatis exhibitum fuit quoddam priuilegium Gregor. vij. quod videbatur [illegible] dictum arbitrium [illegible] per quod monasterium plebes, & capellæ videbātur libertati donatæ: & alia priuilegia Romanorū Pōtificum post dictum arbitriū obtenta, qui libertatem sibi concedere videbantur [illegible] per testes [illegible] dum præscriptionē. dñs Papa examinato negotio, quia constitit quod abbas sufficienter ostendit monasterium suū super institutionib. & quibusdam alijs articulis, tam in plebe, quam in capellis legitima præscriptione munitum, absoluit abbatem ab impetitione episcopi super iā dictis articulis, & super alijs omnib. quæ ad ius episcopale pertinere noscuntur secundum tenorem arbitrij, eundem abbatem quo ad plebē, & capellas condemnauit. Not quod ius episcopale in multis articulis consistit: & licet præscribatur in vno, non tamen in alio. Item per partem nō retinetur totum. Item per arbitriū re[illegible] Item [illegible] præscriptor.

• Priuilegiū.

Cvm olim.] Diuiditur in tres partes. In prima ponit petitionem actoris, & ipsius iura. In secūda ponit iura ipsius abbatis: ibi, Ad elidendam. In tertia diffinit ibi, Quia prædictus. Abb. Sicu.

CASVS. Eps Lucañ. in præsentia dñi Papæ litigabat cū abbate, & monachis Sancti Saluatoris de Ficheto, super plebe Salamazanæ, & capellis pertinentibus ad di-

a ¶ In diœcesi tua.] 16.q.7. omnes basilicæ, & 18. q.2. monasteria, & sup.eo.cum non liceat.

b ¶ Præscriptione munitum.] & ita patet quod nisi Abbas præscripsisset prædicta, præiudicatum fuisset ei per arbitrium circa priuilegia, & sic abbas potest præscribere iura episcopalia contra episcopum, vt sup. eod. audi tis. vbi de hoc. & sic abbas, quæ amisit per arbitrium re[illegible] in præscriptione. & intellige quod abbas ignorabat arbitrium, alias non præscriberet, cum haberet malam fidem, inf.c.prox. sed obedientiam non posset abbas præscribere in sua persona, sed illius cuius nomine allegaret præscriptionem, sup.eo.cum ex officij.

c ¶ Tenorem.] & ita sententia pro abbate in his tantum, in quibus præscripsit, in alijs statur arbitrio, & fertur sententia pro episcopo, nec immerito, quia per arbitrium

arbitrium recessum fuit a priuilegio Grego. 1 ad minus in his, quæ faciunt pro Abbate, sed libertati nō potuit abbas renunciare per arbitrium sine licentia Papæ, sup. de arbi. cum tempore, alia vero non valuerunt tanquam per mendacium impetrata post arbitrium, j. de dec. ex multiplici. T.

intelligit, φ arbitriū non tangit capitula illa, super quib. fert sententia pro Abbate, & in quibus p̄scripsit ꝯ Epm, alias non potuisset præscribere prædicta: quia præsumeretur habuisse malam fidē p̄p arbitriū, quia habens malam fidem nō præscribit, j. eo. cap. vlt. & hoc probatur per litterā sequētem, vbi dicit: iuxta tenorem arbitrij, &c. Bernar. 2

ADDITIO. Dicas φ habebat abbas priuilegium post arbitrium impetratū loco tituli: quia ignorabat arbitrium: alias non præscripsisset, s. ca. proxi. & quamuis non valerent priuilegia, non erant irrita ipso iure, sed per sententiam, quamuis nō facerent mentionem de arbitrio. sup. de rescrip. sup. litteris.

tem, quo ad plebem & capellas prædictas, sententialiter condemnantes.

Idem.

¶ *Qui præscriptione cōpleta priuilegium contrariū impetrat, & vtitur illo, præscriptioni renunciat. Si præscriptio non erat cōpleta: malam fidem habet, & ideo non præscribit.*

CAP. XIX.

Veniens † ad præsentiam nostram Abbas Sancti Martini de Pannoma: & infra.

¶ Petijt a nobis postmodū idem Abbas, vt Vesprimeñ. Episcopus non impediat,[a] vel faciat impediri, quo minus omnes, qui in Simagieñ. parochia vel comitatu consistunt, de omnibus, quæ possident, decimas sibi soluant, sicut in priuilegijs Paschalis Papę prędecessoris nostri, & sancti Regis [b] Stephani cōtinetur. Præfatus vero Episcopus postulauit,[c] vt decimas Simagiē. comitatus infra suæ diœcesis terminos constitutas, quas detinet idem Abbas, sibi restitui faceremus, nisi aliquo iure spāli [d] se ipsas possidere monstraret: & infra.[e]

Veniens. Diuiditur primo ponitur conuentio abbatis. Secundo reconuentio Episcopi: ibi. Præfatus vero. Tertio diffinitio: ibi, Chrisma, in quo duo soluit obstacula. Primum: ibi, Non obstante. Secundum: ibi. Nec obstare. Abbas.

CASVS. Inter Abbatem Sancti Martini de Pannoma ex vna parte, & Episcopum Vesprimeñ. ex altera, controuersia vertebatur super quibusdam decimis, & super quibusdam iuribus spiritualibus clericorum, & Ecclesiarum ipsius monasterij. Abbas in præsentia Papæ petijt, vt Episcopus prædictus non impediat, vel faciat impediri, quo minus omnes, qui consistunt in Simagieñ. parochia, vel comitatu, decimas sibi soluant de omnibus, quæ ibi habent. Petijt insuper, vt clerici Ecclesiarum monasterij, libere percipere possint chrisma, oleum, consecrationes Altarium, & Ecclesiarum & ordines a quo maluerint Episcopo: Ad hæc probanda induxit priuilegium Paschalis, & Sancti Stephani Regis, & priuilegia Alexand. & Clementis. Allegauit insuper præscriptionem in prædictis sacramentis percipiendis. Ex aduerso petit Episcopus, vt decimas Simagieñ. comitatus constitutas in diœc. sua, quas detinet idem Abbas, sibi restitui faceret, nisi aliquo speciali iure se defendere posset, & quod clerici capellarum monasterij sacramenta reciperent ab eo: Papa auditis, & intellectis meritis causæ decreuit, quod clerici Ecclesiarum ipsius monasterij, quod est in ipsius diœcesi constitutum, reciperent prædicta sacramenta ab Episcopo Vesprimeñ. si catholicus fuerit, & ea gratis voluerint exhibere: alioquin a quo maluerit Episcopo catholico, recipiendi prædicta liberam habeant facultatem: sicut in priuilegijs Paschalis, & Alexandri continebatur, non obstāte priuilegio Clementis per quod priuilegijs prædecessorum suorum non extitit derogatum, cum de ipsis nullam fecerit mentionem, cum ibi contineatur, saluis constitutionibus Ecclesiæ Romanæ, & legatorum ipsius. Præterea præscriptio, quam Abbas opponebat in eius subsidium, obstare non potest: quia si præscriptio consummata erat quando ab Alexan. priuilegium impetrauit, iuri præscriptionis renunciasse videtur, cum Abbas priuilegio Alexand. sit vsus coram Papa in hac causa: quod tamen, contradicebat intentioni Abbatis quantum ad hunc articulum. Si vero nondum erat consummata præscriptio, sed erat in præscribendo, quando priuilegiū obtinuit post impetratum priuilegium bonam fidem non habuit: & ideo non præscribit. Not. quod eo ipso quo clerici, & Ecclesiæ sunt in diœcesi Episcopi, omnia sacramēta tenentur recipere ab eodem, nisi contrarium ostendatur. Item gratis sacramenta sunt conferēda. Item ab eo episcopo, qui catholicus non est, non debent recipi sacramēta prædicta. Item secundū priuilegium non derogat primo, nisi de ipso faciat mētionē sicut in rescriptis. Item præscriptio, & priuilegium sunt cōtraria. Item ex diuersis causis titulus siue dominium haberi non potest, vt hic patet, quia quod meum est, ex alia causa meum fieri non potest. Qui habet priuilegium, præscriptio quoad hoc nihil addit. Item qui non habet bonam fidem non præscribit.

a ¶ Impediat.] Intentabat Abbas vti possidetis. Bernardus.

[Gl. seq. arg. sed tenet contrarium.]

b ¶ Regis.] arg. quod reges possunt dare priuilegium decimarum, & de rebus spiritualibus. 96. dist. Constantinus Imperator. 3 Sed contrarium verum est, j. de deci. tua nos, & c. dudum.

c ¶ Postulauit.] super libellis istis non formatur sententia: sed super secunda parte libelli ipsius Abbatis, in qua petijt, vt clerici Ecclesiarum monasterij libere possint recipere sacramenta, quæ enumerantur in ver. chrisma &c. & ibi incipit formare sententiam, super alijs libellis nihil dicit in hac decre. quia non pertinēt ad hunc titulum. Ber.

d ¶ Speciali.] sic argumentatur 100. distinct. contra morem, sed hic Abbas ostendebat libertatis priuilegium.

e ¶ Et infra.] hæc 4 non est nisi pars sententiæ. super isto, j. defalcata fuit pars sententiæ, s. super decimis petitis, vel sic: & infra, supple etiam φ Episcopus petebat, φ Abbas & clerici reciperent ab eo, sicut a diœcesano Ecclesiastica sacramenta, sed ad elidendam intentionem suam Abbas ostendit priuilegium Paschalis Papæ, & Alexan. Papæ, in quibus continebatur quod Abbas reciperet ecclesiastica sacramenta ab Episcopo si esset catholicus, vel gratiam sedis Apostolicæ haberet, & ipse ea sine prauitate vellet conferre. Item ostendit aliud priuilegium Clementis Papæ in quo indistincte fiebat monasterio [illegible], vt a quocunque possent ecclesiastica recipere sacramenta: quod non valuit, quia de prædictis priuilegijs Paschalis, & Alexan non faciebat aliquam mentionem: insuper præscriptionem legitimam allegauit, vnde Papa pronunciat, vt sequitur. Sed quid de decimis petitis: quia in sententia de ipsis mentio non est facta: sed quomodo de ipsis pronunciauit.

1 Inf. de pac. c. 1. lib. 6. Io. And.

2 Concor. l. Celsus, & ibi Bar. ff. de vsu. & glos. Inst. eo. §. nouissime.

† Cap. 2. tit. de priuilegijs, in 4. cōpi. vnde clariorem habebis notitiam huius text.

3 Dic, φ iste Rex sanctus erat, & Apostolicæ sedis legatus, sm Inn. vel sm Host. Rex donauit tēporalia, Paschalis spālia. s. eo. auditis. Io. And.

4 Hæc gl. nō in vetustis exemplarib.

uit,non habemus, sed si Abbas probauit de iure suo super ipsis obtinuit,alias succubuit:quia actore non probante reus absoluitur.sup.de iureiuran.c.vlt.

a ¶ Chrisma.]hic incipit sententia.

b ¶ Gratiam sedis Apostolicæ habuerit.]id est,[1] quod non sit excommunicatus suspensus, aut interdictus, c. quod sedem, sup.de offic. ordi.

c ¶ Paschalis.]idem vt de iure communi quod ab alio posset petere: ergo illa clausula non esset apposita;[2] quia propter malitiã siue desidiã iudicis delegati deuoluitur potestas ad eum, qui in causa illa iudex nõ est, sup. de off.ord. significauit,& sup.de foro cõpe.ex transmissa, & c.ex tenore, & 65.distin.si forte.

d ¶ Clementis.]dato super pdictis articulis, vt illa sacra reciperet a quo vellent, quod non valuit.

[Glo.seq.not. & remittit.ponit opin.criam, & respondet.]

e ¶ Nullam.] sic patet expresse, ꝙ secundũ priuilegiũ debet facere mentionẽ de primo ad hoc, vt renocet illud;de hoc dictum est plene, sup. de præscrip c.1.Quidã tñ dicunt aliud esse in priuilegio, q̃ in rescripto,cum priuilegium sit lex priuata 3.di.priuilegia, & vna lex nõ debet de alia facere mentionẽ sed illud obtinet in legibus cõibus, quas princeps habet i[n] scrinio pectoris sui,C.de testam.omnium, secus in legibus priuatis:quarum non habet memoriam,sup.de off.deleg.ex parte,sicut,nec habet memoriam rescriptorum.

f ¶ Opponebat.]super præmissis sacramentis recipiendis ab alio Episcopo.

g ¶ Renunciasse.]no.ꝙ priuilegium,& præscriptio cõtraria sunt ex quo simul haberi non possunt, vt dixi, sup.eo.si diligenti.& c.auditis,quia ingressus vnius alterius operatur egressum,simile,32.q.1.cum renunciatur . & 100.dist.contra morem . ff.de separ.l.1. §.illud sciendum,ff.de minor.in causæ 2. in princ.& ff.ad munic.l.1.ff.de leg.1.si quando, C.de thesau.l.vni,lib.10. sicut econuerso vtendo iure communi renunciatur priuilegio,sup.de constitu.cum accessissent, & ĩ.de præb. pro illorum.& ĩ. de priuileg.si de terra,& c.accedentibus,& C.de iure do.impetrando , l.2.& ff.rem ra.hab. l.3. §.falsus procurator . Sed vr , quod iure communi , & priuilegio possit quis simul vti, sup.de consue. cum dilectus, nec renunciat quis iuri militari,licet vtatur iure cõ. ff.de mili.testa.l.3.& 23.dist. quamquã,in prin. l.1.& ff.de priui.cre.l.antep.sicut iuri cõi,& consuetudini aliquis innititur.95 dist.olim,& ĩ.de offi.sopitæ,

[1] Neq; hęc glossula apparet in vetustis exemplaribus.

[2] Contra vr dicendũ per c. Romana , de supplen. negli. præl. lib.6.

[3] Vbi de hoc dic, vt plene no. de reg. iu.nullos,li. 6.ꝙ hic tenore priuilegij,& pscriptionis erãt crij:& ibi videre poteris quasdã opi. quas hic recitant Pet. & Ab. & vide , ꝙ dicam de priuil. cum personę lib. 6.sup glo.& sic . Io.And.

¶ Chrisma[a] vero,oleum sanctum,cõsecrationes altarium,seu basilicarum,ordinationes clericorum , q. ad sacros ordines promouendi fuerint , clerici Ecclesiarum,vel capellarum ipsius monastetij,qđ est in Vesprimen. diœcesi constitutum,a Vesprimẽ. Episcopo postulabunt,si quidem catholicus fuerit, & gratiam [b] sedis Apostolicæ habuerit, & ea gratis sine prauitate aliqua voluerit exhibere : alioquin ab alio , quem maluerint præsule catholico , suscipiendi ea liberam habeãt facultatem, sicut in priuilegijs dicti Paschalis [c], & Alexandri Papæ prædecessorum nostrorum perspeximus contineri . Non obstante priulegio Clementis [d] Papæ, per quod priuilegijs suorum prędecessorum non extitit derogatum , cum de ipsis nullam [e] fecerit mentionem: pręsertim cum & ipse Clemens priuilegium illud concesserit, saluis institutionibus non solum Romanæ Ecclesiæ, sed ipsius 10 etiam legatorum .

¶ Nec obstare poterat præscriptio, quam idẽ Abbas in suum subsidium opponebat : [f] quia si cõsummata erat,quando ab Alexandro Papa priuilegium 20 impetrauit , iuri præscriptionis renunciasse [g] videtur:† pręsertim cum coram nobis priuilegio illo sit vsus,quod suę intentioni,[h] quantum ad hunc articulum, contradicit .[i] Si vero nondum consumma- 30 ta erat pscriptio , sed erat in præscribendo: post impetratum huiusmodi priuilegium,bonã fidem non habuit; & ideo secundum canones non præscripsit.

40 ¶ Idem † in Concilio generali.

¶ Nec in foro canonico, nec in ciuili ualet præscriptio cum mala fide.

CAP. XX.

50 QVoniam †omne quod

Potest dici,ꝙ hic recessum fuit a iure communi , s.præscriptione : quia impetrauit abbas priuilegium donationis.& ex diuersis causis non potest hre dominium , sup.de fid.instrum.inter dilectos,& ff.de acqui.posses. l.3.§.ex pluribus. Sed si ipse impetrasset priuilegium confirmationis,illud nõ obstaret:quia confirmaret ius , quo vtebatur, scilicet præscriptione.

[Gl.seq. primo declarat in quo erat cõrietas, & qualiter dicatur præsertim. Secundo quit , arguit , & soluit.

h ¶ Intentioni.] dicebat abbas,quod licebat clericis ecclesiarũ suarũ recipere sacra ab Episcopo , a quo vellent iure præscriptionis, & priuilegiũ Alexandri dicebat, quod primo a diœcesano suo postulare tenebatur,& ita priuilegium istud q̃tum ad hunc articulum contradicit, & ita impetrando contrarium priuilegiũ renunciauit præscriptioni,& præcipue , quia vsus est in iudicio priuilegio Alex. Et idem esset si priuilegio non fuisset vsus: quia eo ipso, quod impetrauit priuilegium, renunciabat præscriptioni,& ita habebat malam fidem, & ideo nõ poterat pscribere post impetratum priuilegium , si nondũ erat cõpleta præscriptio, vt littera dicit . Sed si nullum priuilegium allegasset , sed solam præscriptionem , nunquid alter Episcopus posset præscribere collationem istorum sacramentorum ? Ex hac littera videtur,quod sic.Contra videtur,sup.eo.si diligenti,quia in talibus,quæ sunt cõtra ius commune, titulus necessarius videtur , vt ibi dicitur,& ĩ.de deci.dudum, & c. venerabilium. [2]

i ¶ Contradicit.]simile ĩ.de conces.præb.ex tenore,& 60 sup.de fide instrum.imputari.

QVoniam omne.]possessor malæ fidei nullo tempore, præscribit.ita communiter summatur , sed per hoc summarium nihil induceret de nouo iste text. cum esset prouisum,sup.eo vigilanti.Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit constitutionis causam . In secunda constitutionem , ibi synodus . In tertia infert ex causa ibi,Cum generaliter. In quarta concludit,ibi, Vnde Abbas.

CASVS. Quicunque facit cõ conscientiam,ædificat ad gehennam,& ideo statuit concilium,quod nulla valeat præscriptio absque bona fide, tam canonica quam ciuilis:quia omni constitutioni, & consuetudini derogandum est , quæ sine mortali peccato seruari non potest,& ideo oportet, vt qui rem alterius præscribit , in nulla

† Vide l.vni. C.de thesau. lib.10.

† Innocentius III. in Concilio generali Lateranẽ. c.41.

† Cap.3.eo. tit.in 4.cõp. Vide Mathesilanũ sing. 23. inci. no. ꝙ oẽs leges, & Antoniũ Gabrielium lib. 4. com. Conclus.tit. de præscript. conclus.3.

[2] Hodie hr c.1. de præscr.lib.6.

nulla parte præſcriptionis habeat malam fidem. No. ꝙ qui facit contra conſcientiam, peccat mortaliter. Item præſcriptio ſine bona fide non valet. Item per hãc conſtitutionem derogatur omni conſtitutioni iuris ciuilis & canonici, quæ ſine mortali peccato ſeruari non poteſt. Item in præſcriptione exigit bona fides continua.

non eſt ex fide, [a] peccatum eſt, Synodali iudicio diffinimus, vt nulla valeat abſque bona [b] fide præſcriptio, tam canonica, quam ciuilis: Cum generaliter ſit omni cõſtitutioni atq; conſuetudini derogandũ, quæ abſque mortali peccato non poteſt obſeruari. Vnde oportet, vt qui præſcribit, in nulla temporis [d] parte rei habeat conſcientiam alienæ.

a ¶ Ex fide.] id eſt ex conſcientia. ſic exponitur de pœn. d. 3. ad fin. §. illud: quaſi ad medium. & ſup. de reſt. ſpo. litteras, 28. q. 1. §. ex his.

[Gl. ſeq. ſignat contrariũ, & remittit, q̃rit, arg. pro & contra & ſoluit. Iterum quęrit, & remittit.]

b ¶ Bona fide.] ar. 5. J. de iu. pat. cura. Qñ qs dicatur habere bonã fidem, dictũ eſt, ſup. eo. ſi diligenti. in notula, illud generaliter, & quilibet præſumitur habere bonam fidem. Sed quid ſi aduerſarius etiam vellet probare ipſum nullo titulo poſſediſſe, ſed potius per violentiã: & ſic mala fide incœpit poſſidere? Videtur quod debeat audiri ex quo vult probare originem præſcriptionis vitioſam, C. de pign. authen. ne creditores. & C. de præſcrip. long. tempo. in authen. malæ fidei, C. de diſtract. pign. & qui ſub imagine, & 16. q. 3. ſi ſacerdotes, & c. ſeq. & c. licet. & cap. 1. in fi. 93. diſtin. illud, C de præſcrip. 30. annor. ſi quis emptionis, §. ſed hæc argum. contra, ſup. eod. ad aures. quia vt ibi dicitur, quadragenalis præſcriptio omnem tollit actionem. & C. de præſcrip. 30. annor. l. pen. & vlti. Ad hoc poteſt dici, quod bene debet audiri qui vult probare malam fidem ab initio habuiſſe. quia poſtea preſcribere non potuit. ſup. capit. prox. in fin. & cap. vigilanti, & cap. ſi diligenti. & hic. 1 Sed nunquid hic tenetur docere de titulo, cum hic tantum dicatur de fide? De hoc dictum eſt, ſup. eo. ſi diligenti. in notula, ex hoc videtur.

[Glo. ſeq. po. opi. Io. cui oppo. demum approbat illã, & dat ſimile. Fi. reci. per quæſt.]

c ¶ Quam ciuilis.] ex eo quod dicit, tam canonica, quã ciuilis, videtur quod Papa voluit præiudicare præſcriptioni laicorum, quæ præſcriptio locum habet vbi etiã habet malam 2 fidem in præſcriptione 30. vel 40. annorum, ſup. eo. vigilanti, & 16. q. 2. c. placuit. §. poteſt. & §. quod ſi mala. Dicebat Io. quod ratione peccati ſtatuit hoc Papa de præſcriptionibus laicorum: quia omnis cã ratione peccati ſaltem indirectè pertinet ad eccleſiam, ſup. de iud. nouit. & ſecundum hoc omnia ciuilia iura, quæ tractant de præſcriptione triginta vel 40. annor. in malæ fidei poſſeſſoribus non tenent hodie. Sed hoc nõ credo, quod per iſtam conſtitutionem Papa voluerit præiudicare legibus. Sed quo ad ius diuinum verũ eſt illud, quod ſine peccato mortali laicus malę fidei præſcribens talem rem retinere non poteſt, 14. q. 6. c. 1. Et littera iſta ſic intelligitur tam canonica, id eſt tam de re ſpirituali, quam ciuili. Et hoc vult dicere, ille qui præſcribit, bonam fidem habere debet, ſiue res, quam præſcribit ſpiritualis ſit, vel ciuilis ſecundum iura canonica, & ſic nihil ſtatuit contra leges. Vel dicas ſecundum ꝙ dixit Ioã. ꝙ lex aliud conſiderauit, quam canon; lex enim conſiderauit negligentiam non petentis rem ſuã, ſup. eo. vigilanti. ſed canon conſiderauit peccatum preſcribentis mala fide, quod non excuſat negligentiam non petentis rem ſuam, & ideo dicit hic, quod nulla valet præſcriptio ſiue canonica, vel ciuilis, quæ ſine peccato mortali conſeruari non poteſt, vnde potius ſtandum eſt canoni, quam legi in hoc caſu: quia p̃ſcribens non excuſatur a peccato per rõnem legis: & ideo canõ voluit propter periculum animarum in hoc leges corrigere, licet nõ ſeruetur in iudicio ſeculari, ſicut dr̃ de legibus permittentibus vſuras, quæ hodie non tenent, vt no. inf. de vſur. quia in omnibus. Et conſtitutio iſta tantum reſpicit futura, cum de præteritis nihil dicat, ſup. de conſti. ca. vlt. vbi de hoc Sed qd̃ dices vbi ecclã habet vtrãque iuriſdictionem: nunquid iudicabit ſuper laicos ſm canones de hmõi præſcriptione? Vr̃ ꝙ ſic auctoritate illi[9] conſtõnis, & qa nõ dẽt impugnare, ꝙ ſtatuit obſeruãdũ, & quod alias ꝓhibet infra de nat. ex lib. ven. c. vni. Et ꝙ exigitur ĩ alijs, multo fortius in ſe exigere debet. ff. de neg. geſt. ſi pupilli. §. fi. & ff. de admi. tu. quoties, §. item ſi temporali.

[Glo. ſeq. format quatuor quæſtio. quas ſoluit. & in vltimo remittit.]

d ¶ Nulla tẽporis.] .ſ. ipſius p̃ſcriptionis. ſi. n. poſt cõpletam præſcriptionem ſciat rem alienam, non dr̃ ideo mala fide poſſidere, de hoc dr̃, s̃. eo. vigilanti. Sed qd ſi tp̃e præſcriptionis habuerit conſcientiã lęſam: poſtea incipiat habere non lęſam, nunqd, propter hoc eſt interrupta præſcriptio? nõ vr̃, quia erronea fuit, vñ eã depõnere dẽt. inf. de ſim. p̃ tuas, & 11. q. 3. cui eſt illata. Itẽ qd ſi dubitat an res ſit ſua, & hẽt iuſtã cãm dubitatiõis, adhuc dr̃ bonæ fidei poſſeſſor, & vtitur fructibus, ff. de vſur. qui ſcit, §. bonæ fidei & in hoc caſu præſcribit, licet habeat conſcientiam dubiã, non tñ lęſam: quia neſcit adhuc, an res ſit aliena: dẽt inquirere ab alijs de re illa, vt ſic perueniat ad veritatem, argu. 37. diſt. §. vl. 23. q. vlt. occidit: Item quid ſi prælatus habeat lęſam conſcientiam alicuius rei, quam poſſidet: licet eccleſia habeat bonam fidem: nunquid tenetur dimittere illam? Rñdeo non, ſed ſignificabit illi, cuius eſt, vt petat: & ſic purgabit conſcientiam ſuam; nec in hoc videt̃ fraudem facere, ff. de nego. geſt. atqui natura, §. cum me abſente, 4 & ff. mand. quintus. Sed ſi ille veniat, & petat in iudicio, & prælatus confiteatur, nunquid præiudicat eccleſiæ, qui habet bonam fidem? Si enim prælatus conſtitutus a collegio ad defendendum confitetur tãquam ſyndicus in iudicio, bene præiudicabitur eccleſiæ; quia tunc ſuſtinet perſonam totius capituli: alias non credo, quod confeſſio prælati præiudicet eccleſiæ: niſi forte confiteretur de eo, quod ipſemet feciſſet, argu. 25. q. 2. poſtquam. De hac materia dixi ſup. de elect. dudum 2. tu dic, vt ibi.

1 Cõcor. tex. in l. 1. cũ ibi no. C. de p̃ſc. lon. temp.

2 De materia huius gl. vide plene p̃ Dñicũ Sot. li. 4. de iuſt. & iu. q. 5. ar. 4.

3 Quæ ſunt ab hoc loco vſq; in finẽ gloſ. deſiderãtur in aliquot antiqs, ſed ea hẽt codex Barbatię, & alij, & Bernardi eẽ credẽdũ eſt, vna cũ paucis verbis, q̃ conſulto deleta ſunt.

4 Facit ꝙ ibi not. & 34. q. 2. ſi virgo. caueat tñ p̃lat[9] ne aliquo caſu contra cõſcientiam faciat, uel fieri ꝓcuret, ſec. Inn. Io. An.

TITVLVS XXVII.

De ſententia & re iudicata.

Gregorius. †

¶ Sententia lata contra leges vel canones, non tenet, nec ab ea opus eſt appellare. Panorm.

† Lib. 2. Epiſt. 6. ca. 45. regiſtri. Bea. Gregorij.

DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

¶ Hæc Rub. duobus modis ſecundum. Ioã. And. poſt Goff. continuatur ad præcedentia. Primo ſic: Viſo quomodo res acquiruntur per præſcriptionem, videndum eſt quomodo aliter acquiruntur ciuiliter; ſcilicet per ſententias iudicum Vel ſecundo ſic: Expedito tractatu proceſſus iudiciorum, ad ſententias, quæ finem imponunt litibus, veniamus. Quia vero ſecundum Ioann. Andr. lata ſententia ſi non appellatur ab ipſa, ſumit nomen rei iudicatæ, ideo & de re iudicata ſummittit. dicit tamen, quod large poteſt dici res iudicata, licet poſſit appellari. A.

De hac materia habetur, 35. q. 11. & 5. q. 4. & 3. q. 9. per totum, & 11. q. 3. §. de his inquã, vſque ad §. hoc & ſi vt dictum eſt. & 30. q. vlt. §. his ita. vſque in fi.

Senten-

SEntentia.] Non valet sententia, quæ contra ius est lata expresso errore in sententia ita summat dom. Ant. quia Ioan. Andr. non summat propter breuitatem: hoc summarium est in se verum, sed non congruit literæ, in qua nulla fit mentio de expressio ne erroris in sententia. Abb.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cōp. Et de mīa, vide late per Bar. Ange. & Doctot. in l. cū plat. s. ff. de re iudi.

† Scilicet Greg. Io. epo Rau. lib 2. c. 28. eisdē registri. Et ca. 3. eo. ti. in 1. cōpi. Et vide no. in c. fi. de ele. l. b. 6.

† Scilicet Greg. lib. 2. cap. 47. epi. 8. registri, & c. 4. eo. ti. in 1. comp.

CASVS. Dr̄ in capitulo isto, q̄ sn̄ia lata cōtra leges, vel canones, nulla est ipso iure, licet non sit suspē sa per appellationē. No. quod sententia contra ius lata nulla est, licet non appelletur ab ea.

a ¶ Sentētia.] decre. ista loquit̄ de materia illa, 16. q. 1. frater noster. & ex illa littera pōt colligi casus huius decret.

[Gl. seq. ponit duo exempla, & dictum, cui signat contrariū, & soluit.]

b ¶ Cōtra leges.] quę dicunt, q̄ sn̄ia a non suo iudice lata, non tenet, C. si a nō compe. iu. l. 1. & 2. & vlt. & 2. q. 1. in primis. ver. de persona, 11. q. 1. c. pe. & sup. de iud. at si clerici. & 16. q. 1. frater noster: vt hic patet. Item sn̄ia lata cōtra leges, i. ius constitutionis, ita q̄ hoc in sententia exprimat, nulla est ipso iure, 1 & citra appellationem rescinditur, vt hic patet, & inf. eo. cū inter vos, in fi. & inf. c. inter ceteras, & 2. q. 6. ca. ei qui. §. diffinitiua, ver. iteum si sn̄ia contra ius scriptū, & ff. de app. si expressum. Item si calculi error in sententia fit expressus sn̄ia non tenet, ff. quæ sn̄. sine app. resc. l. 1. §. 1. & j. de sen. exc. per tuas. nec efficit aliqua per applonem, vt in l. prędicta. si expressum. Ar. j. q̄ efficiatur aliqua per appellationē, ff. rem ra. ha. l. 3. §. falsus, & ff. de iud. licet, 2 sed non est ita. ibi enim sn̄ia lata est in psona falsi procuratoris, vnde ab initio tenet sn̄ia quamdiu constet de falso procuratore, & si dn̄s recurrat ad cōe auxiliū appellationis, intelligitur approbare factū falsi procuratoris, & ideo per applonem efficitur aliqua quæ per exceptionē poterat irritari. secus vbi ab initio nulla est, vbi est defectus in iurisdictione, ibi per appellationem non firmatur, vt hic, & in concor. ibi positis. Sed in §. falsus. & in l. licet verum. nō fuit defectus in iurisdictione.

1 Concor. l. si curator. C. de in integr. resti. & l. cla rū, C. de au. præstan.

2 Et hoc tenuit ol m Tāc. per hæc iura, postea mutauit. Io. And.

CAP. I.

SEntentia †[a] cōtra leges[b] canones ve prolata, licet nō sit appellatione suspensa, non potest tamen subsistere ipso iure.

¶ Idem.

¶ Lites debent celeriter terminari.

CAP. II.

VRgantium controuersias, celeri[c] sententia terminare, & æquitati conuenit, & rigori.

¶ Idem. †

¶ Sacerdos sine iusta causa non est deponendus.

CAP. III.

NOn potest quemquā a sacerdotali gradu (nisi iustis ex causis) concors sacerdotum[d] sententia submouere.

VRgantium.] CASVS. Dicitur in capitulo isto, quod controuer. litigantium celeri debēt sn̄ia terminari. No. q̄ lites prorogari non debent.

[Glo. seq. alleg. 4. concor. signat vnum contra. & soluit, & determinat.]

c ¶ Celeri.] simile 2. q. 1. sicut, & C. de iudi. properandum. in prin. & sup. de do. & cōtu. finē & c. venerabilis. Ar. j 11. q. 3. cū apud 3 Illud intelligitur qn̄ sentētia lata est ad mortem, & ibi differtur executio ex causa, vt ibi dr̄, nec tn̄ cū nimia festinatione ferenda est sententia, antequā iudex possit esse instructus, sup. de in integr. rest. tū ex litteris, quia ipsum oportet cūcta rimari. 20. q. vlt. c. vlt. aliter enim ad veritatē puenire non posset. 23. q. vlt. occidit sed moratoria cunctatione causam examinabit, ff. de admi. & peric. tur. tutor, qui. §. 1.

3 Et C. de pę. vindicari sed ibi non tardat sn̄ia, sed executio. Ioan. Andr.

NOn potest.] Dicitur hic, q̄ sn̄ia epōrum non potest clericum deponere, nisi concors & iusta fuerit. Not. q̄ iudices in sententijs ferendis concordes esse debent.

[Glo. seq. quærit, ar. & soluit.]

d ¶ Sacerdotum.] [illegible] episcoporū trium in cā 4 diaconi, in cā presbyteri sex ad minus, 15. q. 7. si autem, & [illegible] debent omnes con cordare [illegible] sup. de translat. inter corporalia. sed [illegible] cit, q̄ maior pars con [illegible] & satis dicetur tunc [illegible] ff. ad mū. qd̄ maior. 65. dist. cap. 1. 2. & 3. Sed in causa episcopi non tenet sententia nisi omnes cō[illegible]uerint iudices, quib. cā per Papam cōmittit, 6. q. 4. si quis episcopus criminaliter, & c. 1. & est speciale in cā episcopi. aliud speciale vbi nō tenet sn̄ia plurium no. sup. de rescrip. pastoralis. in prin.

† Leo prim° [illegible] in ordinatio nib. & c. 6. e. tit. in 1. cōpi.

4 Vide Coc. [illegible]

Leo Papa. †

¶ Iuste quis petit sententiā a Papa cōfirmari, si iuste, & rōnabiliter fuit lata.

CAP. IV.

EA, quę iuxta ecclesiasticum morem[e] iuste & rōnabiliter fuerint diffinita, nostra quoque sententia roborentur.[f]

Alex. III. Eboraceñ. Archiepiscopo.

¶ Iudex deputatus super executione sententiæ, admittit exceptionē fraudis, seu nullitatis sententiæ non ad effectum, vt super ea pronunciet, sed vt negotiū ad superiorem, qui iudicauit, transmittat, si illam probabilem repererit, hoc dicit notabiliter.

CAP. V.

DE † cetero noueris quòd si sententiam a nobis latam præcipimus

† Post Cōci. Lat. [illegible] c. 12. & c. 7. [illegible] adde [illegible] tit. de app. in 1 cōp. Et vide Rom. cōs. 51.

EA, quæ.] Fuit 5 forsan, vt dicit Io. And. exordium alicuius Papalis confirmationis, qa nō est verisimile, q̄ fuit spiritualis dispositio in his verbis duntaxat concepta, cum non imponit necessitatem, sed potius innuit cuique esse hoc petendi facultatem concessam: in hoc tamen non est uis. Abb.

5 Consule totā epis. citatā, vt intelligas quod [illegible]rit.

CASVS. Dicitur in capitulo isto, q̄ ea quæ s̄m canones iuste, & rationabiliter sunt diffinita, per confirmationem Papæ debent approbari. No. q̄ sententiæ iustæ latę per Papam debent confirmari, q̄ verum est, si postulatū fuerit eas confirmari.

e ¶ Morem.] id est secundum canones.

f ¶ Roborentur.] si postulatum fuit ea, roborati, vt 35. q. 9. omnimodis, & 2. q. 1. sicut, & s̄. de pac. quoties, sup. de trans. c. 1. & hæc quidē confirmatio si facta fuerit ex certa scientia, & cum causæ cognitione non poterit postea inferior iudex de illa iudicare, inf. de cōfir. vti. vel inut. c. 1. & 2. vbi de hoc.

DE cetero.] Merus executor sententiæ, contra quem excipitur de fraude non cognoscit, sed remittit. ita communiter summant doctores, sed iudicio Panormita ni minus bene, quia iste textus non loquitur de mero executore, quia merus executor nullam exceptionem executionem impedientem admittit, vt in l. si vt proponis. & in l. executorem. C. de execu. rei iudi. Sed [illegible] iste admittit, vt is, cui executio committitur, admittat exceptionem ad effectum, vt remittat negotium ad superiorem, non vt super principali pronunciet. Et non diuiditur. Abb.

CASVS. Ecce Papa præsentibus partibus tulit sententiam diffinitiuam, mandat Papa alicui quatenus sententiam illam debeat executioni mandare, executor litteris executionis receptis citat partes, reus contra quem debet

debet executio fieri, dicit quod sententia non est executioni mandanda: quia per fraudem & dolum data est: dubitat executor quid facere debeat, vtrum debeat cognoscere de fraude allegata? Respondet Papa, quod executor de fraude illa, vel dolo cognoscere non debet, sed hoc referat ad sedem Apostolicam. Not. quod merus executor vltra executionem nullam habet cognitionem: & ideo referre debet superiori ponderationem fraudis, quæ opponitur contra sententiam.

[G. seq. li tenor ex ponit & exemplificat, si non soluit, & remittit.]

a ¶ Fraus.] s. circa negotium principale, quia obtinet sententiam per fraudem, puta per falsos testes, vel per falsa instra si hæc obijciantur coram executore, vt executio differatur, non est ei facultas de hoc cognoscendi, vt hic dicit: quia sic assumeret partes iudicis, quod esse non debet. C. de execut. rei iud. si vt proponis. nec sententiam debet mandare executioni, sed hæc referre debet superiori, vt hic dicitur, & infra de cri. fal. super eo. Argum. contra hoc habes, quod iste executor possit de huiusmodi cognoscere 25. q. 2. & si non cognitio. Sol. hoc cap. de mero executore intelligitur, qui nullam habet cognitionem annexam, ni si solam executionem. Sic intelligitur, infra de fal. super eo. Lex prædicta intelligitur de illo executore, qui habet cognitionem. De hac materia plene tractatur, supra de offic. deleg. pastoralis, §. quia vero.

¶ Cap. 8. eo. tit. in 1. cop. & post. co. 1. Lateran. sub Ale. III. par. 35. c. 2. Et vi de Sp... de pigno.

per aliquem executioni mandari, & fraus[a] interuenerit, non est facultas executori de toto negotio cognoscendi: sed deferri, quæ nes, quæ inciderint: ad sedem Apostolicam oportebit.

¶ Idem Noruicen. Epo.

¶ *Non sufficit reo damnato ad traditionem possessionis tradere pignus pro ipsa possessione.*

CAP. VI.

Cum † aliquibus est adiudicata possessio, non sufficit eis dari pignora, [b] nisi corporali possessione lætentur.

¶ Idem eidem, & V. Archidiacono.

¶ *Sententia lata cotra matrimonium nunquam transit in rem iudicatam: vnde quandocunque reuocatur cum constat de errore.*

CAP. VII.

Lator † præsentium sua nobis insinuatione [c] monstrauit: quod cum quandam mulierem legitime desponsasset, & carnalis esset copula subsecuta, inter eos scandalum est subortum, cuius occasione debitum ei subtraxit: consanguinei vero mulieris hoc molestum habentes, quæstionem mouerunt, proponentes, quod mulierem inuitam, & renitentem,[d] nec ætatis [e] aptæ matrimonio existentem, duxisset vxorem: & quoniam idem vitam cupiebat agere dissolutam: demum vtriusque studio interueniente fuerunt minus rationabiliter separati.

¶ Nolentes igitur matrimonia canonice contracta, leuitate quadam dissolui: Mandamus, quatenus si vobis constiterit eos per iudicium Ecclesiæ non fuisse legitime separatos, Ecclesiamque deceptam, ipsos † faciatis sicut virum & vxorem simul permanere. [f]

¶ Idem T. & clericis sanctæ Anastasiæ Veron.

b ¶ Pignora.] sic. ff de const. pec. promissor, §. const tutio, & ff. de pig. ac. non est, vbi dicitur, pignus 1 non aliter constituitur, nisi ventum fuerit in possessionem simi-

le. ff. de acq. pos. possideri, in princ. & hoc ideo, ne lites ex litibus oriantur, ff. de re iudic. l. 4. in §. ait prætor.

Lator. Diuiditur, quia primo ponitur facti narratio, in secunda iudicis datio. ibi, Nolentes igitur. Abb.

CASVS. Quidam P. nomine quandam duxit in vxorem carnali copula subsecuta: Tandem scandalum inter eos est exortum: consanguinei mulieris mouerunt quæstionem contra virum, quod illa eius non poterat esse vxor: & sic studio vtriusque interueniente fuerunt separati minus iuste: Vir prædictus ad conscientiam rediens, accessit ad dominum Papam exponens sibi prædicta: vnde mandat iudicibus quatenus si constiterit eos non fuisse legitime separatos & ecclesiam deceptam fuisse, ipsos faciant in simul permanere. Not. quod hic auditur turpitudinem suam allegans, sed hoc est propter periculum animæ. Item sententia cotra matrimonium lata non transit in rem iudicatam.

1 Pretorium secus in conuentionali: vt eo. ti. l. 1. vbi et notatur differentia inter pignus prætorium, & conuentionale, & hic per Vin. Ioa. And. ad de Paul. de Cast. & Ale. Imo. in l. 1. ff de pign. act.

† eos.

Cum aliquibus.] Hoc cap. potest intelligi duobus modis. Primo quod loquatur in pignore prætorio, puta, quod prætor, vel iudex propter contumaciam rei ponit verbotenus actorem in possessionem rei petitæ in actione reali, vel in aliorum bonorum ipsius rei in actione personali. Et intellectus litteræ est, quod ad causandum pignus prætorium, ad hoc vt missus possideat non sufficit [illegible] sententia, sed requiritur, vt actualiter mittatur in possessionem. Et secundum hunc intellectum hoc dicit in summa. Non sufficit ad prætorium pignus, vt verbaliter detur, nisi actualiter fiat missio. Secundo potest intelligi cum possessio aliqua, vel proprietas alicuius rei, s. cum res aliqua adiudicatur actori iure dominij, & reus pro executione vult dare aliquod pignus, & non ipsam rem saltem in præsenti: hoc casu non sufficit, & secundum hunc intellectum hoc intendit. Non impediret [illegible] sententiam adiudicationis possessionis si sit paratus dare pignora. Et non diuiditur. Abbas Siculus.

CASVS. Dicitur hic, quod cum alicui adiudicata est possessio, non sufficit quod aduersarius det pignus, sed mittendus est in possessionem, & gaudere debet plena, & pacifica possessione. Not. quod cum alicui adiudicatur possessio, non pignora, sed possessionem debet habere.

¶ Cap. 9. eo. tit. in 1. cop. & post co. 1. Lateran. sub Ale. III. pa. 6. cap. 11. Et quod iure retractent sententiæ quæ non transeunt in rem iudicatam, tradit Ant. But. Ic. ad audientiam. 2. §. de rescrip. idem Antonius & In noc. in c. te mo. j. eo. ti.

a [Glo. seq. teci. per obiectionem, & solutionem.]

c ¶ Insinuatione.] modo collige ex hoc loco, quod in causis in quibus vertitur periculum animæ, potest quis venire contra factum suum, vt reuocetur sententia, quam ferri procurauit, 2 & si constiterit Ecclesiam fuisse deceptam, reuocabitur sententia infra eo. consanguinei, & sup. de testib. sicut. & 35. q. 9. c. loci. §. his ita, in fin. alias turpitudinem suam allegans non auditur, j. de donat. inter dilectos & j. de conces. præb. cum super.

d ¶ Renitentem.] hæc violentia transiuit postmodum in consensum per carnalem copulam subsecutam, j. de sponsa. ad id.

e ¶ Ætatis.] & hoc contradicit ei, quod præmisit de carnali copula, & sic fuit allegatio, & ex alia causa fuit matrimonium separatum.

[Gl. seq. distinguit, aut fertur sententia contra matrimonium, aut pro matrimonio, & tunc aut subest impedimentum, aut non.]

f ¶ Permanere.] non obstante sententia prius lata: quia contra matrimonium non currit præscriptio, 33. q. 5. quod Deo, etiam si ab illa sententia non fuit appellatum, quia sententia lata contra matrimonium non transit in rem iudicatam, quin reuocetur sententia quandocunque error sententiæ detectus fuerit, vt hic patet, & j. de frigi. & malef. fraternitatis 35. q. 9. grauem.

2 Concord. tex. in l. post mortem cum ibi no. ff. de adopt.

& c.loti.§.his ita. Sic nullo tractu temporis matrimonium confirmatur in gradu prohibito ꝯtum, ĵ. de consangui.non debet. Et quod dicit consueuit, sententia ꝯ matrimonium non transit in rem iudicatam, verũ est, vbi bene coniuncti indebite separãtur, quia quos Deus coniunxit: homo separare non potest: & ideo qñcunque ꝯriũ legitime constiterit, snĩa retractabit: idẽ est cum in gradu prohibito aliqui sunt cõiũcti, vel aliquo alio perpetuo impedimẽto. quia nullũ est ibi matrimonium. vnde nullus cõsensus põt matrimonium inducere īter eos. Sed vbi snĩa fertur pro matrimonio, vbi nullum subest impedimẽtũ, si ab ea non fuerit appellatum, trãsit in rẽ iudicatam: quia iudicatis acquieuisse vr̃, ĵ. eo. quod ad consultationẽ vnde postea nõ audietur, imo cõpelletur alter alteri adhærere.

† Ca. 10. eo. tit. in 1. cõp.

CVm causa.] Prima pars ponit factum. Secunda diffinit: ibi. Nos autem. Abb. Sicul.

CASVS. Archipresbyter cuiusdam plebis vendidit quãdam domum sine cõsensu capituli. G. & A. laicis, qui occasione huiusmodi venditionis coram legato Apostolicæ sedis petierunt domum illã sibi adiudicari: Quidam canonicus illius plebis T. nomine apparuit pro capitulo ad defensionẽ domus, dum causa illa tractaretur, ille T. appellauit ad sedem Apostolicam: legatus statuit terminum appellãti ad iter arripiendum ad Apostolicam sedem: sed quia ille ĵ. terminum sibi præfixum iter non arripuit, prædictus legatus tulit sententiam ꝯ dictum T. adiudicans domum illam laicis prædictis, ꝭm consuetudinem Veroñ. ciuitatis, a qua sententia fuit appellatum: & appellationis causa omissa fuit Episcopo Brixieñ. qui legati errorem secutus, ꝯ formã canonum legati sententiã confirmauit. & iterum fuit appellatum, Papa diligenter examinato negotio, licet vsus, vel consuetudinis non minima sit auctoritas, nunquam tamen legi, aut veritati præiudicat, & ideo Papa prædictam sententiam cassauit plebem prædictam absoluens ab impetitione aliorum laicorum, & domum illam eidem Ecclsiæ adiudicans. Not. quod si quis infra terminum sibi statutum appellationem non prosequitur, iudex post terminum in causa procedere debet. Item sententia lata ꝯ canonum formam non valet. Item consuetudo, licet magnę sit auctoritatis, non tamen legibus aut canonibus prę iudicat.

a ¶ Arripuerat.] ex quo aliquis non prosequitur appellationem infra terminum sibi præfixum, ex tunc iudex procedere potest tanquam citatus peremptorie non venisset, ĵ. de appellatio. sæpe contingit, quia perinde est, ac si non appellasset, ĵ. de appellat. cum sit Romana, vnde in hoc non peccauit iudex. Ber.

CASVS. Cum inter epm Aurieñ. ex vna parte, & monasteriũ Cellę nouę ex altera, sup statu ipsius diuersæ sentẽtiæ pro epo latę fuissent, tã ex parte monasterij, quam ex parte Oueteñ. epi, fuit ad sedẽ Apostol. appellatũ: vnde eps Oueteñ. per nunciũ suum conquerebatur per sententias illas, ecclesiã Ouet. enormiter esse læsam, ad quã dicebat dictũ monasteriũ pertinere: quare dicta sententia pro epo non dẽt executioni mãdari: super hoc negotio multa fuerũt allegata in pręsentia dñi Papæ, vñ cũ ex parte monasterij nihil rõnabile ostensum fuerit, quare dicta sñia pro epo lata debuerit irritari, & ideo quãtũ ad monasteriũ ipsam cõfirmauit, mandat Papa iudicibus, quatenus si cõstiterit appellationem pro ecclesia Oueteñ. rationab. inter interpositã. & ad eã prosequendã nunciũ suum infra tps legitimũ destinasse, executio sñiæ differat, ne circa possessionẽ Oueteñ. ecclesia detrimentũ incurrat: alioquin sicut iustũ fuerit executioni mandetur sine præiudicio ecclesię Oueteñ. cũ hoc sibi non preiudicet quo minus suã possit cõsequi rõnem: cũ res inter alios acta nõ noceat alijs iuxta cõstitutiones canonicas & ciuiles. No. quod quilibet, cuius ĩterest, potest appellare a sñia inter alios lata, ne mãdetur executioni. Itẽ infra tps legitimum. i. intra annũ debet quis prosequi appellationem. Itẽ etsi nõ appelletur a sententia inter alios lata, tamen remanet ei, cuius interest ius saluum cum res inter alios acta non noceat alijs.

[Glo. ista quærit opponendo. & soluit secũdo obijcit, & soluit. tertio quærit, arguit, & soluit.]

† al. præcessisse, & fac. ad hoc l. 1. C. de professo. qui in vrbe Costan. & l. 1. cũ no. C. de legib.

† Cap. 7. eo. ti. in 3. cõp. Et de materia videlicet an & qñ tertius possit appellare, vide Cardi. in cle. 1. de cã. pos. & ppri. Oldradum cõs. 153. inci. contra prouisionẽ. adde Bar. in l. a sñia. ff. de app.

sententiæ latæ fuissent, nuncius Oueteñ. episcopi, per eas Oueteñ. ecclesiam læsam grauiter querebatur, ad quam proponebat monasterium [a] pertinere: & infra.

¶ Cum ex parte monasterij nihil rationabile fuerit propositum & ostensum, quare sententia pro episcopo promulgata debuerit irritari, eam quãtum ad monasterium duximus confirmandam: & infra.

¶Mandamus, quatenus si constiterit appellationẽ pro ecclesia Oueten. rationabiliter interpositam, [b] & ad eam prosequendam nuncium eius infra tẽpus legitimum destinatũ fuisse, executio sententiæ differatur, ne circa possessionem, Ouetensis ecclesia detrimentum incurrat: alioquin (sicut ius postulat) executioni absque Oueten. ecclesiæ præiudicio demandetur: cui† quæ præmissa sunt non præiudicant, quo minus suam valeat cõsequi rationem; cum res inter alios acta non noceat [c] regulariter alijs † iuxta constitutiones canonicas [d] & ciuiles.[e]

¶Idem.

¶Si citatus ad sententiam ex legitima cã iudici ignota non comparuit, tenet sententia eo absente lata, sed retractatur eo probante legitimam absentia causam. Si uero impedimentũ probatur non plene, non retractatur sententia, nisi prius doceat de ipsius iniq tate. h. d. & est verus, & not. intellectus secundum Panor. quem alij Doctores non clare dilucidarũt.

CAP. XVIII.

CVm † Bertoldus miles curiam suam P. militi pignori obligasset,

a¶ Monasterium. & ita tenet sententia, quo ad vnam p̃sonã, & nõ quo ad aliã, sic & vltima volũtas defuncti destituta solẽnitate iuris tenet quo ad filios, & nõ quo ad extraneũ, C. fa. erc. l. vlt. & C. de test. hac consultissima. §. ex imperfecto. ar. cõtra. ĩ. de do. inter dilectos. & ĩ de capel. mona. dilectus. ĩ. e. suborta. & s̃. d̃ arb. cum tempore. & 49. dist. c. vlt.

b¶ Interpositam.] Sed quare iste cõpellitur p̱bare, se iuste appellasse, cum non magis oneraretur si ꝯ eũ esset lata snĩa? sed si hoc probabit, nunquid cassabitur snĩa? Dicas, ꝙ nõ cogitur plene probare causam appellandi, sed sufficit probare, ꝙ aliquo modo sua intersit, s̃. de testib. c. veniens. 2. nec cassabitur statim snĩa, sed differetur executio snĩę, si probabit, ꝙ iuste appellauerit, & postea admittet tã sup̱ principali q̃ super snĩa, sic s̃. de testib. veniẽs 2. quia per sententiam non fit adhuc magnum præiudiciũ, sed per executionẽ, sic s̃. de of. del. sup̱ eo. & ita snĩa inter alios lata nõ obstat alij, tñ tale quale præiudiciũ fit alij, vt hic patet. ar. C. de lib. cau. iubemus. Sed nõ vr̃, ꝙ a snĩa lata inter alios possit appellari. ff. de ap. a snĩa. i prin. imò potest, vt hic patet, vt per appellationẽ executio differatur. Sed pone, ꝙ sententia mandetur executioni pro epõ, nũquid eps præstabit cautionẽ ecclesiæ de Cella, ꝙ ipsam defendat ꝯ Oueteñ. ep̃m? Vr̃, quod sic, quia si duo petãt rẽ ab vno, victor præstabit cautionem, quod defẽdat victum contra alium, ff. de rei ven. is a quo. ff. de pet. hære. l. penul. sed hic non est ita. quia hic agit modo tãtum ecclesia Oueteñ. Io.

c¶ Non noceat.] Littera ista cõtradicit superiori. vbi dicit; ne circa possessionem, &c. quod hic dicit, nõ noceat, verũ est quantum ad proprietatem: sed ibi loq̃tur de pręiudicio quo ad possessionem, & ita nõ contradicit. simile. C. de libe. cau. iubemus.

d¶ Canonicas.] sup. de fide instr. inter dilectos. ĩ. eod. c. pen & inf. de don. inter dilectos.

e¶ Ciuiles.] C. res inter alios acta. per totum. & ff. de re iud. sæpe.

CVm Bertholdus.] Probata iusta causa absentię reuocatur snĩa lata ꝯ absentem, maxime vbi apparet iudicẽ circumuentũ. Vel aliter, & sic: Cõtra sententiã audit is, q̃ fuit absens docto de impedimẽto, ẽt minus sufficiẽter, si opponit de iniquitate, quã ex tenore snĩæ, & ex actis cõstare dr̃. quo docto obtinebit. Diuidit principaliter ĩ duas partes. In prima ponit, p̱cess⁹ narratio. In sc̃da: ibi, Licet. Partis restitutio, auditoris datio ipsi⁹ relatio, Papę diffinitio, suũ motiuũ continens. Prima pars põt subdiuidi, sed nõ expedit: quia satis patent partes in littera. Abb.

CASVS. Bertheldus miles habebat villã suã, in qua erat ecclesia, vñ ipse erat patronus; villã illã obligauit P. militi: dicto P. creditore sublato de medio, A. nepos eius & hæres vacãte ipsa ecclesia D. clericũ eiusdẽ loci p̃sentauit ad dictã ecclesiã dicẽs ꝙ ius patronatus [illegible] vniuersitate trãsisset in eum: archidiaconus de cõsensu epi ipsũ instituit in eadẽ, & in corporalẽ possessionẽ induci fecit eundẽ: dictus Bertholdus dñs fundi hoc audiens T. presbyterũ epõ præsentauit, sed eps ipsum nõ admisit: p̱p̱ qd dictus T. presbyter coram Remeñ. archiepõ Apostolicę sedis legato, ꝯ præfatum D. deposuit q̃õnem: archieps causam sup̱ hoc iudicibus delegauit sub hac forma, vt causam instructã ad ipsum remitterent, præfigẽdo partibus terminũ peremptorium, in quo eius se conspectui præsentarent snĩam recepturi: ad quem terminũ dictus D. cũ suis attestationibus accessit, T. presbyter nec iuit, nec tũc misit aliquẽ rñsalẽ: legatus inspectis attestationib. D. clerici, ipsum de inlectu vi ab impetitione. T. de Lãberti presbyteri absoluit: nam de iure postmodũ vero idem T. presbyter intra breue tẽpus ad legatũ accedens, iustã causam absentiæ allegauit: quo audito archieps mandauit quibusdã iudicibus, vt si iusta causam absentiæ ostẽderet corã eis prædictã snĩam nullius decernerẽt esse valoris, & cãm terminarent eandem: alioquin sententiã ipsam facerent [illegible] obseruari: dicti iudices cõmiserũt alijs vices suas, q̃ ceteris testes sup̱ prędicto articulo receperunt, à q̃b. dictus D. clericus ad sedẽ Apostolicam appellauit: Papa auditis p̱bationibus illius presbyteri super absẽtię suę cã, licet eam minus sufficienter probasset: ne tamen p̃iudicaret opinio veritati, commisit Papa causã illã cuidã Cardinali: ipse vero intellectis meritis causæ, oĩa retulit dño Papæ, q̃ archiepiscopum inuenit circumuentũ fuisse ex tenore sententiæ: tñ quia continebat in illa, quod p̱ attestationes illius vel ipsius clerici fuerat sufficienter probatũ, quod præfatus A. in possessione iuris patronatus extiterat, cũ ipsũ ad eandẽ ecclesiã p̃sentauit: cum tñ p̱ attestationes illas nihil aliud ostẽsũ fuit, nisi ꝙ p̃dicti P. & A. annuatim perceperunt decem solidos, q̃ patronis illius ecclesiæ dari cõsueuerũt; tũ q̱a dicebat in sententia illa, ꝙ dict⁹ T. in p̱batione defecerat, cũ p̱ attestationes, illius appareret manifeste ipsũ T. suã intentionẽ sufficienter probasse: tum ẽt q̱a cãm nõ recipit sufficienter instructã, cũ vnius partis attestationes receperat,

quæ

† al. ita: cui q̃ præmissa sũt nõ pręiudicent, quo minus sentẽtia valeat cõsequi rõnẽ.

Vide l. Lucius. ff. d his q̃ nc. inf. & l. res inter alios. alias est Modestinus. ff. d exc.

†Ca. 8. e. tit. in 3. cõp. Et patr. [illegible] par. 3 [illegible] de [illegible] ria vero textus, & glossa vide [illegible] hic Guidonẽ Papæ.

quæ parũ faciebãt ad cãm: vnde Papa sñiam prędictam cassauit, & præfato T. adiudicauit ecclesiam memoratã, cum a vero patrono ipsum constitit fuisse p̃sentatum. Not. ꝙ nõ valet sñia lata ꝯ absentem si cõstiterit eũ iusta de cã impeditũ fuisse. Item licet minus sufficienter probet̃ absentiæ cã: nihilominus dẽt de cã iterum cognosci. Itẽ veritas p̃ualet opinioni. Itẽ cũ iudex circumuentus est iterum dẽt de cã cognosci. Item non dicitur cã remissa sufficienter instructa, nisi allegationes vtriusq; partis remittantur. Item euidenter hic patet, ꝙ ex præsentatione patroni acquirit̃ ius præsentato, si patronus in sua præsentatione persistat.

a ¶ Cum vniuersitate, inf. de iu. patro. ex litteris, ff. de contrah. emp. si aquæductus, & l. dolia.

b ¶ De cõsensu epi.] aliter nõ posset, s. de off. arch. cũ satis, nisi haberet hoc de præ[iure] ꝑ[ta] cõsuetudine, s. de of. arch. c. vlt. & j. de exce. p̃la. ad hec.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

c ¶ Aduersus.] sed qualiter potuit iste V. agere, cum ex sola præsentatione nihil haberet [ius], imo vĩ, ꝙ contra epm deberet agere ad interesse: j. de iu. pat. pastoralis? Rñdeo, bene acquiritur ius præsentato a vero patrono, licet eps eũ non admittat, dũmodo suam voluntatem patronus non muter, & sic põt agere vt sua præsentatio confirmetur, vt hic patet. Sicuti electus põt agere, vt sua electio confirmetur. sup. de elec. postquam & c. publicato.

[Glo. seq. reci. per quæstionem.]

d ¶ Remisissent.] assignando terminum peremptoriũ ad sententiã audiendam, vt patet in antiqua: alias non tenuisset sententia lata contra absentẽ, ff. quæ sen. sine ap. resc. l. 1. §. ex eo edict. & ea q̃ aduersus absentes non per contumaciam statuuntur, non tenent, C. quo. & q̃n iud. ea quæ. sed hic tenuit sententia, vt patet per sequẽtia. & propter terminum peremptorie statutum 1 ad sententiam, sed quia probauit iustam cãm absentiæ, reuocatur sententia, vt 3. q. 9. caueatur. Ber.

[Glo. seq. reci. per. obiect.]

e ¶ Breue tempus.] & ita videt̃, ꝙ mora possit purgari in iudicijs, ff. si quis cau. si post tres, quod locum habet ante lit. conte. & vbi ius actoris non est factũ deterius, vt dicit illa lex, sed hic non fuit sententia retractata ꝓpter breue tempus: sed quia probauit iustam causam absentiæ, fuit auditus,

eodem P. sublato de medio, A. nepos eius, qui successit eidem, vacante ecclesia eiusdem loci, asserens, quòd ius patronatus cum vniuersitate [a] transisset in eum, D. clericum eiusdem loci archidiacono ad supradictam ecclesiam præsentauit: qui de consensu episcopi [b] ipsum instituit in eadem, in possessionem eum induci faciens corporalem. Prædictus vero B. dominus fundi, T. sacerdotem memorato episcopo præsentauit: sed ipsum episcopus non admisit. Cũ autem dictus T. aduersus [c] memoratum D. super prædicta ecclesia deposuerit quæstionem, Remeñ. episcopus † Apostolicæ Sedis Legatus iudicibus negotium delegauit: ad quem cum attestationes vtrinque receptas per partes postmodum remisissent, [d] & præfato D. cum suis attestationibus accedente, dictus T. nec per se, nec per responsalem idoneum comparere curaret: ipse attestationibus inspectis clerici memorati, ipsum ab impetitione sæpedicti T. sententialiter reddidit absolutum: eidem T. imponens silentium super ecclesia memorata. Postmodum autem idem presbyter ad archiepiscopi præsentiam infra breue [e] tempus accedens, iustam causam [f] absentiæ allegauit: archiepiscopus vero Argẽtino electo, & Altæ Syluę, & Tudebernoñ. † abbatibus dedit (suis) litteris in mandatis, vt si iustam absentiæ causam ille ostenderet coram eis, prædictam sententiam nullius decernerent [g] esse valoris, & causam fine debito terminarent: alioquin facerent sententiam obseruari: verum dicto electo, & præfatis abbatibus committentibus [h] alijs vices suas, ipsi subdelegati testes super prædicto articulo receperunt: a quibus dictus clericus vocem ad nos appellationis emisit: & inf.

¶ Licet autem iustam causam absentiæ minus sufficienter [i] presbyter probauisset, ne tamen præiudicaret opinio veritati, R. diaconum Cardinalem eis concessimus

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

f ¶ Iustam cãm.] alioquin non fuisset auditus, arg. cõtra sup. de in inte. rest. ex litteris. Sed illud fuit in fauorẽ matrimonij, & quia nõ poterat hẽre recursum cõtra dolosum, cum in eo casu fuerit nõ soluẽdo, sup. de procu. querelã, & 5. q. 3. si ægrotans, & ita reuocat̃ sñia, si iuste impeditus venire nõ potuit. ff. de dam. infec. l. si finita, §. si forte. Nec dr̃ iudicatũ, vbi iusta de cã detẽtus p̃sens esse non potuit. ff. de re iudic. quæsitũ, nec mandari dẽt talis sñia executioni. vt ff. de iud. si p̃tor. ĩ fi. & ẽ notabile istud ꝙ reuocat̃ sñia cum interesse non potuit: & sic est arg. ꝙ iudex non dẽt nimium festinare ad sñiam, vt dicit lex prædicta, si finita. §. si forte.

[Glo. sequ. obijcit, & soluit.]

g ¶ Decernerent.] sed qualiter potuit iste legat⁹ retractare sentẽtiã suã, cũ nullus iudex possit hoc facere: dummodo non sit lata cõtra ius constõnis, C. sen. rescin. non pos. l. 1. Rñdeo, ꝙ nõ potest retractari nisi per in integ. res. ff. de minor. in causæ, 2. §. vlt. & l. seq. Vel nisi ipso iure sit nulla, C. de acc. l. 4. vnde hic fuit retractata per in integ. restitutio. 2. & improprie ponit̃ hic; nullus momenti: q̃a talis sententia bene tenet, quousq; fuerit reuocata.

h ¶ Cõmittentibus.] sed qualiter delegatus ab alio q̃ a principe committit alij vices suas contra illud, sup. đ of. dele. super quæstionum, §. si vero, & C. de iudi. a iudice? Quidam dicunt, quod hic erat lis contes. coram delegatis: vnde cum videantur facti quasi domini litis, possunt alij committere vices suas ad similitudinem procuratoris. arg. C. de procur. l. nulla. & l. neque tutores. Vel dic quod hic nõ fuit oppositum. & ideo taliter de facto processum fuit, & hodie stari debet prædictis iuribus C. de iudi. a iudice, & sup. eo. super quæstionum. & est expressum, inf. de app. cum causam. vnde non valet hodie, quòd hic dicitur.

i ¶ Minus sufficienter.] & tamen admissus fuit per talem probationem, ne veritati opinio præualeret, vt sequitur. Et sic argum. colligitur hic, quod minus sufficiens probatio admittitur. Ex pluribus alijs causis fuit iste auditus, quia circumuentus fuit iste legatus ex pluribus causis, quæ in sententia continentur. Primo dicitur, quod ille erat in possessione iuris patronatus, & hoc falsum fuit. Item dicebatur in sententia,

quod

Archiepiscopus ĩ pluribus antiqs, & ita legendũ. est autẽ in Gallijs archiepiscopus, cui multi subsunt suffraganei.

1 Est ergo necesse, ꝙ ex primat̃ hoc casu perẽptorium vbi vnica fit citatio. de hoc 24. questio. 3. de illicita, in fi. mag. glo. nõ sic in causis, in q̃bus sine figura ꝓcedit̃ p clem. de ver. sign. sæpe. circa fi. Ioan. Andr.

† Tudertino. Tudebẽ. Vox, suis, deest, in antiq.

2 Eo mõ potest, cum sit gñalis legatus: secus si esset sp̃ãlis delegat⁹ sec. Vin. & đ hoc dixi j. de accus. qualiter i. s. gl. I. A.

ꝙ T. defecerat in probatione, & hoc fuit falsum, vt inf. dicitur. Item quia causa non fuit sufficienter instructa ad legatum remissa: quia attestationes illius T. non fuerunt remissæ ad legatum, prout ipse mandauerat. vnde manifeste apparet legatum circumuentum fuisse. Bernar.

pig. act. l. 1. & 2. & inf. de vsuca. c. 1. & 2. sed talis fruct⁹ æstimari non potest, & ideo non diminuit quantitatẽ debiti. Item nec alijs iuribus vtitur creditor, nisi hoc conuenerit, ff. de pig. actio. sed an viç. Item quia soluto pignore omnia iura tolluntur, ff. quibus mod. pign. vel hypo. solu. l. 1. & C. si pign. pignori datum fuerit, l. 1. & 2. & sic præsentatus soluto debito esset de ecclesia remouẽdus, quòd est [illegible] 16. q. [illegible] uentum. & 56. distin. satis peruersum, & inf. de exce. [illegible] vlt. Item quia creditor peccat vtendo pignore, ff. de fur. creditor. alias incipit, si pignore: licet enim creditorem sibi obligatam possit locare, vt ff. de pig. ac. creditor. tñ fructus cõputabit sibi in sortem, inf. de pig. cum contra: licet enim in venditione omnia iura transeãt, argum. ff. d [illegible] ff. [illegible] fe. vr. l. 1. in versicu. cum vl[illegible]. §. 3. non tñ in obligatione gñali veniunt quæ specialiter non obligarent, ff. de pig. l. obligatiõe. & l. seq. ff. d pec. q peculiũ, & C. quæ res pig. oblig. pos. l. [illegible] contra [illegible] s. ꝙ fructus nõ diminuant sortem, quia seruit⁹ nũq; inutilis est. ff. de seru. l. ei q fundum. sed ius patronatus bene transit cum vniuersitate, nisi specialiter excipiatur, j. de iure patr. cũ fm, & c. ex lrĩs. 3

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

a ¶ Quodam iure.] Sed videtur, ꝙ propter hoc, ꝙ fuit in possessione partis, ꝙ etiam fuit in possessione totius, ff. d ser. rust. prǽd. vna est via, & qui minimam partem fundi possidet, totum possidere vr, ff. de acquir. pos. possideri. Sed nõ est ita, s. de præscr. auditis, vbi de hoc, & j. de capell. monac. dilectus. quia perceptio pensionis nec possessionem probat, nec dominium, s. de fi. inst. inter dilectos. in fi. & ff. de acqui. posses. quamuis, §. 1. quia alia est perceptio pẽsionis, & alia possessio præsentationis: & ideo errauit legatus in sententia, credens hoc sufficere, & hæc pensio siue cẽsus potest constitui a patrono in fundatione ecclesiæ de auctoritate epi. 18. q. 2. Eleutherius. & inf. de iu. patro. prǽterea 2. & hoc ante consecrationem ecclesiæ, post consecrationem non potest ei aliquod onus imponi, quia rei consecratæ non imponit seruitus, ff. de seruit. seruitutes, §. vlti. & quod humani iuris esse desinit seruitutem non recipit, ff. commun. præd. caueri. Io. & per talem perceptionem non fuit in possessione iuris patronatus cum hoc non fuerit de fructibus iuris patronatus, sed præter: ius patronatus põt talis census constitui a patrono in ipsa fundatione, vt in c. præcedenti. Eleutherius, & c. præterea. Quid intelligitur nomine iuris patronatus, colligitur, inf. de iure patro. nobis fuit. Ber.

Pensionis perceptio neq; possess. pbat neque dominium.

† dictio, et deest in antiqs, & in veteri compilat.

auditorem, qui cum nobis omnia fideliter retulisset, ex tenore sententiæ archiepiscopum inuenimus circumuentum: tum quia cõtinebatur in illa, quod per attestationes ipsius clerici fuerat sufficienter probatum, quod præfatus A. in possessione iuris patronatus extiterat, cum eundem ad prædictam ecclesiam præsentauit, cum tamen per attestationes illas nihil aliud ostensum fuerit, nisi quod pro quodam iure, [a] quod de illa ecclesia consueuit exhiberi patronis prædicti P. & A. annuatim decem solidos acceperunt: tum etiam † quia in eadem sententia dicitur, quod dictus T. in probatione defecit, cum per attestationes suas appareat ipsum suam intẽtionem [b] sufficienter probasse: tum etiam quia causam non recepit sufficienter instructam: cum vnius tantum partis attestationes receperit, quæ parum faciebant ad causam: Vnde sententiam ipsam duximus irritandam, memorato T. adiudicantes ecclesiam supradictam, cum per attestationes nobis constiterit euidenter ipsum a vero patrono [c] fuisse ad sępe dictam ecclesiam præsentatum.

¶ Idem.

¶ Papa in sententijs, quas profert, ord. nem iuris seruat.

CAP. XIX.

IN † causis, quæ Summi Pontificis iudicio deciduntur, & ordo iuris & vigor æquitatis est subtiliter obseruandus: Cum in similibus [d] casibus ceteri teneantur similiter iudicare: Nisi forte cum aliquid (causa necessitatis, & vtilitatis inspecta) dispensatiue duxerit statuendum.

† Cap. 9. eo. tit. in 3. cõp. Et an in s ia principis requirat ordo iuris, vide p la[illegible] in l. 1. ff. de consti. princ. ad. de Par. de Put. in tract. synd. verbo & in q̃tum.

3 Concor. l. inter omnes ff. cõ. p̃. d. glo. in l. fideiussor. ff. qui satis. cog.

b ¶ Intentionem.] s. quod fuerat præsentatus a vero patrono, vt dicit in fi.

[Gl. seq. reci. per q. an s. ius patronatus transeat cum vniuersitate in creditorem. alleg. pro & contra, & quid sentiat, non apparet.]

c ¶ Patrono.] per hoc patet, qđ patronus de obligatione, quam fecit, exceptius patronatus, alioquin transisset cum vniuersitate, 1 inf. de iure pat. ex litteris, arg. ff. de contrah. emp. in modicis. sic & in fundo vendito accedunt seruitutes, & alia iura, ff. de contrahẽ. empt. si aquæductus, & l. se. & l. dolia: & sic fundus dotalis transit cũ vniuersitate, ff. de fun. do. l. 1. sed alia ratio est 2 in emptore vel feudatario, qui directum, & vtile dominium habent in re, & aliud in creditore, quia si ius præsentandi consistit in fructu, eo ipso quod creditor vtitur tali fructu, exonerari debet quãtitas debiti, C. de

1 Hoc tenẽt Tanc. Vin. & Gofre. Ioan. And.

2 Idem Phi. Innoc. & Hosti. sed Dama. in qõ. sua. 1. de iure patr. dicit ꝙ præsentare põt creditor nomine debitoris. Io. And.

IN causis.] Inferiores tenentur iudicare secundum ꝙ Papa inter ceteras personas iudicauit, si rite & recte sñiam tulit: Primo ponitur dictum. Secundo ratio. Tertio exceptio. secunda: ibi, Cum in similib. tertia: ibi, Nisi. Abb. Sicul.

CASVS. Dr̃ hic ꝙ secũdũ ꝙ Papa iudicat, & alij debent iudicare, & ideo Papa iuris ordinem, & æquitatis rigorem in causis diligenter obseruare debet cum in simil. alij debeant similiter iudicare, nisi cum ipse aliquid dispensatiue duxerit ordinandum. Not. ꝙ ordo iuris, & æquitatis rigor in iudicijs obseruanda sunt. Item sñia Papæ ius facit quo ad omnes. Item secundũ, ꝙ ipse iudicat, & alij iudicare debent, & sic in similib. idem iudicium est habendum. Item in dispensationibus causa necessitatis, & utilitatis attendenda est. Item dispensationes non debent trahi ad ius commune.

[Glo. seq. dicit aliud in interlocutoria, signat contrarium & soluit.]

d ¶ In similibus.] & sic patet, ꝙ diffinit. sentẽtia principis trahenda est ad consequentiam, ex quo alij similiter iudicare debent, sed interlocutoria non, C. de legi. l. 3. circa fi. & l. si Imperialis. arg. cõtra qđ interlocutoria vim legis habet, ff. quod met. cau. metũ. §. sed qđ prætor ait, quod verum non est, nisi interlocutoria in corpore iuris claudat, & est similie huic 16. q. 3. licet. B.

Inter

INter monaſterium.] Tenet ſecunda ſnīa diffinitiua lata ꝯ primam, ſi de prima non fuit exceptum neque appellatum a ſecunda. h. d. ſm vnum intellectum. Diuiditur in quatuor partes. In prima ponit thema deciſū. In ſecunda diffinitionis cauſam. In tertia ſoluit quoddam obſtaculum. In quarta diffinit. ſecunda ibi, Cum conſtiterit, tertia ibi, Nō obſtante, quarta ibi, Factum. Abbas.

¶ Idem Conuentui Sancti Leodij.

¶ *Secunda ſententia in diuerſa inſtantia contra primā lata, tenet mero iure, nec debet infringi, etiam ſi ſit iniuſta, ex quo ab ea nō fuerit appellatum, præſertim ſi prima ſententia ſecundis iudicibus non fuit oſtēſa. h. d. Panormitanus.*

CAP. XX.

INter † Monaſterium Sancti A. Rothom. & veſtrum, ſuper modo eligendi abbatem in monaſterio veſtro fuit quæſtio agitata: & infra. ¶ Cum conſtiterit nobis primam commiſſionē non fuiſſe per vltimam reuocatam: tum quia cauſæ ſuſpicionis in iure propoſitæ friuolæ videbantur: quas etiam tanquam dilatorias ante litis [a] ingreſſum opponere debuiſſent, † quibus coram delegatis eiſdem ſubeundo [b] iudicium renunciaſſe [c] videntur: tum etiam quoniam de priuilegijs [d] Apoſtolicæ ſedis, & proceſſu [e]

1 Hic caſus in antiqs codicib. reperitur.

CASVS. 1 Vacante monaſterio S Leufredi, monachi elegerūt quendam de gremio ſui monaſterij in abbatem: & dum peterent cōfirmationem ſuæ electionis, monachi S. Antonij ſe oppoſuerunt dicentes, illam electionem eſſe caſſandam ex eo, ꝙ de monaſterio S. Antonij fieri debuiſſet: quare diœceſanus Epūs illam deſtulit cōfirmare: tandem ſup hoc cauſa fuit cōmiſſa quibuſdam iudicibus ad petitionem monaſterij S. Leufredi coram quib. iudicibus partes litem cōteſtatæ fuerunt, & proceſſum fuit in cauſa, & teſtes recepti fuerunt: demum monachi S. Antonij ad alios iudices litteras impetrauerunt continentes, quod primi iudices erant eis certa rōne ſuſpecti: vnde propoſuerunt quaſdam exceptiones friuolas ꝯ illos: quas cum iudices 2 admittere nollent, ipſi appellauerunt: iudices videntes, quod primę litteræ nō reuocabantur per ſecundas, proceſſerunt in cauſa non obſtante appellatione eorum, & confirmauerunt electionem factam per monachos S. Leufredi: vnde occaſione appellationis prædictæ, delata eſt cauſa ad dominum Papam: coram quo obijciebatur ꝯ ſententiam, ꝙ lata erat a ſuſpectis iudicibus, & quod cā fuerat alijs iudicibus delegata: & poſt appellationem allegabant etiā ſententiam, quæ prius lata fuerat pro eis ſuper quæſtione ipſa, dominus Papa auditis hinc inde propoſitis, quia conſtitit ei, quod ſecundæ litteræ non reuocabant primas: tamen quia cauſæ ſuſpicionis friuolæ fuerant, quæ debuerant proponi ante litis ingreſſum, & ideo renunciaſſe videntur eiſdem, & quia nec de proceſſu, nec de priuilegio ſedis Apoſtolicæ facerent mentionem, quæ ſi fuiſſet expreſſa, litteras nullatenus habuiſſent, confirmauit ſententiam a primis iudicibus latam, non obſtante ſententia, quæ allegabatur: quia nec fuit oſtenſa domino Papæ, nec primis iudicibus, quæ etiā ſi fuiſſet illis oſtenſa, nihilominus contrarium ſtatuiſſent ea poſtpoſita, quia non valebat, ſi autem valebat, & nō oppoſuerunt eam, eis imputetur, cum lites prætextu nouorum inſtrumentorum non debebant inſtaurari, & electo ſaluo iure diœceſani munus benedictionis exhibuit. Nota, quod dilatorię exceptiones ante litis ingreſſum debent proponi. Item ipſo facto renunciat quis iuri ſuo. Item ſecundæ litteræ ad hoc, vt reuocent primas, debent facere mentionem de proceſſu iudicij, & de priuilegijs Apoſtolicæ ſedis. Item prætextu nouorum inſtrumentorum lites inſtaurari non debent. Item ſententia contra res prius iudicatas tenet. Item per factum ſuperioris non præiudicatur inferiori. Bernardus.

† Cap. 10. e. tit. in 3. cōp. Et vide l. Imperatores cū gloſ. ff. de re iud. & Alex. conſ. 193. & Pau. de Caſt. cōſ. 325. incip. in cauſa quæ. vertit.

2 Secūdi: ſm Pet. de Sa. q. bus cōmiſſū fuerat, ꝙ ſi inueniret illas ſuſpiciones legitimas, procederent ī cā: vel loquitur ā primis Io.

a ¶ Litis.] ſup. de excep. paſtoralis, 3. q. 6. c. ſi quis Epiſcoporum, §. exceptio, & C. de iud. apertiſſimi, & l. cum ſpecialis Bern.

[Gloſſ. ſeq. reci. per q. an iudicis recuſatio alias exceptiones præcedere debeat, & primo alleg ꝙ ſic. ſecundo alleg. cōtrarium. tertio ponit opi. Tā. quarto ponit opi. Io. quinto vacillando approbat opi. Tanc.]

b ¶ Subeundo iudiciū,] quicunque hēt plures exceptiones dilatorias, dēt primo opponere illā de iudice ſuſpecto: illa. n. p̄cedit naturaliter, vt patet, ſ. de pbatio. qm̄ ex ordine verborū, vt ibi dictū eſt. Si. n. primo opponeret exceptionem ꝯ perſonam aduerſarij, puta ꝙ ipſe ſit excōicatus poſt litteras impetratas, qa mō non eſt admittendus, & ſnīa pro ipſo feratur, ſic appbat perſonam iudicis: vñ ipſum poſtea reprobare non pōt, 4. q. 3. c. ſi teſtes, §. itē ſi qs teſtib. & 3. q. 8. cuius in agendo, qui. n. alijs defenſionib. vſus eſt, nō pōt redire ad iſtam, vt ff. de iud. ſed & ſi ſuſceperit. & p̄terea ſpecialiter cauet de hac exceptione, quod vſque ad 20. dies proponatur. 3. q. 3. §. offeratur, & ſi iudex abſens ſit quem volo recuſare, illud debeo proteſtari. 3 C. de iud. cum ſpecialis. Sed ꝯ videtur per hoc, quod non conſenſerit in iudicem: licet enim quis dederit fideiuſſorem ſtandi iuri, adhuc poteſt iudicem recuſare, vt. 3. q. 3. §. offeratur. Præterea vr̄ quod excommunicationis exceptio, vel de falſitate reſcripti naturaliter præcedat, quia niſi reſcriptum teneat, non poteſt iudex aliqua iuriſdictione vti, ſupra de iud. c. 1. Item ſi aduerſarius eſſet excommunicatus, nō poteſt eligere arbitros pro iudicis recuſatione, vel etiā alios iudices eligere? vnde videtur, quod primo inquiratur de reſcriptio ſiue de excommunicatione aduerſarij antequam ad alia procedatur. Super hoc dicunt quidam ſicut Tanc. quod ſi omiſſa exceptione de iudice ſuſpecto propoſuit alias, ſiue ſuccumbat, ſiue obtineat, non poteſt poſtea redire ad eam de ſuſpecto iudice, qa per hoc videtur tacite approbare perſonam iudicis, ex quo conſenſit litigare ſub ipſo, arg. ꝯ, ſup. de offi. deleg. inſinuāte, maxime nulla proteſtatione præmiſſa, quod præterea non renunciat exceptioni de ſuſpecto iudice. Io. innuebat, ſed non præciſe diſtinguendo: ſi ſuccubuit in aliqua exceptione, adhuc poteſt redire ad illam de ſuſpecto: quia ad hoc intendit, vt declinet iudicium: vnde non plene conſentit in iudicem arg. C. de inoff. teſtam. contra maiores, ſecus eſſet ſi obtineat in aliqua exceptione: quia tunc approbauit ſententiam iudicis: 4 vnde illum poſtea probare non poterit, vt dicitur in prin. notulæ, & hoc ſatis æquum videtur; tamen credo ſtandum opin. Tan. quia litigando ſub ipſo approbat perſonam iudicis ſemel enim conſentit, &c. ſiue pro eo, ſiue contra eum ſententiauerit, vt hic patet. 5 Bernard.

† Vide l. 1. & ibi Cyn. & Docto. C. de dilatio.

3 Et ſic vitiatur opi. dicentium, ꝙ quandocunq; vſque ad lit. ɔt. poſſit opponi, ad qd. n. hoc caſu fieret ꝓteſtat. Io. And.

4 Ecce ergo, quòd ſi iudex in prima exceptione iudicabit pro reo, recuſari nō poſſit. Io. And.

[Gl. ſeq. ar. & remittit.]

c ¶ Renunciaſſe.] arg. ꝙ tacite ſiue ipſo facto renunciat quis iuri ſuo, ſic ſup. de offi. deleg. gratū, & c. inſinuante. & ī. de his, quæ fi. ma. par. cap. ex ore. ubi arg. plura inuenies de hoc Ber.

5 Concor. l. cuius in fi. ff. de manu. & l. ſi ꝯ. C. de ince. nup.

d ¶ De priuilegijs. per quæ ius eligendi de ſuo monaſterio ſe habere dicebatur, ſup. de conſue. cum dilectus quod non debuit taceri, ſup. de reſcr. cum ordinem.

e ¶ Et proceſſu.] nam de proceſſu negotij, & exceptione (ſi qua proponit) mentio fieri debet, ſup. de proc. in. noſtra.

a ¶ Non

negotij coram primis iudicibus, nihil in secundis litteris dicebatur: quod si fuisset expressum, obtinere minime potuissent: Nō obstante [a] sententia, quæ pro monasterio Sancti A. dicebatur fuisse prolata, quæ tamen nobis ostensa non fuit: cum si prædictis iudicibus fuisset ostensa, ea posthabita [b] contrariū statuissent: alioquin [c] eam obijcientibus imputetur: cum sub prætextu nouorum [d] instrumentorum lites non debeant instaurari: Factum priorum iudicū ratum, & firmum habemus, & eorum sententiam cōfirmantes, [e] electo a vobis nos ipsi munus benedictionis (saluo iure diœcesani) curauimus exhibere.

¶ Idem Episcopo Decano, & Cancellario Parisien.

¶ Tenet sententia contra priuilegium ostensum, vel non ostensum, si ab ea non fuerit appellatum, vel supplicatum.

CAP. XXI.

SVborta † inter Melden. Episcopatum, & monasterium Atrebatensem, † super ipsius Monasterij subiectione materia quæstionis: & procuratoribus

a ¶ Non obstante sententia.] quæ non tenebat forte lata a iudice non suo, vel non seruato ordine iudiciario: vnde sequitur, quæ si fuisset ostensa, cōtrarium statuissent. Bern.

[Gl. seq. dupliciter exponit litteram, posthabita.]

b ¶ Posthabita.] Exponit hæc littera per Tanc. ea habita. i. ea visa, post, i. postea ꝯtrariū statuissent, q̄ statuerunt, q. d. si iudices illā vidissent, statuissent ꝯrium eius, ꝙ fecerunt: quia nō confirmassent electionē: & ideo dicit, alioquin, i. si nō fuisset illis ostēsa, imputēt sibi qui debuerūt ostendere. Sed hæc expositio cōtradicit notulæ Lau. ꝓximo positæ: vñ sm notulam Lau. sic expone, posthabita, i. postposita, C. de spor. l. i. vt sit vna dictio, sic exponit 32. q. 3. dicit Sarra, ibi, ꝯiugalem posthabuit thorum, i. postposuit coniugalem torum, & accessit ad ancillā, sic C. de exac milit. annonæ. l. 2. in fi. li. 2. 1 quasi dicat, si sententia fuisset iudicibus ostensa, illam postposuissent siue spreuissent, & statuissent ꝯ ipsam sicut statuerunt, quia non tenebat.

c ¶ Alioquin.] id est si tenuisset, & non eam opposuerunt, imputetur eis. Vel alioquin. id est si non fuisset postposita siue spreta, quia sententia tenebat, imputatē eis, quia amodo prætextu nouorum instrumentorum, .i. repertorum de nouo, sententia non retractabitur, & iste est verior intellectus, & hæc expositio probatur, ī. c. prox. versi. nimirum, & ff. neg. gest. si autem, §. 1. & ff. de compen. l. quod in diem, §. 1.

d ¶ Nouorum,] id est, de nouo repertorum infra capit. prox. 2.

[Glos. seq. primo ponit sex casus præter istum quem ponit hoc c. quibus valet hæc sententia contra rem iudicatam, demum obijcit, ponit opi. Io. & soluit. Finis reci. per contrarium de l. 1. C. quando prouo. & opin. Io. illi contrario competit.]

e ¶ Confirmātes.] & ita tenet hic sententia ꝯ res prius iudicatas, quia hic monachi eam omiserunt, post sententiam ea vti non possunt, quia prætextu nouorū instrumentorum non retractatur sententia, ff. de re iud. Imperatores, & C. de transact. sub prætextu, nec exceptio peremptoria locum habet post sententiam, nisi appellatum sit. C. sen. rescin. non pos. l. 2. & sup. de fid. instrum. cū Ioannes. Item iure minoris subuenitur Ecclesiæ in hac exceptione, sup. de in inte. rest. c. 1. & c. audiuit. sed hoc non fuit petitum. 3 Item non potest opponi sententia si fuit ostensa iudicibus, & ipsi eam reprobauerunt veluti nullam, ī. cap. proxi. ff. de compen. quod in diem. §. 1. Item etiam in alio casu tenet sententia contra res prius iudicatas, si qō sit an sit iudicatum, vel non, & si iudex pronunciat iudicatum non esse, rescinditur prima sñia, ff. quæ sen. sine ap. rescin. l. 1. in prin. Item in alio casu tenet sententia ꝯ res prius iudicatas, vt in negotio publico, ff. de re iud. Imperatores, & in alio casu, ff. de iureiu. admonendi. Item vbi vertitur periculum animæ, tenet sententia ꝯ primam, etiam si nō ostendatur sñia in iudicio. sup. eo. c. lator, & cap. consanguinei. Vin. Sed vī, ꝙ iniuria facta fuit istis monachis, qui obijciebant sententiam: quia non fuerunt admissi, isti monachi appellauerunt a iudicibus, qui tulerunt sententiam. Sed in causa appellationis (vt dictum est) potest opponi exceptio peremptoria omissa, in prima causa, ergo isti debebant audiri in sua exceptione. Ioā. dixit. ꝙ hæc decr. loquitur in eo casu cū scit aliquis se habere exceptionem rei iudicatæ, & in fraude, & dolo eā omittit volens fatigare aduersariū suū: alias si ignorabat hanc exceptionem sibi cōpetere, bene potest eā tunc opponere quandocunque: quia tunc non retractat secunda sñia, imo nulla ꝓnūciatur. Hoc quod dicit Io. non colligit [illegible] nec prodest. Vnde di[illegible] sñiam, ētsi vera fuerit, quia monachi appellauerūt a iudicib. [illegible] litterarū, quæ nō [illegible] te [illegible] cusare, secundū quod satis patet per hanc decr. in prin. [illegible] monachi isti appellauerunt, quia iudices non admittebant recusationes, & quia dicebant secundas literas valere, & ita recesserunt contumaciter non expectata sñia. & talis appellatio nulla fuit: sed a sententia diffinitiua non fuit appellatum, nec etiam poterant: quia contumax non auditur appellās, 2. q. 6. c. ei qui. §. sunt quorum, & hæc est causa, quare non admittuntur, & imputent sibi qui non opposuerunt sententiam coram iudicibus si valebat, & quia beneficium restitutionis non petierunt: quia admissi fuissent, vt dictum est supra. Et quod dicit sententia contra res prius iudicatas non tenet, locum habet quando in iudicio allegatur, & ostenditur sententia. 4 tunc si iudices nolunt admittere [illegible] & iudicant contra primam sententiam, nulla est ipso iure, nec est appellare necesse, & sic loquitur 2. q. 6. §. diffinitiua, ver. item si sententia fuerit, &c. C. quando prouo. non est necesse, l. 1. & ibi Ioan. intelligit aliter hāc decre. & illam l. vt sup. dixi. Sed tu intellige [illegible] & illam l. vt sup. diximus, & ita plana littera erit, & ita intelligit Vin. vt in prin. istius notulæ. Et ita siue scienter, siue ignoranter eam omiserint, non potest postea opponi ex quo non est appellatum, & tunc prætextu nouorum instrumentorum non instaurantur lites finitæ. præterea hic non fuit ostensa sententia domino Papæ, sed allegata fuit tantum, nec etiam fuit ostensa primis iudicibus.

ADDITIO. Pro materia hic tacta de appellatione contumacis vide c. vnicum, de do. & contu. in cle. & ibi notat. 5

SVborta.] Diuiditur in tres partes. In prima præmittit casum, & sententiam super possessorio latam. In secunda: ibi, [Verum] committit ipsius executionem & causam super petitorio. In tertia: ib. [Iudicibus autem,] petitionem diffinit, diffinitiuum moderatur, & quod

1 L. 1. C. de spor. Goff. ibi, si qua p̄sum. fuerit hic mansuetudinis nostræ posthabita pretio. Io. And.

2 Adde, quæ dicantur noua instra, & qñ illis liceat vti, in l. per hanc. in gl. in ver. ad nouū. & ibi Cyn. C. de tēp. appella.

3 Quod petiit poterat ex quo lædebatur ecclesia, secus si ipsius personę tñi, de hoc dixi de rest. in integ. ca. fi. & in cle. eo. tit. c. vnico, in gl. Io. And.

† [illegible] tit. in 3. cōp.

† Resbacense.

† [illegible] Accurbateñ.

4 Dicebat In noc. [illegible] opposita, sed non probata. Io. And.

5 Adde l. [illegible] in l. fi. ff. de in inte. rest.

quoddam soluit obstaculum. Abbas.

CASVS. Inter episcopũ Meldeñ. & monasterium Attrebateñ. super subiectione ipsius monasterij cõtrouersia vertebatur: propter hoc partibus in præsentia Dñi Papę constitutis, petijt procurator episcopi restitui ad quasi possessionẽ obedientiæ in eodem monasterio, qua ipsum monachi spoliarant, q̃a per confessionem ꝓcuratoris monasterij constitit epm̃ quasi possessionẽ obedientiæ in eodem monasterio habuisse: Papa ipsum restituit ad eã dem, veruntamen quia ex parte monasterij quoddam priuilegium Innocentij Papæ exhibitum fuit in iudicio, quod plenam libertatem monasterij exprimebat, mandat Papa quibusdã, vt epm̃ restituant in quasi possessionẽ obediẽtiæ, quo restituto, nisi eps̃ ꝯtra priuilegium aliquid rõnabile ostenderit, super subiectione monasterij silẽtiũ imponant eidem: Iudices prædicti restituerunt epm̃, & postmodum cœperunt cognoscere super statu ipsius monasterij. Contra priuilegium Innocentij Papæ exhibuit Episcopus quandam sententiam Alex. Papæ super subiectione ipsius monasterij: Iudices receptis probationibus vtriusque partis, causam instructam remiserunt ad dominum Papam. Papa auditis, & intellectis rationib. partium, quia intellexit rationes episcopi efficaciores, subiectionem in eodem monasterio adiudicauit eidem, vt ibidem habeat tanquam diœcesanus eps̃ potestatem, ita tamen ꝙ per hanc sententiam nullũ præiudicium sedi Apostolicæ generetur, quo minus cum voluerit suam iustitiam prosequatur, in fine respondet quasi tacitæ quæstioni: Diceret aliquis. Nonne priuilegium Innocentij debuit tueri monasterium contra sententiam Alex. Respondet Papa, si priuilegium Innocẽtij Alexandro fuit in iudicio præsentatum: & ipse tulit sñiam in contrarium, illud intelligitur reprobasse: si vero non fuit exhibitum, p̃textu priuilegij de nouo reperti, sñia Alex. non debet reuocari. No. q̃d confessio ꝓcuratoris dño præiudicat. Item incorporalia non possidentur, sed quasi. Item restitutio ad subiectionem ante ingressum principalis causæ facienda est. Item licet cã liberalis sit prçiudicialis: tamen quæstio possessionis ei præiudicat. Item contra priuilegium admittitur probatio siue defensio. Itẽ non sufficit obijcere, nisi probetur obiectum. Item protestatio præmittenda est, ne fiat alicui præiudicium circa ius suum, vt hic fecit Papa. Item priuilegio libertatis nullus renunciare potest in præiudicium Papæ. Item instrumentum intelligitur reprobatum, eo ipso quod iudicatur contra ipsum. Item prætextu priuilegij de nouo reperti non debet sñia reuocari. Et sic negligentia nocet: sed per hoc non fit præiudicium Papæ, quo minus si voluerit ius libertatis sit saluum monasterio.

partium litigantibus coram nobis: quia per confessionem [a] partis aduersæ constitit, eundem episcopum quasi possessionem [b] obedientiæ in eodem monasterio habuisse: ipsum restituendum decernimus ad eandem.

¶ Verum quia priuilegium Innocentij Papę prędecessoris nostri libertatem monasterij plenariam exprimebat, decano Suesionen. & suis coniudicibus dedimus in mandatis, vt episcopo in quasi possessionem obedientiæ restituto, [c] nisi contra priuilegium rationabile aliquid obijceret, & probaret, super subiectione monasterij sibi silentium imponere procurarent, & infra.

¶ Iudicibus autem causam instructam remittentibus: quia cognouimus efficaciores † episcopi rationes, suiectionem eidem adiudicauimus memorati monasterij: vt ibidem habeat tanquam diæcesanus Episcopus potestatem: ita tamen, vt nullum per hoc Apostolicæ sedi præiudiciũ generetur, quominus si voluerit, suam iustitiam prosequatur. [d] Nimirum [e] si præfati Innocentij priuilegium Alexandro [f] fuit in iudicio prætentatum, & ipse tulit † sententiam contra illud, intelligitur reprobasse. [g] Si vero non fuit coram eo exhibitum,

[Glo. seq. notat, & remittit.]

a ¶ Per confessionem.] notat confessionẽ procuratoris dño prçiudicare. De hoc dictũ est, s̃, vt lit. nõ cõtest. c. 1.

[Glo. seq. reddit rationem textus.]

b ¶ Quasi possessionem.] hoc ideo dicit: quia incorporalia non possidentur. sed quasi arg. sup. de præscri. si diligenti, & sup. de causa possessionis, cum ecclesia, & ff. de vsuc. sequitur, §. si viam, & ff. de acquiren. rerum dominio. l. si seruus. §. incorporales.

[Gl. seq. no. obijcit, & soluit tripliciter.]

c ¶ Restituto.] nota quod licet cã liberalis sit præiudicialis, tñ q̃ō possessionis ei præiudicat, vt hic patet, & C. de ord. cog. l. vl. §. fin. agebat ipse episcop⁹ possessorio, de quo constitit per confessionem partis aduersæ: vnde Papa mandat ipsum restitui, 2 petitorio, sed de hoc non probauit episcopus corã Papa, sed pars aduersa per priuilegium Innocẽ. vnde mandat Papa imponi silentiũ epo, nisi cõtra priuilegiũ aliud probet, & ita q̃ obtinet in ꝓprietate, obtine, finaliter in possessione, licet aliter ꝓbet de possessione, sup. de cau. possessionis. cum dilectus: & hoc cum vtroque iudicio actum est. Sed quare Papa non tulit sententiam pro monasterio, cum per priuilegium Innocentij probatum esset, ꝙ erat liberum, & exemptum, & ex parte episcopi nihil ostensum esset contra priuilegium, & actum esset ab epo petitorio, & possessorio, supra de cau. poss. cum ecclesia? Rñdeo episcopus coram Papa prosecutus fuit tantum possessorium, petens inducias ad probandum contra priuilegium Inn. vel ipse ex officio suo voluit prouidere epo, alias non recte processisset Papa. Vel si possessorio tantum actũ fuit, abbas petijt causam cõmitti quantum ad petitorium, cum per priuilegium intentio eius probaretur, quod melius videtur.]

d ¶ Prosequatur.] argu. de protestatione pręmittenda, sim. inf. de don. inter dilectos. in fi. & 9. q. 3. saluo. supra de elect. Cumana. §. 1.

e ¶ Nimirum.] responsio tacitæ quęstionis: diceret aliquis, nonne priuilegium Inno. debuit tueri monasterium? Respondet Papa quod non: secundum quod sequitur in littera.]

f ¶ Alexandro.] qui super eadem quæstione sententiauit pro epo, vt habetur in parte decisa: quam sñiam episcopus coram iudicibus exhibuit, & coram Papa, de qua hic fit mentio. Ber.

[Glo. seq. no. inducens similia & vnum diuersum.]

g ¶ Reprobasse.] no. ꝙ instrumentum dicitur reprobatum eo ipso, ꝙ cum iudici ostenditur, contrarium iudicat, sic testis reprobatur eo ipso, quod iudex contra eũ iudicat, arg. sup. de ord. cog. c. cum dilectus in fi: & ff. de his qui not. inf. Lucius: sic ex quo quæstio falsi. mouetur, & iudex contrarium iudicat, eam intelligitur reprobasse, C. si ex fal. instru. l. 1. Secus est in compensatione, quia vbi iudex non admittit compensationem, post sententiam potest opponi, sed si expresse eam reprobat, postea opponi non potest, ff. de compens. quod in diem. §. primo. & ff. de negotijs gestis, l. fin autem. §. si quocunque modo. ita hic, quia Alexander reprobauit.

1 Ar. 84. dist. ca. q̃squis cũ suis, concordant.

† Quia illa sñia p̃ualet, quæ validioribus fulciẽ rõnib⁹, §. itẽ p̃tiũ. insti. de empt. & vendi.

2 De hoc articulo videto hic p̃ alijs Inn. Host. & Ioan. Andr.

† al. ita: tulit sñiam ꝯ ipsum, illud intelligitur, &c.

† al. ita. tulit sñiam ꝯ illud intelligitur, & c. i. bus tñ desũt illa duo verba paulo, ĩ coram eo.

banit priuilegiũ Inno. si fuisset ostensum in iudicio, sic sup. c. prox. Item hic est arg. ꝙ ipso facto & sine verbo perditur priuilegium, sup. de off. deleg. gratum. & inf. de his quæ fi. a maio. par. cap. c. ex ore.

[Glo. seq. alleg. tres concor: excipit duos casus. inducit duo similia.]

non debuerint conspiratores admitti, iuramentum tñ ipsorum de veritate dicenda super statu ipsius ecclesiæ recipi potuerit, vt per dicta illorũ super alijs fides possit haberi, quæ ipsum abbatem non tangebãt, præcipue cum tũc probatum nõ esset ipsos conspiratores fuisse.

prętextu priuilegij de nouo reperti, prædicta nõ debet sententia retractari.[a]

¶ Idem Sanctæ Mariæ in Cagi, & Vallis secretæ Abbatibus.

¶ Sententia, a qua fuit appellatum, retractatur, si constat, testes, ad quorum dicta tantum lata fuit, cõspiratores fuisse, & contradicente parte receptos.

CAP. XXII.

CVm † I. & A. Canonici Sancti Dionysij Remen. ex parte quorundam Canonicorum eiusdem Ecclesiæ, nostro Apostolatui reserarint, quod abbas eorum super dilapidatione, periurio, simonia, & quibusdam alijs erat multipliciter infamatus:[b] Nos Cathalan. Episcopo, & eius collegis dedimus in mandatis, vt ad Ecclesiam personaliter[c] accedentes, tam in capite quam in membris corrigerent † corrigenda, & statuerent, quæ statuenda viderent, & infra. ¶ Iudices autem abbatis, & canonicorum iuramenta recipientes,[d] abbatem ab administratione ipsius ecclesiæ per sententiam remouerunt: correctione membrorum dilata,[e] quã tunc non poterant expedire A. qua sententia, cum procurator prædictus ad nostram audientiam appellauerit, proposuit dictam sententiam reprobandam, tum quia iudices lite[f] non contestata, in ipso negotio processerunt, tum quia iuramenta conspiratorum[g] contra ipsum recipientes (depositionibus coram partibus minime publicatis, † nec ostẽsis[h] eidem †) ad

a ¶ Retractari.] sup. c. ꝓx. ff. de re iud. imperatores, C. de transa. sub prætextu in fi. nisi in casu, vt in l. p̃dicta. imperatores, ff. de iureiu. admonendi.[1] Et sic tollitur priuilegium per sententiam, sicut per cõuentionẽ, inf. de dec. ex multiplici, & per arbitrium, sup. ti. proxi. cum olim.[2]

CVm I. & A.] Diuiditur principaliter in duas partes. In prima ponit factũ coram Papa narratũ appellationis remedio. In secunda dat iudices appl̃onis, quibus diffinitionem causæ sub certa forma committit: Scd͂a: ibi, Quia vero. Et q̃libet pars potest subdiuidi, vt patet in textu. Sed prędicta diuisio sufficit ad intellectum. Abb. Sicul.

CASVS. I. & A. canonici Sancti Dionysij pro se, & quibusdam alijs ꝯcanonicis suis denunciauerunt domino Papę. Abbatem suum super dilapidatione, periurio, simonia, & quibusdã alijs criminibus, super quibus erat multipliciter infamatus: vnde Papa mandauit quibusdam iudicibus, quatenus ad ecclesiam personaliter accedant, & tam in capite, quã in membris corrigant corrigenda, & statuant quæ s̃m Deum viderint statuenda, iudices vero receptis iuramentis abbatis, & canonicorum, abbatem ipsum ab administratione ipsius ecclesiæ per sententiam remouerunt dilata correctione membrorũ, a qua s̃nĩa procurator abbatis appellauit, vnde postmodum in præsentia Papæ proposuit dictã s̃nĩam reprobari debere, primo quia iudices lite non contest. in negotio processerũt, tum quia iur̃a conspiratorum contra ipsum recipientes, depositionib. testium coram partibus non publicatis, nec ostensis eidem, ad sententiam procedere præsumpserunt. Papa vero his, & alijs intellectis: quia de articulo conspirationis sibi non potuit fieri plena fides, mandat iudicibus, quatenus si constiterit, ꝙ illi cõspiratores fuerunt quorum iuramenta iudices receperunt, & ꝙ abbas probare voluerit coram eis, & iudices dicta illorum solummodo secuti sunt, cum per alios ea probata non essent, sententiã protulerunt, quod processum illorũ debeant irritare, in principali negotio iuxta formam comprehensam in prioribus litteris postmodum procedentes. Si vero abbas non poterit probare illos conspiratores fuisse, vel si ẽt hoc probauerint, appareat tñ, ꝙ nihil deposuerunt super his, pro quibus fuit abbas amotus, vel ẽt si aliqua deposuerunt cõtra abbatem, ea tñ per alios fuerunt sufficienter probata, processum illorũ iudicum debeant confirmare: quia quamuis aduersus abbatem

No. ꝙ aliquis p̃t per alium denũciare. Itẽ conspiratores nõ admittuntur ad testimonium. Item exceptio proposita ante s̃nĩam a grauamine in causa appellationis debet vera esse. Itẽ non sufficit probare cõspiratores, nisi probet, ꝙ iudex secutus fuerit dicta illorũ. Ite cõspiratores potius p̃nt admitti ꝯ alios q̃ contra illum contra quem conspirasse dicuntur.

b ¶ Infamatus.] post hunc textum corrigitur littera decretalis ꝑ registrũ sic, & cum super his, & alijs cũ ꝓcuratore ipsius abbatis aliquandiu litigassẽt, nos Cathalañ.

c ¶ Personaliter.] in hoc casu non possent isti cõmittere vices suas, vt sup. de of. de lega. qm̃ Apostolica, §. is autẽ cui. & in casibus alijs, qui ibi ponuntur, & in loco ipso debet fieri inquisitio, vbi morantur illi, de quorum vita q̃ritur, 47. d. de Petro, & 2. q. 1. Deus omnipotens, 24. q. 1. pudenda, & 23. d. illud, & sup. de elect. postquam.

d ¶ Recipientes.] secũdum formam, quam habes inf. de acc. qualiter, & qñ, §. formam, & c. cum dilectus.

b ¶ Maluerit.] sic s̄. eo. c. referente. & sic habuit optionē secūdū ista iura, 1 hodie nō habet optionem, imo recipiendo secūdam dignitatem ipso iure vacat prima: & si contēderet retinere vtrāq; priuaretur vtraque j̄. eo. de multa. cum enim militiæ sint distinctæ & personæ illius deputatæ debent esse distinctę. vn̄ nemo potest esse in duobus collegijs simul. ff. de col. illi l. 1. §. vlt. nec duas militias habere. C. qui mili. nō pos. l. 4. & l. 5. §. in posterum. lib. 12. nec duos honores ff. ad muni. libertus. §. ꝑscriptio. ergo multo fortius hæc sunt in spiritualib. honoribus obseruanda.

† Cap. 4. tit. de excessib. prelato. in j. cōpi. & post concil. Lateran̄. par. 24. cap. 5.

1 Quę hodie locū habent in casu. j̄. de rescr. gratia. lib. 6. possēt et locū hēre cū secūdum beneficium est minus & vtilius, secūdum Hostiē. q̄ dicit æquū in scholis: fatetur tñ ī iudicijs & ī curia simpliciter teneri de cre. d̄ multa. Ioan. And.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cōp. Et vide q̄d ꝑ hūc textum scribat Abbas in c. 2. j̄. de iure patr.

CVm non ignores.] Hodie poteris seruare hoc c. in beneficijs residentiā requirentibus, & etiā in curatis si de facto nollet dimittere primam ecclesiam. Primo ponitur causā mandati. Secundo mandatum: ibi, Cum igitur. Tertio soluit obstaculum: ibi, Quòd si Abbas.

CASVS. Archipresbyter & clerici cuiusdam plebis elegerunt quendam presbyterum rectorem cuiusdam ecclesiæ in suum, presbyterum, siue in capellanum suū, & ipse consensit electioni, volebat tamen locum habere in varaque ecclesia archipresbyter & clerici contradicebant, volentes quòd in sua ecclesia resideret: & sic orta fuit super hoc quæstio inter ipsos: Vnde nuncius presbyteri, & quidam clerici alterius ecclesię ad sedem Apostolicam accesserunt: dominus Papa auditis hinc & inde propositis, considerans quòd non est conueniens, vt idem presbyter locum habeat in duabus ecclesijs: mādat archiepiscopo Ianuen̄. vt dictum presbyterū beneficio quod habet faciat manere contentum & si archipresbyter & clerici cōsenserint, & modo dissentiāt, non debet cum ipsorum scandalo in eorum ecclesia locum habere. Not. quòd vna ecclesia vnum tātum debet habere rectorem, cum in vno corpore duo capita esse non debeant, nec vnus rector debet præesse pluribus ecclesijs. Item propter scandalum aliquis repellitur ab obtinendo beneficio. Item arg. ꝙ ex quo aliqui consentiunt in aliquē, possunt dissentire: & hoc propter scandalum: & isti dissentiebant: quia presbyter ille nolebat dimittere primam ecclesiam.

c ¶ Vna ecclesia.] hoc generaliter verū est, quòd vnus debet esse sacerdos vnius, vt s̄. eo. c. proxi. & j̄. e. de multa. De hac materia dicitur s̄. de elect. dudum. 2

d ¶ Contendit.] vn̄ hodie priuari debet vtraq; j̄. e. de multa.

e ¶ Contentum.] s̄. eo. c. ꝓx. & c. ad hęc.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

f ¶ Consenserint.] si semel consenserūt in eū, nō p̄nt ampli⁹ dissentire. s̄. de elect. cum inter canonicos & 8. q. 2. dilecti, fi. & 32. q. 5. horrēdus. Quid est ergo q̄d d̄r, eis nunc dissentientibus: & sic cōtradicit hæc decr. ꝑdictis iuribus 2? Sol. sic intellige q̄d d̄r hic, quòd sacerdos ille elect⁹ fuit ad curā animarū. & sim. l ad continuam residentiam, ad quā de iure tenetur. s̄. de cle. nō resi. quia nōnulli, sed ipse volebat retinere priorem eccl'am, cū illa ad q̄ electus erat secundo ab archiꝑsbytero & clericis. vn̄ cum ipse nollet primam dimittere, licitum fuit archipresbytero & clericis ab electione ipsa recedere, & merito, q̄a vtrāq; de iure habere non poterat. Si autē vellet dimittere primam, & secūdā recipere: tunc nō possent archipresbyter & clerici ab electione eius discedere, ex quo semel in eū consenserunt, & sic intelliguntur prædicta iura.

† haberet.

2 Concord. text. in l. in fraudem & ibi Alb. de Rosa ff. de test. ī l. fi. & ibi Cy. C. ad Maced.

† dissidentibus.

† Vid. Vasęū in annalib. Hispaniæ. c. 21.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cōp.

g ¶ Scandalo.] argu. quòd propter scandalum quandoque receditur à iure. s̄. eo. cum teneamur. & s̄. de tempo. ordi. ad aures.

CVm secundum Apostolum.] Primo ponitur causa constitutionis, & correctionis iuris antiqui, & noui promulgatio. Secundo determinatio casus propositi specialiter. Secnnda: ibi, Inde est. Abbas. Sume casum ad medietatem capituli: ibi, Inde est, &c.

CASVS. Episcopus Zamoren̄. ordinauit in subdiaconum quenquam clericum. C. nomine sine aliquo titulo: tamen morte præuentus eidem clerico in beneficio ecclesiastico non prouidit: & postmodum successor illius requisitus non prouidebat eidem, accessit ad Papam exponens eidem qualiter prædecessor illius ordinauerat ipsum in subdiaconum; scripsit Papa quibusdam, vt illum subdiaconum examinarent si dignus esset ad ecclesiasticum beneficium obtinendum, prius episcopo Zamoren̄. citato, vt examinationi intersit: vnde scribit Papa Zamorensi episcopo, quòd cum clericus ille à prædecessore ipsius ordinatus fuerit sine certo titulo, si examinatores prædicti eo citato, vt examinationi ipsius intersit per se vel per alium, & vt liceat sibi proponere quicquid rationabiliter duxerit proponendum, tam

super

super idoneitate personæ, quã etiam super quantitate & qualitate beneficij, illum inuenerint esse dignũ: tãdiu necessaria vitæ sibi ministret, donec in ecclesia Zamoreñ. vel alia, per ipsum beneficium fuerit cõpetens assecutus: sciturus pro certo, ꝙ si dignus repertus fuerit & ipse episcopus neglexerit prouidere, cum Papa super hoc fuerit requisitus, compellet ipsum per districtionẽ ecclesiasticam ad prouisionẽ ipsius. occasione huius negotij Papa præmittit illa quæ præcedũt, hoc modo; dicit Apostolus: Qui altari seruit, viuere debet de altari: & q ad onus assumitur, emolumentum inde debet habere, ergo patet, ꝙ clerici, q deputati sunt obseq̃o Iesu Christi, de ipsius patrimonio viuere, debent: clerici enim à cleros, quod est sors appellantur: & ideo dum ordinantur, vel assumuntur in hæreditatem Domini, vel assequuntur hæreditatẽ in ipso. licet autẽ prædecessores Innocentij, ordinationes eorũ qui sine certo titulo ꝓmouẽtur, quantũ ad executionem irritas esse voluerint & inanes in iniuriã ordinãtium: Innocẽtius tamẽ volens benignius agere cũ taliter ordinatis, statuit, ꝙ per ipsos ordinatores, vel successores eorum tamdiu prouideatur ordinatis, donec per eos beneficia ecclesiastica fuerint consecuti. Not. ꝙ qui altari seruit, de altari debet viuere. Itẽ ad quem spectat onus, & emolumentum. Item qui aliquẽ ordinat, vel ordinari facit ad sacrum ordinem, prouidere tenetur eidem; donec per ipsum ordinatus beneficium ecclesiasticum fuerit assecutus. Item si episcopo simpliciter scribatur, vt alicui prouideat in ecclesia sua: non solum in cathedrali ecclesia potest prouidere, sed etiam in parochiali.

a ¶ De altari.] 12.q.1.ex his.

b ¶ Repelli.] ad quem spectat onus, & emolumentum. 2.q.2.charitatem, & c.quicunque. & c.ecclesiasticis 1. & econuerso non est ferendus is qui lucrum amplectitur, onus autem subire recusat. C.de cad.toll. l.vnica. §.pro secundo.

ADDITIO. Vnde versus:

Commoda qui sentis, iungas onus emolumentis.

c ¶ Obsequio.] non tibi, sed domino grauis est cui seruit egestas. arg.93.dist.diaconi versi. mendicat. Lau.

d ¶ Nominis ratio.] 21.dist.cleros. & clericos. & 16.q.1.si cupis, & nomina debent esse consonantia rebus. instit.de do.§.est & aliud.

e ¶ Sors.] 12 q.1.cui portio.

f ¶ Assumuntur.] vt qui ordinantur sine beneficio, vel assumuntur, vt habeant hæreditatem Domini.

g ¶ Assequuntur.] [illegible] qui ad beneficiũ recipiũtur,

1.Cor.9.

stolum qui altari seruit, viuere debeat de altari:[a] & qui ad onus eligitur, repelli[b] non debeat a mercede: patet a simili, vt clerici viuere debeant de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio[c] deputantur, vt ipsa nominis[d] ratio persuadet. Cum enim a cleros, quod est sors[e] vel hæreditas, clerici appellentur: quia in sui † ordinatione vel assumuntur[f] in hæreditatem Domini; vel assequuntur[g] hæreditatem in ipso, † vt vere possint psallere cum propheta: Dominus pars hæreditatis meæ: dignum[h] est, vt ecclesiæ stipendijs sustententur, in qua & † per quam diuinis obsequijs adscribuntur. Licet autem prædecessores[i] nostri ordinationes[k] eorum, qui sine certo titulo promouentur, in iniuriã ordinantium irritas[l] esse voluerint, & inanes: Nos tñ benignius agere cupientes, † tamdiu per ordinatores, vel successores[m] eorum prouideri volumus ordinatis, donec per eos ecclesiastica beneficia cõsequantur.

¶ Inde est, ꝙ cum G.lator præsentium, à prædecessore tuo fuerit ad †. subdiaconatũ nullo pñsentante promotus, Mandamus, quatenus, si eum hi, quib. examinationẽ ipsius duximus committendam, te citato legitime, vt p te ipsum vel idoneum respõsalem interfis: & tã super ideoneitate personę, quã ẽt super quãtitate, ac qualitate beneficij proponere tibi liceat[n] quicquid rõnabiliter duxerit proponendum idoneum esse repererint, tãdiu ei vitæ necessa-

† sua.

† al. in Christo. Psal.15.

† al. vel.

isti in sua ordinatione statim consequuntur hæreditatem Domini.

h ¶ Dignum.] 12.q.2.ecclesiasticis.

i ¶ Prædecessores.] 70.dist.neminem. & c.sanctorum.

K ¶ Ordinationes.] nisi promotus sit ad titulum patrimonij sui. inf.eod. tuis. & sup.eo. eps si.

l ¶ Irritas.] quo ad executionẽ, non quo ad veritatẽ, quia ordinem non admittũt. [Gl. seq. obijcit, & dupliciter soluit, & sol determinat.]

m ¶ Successores.] sed quare cõuenitur hic successor ex delicto defuncti, cũ regulariter cũa morte extinguant. 23.dis. quorũdã. & C.si reus, vel accu. mor. fue. l.2. & successor non cõuenit ex delicto defuncti. C.ne ex deli.defun. l.vnica? Rñdeo, ne in cleri opprobriũ mẽdicare cogant. 93.dis. diaconi. argu. sup. de cle.cõiu. Ioãnes. ĩ fi. Vel dic, ꝙ nõ tã successor q̃ ecclesia 2 punitur ĩ hoc casu, que ñõ resistit epo in tali ꝓmotione: nam sine consilio ecclesiæ, nõ facit ordinationẽ 34. dist.c.pe. vnde punitur si ei delinquenti non resistit. 2.q.7.c. quapropter. & hoc ĩtelligo qñ ipse eps examinauit. si autem alij examinauerunt, ipsi tenebuntur. 54. dist. si seruus. 24. di. qñ. & hoc innuit quod dicitur. inf. nullo præsentante. Et in hac prouisione dignitas promoti est attendenda. arg. 41. dist. non cogantur. ff. de iu. l. sed & si susceperit. §.2. ff. de vsuf. sed & si quid. §.1. & inf. eod. c. de multa. ff. de do. l. si filiusfamilias. Item cõsiderantur facultates ecclesiæ. argu. ff. de admi. tu. l. cũ plures. §. cum tutor. & ff. de rel. & sump. fu. si quis sepulchrum. §. sumptus, & hic inferius. Bern.

[Glos. se in princ. reci. per obie. & solutionem. Deinde dat duo similia. Iterum obijcit, & soluit. Tertio obijcit, & soluit.]

n ¶ Liceat.] si scriberetur ipsi ordinatori, ipse nõ posset aliqd obijcere nisi hoc lrĩs contineretur: quia quos idoneos reputauit ad ordines, debet reputare idoneos ad beneficiũ sup. de æta. & qual. c. accepimus. sed successor põt, & ita semel approbatus iterũ probatur & reprobatur, sicut modicus. 3 ff. de mune. & ho. l. vt gradatum. §. reprobari. & virgo semel probata iterũ probatur. 4 27. q.1. nec aliqua. & melius. s. de prob. c. pe. & vlt. & 2. q.5. hẽt hoc propriũ. & c. Mẽnã. sed hoc totũ gratia est. quia de facto vnius sæpius quæri non debet. ff. nau. cau. stab. l. licet. in fi. Sed nonne præsumi debet pro ordinato? Sic ar. sup. de prob. post cessionẽ. nisi probetur contrariũ. Itẽ qualiter cognoscitur postea de eius idoneitate: cũ sententia epi: qua pronunciauit ipsum idoneum, transiuit in rem iudicatã, à qua non fuit appellatum. sup. de elect. cum dilecti. in fi. Rñdeo totum fit de gratia. Vel dicas, quod tantũ quæritur de noua causa postea emergente. arg. sup. de æta. & qual. ordi. c. 1.

[Gloss.

† Vide l. cũ testõ. & ff. de reg. iur. & l. quo ties. eo. tit.

† al. ita: ita subdiaconũ.

2 Non video in quo puniatur ecclesia, vel capitulum cum episcopalis mensa grauatur s̃m Hos. Ioan.

3 Quod est spãle pp hominum sanitatem. Ioan. And.

4 Quia sæpe manus fallitur, & ea. ut ibi.

1 Concord. tex. in l. sur natura. ff. de reg. iur. & l. fi. §. sed cum ff. de fur.

[Gl.seq.quærit,soluit.alleg.pro & contra.ponit opi. Vin.demum soluit.

a ¶ Donec per te.] quid si eps ordinauit eū ad aliquē titulū,& ille est euictus ab eo, nunquid eps tenetur de euictione? Arg.ꝙ nō: quia donator non tenetur de euictione. ff.de ædi. [illegible] l.ad res donatas, arg. cōtra.7.q.1.p̄sentiū. & inf.eo.iter cetera. Dixit Vin. ꝙ eps spāliter nō teneret si dedit ei bnficium sufficiēs,& factū sit īsufficiēs & exinanitum: sufficit enim minori ab initio adire locupletem hereditatem. ff.de mi. verum.§.si locupleti. tenetur tñ gñali obligatione,q[illegible] tenet prouidere & ordinare ecclesias oēs sui epatus. de consec. dist.1.oēs. Tu dicas melius cū T. si simulētér cōtulit ei beneficiū alterius,quo alius non fuit iuste priuatus, siue alij debitum, & ipse cui cōtulit,hoc ignorauit,[1] tūc spāliter tenet eps ei puidere in æquiualēte beneficio.arg. 7.q.1.præsentium & inf.eo. inter cetera. & inf. de iure pat. c. pastoralis.

Inter cetera.] Narrat primo factum. Secundo mādat decerni, & causam exprimit: ibi. Supradicto episcopo Abbas. CASVS. C. & H. per permutationē [illegible] præbendarū affectātes, eas in manu Papæ renunciauerunt: postmodū mandauit Papa decano Remē. ut de præbenda G.inuestiret H. sed eps loci hoc intelligēs cōtulit eā magistro P.vñ orta lite inter magistrē P.& H. dñs Papa reuocauit p̄fatam renūciationē, & vtrique restituit beneficiū suū: & ne magister P.remaneret frustratus spe sua. Mandat Papa epo ꝓuidēdum alicui non conferat, donec assignauerit magistro P.bnficium præbendale in eadē ecclesia: & si contra fecerit, illud cassat:ne fraudulenter visus sit illi contulisse præbendam Ber.No. ꝙ vbi ponit ista clausula, ꝙ si contra factum fuerit, decernimus irritum & inane: ꝙ fit postea, ipso iure non tenet. Item qui dat beneficiū quod dare non potest, tenetur ad beneficium quod dare potest:ne fraudulenter visus sit beneficium contulisse.

[Glo.seq.reci per obie.vlt.alleg.concor. remittit,signat contrarium,soluit.& distinguit]

b ¶ Assignari debebat.] ex quo G.resignauit tali modo,vt daretur H.& non fuit ei data.sed magistro P.non videbatur ei renunciasse:nec vr eam perdidisse, sicut non amittit possessionem qui eam sub modo alij tradidit,nisi modus exitat. [3] vr enim sub conditione eam tradidisse. sup.de resti.spo.olim.1. & ff.de ac.poss. qui absenti. §.si quis.& qui sub conditione trahit possessionem,& recedit à possessione,non perdit eam ff.eo.si cum me. vnde iste nō videbatur amisisse possessionem beneficij sui: sed certe verū est ꝙ amiserat ꝑ renunciationem [illegible] Papa postea ex officio suo vtrūque restituit propter discordiam suscitatam.

c ¶ Irritum.] sin ile C. de legi. nō dubiū. [4] & C. [illegible] alie.l.sācimus.& 10. dist.cap.vides, si hoc verbū non cōtineretur in litteris,& ipse conferret,[illegible] ꝙ cessio teneret,licet esset facta contra mandatū Papæ [illegible] inf.eo. dilectus filius, G.vbi de hoc.

d ¶ Assignauit.] hic exp̄sse hēs, ꝙ si eps cōcessit mihi bnficiū qd cōcedere non potuit,tenetur mihi ad aliud cōferendum 7.q.1. præsentiū.de hoc dr. sup.c.prox. fim.sup. de fi.psb.ven'ēs,arg. ff.de pig.act. l.elegāter. §.q reprobos ff. ad Velleia. quamuis. §.si cōu.nerit.& ff.q satisd.cog.l.quoties. ff.de leg.1. l.si filiusfam.§.si qd alicui.& ff.de leg.2.l.mortuo. §.Labeo, quia adiuuari beneficijs nos oportet,nō decipi.ff. cōmodati, l.in cōmodato. §.sicut. in fi.& ī.de pmo. c.vni. ī fi. Et sic est cōtra id ꝙ dicit lex, ꝙ donator non tenetur de euictione [illegible] l.ad res donatas. sed hic in veritate nō dr [illegible] quia necesse habet eā donare, & [illegible] liberalis existit.ff.de [illegible]

---

rīa cōgrue subministres, donec [a] per te in Zamorēn.ecclesia,vel alia fuerit competens beneficium ecclesiasticum assecutus, sciturus pro certo,quod si per examinationē eorum † fuerit repertus idoneus, & tu ei iuxta mandatum nostrum neglexeris prouidere, cum hoc nobis per litteras eorū innotuerit, ad id exequendum te per districtionem ecclesiasticam compellemus.

¶ Idem archiepiscopo Senon.

¶ *Qui hoc ignoranti scienter contulit præbendam, quam non potuit, illa euicta, aliam quam potest, conferre tenetur. h. d. & est singularis dispositio.*

CAP. XVII.

Inter † cetera: & infra. ¶ Facta resignatione a G. † quondam canonico Laudun. † de præbenda eiusdem ecclesiæ,quæ per commutationem præbendarum H. tunc Siclunen. † canonico auctoritate Apostolica assignari [b] debebat: magister P. per Laudun.† episcopum de præbenda fuit inuestitus eadem. Super quo cum inter magistrū ipsum & dictum H. controuersia suborta fuisset per C. Papam prædecessorem nostrū omnia retractata fuerunt: & infra.

¶ Supradicto episcopo dedimus in præceptis,†vt donec idem magister in eadē ecclesia fuerit præbendale beneficium assecutus,nulli aliī præbēdam assignare præsumat: quod si forte præsumpserit, id irritum [c] decernimus & inane.Decet enim,vt quia præbendam ei, quam de iure non potuit, assignauit, [d] eam quam de iure potest, assignet: ne præbendam ei fraudulenter visus sit assignasse.

¶ Idem episcopo & cantori Tornacen.

¶ *Cassatur electio illius, qui possidet plures dignitates, atque præbendas, & idem si detinetur aliquo vitio hic scripto.*

CAP. XVIII.

Cum † iam dudum: & infra. ¶ Verum quo-

---

gatam in fi. & de hoc dictum est sup. eo.c.relatum. & hoc intellige, quando episcopus sciuit ꝙ eam donare non poterat. & ille qui recepit, ignorauit, vt dixi.s̄.c. proxi.si enim recipiens hoc sciebat non credo, ꝙ habeat petitionem contra episcopum ad aliam prębendā, instar illius qui sciens emit liberum hominem, quia emptio nulla fuit secus si ignoranter emit. ff.de cōtrahen.empt. l.liberi hominis.Ioan.

Cum iamdudum.] Opponenti plura contra electū, sufficit alterum probare quod ad cassationem eius sufficiat.h.d.P.imo ponit,sex.quæ opponebantur contra electum. Secundo diffinitionem quæstionis conditionalem. Tertio respondet tacitæ quæstioni vel obiectioni.Secunda:ibi,Mandamus. Tertia:ibi,cum multa. Abb.Siculus.

CASVS. Vacante præpositura Siclunen. à quibusdam canonicis ecclesię Siclunen.electus fuit quidam nomine Ioannes de Bythinia, maiore parte capituli prius appel-

---

¶ illorum.

[1] Ad hoc ī. eo.si beneficia.lib.6.Io. And.

[illegible] eo. ti.in 3. [illegible]

† Sr.

† Laudun.

¶ [illegible]

† Laudeñ.

[2] Hic casus in antiquis exemplarib. reperitur.

[3] Tex est in l.verba.ff.de cōd. insti.& in l.actus.ff. de reg.iu.

[4] Factū contra legē hr pro infecto. Io.And.

| mandatis.

† Cap.4.eo. tit.in 3.cōp. Et de materia vide Card. cons.3. & Oldradū cons.67.

10 20 30 40 50 60

appellãte, & quibusdã canonicis absentib. & non uocatis: ad petitionẽ ipsius Ioannis cõmissa fuit causa quibusdã iudicibus: iudices illi confirmauerũt electionem ipsius Ioannis: tandem causa cõmissa fuit alijs iudicibus ad petitionẽ partis aduersæ, & illi cassauerunt confirmationẽ priorũ iudicium: demũ Papa cassauit processus priorũ, & secundorũ iudicũ, reducere causam in eum statũ in quo erat ante primã cõmissionẽ: istis omnib sic peractis R. Siclunen. canonic⁹ opposuit se isti Ioãni, proponẽs multa cõtra ipsũ, s. pluralitatẽ dignitatũ, & beneficiorũ, cõtra cõciliũ Lateran. & quòd die intrusionis suæ ante cõfirmationẽ, administrare præsũpsit, & post cassationẽ cõfirmationis electionis suæ ministrauit: his & alijs auditis, Mãdat dñs Papa quibusdã iudicibus quòd si inuenerint sic dictũ Ioãnem habere plures dignitates atque præbendas, aut aliquid aliud de præmissis (quod sufficit) inuenerint esse verũ, eidẽ Ioanni super ipsa præpositura silentium imponant, ab impetitione ipsi⁹ Siclun. ecclesiã absoluentes. In fine respondet Papa quasi tacitæ quæstioni: posset qs opponere dño Papæ, quare vos istum repellitis? multi sunt qui habent pluralitatem dignitatum, & beneficiorũ? Rñdet. Multa per patientiam tolerantur, quæ si in iudiciũ deducerentur, exigente iustitia cassarentur. No. quòd q habet plures dignitates seu personatus, sine dispensatione Papæ ineligibilis est. Item ante confirmationem nemo debet administrare: quod si fecerit, debet eius electio cassari. Item per patientiam multa tolerantur, quia non denunciantur vel accusantur: quæ si in iudicium deducerentur, secundum iustitiam cassarentur.

Marg.: † Bitunia. Bitunia. — † sub. Alex. iij. cap. 13. & 14. — † Siden. — † al. ante cõfirmationẽ suam. — † al. ita: aut aliquod præmissorũ, &c.

niam ab R. Siclunen. canonico, I. de Bythinia † quædam obiecta fuere: multitudo [a] videlicet tam dignitatum, quam etiam præbendarum, ambitionis & auaritiæ [b] vitium: cui nondũ finem imponens, cõtra diffinitionis nostræ [c] tenorem, & Lateranen. [d] statuta concilij † ad obtinendam præposituram Siclunen. † se ingerit, & ingessit: & quod die intrusionis suæ ante cõfirmationẽ [e] † præsumpserit ministrare: sicut & post cõfirmationem cassatam.

¶ Mandamus, quatenus si inueneritis prædictum I. habere plures alias dignitates, atque præbendas: [f] aut † aliquid aliud [g] præmissorum, quod ad cassationem eius sufficiat, inueneritis esse verum: ei super iam dicta præpositura silentium imponatis, ab impetitione ipsius, Siclunen. † ecclesiã [h] absoluentes. Cum multa per patientiam [i] tolerentur, † quæ si deducta fuerint in iudicium, exigente iustitia, non debeant † tolerari. †

¶ Idem archiepiscopo, & archidiacono. Senonen.

Recepto in canonicum quem cito facultas se obtulerit debetur præbenda, & interim habebit cotidianas distributiones.

CAP. XIX.

Dilectus † filius T. canonicus Linconien. † proposuit, quod cum de mandato C. Papæ prædecessoris nostri Linconien. † episcopus quandam præbendam assignauit eidem in ecclesia Linconien. † quia capitulum ipsum ad eandem recipere contemnebat; & infra.

¶ Ad instantiam Remẽ.

a ¶ Multitudo.] quæ est canonibus inimica: sup. eod. quia in tantum.

b ¶ Auaritiæ.] quæ a promotione repellit 85. distin. ca. Florentinum. quam etiam dixit lex legitimis ictibus feriendam. C. de inoff. testa. l. si quis suo. & est seruitus idolorum sup. eo. c. auaritiæ. Ber.

c ¶ Diffinitionis nostræ.] quam non habes in compilatione, quæ olim erat de instit. c. tua nuper.

d ¶ Lateran. statuta concilij. sup. eo. quia in tantum.

e ¶ Confirmationem.] hoc ita intellige, quòd super hac electione fuit causa commissa ad petitionem illius electi, & iudices illi electionem confirmauerũt. & post ea alij iudices, quibus eadem causa fuit cõmissa, confirmationem illam cassauerunt, sicut hoc totum habetur in compilatione Innoc. sup. de re iud. c. 1. de quibus hic fit mentio.

f ¶ Præbendas.] de hoc dictum est s. de elect. c. dudũ 2.

g ¶ Aliud præmissorum.] scilicet quòd ante confirmationem ministrauit. sup. de elect. qualiter. vel quòd ministrauit post cassationem confirmationis: quia Papa etiam totum cassauit quicquid factum fuit per iudices primos, & posteriores.

[G. o. seq. alleg. vnam concor. in contrarium alleg. 7. iura, & soluit.]

h ¶ Ecclesiam.] & ita vr̃, quòd ecclesia, q̃ ipsum elegit, sciens ipsũ habere plures dignitates atque præbendas, nõ possit ipsũ repellere. arg. su. eo. cum in cunctis. & ignores. ar. contra s. de except. cũ ecclesia. & 1 in tercano. os. 8. q. 2. c. dilectissimi. & 32. q. 5. hor edes. in d cõcelitis. ũ uper. & s. de cler. cõiug. c. diuersis fallacijs, & s. de cons. c. iter dilectos. Sed hęc locũ ñ habẽt: quia iste non fuit electus ab ecclesia: immo ecclesia se sibi opponebat, & electus fuit a quinque solummodo, alijs appellãtib. prius, & quibusdã absentibus, vt hic patet, ĩ decret. q̃ olim erat in cõpilatione Inno. de re iu. c. 1. hęc decr. de illa electione loqt. Ber.

i ¶ Per patientiam.] hic rñdet tacitę qõni diceret aliqs, multi sunt habentes plura beneficia, quare ipsũ reprobatis dñe Papa? & ipse rñdet multa per patientiam, &c. & tamen per talem patientiam non fit dispensatio. argu. s. de cogna. spir. super eo. & sup. de iureiu. mulieri. arg. talis patientia voluntatem requirit. ff. de tribu. l. j. 1

Marg.: † Siden. — † In antiqs tolerantur. — † deberent. ‡ Vide l. 1. 6. pen. ff. de his qui no. nfa. & l. 1. §. 1. ff. si quis in ius voc. nõ ierit. — † Cap. 5. eo. tit. in 3. cõp. † Lingon. — † Lingon. — † Lingon. — 1 Dñs sciens seruum merari in repu. tenetur tributoria, non tamen requirit quod velit, sed satis est quod nolit, ex quo sciuit. Ioan. And.

Dilectus filius. Cõtinet quatuor dicta. primo mandatum Apostolicum. Secundo ibi. Ad instantiã iustũ & iniustũ pceptũ legati. Tertio ibi. Cum ergo, iusti processus confirmationem, & iniusti reprobationem. Quarto ibi, [Facientes Papalem subiunctionem. Abb.

CASVS. Eps Linconi. de mandato dñi Cælestini Papæ, cuidam clerico G. nomine quandam præbendam in ecclesia Linconi. assignauit, sed capitulum Linconi. noluit ipsum recipere ad eandem: tandem ad instantiam Remen. archiepiscopi, tũc episcopi Prænestini Apostolicæ sedis legati, talis compositio inter capitulum, & G. intercessit, quòd receptus fuit in canonicum, & in fratrem, concesso sibi stallo in choro, & loco in capitulo, & participatione diuinorũ, ita tamen quòd fructus præbendæ recipere non deberet, nisi loco proximè vacaturæ. sed quia plures præbendæ postmodum vacauerunt, nec eidem G. aliquã assignauerunt, accessit ad Papam, proponens eidem omnia supradicta: scribit Papa iudicibus dicens, dictũ G. in canonicũ recipi, canonicis nõ obstantibus institutis, sed vacatu ã expectare præbendam, esse contra Lateran. concilium: vnde Papa factum legati in eo, quod dictum G. recipi fecit in canonicum & in fratrẽ, approbauit; sed quod nihil reciperet nisi loco proximo vacaturæ, reprobauit, quia vero indignum est, vt receptus in canonicum beneficio careat, Mandat iudicibus, vt epm, & capitulum compellant, vt ei præben-

dam(cum se facultas obtulerit)assignent: & portiones cotidianas,quæ fiunt in ecclesia, faciant assignari eidē. No. ꝙ aliquis potest recipi in canonicum sine assignatione præbendæ , dūmodo aliquid sibi assignetur tan. quā canonico : & si additur ꝙ nihil percipiet nisi cum vacauerit præbenda, hoc non licet,sed sic potest recipi. Recipimus te ī fratrem, & ꝓuidebimus tibi cū facultas se obtulerit, istud non est contra conciliū.Item sentētia ꝓ parte tenet, & pro parte non tenet. Item vtile non vitiatur per inutile.ne. licitum per illicitum.

[Gl.seq. signat cōtrarium,& soluit.]

a ¶ Percipere non debetet.] illud fuit cōtra conciliū.j.de cōcess.pręb. nulla. Sed contrariū videt.sup. eo.relatū. vbi tenet ꝓmissio vacaturæ ꝓbendæ.Sol.hic nihil percipiebat, sed ibi sic , vt patet ex illo verbo: integritate ꝓbendę gaudere:& ex eo quod dicit,quorū cōis est vsus : & hic hoc solū additur, ꝙ percipiat ea quæ de cōi conferuntur , & ita nō ōtradicit,sed concordat:& hic vitium fuit expressū.

[Glos.seq. signat contrarium,& dupliciter soluit.]

b ¶ Illicito.]arg.contra sup.de cōst. cum M.ver.quatuor receperunt ad vacaturas,&c.Sol Papa illud reprobauit, vnde præcepit quòd eis prouideatur ex superexcrescentibus, &c. & ita concordat cum ista . vel ibi recepti fuerunt simpliciter , vt ibi nota.

ADDITIO. Vel non reprobatur receptio in ius canoniæ , sed receptio ad uacaturas.

possunt eligi quot sunt ibi canonici, propter diutinam expectationem , sed sufficit quòd pauci eligantur , saltē duo vel tres,vel qnque.sup.de cōsti.cū M. Ferrariē.

d ¶ Defraudetur.]sic sup. eo. relatum.

e ¶ Cum se facultas .] hoc idem erat ei promissum in illa cōpositione: sed archieps auctoritatē præstare non potuit, immo illud solū cassatur ꝙ nihil percipere deberet.Lau.Itē ex eo ꝙ dr̄ hic,patet ꝙ legatus nō potest dispensare contra conciliū.2 inf.de cōcess.pręb.nulla.sed solus Papa.Itē aliud est dicere,cum facultas se obtulerit,& aliud cum beneficiū vacauerit, vt hic patet.& inf.de concess. præben.accedens.

[Glo. seq. recitet per obiectionem, & solutionem.]

f ¶ Assignare.] hoc idē poterat cōsequi ex illa cōpositione, vt vr̄:dicit Io.ꝙ nō, quia tēpore cōpositionis vacabant ibi beneficia,& volebāt ipsum expectare proximam vacaturam. Itē aliud additur cō positioni:ꝙ ipse habeat cotidianas distributiones siue victualia,quæ de cōi conferuntur:q æ tātum præsentibus dantur. sup.de cler. nō resid. de cætero,& inf. e.licet prębendarum non facit de.

archiepiscopi,tunc episcopi Prænestiñ.Apostolicæ sedis legati,& auctoritate ipsius,talis inter eum,& episcopum,& canonicos Linconien.† compositio intercessit;quod ipso ab eis recepto in canonicum, & concesso sibi stallo in choro,& participatione qualibet diuinorum,idem fructus prębendæ percipere non deberet,[a] nisi loco proximo† vacaturæ:& infra.

¶ Cum ergo dictum T. in canonicum recipi, canonicis non obuiet institutis & vacaturā expectare præbendam Lateranen. concilio †non sit dubium obuiare:Nos facto eiusdem legati illicito[b] reprobato,quod est licitum approbantes:[c]† quia videtur indignum, vt receptus ī canonicum prębendæ beneficio defraudetur : [d] Mandamus , quatenus dictos episcopum , & canonicos,vt ei præbendā (cum se facultas [e] obtulerit)non differant assignare,[f] appellatione postposita compellatis : Facientes eidem portiones cotidianas, quæ fiunt in ecclesia memorata, sine diminutione qualibet assignari.

¶ Idem episcopo Brixien.†

¶ Non tenet electio cum ad vnam præbendam duo simpliciter eliguntur .

CAP. XX.

TVæ † fraternitatis deuotio : & infra.

¶ Cum sæpe contingat, quod ad vnam præbendam duo clerici propter importunitatem [g] petentium eligantur:Nos attendentes, quod si duo vnam præbendam tenerent , illud esset contra concilium Turonen.[h]quod prębendarum inhibet sectionem ;[i]

† Lingoñ.

† proxime.

† sub Alexā. iij.c.8. & habetur inf. de concess.pręb. c.nulla.

† Vide l.si cōuenerit.cum glo. ff.de pign. act. melius in l.nec non.§.1. cū glo. non prohibeat. ff. ex qui.cau.ma. io.

2 Concedendo ius in vacatura potest tñ reseruare. quod dic vt inf.de iu. patr. cum dilectus, de offi. leg.c.3. & 4. li.6.Io.And.

† Burdeg.

†Cap.6.eod. ti.ī 3. comp.

[Glo.seq.arg.instruit,quærit opi. ponit, & soluit.]

c ¶ Approbantes.] arg. ꝙ sententia siue donatio tenet pro parte, & pro parte non; sic sup.de arbi.cum tēpore. 12.q.2.si quos,& 17.q.4.quæsti.& 12. q. 4. inter cetera.1 & inf. de test.Raynutius,& c. Raynaldus . Caueas tñ qualiter fiat electio si dicatur eligimus te ad ꝓximā uacaturam,nulla est electio inf.de conces.pręb.c.nulla. & c.relatum:& c.ex tenore . Si uero dicatur:eligimus te in fratrē & socium, & promittimus tibi conferre beneficium cū primum uacauerit,tenet electio talis. sup. eo.relatū,& inf.de concess. pręb. cum super. assignando eidem cotidianas distributiones , alias compellētur ad hoc , ut dicitur hic in fin. & illē intelligitur electus ad quoddam ius de nouo creatū.inf.eo.dilecto,& illud ius perit quam cito assignatur beneficium uacans: non enim diu posset manere tale ius sine corporali: 1. q. 3. si quis obiecerit , & talis canonia auget numerum canonicorum, sed non prebendarum . Sed nunquid plures possunt taliter eligi, si duo possunt eligi, eadem ratione , & plures.s.tres & quatuor,& quoscunque? Dicit. Io. ꝙ secundum numerum præbendarum possunt plures uel pauciores eligi. Sed certè non uidetur ꝙ tot

r Regulari tertemm non vitiatur vtile per inutile . inf. de reg. iur.vtile.l.6.

cit canonicum , quia sola salarij perceptio non facit decurionem,ff.de decur.sola.3. & infra eod.dilectio.

TVæ fraternitatis.] primo ponitur decisa facti narratio,& consultatio.Scdo responsio:ibi,Nos. Abb.

CASVS. Aliquando contingit quòd ad unā præbendam uacantem, duo eligūtur propter importunitatem petentium:quæsitum fuit a Papa, an talis electio de iure teneat:Papa considerans,quòd si duo unam præbendam tenerent,esset contra concilium Turonen. quod præbendarum inhibet sectionem : & si unus illorum præbendam haberet , alter illorum sub expectatione contra Lateranen.conciliū remaneret:Respondet quòd talis electio de rigore iuris est cassanda.Nòt. quod quæ per importunitatem fiunt,ualēre non debent.Itē præbenda diuidi non debet . Item electiones contra iura factæ non ualent , & ipso iure nullæ sunt.

3 al. Herennius, & vide in c.dilectio. super 3.glos. Ioan. And.

g ¶ Importunitatem .] electio facta ad importunum clamorē non ualet.sup.de elec. Osius, 61.di.miramur. & per importunitatem non concedendā sæpe concedimus dicit Imperator.C.de petit.bon.sub.l.1. lib. 10.

h ¶ Concilium Turonen.]sup.eo.maioribus,& inf. ut eccle. bene,ut nostrum,& 1.q.3.ca. si quis præbendas.

[Glo.seq.duas obiectiones soluit.]

i ¶ Sectionem .] sed cum una parochia possit diuidi in duas.16 q 1.præcipimus, & 10.q.3.cap.unio. de consec. dist.omnes.inf.de eccles.ædi.ad audientiam,quare una præbendā non potest diuidi in duas ? Respondeo duæ parochiæ licitè fiunt ex una,iusta causa interueniente,

quod,

ꝙ vtraq; sit parochia per se, & habeat propriã limitationẽ: sed quòd duæ sint sub vna limitatione, non potest. 16. q. 1. plures, & eodẽ modo vna præbenda potest diuidi in duas, ita ꝙ sint sibi ꝑpetuo duo canonici, dũmodo facultates illius præbendæ sufficiant cõpetẽter duobus. ĩ. eo. c. vacante. sicut vna domus potest diuidi, & de cetero erũt duæ domus: & vnus fundus si diuiditur, erũt duo fundi. ff. cõia prædiorum. l. si qs duas. §. 1 sed ꝑbenda diuidi non debet, vt sub nomine vnius ꝑbendæ cẽseatur vterque quasi dimidius canonicus, qa vnitas non recipit diuisionẽ. 24. q. 1. loquitur, nulla enim seruitus diuiditur, licet vsusfructus diuidatur. ff. ad leg. Fal. l. 1 §. si vsusfructus. & ff. de vsu & habita. vsus pars. Sed nõne hoc modo põt diuidi præbenda, ꝙ idẽ ius apud vtrumque remaneant: quia & iura incorporalia apud plures possunt in solidũ residere. ĩ. de iur. pa. c. 1. & ff. de serui. l. uiæ. & ff. de bo. liber. l. libertus. in fin. in præbenda hoc esse nõ põt, vt dictum est ĩ. eo. dilecto licet .n. dicatur idẽ ius esse apud plures, reuera tñ quilibet speciale & separatum ius hẽt. quemad. serui amit. l. aquã. Et not. ꝙ sicut de vna præbenda possunt duæ fieri, si facultates sufficiãt: sic ex causa necessaria pñt & debent diminui præbendæ. 1. ĩ. de ver. sig. c. vl.

a ¶ Lateraneñ concilij. ĩ. de conces. præb. nulla.

b ¶ De rigore iuris.] innuit ꝙ de patientia possit tolerari & cõfirmari, quasi dispensando, quod satis põt cõcedi, quia talis dispensatio nõ est perpetua, sed ad tempus: nec proprie dicitur facere cõtra concilium. Ad quid ergo diceret, de rigore iuris? alias simpliciter respondisset dicendo. quòd talis est cassanda, & multę tales electiones tolerantur, & ex causa posset iuris rigor relaxari. arg. op. ĩ. eo. c. vacante, & c. cum causam, vbi tenetur integrare præbendam tali modo collatam, nec mandatur cassari.

† al. ita: qđ si vnus ipsorum, &c.

† sub Ale. 3. c. 8.

† al. ita: sup quod respõ.

& † si vnus illorum ipsam obtineret præbendã, sub expectatione, ali⁹ cõtra Laterañ. † concilij [a] statuta remaneret. Inquisitioni † tuæ taliter respondemus, quod talis electio de rigore [b] iuris penitus est cassanda.

¶ Idem.

¶ Si duo electi ad aliquã dignitatem compromittant in iudices, poterit iudex alterum confirmare, & alteri pro bono pacis de prouentibus prouisionẽ facere. Ista est pulcherrima dispositio, & in toto corpore iuris non habet consimilem.

CAP. XXI.

† Cap. 7. e. ti. in 3. compil. Et vide qđ per hoc c. dicit Bal in c. 1. §. iter partes. de lege Corradi in usib. feudo.

1 Id est, numerus ꝑbendarũ, vt sic augeañt singulę ꝑbẽdæ. hco intẽdit. Ioan. And.

NIsi † essent viri ꝓuidi & honesti, [c] tam qui ordinationem fecerunt, quã illi circa quos est facta ordinatio in ecclesia vestra, super negotio Prioratus, ordinationem illam valde suspectam propter exempli 10 perniciem haberemus.

¶ Quod ergo post concertationem diutinam ordinatum est circa vnum de duobus electis, vt ipse habeat Prioratũ, hoc ex iurisdictione delegata 20 secundum iustitiam videtur esse statutum. quod autem ordinatum est circa reliquũ, vt ipse viginti † libras de redditib⁹ capituli, & quadraginta de prouentibus Prioratus 30 percipiat † annuatim: hoc secundum prouidentiam intelligitur esse prę ceptum ex arbitraria [d] potestate: cum in delegatos † fuerit compromissum, qui auctoritatẽ sibi retinẽdo cõmissam, se pro bo 40 no pacis, & vtilitatis hoc ordinasse fatentur.

¶ Quia igitur hæc ordi-

NIsi essent viri prouidi.] Primo recusat suspectam ordinationem, & ipsius duo mẽbra declarat. Secundo præmissis motiuis sub certa moderatione illã approbat. secunda ibi, Quia igitur. Abb. Sic.

CASVS Vacante quodam Prioratu duo fuerunt electi ad ipsum: causa cõmissa fuit super his duabus electionibus, vt negotiũ posset facilius expidiri, partes cõpromiserũt super istis duabus electionibus in iudices delegatos: retẽta sibi iurisdictione delegata; iudices isti siue arbitri, ꝓ bono pacis & concordię ordinauerunt, ꝙ vnus electus prioratũ haberet, alter vero viginti libras ꝑciperet annuatim de reditibus capituli. & xl. libras ꝑciperet annuatim de prouẽtibus priorat⁹; & hæc ordinatio ab omnibus recepta est, & approbata; tandem petiuerunt illã ordinationẽ per sedem Apostolicã cõfirmari. Super hoc scribit Papa dicẽs, quod illam ordinationem haberet valde suspectam propter malum exemplum, nisi tam illi qui eã fecerũt, q̃ illi circa quos facta fuit, essent viri ꝓuidi & honesti: quòd enim factũ fuit per illos, vt vnus de duobus electis hẽat prioratũ, hoc factum fuit secundum iustitiam ex delegata iurisdictione: quod de altero factum est, vt ipse habeat viginti libras de reditibus capituli, & xl de prouẽtibus prioratus percipiat annuatim, hoc secundum prouidentiam fuit ordinatum ex arbitraria potestate, cum in delegatos fuerit cõpromissũ q̃ retenta iurisdictione delegata, ꝓ bono pacis & concordiæ confessi sunt se hoc fecisse: quia ergo ordinatio ista ab omnibus est recepta, & Prior & capitulum prouisionem istam sine grauamine possunt exhibere, quæ facta fuit non ex actione partium, sed ex iudicum prouisione pro bono pacis: Papa eam tolerat hoc modo, vt videlicet dignitas prioratus non remaneant onerata, ita ꝙ defuncto Priore, successor eius ad pręstationem quadraginta librarũ nullatenus teneatur, ne circa ꝓuẽtus prioratus aliqua sectio fieri videat̃. No. ꝑ honestatẽ ꝑsonę ꝑsumit̃ ꝓ ipso. Itẽ aliqs põt vti simul delegata, & arbitraria potestate. Item pro bono pacis aliqua sunt tolerãda, q̃ aliàs reꝓbarentur. Itẽ quæ fiunt ex pactio 50 ne partiũ circa spiritualia, illicita ꝑsumũtur. Itẽ ꝓuisio ista fuit ꝑsonalis, nõ tamen transit ad successorẽ.

† al. triginta.

† recipiat.

† In iudicẽ delegatũ potest cõpromitti. Doct. in c. cũ tpe. ŝ. de arbitr. Spec. titu. de arbit. §. 1. ad de Lãfrãcũ trac. de arb.

c ¶ Honesti.] ex qualitate personæ pręsumitur licitum quod alias esset illicitum. arg. 9. q. 2. Lugduneñ.

[Glo. seq. obijcit. & soluit. Secũdo quęrit, arg. affirmatiue, & contrarium soluit.]

d ¶ Ex arbitraria.] & ita põt aliquis simul vti arbitraria & delegata potestate, sic ŝ. de ꝑsũ. c. lr̃as, sed istud nõ vr̃ posse cõstare, qa si rõne delegatę potestatis adiudicauerũt alteri prioratũ. scđm hoc ꝙ cõstabat eũ 60 canonice electũ, qualiter ꝑ arbitriũ poterunt ipsum cõdẽnare ad soluendũ alteri parti indebitũ, cum alij solui nõ possit qđ est alij debitũ. ŝ. de iureiu. eã te. qa si priorat⁹ fuit isti debitus, ꝯstat ꝙ solutio pecunię est indebita? Põt dici qđ isti nõ fuerũt arbitri, sed arbitratores, i. compositores. quorũ arbitriũ si iniquũ sit auctoritate superioris retractat̃. ŝ. de arb nõ sine, vel reducit̃ ad arbitriũ boni uiri. ff. pro socio, si societatẽ. Sed nũquid ratione talis arbitrij possent ipsi adiudicare alteri prioratũ? Arg. quòd sic, ŝ. de transa. c. de cetero. sed nõ est verum quia talia spiritualia possideri nõ pñt, nisi ex iusta institutione canonica. 1. q. 1. legũ. sic & in matrimonio nõ potest interuenire arbitriũ. ŝ. de transa. c. vlt. & ŝ. de in integ. rest. c. pen. in fi. & hic ver. hoc ex iurisdictione delegata. B.

natio ab omnib. est recepta, possuntq. licite Prior & capitulũ de prouentibus suis propter causas prædictas, non quidẽ ex pactione partium, sed ex iussione [a] iudicum prouisionem huiusmodi exhibere: Nos eam hoc adhibito moderamine toleramus, vt ad præstationem quadraginta librarũ non dignitas Prioratus, [b] sed persona Prioris maneat onerata: ne forte circa ꝓuentus [c] aliqua videatur facta sectio Prioratus; ita quod ipso priore defuncto, successor ipsius ad prestationem quadraginta librarum minime teneatur.

¶ Idem Valdeñ.† episcopo, & abbati Vatiañ.

¶ Canonici priuilegiati à Papa super certo numero, si sponte receperunt aliquem supra numerũ, contra impetrantes a Papa, exceptione numeri vti non possunt.

C A P. X X I I.

PRo† illorum prouisione, & inf. ¶ Burdegalen. archiepõ mãdauim[9], vt magistro P. in aliqua ecclesiarum [d] suarum vbi ei expedire cognosceret, cõpetens faceret beneficiũ assignari, cõtradictores [e] ecclesiastica districtione cõpescens: qui decano & capitulo Xantoneñ.† auctoritate nostra mandauit, vt ipsum admitterent in canonicũ & in fratrem. Cumq; ijdem reluctarentur canonici, ac indulgentiam de quadragenario † canonicorũ numero ei opponerent: quia archiepiscopus cognouit illos † in elusionem [f] mandati nostri indulgentia eis concessa irreuerenter abuti, prædictum magistrũ [g] de præbenda & canonia † Xantonen.† ecclesię inuestiuit, [h] contradictores vinculo excõmunicationis

a ¶ Ex iussione.] ex pactione partium non liceret, nec illam tolerasset Papa, vt s. de pac. cũ pridem. Sed qa iudicis auctoritate factũ fuit, & ad tp̃s sustinet. s. de treuga de cetero. sic enim excusat ab infamia qa iussu iudicis paciscitur; de furto. ff. de his q̃ no. infa. l. furti. §. qui iussu. Et quod Papa hic tolerauit huiusmodi compositionẽ, hoc fecit propter cãs prædictas, s. pro bono pacis & vtilitatis, quia placuit omnibus: & si Papa compositionem non tolerasset, auctoritas iudicis non sufficiebat, quia de iure hoc facere non poterat: vnde dicit Papa, nos eam hoc adhibito moderamine toleramus & ad tp̃s tñ. vt sequit, & occasione huiusmodi prouisionis [illegible] quãq; aliquis causam malefaciendi.

b ¶ Prioratus.] nisi hoc esset appositum, confirmatio [illegible] siue tolerantia fuisset realis. arg. s. de transac. veniens. & j. de insti. cum venissent.

c ¶ Prouentus.] qm̃ sicut ius diuidi non potest, sic nec fructus [illegible] vlt. & j. vt eccle. bene. vt nostrũ & 16 q. 1. c. si monachus.

PRo illorum.] In prima ponitur facti narratio. In secunda causæ commissionis. Quam abbas.

CASVS. Dñs Papa mandauit archiepiscopo Burdegalẽñ. vt in aliqua ecclesiarum suarum magistro P. competens beneficium faceret assignari; contradictores per censuram ecclesiasticam cõpescẽdo: recepto isto mandato, mandauit decano & capitulo Xantoñ. vt dictũ magistrum reciperent in canonicum & in fratrẽ. Canonici Xantonen. ex aduerso dicebãt, quòd habebãt certũ numerum canonicorũ, & ideo ipsum recipere nõ tenebãtur. Archiepiscopus intelligens quòd ipsi abusi fuerãt indulgentia de certo numero canonicorum, dictũ magistrum de præbenda & canonia Xantoñ. ecclesiæ inuestiuit. & contradictores excõmunicauit, & quia canonici non recipiebãt eundem, iterum accessit ad Papam petẽs super hoc sibi prouideri. Scribit Papa quibusdã dicẽs, quòd quia quod de prędicto magistro per dictũ archiepiscopũ prouide factum fuit, auctoritate sua vult ratum haberi: mandat quatenus si cõstiterit prædictos canonicos indulgentiã de certo canonicorum numero nõ seruasse, & auctoritate propria aliquẽ vltra constitutum numerum in canonicum recepisse; sententiam excõmunicationis, quam tulit archiepiscopus in eosdẽ tamdiu faciant obseruari: donec dictum magistrum recipiant in canonicum & in fratrem, & ea quę ad canonicatum pertinẽt duxerint assignãda; cum legem domino Papæ imponere nõ possint, quã ipsi negligunt obseruare. No. quòd si scribit Papa archiepiscopo vt det alicui in aliqua ecclesiarũ suarũ præbẽdam, potest dare præbendam in qualibet ecclesia sui suffraganei. Item per hãc decretalem. probatur, q̃ ex ui huiusmodi mãdati non possit executor mittere in possessionem corporalẽ: licet sit arg. contra ex eo, qđ dicit; de Xantoñ. ecclesiæ prabẽda inuestiuit: sed hoc soluitur in glossa, quæ incipit, per talem. Item qui auctoritate propria venit contra indulgentiam in hoc casu amittit eam. Item excommunicati recipiunt aliquem in fratrem, & valet receptio & sic est argu. q̃ excommunicati possunt eligere, sed non est verum.

d ¶ Ecclesiarum suarum.] sub hoc termino cõprehenduntur omnes ecclesiæ ipsius prouinciæ etiã parochiales, [2] vt hic patet. & s. de [illegible] habeant ius [illegible] di siue non. sed in aliqua prælatus [illegible] per hã formã prouidere nõ posset; j. eod. c. vlt. & hoc in quibus ius habet secus in alijs: secus si dixisset, in aliqua ecclesiarũ tuæ prouinciæ, quia tunc non refert vtrũ ius habeat vel nõ rõne ordinariæ potestatis, cum auctoritas talis generaliter sit q̃ alia: tñ Papa in hoc nõ reprobat factum archiepiscopi. Et sic large sumitur quod dicit, suarum.

e ¶ Contradictores.] hac sententia non comprehenduntur nisi partes, & alij etiam qui de facto contradicunt, & non de iure.

f ¶ Elusionem.] multę enim viæ sunt hominibus ad malitiam, in auth. de nup. §. minores. in fi. col. 4.

g ¶ Prędictum magistrum.] Innocẽtius 3. dicit, quòd in registro sic habetur post ista verba; Cum consensu & voluntate tua fratres episcope de prębenda, & canonicatu Xantoneñ eccl. się, &c.

Glo. seq. recit. per questionem, an executor datus p hæc verb. facias ꝓuideri, vel assignari, possit inuestire. ponit opi. quòd possit, soluit cõtrarium. ad hanc decr. respondet, & remittit, allegat cõtrariũ, & soluit.

h ¶ Inuestiuit.] per talem inuestituram non adipiscitur quis possessionẽ, nisi corporaliter in possessionẽ mittatur. j. de do. per tuas. De tali inuestitura habes s. de re. iu. cum olim, & infra de his quę fi. à ma. par. ca. ex ore & hoc probatur per hoc quod Papa mãdat quod solummodo sentẽtia lata in eos obseruetur donec dictum magistrum recipiant in fratrem. Si enim in possessionem missus fuisset. Papa mandasset, vt in possessionem inductus defenderetur. Et sic per hanc decr. non probatur, quod per hanc formam: Mandamus, vt talem facias recipi in canonicum & in fratrem talis ecclesię, cõtradictores per censuram ecclesiasticam

Margin: al. compromissionis. — Vadeñ. — V. lauen. — ✠ Vatien. — †Cap. 8. e. ti. in 3. comp. — † Sãctoneñ. — 2 De hoc uid. Io. An in ca. quęrenti s. eo. ti. lib. 6. — †eos. — † canonicatu. — † Sanctoñ. — 3 Hæc glossula non hr̃ in vetustis exẽplarib.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60

fiasticã,&c.vel facias competens bñficium assignari. 1 ꝙ possit mitti in possessionem ipsius ecclesiæ,nec inuestiri,cũ hoc ei non mandetur, cum certa forma secũdũ quam procedere debet, sit prefixa . Quidam tñ dicunt per hanc decr. ꝙ per talem formam potest mittere in possessionem,siue inuestire, quod ego ñ credo,prout no.ĩ.đ concef.preb.cum nostris.Arg.cõtra.s̃.de excep.cũ e.clesiasticæ.[Nõ est 5. qa ille iã fuit p Papã inuestitus,& incorporalem possessionem de mãdato ipsius inductus,vt patet in integra.Et qđ dixit hic, inuestiuit.fecit vltra formam sibi datam: quod patet per rñsionẽ Papæ,quæ de iue stitura nullam fecit mentionẽ,sed excõicatione,quam pręcepit obseruari quousque ipsũ reciperent, & ideo dicit,ꝓuide.

1 Innoc. distinguit hic ĩter formam, facias prouideri, & formã,facias assignari,quasi prima forma contineat, ꝙ faciasius conferri, secũda quòd ius conferat, & faciat factum assignari.Sed vide hic reliqua, per Io. And.

2 Hæc gloss. non inuenĩ ĩ antiqs exẽplaribus.

astringens : & infra.

¶Quia vero quod per dictum archiepiscopum, de memorato magistro auctoritate nostra prouide [a] factum est, firmitatem volumus obtinere: Mandamus, quatenus si vobis constiterit prędictos canonicos,indulgentiam, quam habent de certo canonicorum numero, non seruasse, & aliquem vltra cõstitutum numerum in canonicum auctoritate propria recepisse: [b] cum nobis legem imponere non debeant, quam ipsi negligunt obseruare, latam in ipsos excommunicationis sententiam a prædicto archiepiscopo, tamdiu denuncietis sublato appellationis obstaculo seruandam,† donec sæpe dictum magistrum recipiãt in canonicum, [c] & ea quæ ad canonicatum [d] pertinent, cum stallo chori, & loco capituli, ei studeant assignare.

†obseruãdã.

¶Idem Bisuntino archiepiscopo.

¶ Non beneficiatus habens sufficiens patrimonium, ad sacros legitime promouetur.

CAP. XXIII.

TVis† quæstionibus respondemus, quod clericos in minoribus ordinibus constitutos, de patrimonialibus [e] bonis habentes vnde possint congruè sustentari,[f] & si nondum fuerint beneficium ecclesiasticum assecuti: (Dũmodo aliud canonicum nõ obsistat) ad superiores poteris ordines promouere.

a ¶ Prouide. 2 excusauit eum Papa, sed reuera non bene ꝓcessit inuestiẽdo:sed refert vtrum mandetur, facias ꝓuideri, vel facias beneficiũ assignari. In primo casu delegatus non potest inuestire : qa prouisio non est sibi demãdata,sed faciat prouideri.In secundo potest inuestire,& faciet beneficium assignari,quia modo sibi est ꝓuisio reseruata, & illi sic inuestito fructus postea debebantur.s̃.eod.dilectus,& c.relatum,& hoc:quia forma rescripti seruanda est. s̃. de rescr. cum dilecta, cum similibus.

[Gloss.seq.arg.alleg.duo iura,& remittit.alleg.4.in contrarium quærit,& soluit.]

b ¶ Auctoritate propria recepisse.] & ita qui semel facit contra priuilegium suũ, sibi præiudicat in illo.s̃.de rescript.constitutus,& s̃.de const.cum M.& c.cum accessissent.vbi de hoc.arg.ĩ.de priuileg.accedentibus.& c.si de terra.§.1.& C.de excus.tut.l.voluntariæ. Et hoc attende,ꝙ dicit;auctoritate pròpria,quia si hoc auctoritate Papæ fecissent, non intelligerentur venisse contra priuilegium suum,etiam si esset iuramento firmatum: quia auctoritas Papæ semper intelligitur excepta. sup. de iureiur.venientes,& supra de elect.significasti. Sed quid si venissent contra indulgentiam auctoritate Cardinalis legati Apostolicæ sedis,nunquid excusarentur? Non credo :quia non posset illos compellere ad hoc vt contra indulgentiam Papæ aliquem reciperent.

[Glo.seq.not. ꝙ excommunicati canonicos recipere possunt.alle.duas rationes,& duo similia: ponit lecturam contrarium,quam non approbat.]

CASVS. Dicitur in §. isto, quod qui habet parochialem ecclesiã in propria persona deseruiat ibidem in ordine debito, & nõ per vicarium: nisi forte illa parochialis ecclesia sit annexa dignitati, vel præbendæ: in quibus casibus, per vicarium ibi poterit deseruire canonice institutum, qui habeat de prouentibus ipsius ecclesiæ congruam portionem, alioquin sciant se illa priuatum auctoritate huiusmodi decreti: & alij conferatur qui velit & possit quod dictum est adimplere, id est, deseruire in ecclesia per seipsum. in fine dicit, quòd nullus de prouenentibus ecclesiæ, quę debet habere curam proprij sacerdotis, alicui conferat pro beneficio pensionem. Nota quòd laici & patroni bona ecclesiarum sibi vsurpare non debent, & nulla cõsuetudine obstante. Item qui altari seruit, de altari viuere debet. Item presbyteris debet competens beneficium assignati.

d ¶ In ordine.] s. de cleri. non resid. quia nonnulli. & sup. de elect. cũm in cũctis. & s. de ęta. & quali. cap. 1. & 24. distinct. præsbyteri.

e ¶ Præbendam.] ex hac littera colligit, quod si quis habet curã animarum, & recipiat talem præbendam, quod ipso iure non vacat prima sim non potest vtiã que habere ex dispẽsatione episcopi, vt hic dr & hoc concedunt quidã, quia cessat ratio prohibitionis, vt hic quidam dicunt, quia in tali ecclesia annexa præbẽdæ non oportet residere. & sic illa cõstitutio, de multa. non habet locum in hoc casu, vt dicunt: sed contrarium credo.

f ¶ Maiori.] hic manifeste vr, quod non põt quis simul hẽre pbendam & ecclesiã, dũmodo ecclesia sit sufficiens. De h. d. s. de elect. c. dudum 2.

g ¶ Perpetuum.] eo ipso intelligitur perpetuus, quod auctoritate episcopi est institutus. s. de offi. vica. ad hæc. 3 In istis ergo casibus tantum licet tum est constituere. vicarium, aliàs non.

[Gloss. sequen. recitatur per contrariũ de decretali, inter, & dat quattuor solutiones.]

h ¶ Priuatum.] ipso iure. simile. s. eo. de multa, quod potest intelligi post admonitionem, alias contra. s. de cleri. non resi. inter. & cap. ex tuæ, cum suis similib. Vel posset referri ad proxime dictum, de illis qui per vicarios seruire debent: cum quibus durius est agendum. Vel dic, & verius, alioquin. i. si non resideat: per seipsum in ecclesia, quæ dignitati, vel præbendæ est annexa, sciat se priuatum illa ipso iure. & sic respicit principiũ §. & non ver. nisi forte, & ca. & ita sine aliqua admonitione priuatus est. 4 & sic videntur correcta illa iura prædicta vbi dicitur, quòd prius monendus est quis antequam priuetur ecclesia; quòd est honestius, sed

Marginalia:

† Cap. 6. eo. tit. in 4. cõp. & vide cõcil. Triden. sess. 25. in decreto. de reform. c. 9. §. patroni autem beneficiorũ.

† nequeunt.

1 Qui maxime in his delinquunt, contra quos Hyeronimus. 93. dist. diaconi. ibi, solus eps &c. secundum Hos. Io. And.

2 Concord. text. sing. in l. fi. ff. de ac. & oblig. & ibi. doct.

Vide concil. Triden. sess. 24. de reformat. c. 13.

3 Adde ad hoc l. eũ debere, cũ ibi no. ff. de ser. vrb. præd.

4 De hoc videto hic Ho. & Ioã. Andr. declarantes qualiter hoc intelligatur.

Sed hoc est rigor quod hic statuit, vt plo iure sit prima tus. Vel quòd dicit; alioquin, pôt respicere vtrūq; casū, s.qū p se dēt ferūt, & qū p. r v... sed verum est quòd tantū primum casum respicit, & non secundum. ADDITIO. Et ex hoc potes dicere, quòd illa capitula inter, & ex tuæ, non obstant: q2 ibi erant absentes, & fortè habebāt iustā cām ab sentiæ, vñ merito pri mitus sunt monēdi, hic aūt sec9. Vel dic, quòd prius dictu in telligat cu hēr prēbē dam, & ecclesiam, q̄ non est ei annexa: quas simul habere nō pôt, ī.e.exposuit. vnde prælatus est ipso iure, p̄ria autē loquunt in alio casu, qū nō sunt annexa.

a ¶ Pro bñficio. hoc .n.p. sset in posterū esse perniciosum ecclesiæ, simile. s. de ar bi.peruenit. q2 ecclesia videretur quasi censualis & portio presbyteri diminue retur, quod esse nō debet, s̄.eo.auaritiæ.

IN Lateran.) Primo ponit tenorē concilij Lateranen. Secūdo approbat & reuocat: ibi, Nos autem. Tertio addendo declarat: ibi Sane. Abb Siculus.

CASVS. Quod dicit hic, hī ī. de priu legis, ē & plātare vsque ad §. sane, ī quo prædicto cōcilio præcipitur vt tales repræsentare procurent in ecclesijs quæ ad ipsos pleno iure non pertinēt, quos vel conuersatio illorum notos red la... testimonium prælatorum. No quòd patroni non dēnt aliquos p̄sentare, nisi diu reti sint & honest e fame.

b ¶ Concilio. ī.s. de priuileg.c.cum & plantare.

c ¶ Laici. 16.q.7.... quicquid.

d ¶ Sane. hucusque sunt verba concilij, & ab hoc loco.inf.additur prædicto concilio.

e ¶ Conuersatio. hoc ideo dicit, quia promouendus dēt esse bonæ famæ, & opinionis, ita quòd in nullo vacillet eius opinio. 33.dist.laici ad idem facit 24.dist.qñ.

f ¶ Prælatorum. & etiam ab ijs, quis foris sunt, oportet promouen... b... habere testimonium. 8.q.1. licet ergo & ... dist. ... a... n... um.

LIcet. Summa ... Vel sic secundum alium intelle... a. D... fructus habendis fruct ... in absentia, quotidianas distributiones non percipi... h.d. Primo ponit priuilegij tenorem. Secūdo eius interpretationem ibi, Nolumus. Abb. Siculus.

CASVS. Mandauit dñs Papa Abbati, & priori sanctæ Genouefæ, quatenus magistro R. archidiacono Eboracen. in sacra pagina studere volenti, prouentus suos ecclesiasticos facerent integre ministrari: dubitabat, vtrū deberent ei facere dari distributiones, quæ tantum residentibus conceduntur? Rñdet Papa, q̄ non vult q̄ ei faciat dari distr. butiones, q̄ non rend... tib. p̄ceduntur, & his qui intersunt horis canonicis. No. quòd p̄stitut o Honorij nō intelligitur de hmōi distributionib. quotidianis, licet dicat q̄ integre percipiāt sua beneficia in theologia studentes, & hoc est quod dicit.

[Gl. seq. exprimit quo modo hæc decretalis interpretat decre. super specula. secūdo q̄rit, & soluit.]

g ¶ Distributiones.] simile, s̄. de cle. non resi. & cetero. vide qualiter ista decr. interpretat illā cōstitutionem, sup specula. ī. de magistris, q2 licet dicat, integre p̄cipiāt fructus suarum p̄bendarum, tñ non percipiunt integre, q2 de hmōi distributionib. seu denarijs, qui d... illis q̄ intersunt horis statutis, non intellexit Papa, sed de corpore p̄bēdę suæ, quā ij de iure cōi in absentia sua p̄cipere nō dēnt clerici. argu. s̄. de p̄st. cum oēs. Et sic intelligitur ista ... ro... p... n hu... odi in indigentię possunt habere integram p̄bendam, ac si essent præsentes, nisi sint huius modi distributiones ... ū b. isdā ecclesijs p̄suetudo seruat, vt præter præbendam qui horis intersint, certū quid p... s... ta quod hic dicitur, recipit consuetudinem ecclesiæ: In quibusdam vero est talis consuetudo, vt qui non intersunt horis, non percipiant aliquid de huiusmodi distributionibus li... præsentes: ergo ... in absentia non debent talia percipere. Et sic potest intelligi hæc constitutio ... pis beneficium ... debet ... de consti. prin. l. vlt. quia vbi Dominus la. gus est, non debemus esse tenaces. 26. quæst. 7. allegant, in fin. Sed q... præbendæ dūt ... percipiunt de communi, nec datur aliquid illis, qui non intersunt horis? T... d... qd ... beant habere beneficia in theologia studentes. ha... ratione victus quotidiani. r alias parum valeret ... in ... quantum ad illos, qui non hab... cia dist...

† Cap. 61. & refertur, i c. 7. eo. ti. in 4. compilat.

† sub Alex. iij. c. 9. cuius initiū: est cū & plantare.

† nominatim. q.d sit vi de l. 2. ff. d liber. & posth. & §. non. ina tim, institu. d exheredat. liberor.

† curabimus

prij sacerdotis, pēsionem alij quasi pro beneficio[a] conferre præsumat.

¶ Idem in eodem. †

¶ Non debent religiosi ecclesias: vel decimas à laicis sine diœcesanorum cōsensu recipere excōicatos, vel interdictos ad diuina admittere: in ecclesijs quoque, q̄ ad eos non pleno iure pertinent, instituere, uel destituere, sed præsentabunt diœcesanis ad eas uiros idoneos.

CAP. XXXI.

IN † Lateranensi concilio[b] noscitur fuisse prohibitum, ne quilibet regulares, ecclesias, seu decimas, sine episcoporū consensu, de manu laici[c] præsumant accipere: nec excōicatos, uel nominatim † interdictos admittāt aliquatenus ad diuina.

¶ Nos autem id fortius inhibentes, trāsgressores digna curauimus † animaduersione punire: statuētes nihilominus: quatenus in ecclesijs, quæ ad ipsos pleno iure non pertinent, iuxta eiusdem concilij statuta, episcopis instituendos presbyteros repręsentēt, vt illis de plebis cura respondeant, ipsis vero p̄ rebus tpalibus rōnem exhibeant cōpetentem; institutos vero remouere non debeāt epis inconsultis.

¶ Sane[d] adijcimus, † vt illos repręsentare p̄curent, quos uel conuersatio[e] notos reddit, vel cōmendat probabile testimonium p̄latorum.[f]

¶ Honorius iij. Abbati, & Priori sanctæ Genouefæ.

¶ Absens in theologiæ studio, fructus bñficiorū suorū p̄cipit in absētia, sed cotidianas distributiones nō.

CAP. XXXII.

LIcet † vobis direxerimus scripta nostra, vt magistro N. † Eboracen. † archidiacono in sacra pagina cupienti studere, p̄uentus suos ecclesiasticos faceretis integre ministrari: Nolumus[g] tñ, vt cotidianas distributiones, quæ tm̄ residentibus in ecclesijs, & his qui intersunt horis canonicis, exhibentur, ei tribui faciatis.

¶ Idē Vesprimen. epō.

¶ Propter paupertatē p̄bēdarū ecclesiæ cathedralis, possunt eis annecti capellæ reseruata ipsarum presbyteris congrua portione.

† Vide concilium Tridēt. ses. de refor. c. 25. d̄ reformat. c. 9.

† Vide concilium Tridēt. ses. 5. d̄ refo. c. 5. ī fine, & Horatiū Lutium tracta. d priui. scho. priui. 98.

† R.

† Eboracen.

† Vesori. Vesori. Vesperti... Vesprimiensi. Vesprimiē.]

r Idem Hostien. sup. ti... bat ... studentibus, ... corbis, ...

EXposuisti.] Primo ponitur petitio. Secundo prouisio: ibi, Si euidens. Abb. Sic.

CASVS. Canonici Vesprimeñ. ante concilium generale. s̄. eo. extirpandæ, consueuerunt hẽre capellas ad sui sustentationem, cum de maiori ecclesia non possent commode sustentari, sed occasione p̄dicti concilij subtractæ fuerũt capellæ canonicis illis, vnde non potuerunt de reditib. præbendarum suarũ sustentari: eps significauit hoc dño Papæ, Mandat Papa epo, si euidẽs necessitas, vel vtilitas exigat, ꝙ bene poterit p̄bẽdas ecclesiæ suę augmẽtare adiungendo capellas in perpetuum eisdẽ præbendis, reseruata cõgrua portione capellanis. Not. ꝙ eps põt & dẽt augere prę bẽdas canonicis suis, si non pñt de suis p̄bendis commode sustentari, & hoc de capellis vel aliunde, reseruata tñ portione debita capellanis.

a ¶ Concilij gñalis.] s̄. eo. extirpandæ.

b ¶ Ante fieri.] & intellige ꝙ capellæ istę non erant annexæ præbendis, quia non fuissent priuati canonici si annexæ fuissẽt, sed de cetero erũt annexæ, vt dicit itera, in perpetuum annectendis. Ber.

[Glo. seq. reci. p q. qs dicat̃ p̄latus ecclesiæ, canonicus, vel sacerdos, ponit duas opi. & primam approbat.]

c ¶ Necessitas vel vtilitas.] ista duo frequẽter dispẽsationẽ inducũt, vt 1. q. 7. tali. pp necessitatem licitum est alicui habere duas ecclesias 10. q. 3. vnio. & sup. de æta. & qual. eam te. Et propter hanc necessitatem adiunguntur capellæ præbendis maioris ecclesiæ, reseruata congrua portione presbytero. Et credo ꝙ canonici isti erunt prælati illarum capellarum, & sacerdos erit loco vicarij perpetui, vt s̄. eo. extirpandæ. §. 1. & ita ex cã, capella siue parochialis ecclesia potest adiungi præbendæ, sic ex eadem causa vna ecclesia vnitur alteri. 10. q. 3. vnio. cũ suis concor. Vel dic quòd si clerici isti certam portionem percipiũt de capellis, nec exercent ibi iurisdictionem aliquam: sed sacerdos habet ibi curam spiritualium, sacerdos erit prælatus, & habet ibi curam animarum, & per episcopum instituetur: nescio tamen quod istorum ibi obseruetur. Sed verius videtur quod sacerdos sit loco vicarij, vt in cap. extirpandæ.

d ¶ Discretione.] quæ est mater oĩum virtutum, s̄. de offi. custo. c. 1. & 3. q. 5. præsentium.

e ¶ Augmentare. & ita tenetur episcopus redintegrare præbendam, si fuerit diminuta vel diuisa sine iusta causa. s̄. eo. vacante. & j̄. eo. c. cum causam.

f ¶ Congrua.] vnde iura episcopalia soluere possit, & hospites recipere. s̄. eo. de monachis, vbi de hoc. Ber.

CAP. XXXIII.

EXposuisti † nobis, ꝙ ecclesię tuę canonici, diminuta ipsorum prouisione à tẽpore concilij generalis,[a] cũ eis ex tunc nõ fuerint ad eorum sustentationem concessæ capellę, sicut ante fieri[b] consueuit, de redditib. præbendarũ suarum nequeunt† sustentari: & infra.

¶ Si euidens necessitas[c] vel vtilitas exigat, p̄bendas ecclesiæ tuæ poteris de capellis in perpetuum annectendis eisdem (sicut discretione[d] præuia expedire videris) augmẽtare:[e] reseruata tamen cõgrua[f] capellarum presbyteris portione.

¶ Idem epo & priori, & archidiacono Herforden. †

¶ Licet ecclesia ex donatione laici beneficium conferat, tenet illius beneficij impetratio, de hoc mentione non habita.

CAP. XXXIIII.

iij DIlectus.] In prima ponitur impetrantis querela. In secunda prouisio, ibi Mandamus. Abb.

CASVS. Papa mandauit decano & capitulo Andegaueñ. vt quẽdã G. noĩe recipe rẽt in canonicũ & in fratrẽ, q̃ cito facultas se offerret, quibusdam sup hoc executorib. deputatis, coram qb. cum ex p̄te capituli esset excipiẽdo ꝓpositũ, ꝙ lrẽ ñ valebãt ꝓ eo ꝙ nõ faciebant mentionẽ, ꝙ collatio p̄bẽdarũ ad ipsum decanum ex donatione regis pertinebat, ipsi executores interloquendo ꝓnunciauerunt: se p illas litteras ꝓcedere nõ dẽre. vñ mandat Papa, ꝙ exceptione hmõi nõ obstãte, ad executionẽ mãdati Apostol. procedant. No. ꝙ dñs Papa friuolas exceptiones ñ admittit.

[Gl. ista reci. p obie. & soluit.]

iij DIlectus filius G. clericus nobis proposuit, † ꝙ cum decano, & capitulo Andegauen. preces direxerimus, & pręcepta, vt ipsum quam cito facultas se offerret, in canonicũ reciperent, & in fratrẽ, vobis super hoc executoribus sibi datis: quia decani, & capituli procurator excipiendo proposuit litteras nõ valere, pro eo, ꝙ in eis mẽtio non fiebat, ꝙ p̄fatus decanus ex donatione regis,[g] præbendarũ eiusdem ecclesiæ collationẽ haberet: vos mãdati nostri executores non esse interloquendo dixistis: † & sic duæ p̄bendę q̃ medio tpe vacauerũt, alijs sunt collatæ:[h] & infra.

¶ Mandamus, quatenus occasione huiusmodi (q̃ reputamus friuolam[i]) non obstante, mandatum nostrum exequi[k] ꝓcuretis.

¶ Gregorius ix. Argentinen. episcopo.

¶ Pueri, & aliàs beneficiati, non sunt idonei ad beneficia consequenda. h. d. inhærendo uerbis litteræ.

g ¶ ex donatione regis.] hæc ratio mouit istos ad exceptionem hmõi ꝓponẽdã: q̃a si rex cõferret rõne iuris patronatus hmõi p̄bendas, nõ posset ꝓpelli p Papã 1 ad hoc de iure. s̄. de iur. pat. cum dilectus. vñ. decanus cũ succedit in hoc iure regi, nõ dẽret cõpelli ad hoc q̃a q̃ i locũ alterius succedit, vtit̃ eodẽ iure. C. de tẽ. in inte. resti. ea q̃. arg. sed hoc non est verũ in casu isto, quia ex quo collatio istorum beneficiorum incipit pertinere ad ecclesiasticam personam, statim res sortitur naturam aliorum beneficiorum: quia res ecclesiastica non debet duplici iure censeri. 12. q. 2. cognouimus in fin. & j̄. de deci. cum in tua, & in hoc exceptio non valuit. vnde male interlocuti fuerunt isti iudices.

[Glo. seq. arguit. & remittit.]

h ¶ Collatæ.] arg. quod si Papa mandat alicui dari prębendam, & canonici eam alij conferant, tenet collatio, licet sit contra mandatum Papę. De hoc dictum est, sup. eo. inter cetera, sic s̄. eo. dilectus.

i ¶ Friuolam.] & merito, quia iam incipit presentare decanus ex donatione non tamquam laicus, sed tamquam clericus, & ita subest dño Papæ nec præiudicatur patrono, si qñque etiam per legatum sedis Apostolicæ aliquis instituatur eo inconsulto. s̄. de off. leg. dilectus.

[Gl. seq. quærit & soluit, & ponit opi. contrariam.]

k ¶ Exequi.] sed qualiter exequent mãdatum istud? nunquid dabũt huic aliquam de p̄dictis p̄bendis, quæ alij sunt collata? Non credo, sed exequent mandatũ, q̃a facient

† De hac materia uide decreta cocilij Tridentini sess. 21. de reform. ca. 5. & sess. 24. de refor. ca. 13. & 15.

† nequiuerint.

† de Ber. Bech. In uno uetusto codice ita: epo Pictauieñ. & Priori, &c.

† exposuit.

† Infert. ꝙ si à iudice pronunciante se non iudicẽ, appellet, nõ extinguitur sua iurisdũ. notant Docto. i l. si per imprudẽtiã. ff. de eui&t.

1 De legato ꝓbat c. alle. de Papa nõ. vñ secũdum Hos. Papa cõferre posset tale bñficiũ, pp connexionẽ spũalitatis. de iud. q̃. to. & de gratiatolerat laicos in illo iure. de iu. pat. ca. 3. Io. An.

CAP. XXXV.

SVper † inordinata ordinatione: & infra. ¶ Cum autem illi sint in ecclesijs idonei reputādi, qui seruire possunt & volunt in ipsis: Consultationi tuę taliter respōdemus, ꝙ pueri,[a] & beneficiati,[b] qui non possunt in eadem ecclesia deseruire, in ea nō debent idonei reputari.

¶ Idem archiepescopo, & magistro R. Turonen.

¶ pro vnius præbendæ integratione alia diuidi non debet.

CAP. XXXVI.

CVm causam, quæ inter Aurelianen. epm & I. de Blesis canonicum S. Crucis, super integratione præbendæ ipsius canonici vertebatur, vobis duxerimus committendam: & infra. ¶ Consultationi vestrę taliter rn̄demus, ꝙ nostrę intentionis[c] nō extitit, vt pro integratione[d] 10 præbendæ supradicti canonici, præbenda de nouo aliqua scinderetur.

¶ Idem.

¶ Clerici ignobiles, & nō eminentis scientiæ, propter hoc non debent à præbendis repelli, etiam in ecclesia quæ tales admittere nō 20 consueuit.

CAP. XXXVII.

VEnerabilis frater noster Portuen. eps̄ supplicauit, † vt cum quan- 30 dam præbendam, quæ in Argentinen. ecclesia tamdiu vacauerat, quod donatio eius erat ad Sedē Apostolicā deuoluta, I. clerico contulerit, dum † in illis partib. legationis officio 40 fungeretur, suam collationem benigno prosequeremur affectu. ¶ Verum procurator Argentin. capituli

facient statim illum recipi in fratrem, & quam cito facultas se obtulerit, faciēt ei beneficium assignari ₰m tenore m̄ prioris mandati. De hoc dixi. s̄ eo. dilectus. & c. inter cetera. licet quidam contrarium dicant. Ber.

SVper.] In prima ponitur decisa consultatio. In secunda rōnis ratio. In tertia responsio. secunda: ibi, Cum aūt. tertia: ibi, Consultationi. Abb. Sic.

CASVS. Quærebatur, vtrum pueri & beneficiati dicantur idonei ad beneficiū aliquod obtinendum: & rn̄detur, ꝙ cū pueri & beneficiati seruire nō possunt, vel non possint in ecclesia, non debent dici idonei in eadē. No. ꝙ qui seruire non possunt in ecclesia, non reputantur idonei in eadem.

[Gloss. seq. quærit obijciendo, & dupliciter soluit.]

a ¶ Pueri.] Sed quos dicimus pueros? sq; ad xiiij. annum dr̄ quis puer. 1 22. q. 5. pueri. & supra de æta. & qualit. in decorū. & c. ex rōne. sed tales bene p̄nt habere beneficia, & ordinari vsque ad sacros ordines. sim. 28. dist. de his. & 77. dist. in singulis. & c. quicunque, Quid ē ergo qd̄ dicit quòd pueri nō sunt idonei, quia seruire non p̄nt? Dicas ꝙ pueri hic appellātur quantum ad hoc vsque ad septem annos, 2 quia tūc seruire non possunt, quia nec discretionem habent: vnde non reputantur idonei. Post septem annos bene reputantur idonei ad ordines minores, quoniam sunt doli capaces. j. de del. ct. pue. pueris. & hoc per iura prædicta, c. de his. c. in singulis. c. quicunque. Vel pōt intelligi quantum ad dignitatem vel curam animarum. 3 ad quam non reputantur idonei. 1. q. 1. pueri. & c. estote, & s̄. de æta. & qualit. ex ratione. & c. seq. & sup. de ele. cum in cunctis. Sed huic standum est tanqnam posteriori, vel ad receptionem talium nulli sint compellendi, cum seruire non possint, vt hic dicit, quia propter seruitutem tantum datur beneficium.

ADDITIO. Iuuenis dicitur qui præcedit adolescentiā, 60 & durat quousque poterit inter senes computari. ff. de leg. 3. non aliter.

b ¶ Beneficiati.] no. ꝙ qui beneficium habet sufficiens, non reputatur idoneus ad aliud beneficium primo retento, qnia in vtroq; seruire non potest: quia dum ad vtrumq; & c. 16. q. 1. presbyteros. Et sic patet ꝙ in duabus ecclesijs de iure quis intitulari non pōt. 4 arg. s̄. e. c. extirpādæ. §. 1. & 70. dist. sanctorum, & sup. de ele. dudum. vbi de hoc & est hic argumentum, ꝙ qui non facit mentionē de beneficio suo, non valent litteræ. s̄. eo, cum teneamur. & sup. de rescrip. si proponente. Bern.

CVm causam.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Consultationi. Abb. Sicul.

CASVS. Quidam canonicus sanctæ Crucis noīe Ioannes non habebat integram p̄bendā, vnde orta fuit contētio inter ipsum & ep̄m Aurelianen̄. super integratione p̄bendæ impetrauit cām cōmittit super hoc, vt præbendā ei facerent integrari: dubitauerunt iudices, vtrū alia p̄benda dēret scindi pro integratione præbendę p̄dicti Ioannis: consultus Papa rn̄det, ꝙ nō fuit intentionis dn̄i Papæ, ꝙ aliqua præbenda de nouo scinderetur pp̄ redintegrationem prędictā. No. ꝙ prębenda non dēt diuidi: & si diuidatur, tenetur diuisor ad redintegrandam præbendam: & sic talis diuisio p̄t tolerari: sed de rigore iuris talis collatio deberet cassari.

c ¶ Intentionis.] nota recurrēdū esse ad intentionē mandantis. s̄. eo. c. vlt. s̄. de pcur. petitio. sup. de arbi. exposita. s̄. de resti. spol. audita, & s̄. de rescr. mādatum.

d ¶ Integratione.] & ita præbenda diuidi non dēt, sed integra conferri. s̄. eo. vacante. & 1. q. 3. c. vl. & j. vt eccl. benef. vt nostrū. quòd si fiat, ille qui hoc fecerit, tenetur illam redintegrare de vacantibus, vt hic patet. & sup. eo. vacante. & aliud beneficiū diuidere, v hic in fi. dicit. Et est arg. ꝙ si sectio aliqua fiat præbendarum: ꝙ tolerari possit quousq; integret. De hoc dixi. s̄. e. tuæ fraternitatis.

VEnerabilis.] Defectus nobilitatis vel eminentis scientiæ non repellit quē à consecutione præben- 50 dæ, etiam in ecclesia, quem nobiles dumtaxat viros & eminentis scientię recipere consueuit. Item primo ponitur facti narratio. In secunda exceptionis repulsio, & causæ commissio: ibi, nos igitur. Abbas.

CASVS. In ecclesia Argentinensi quædam præbenda vacauerat tanto tempore, quòd ipsius collatio ad sedem Apostolicam fuerat deuoluta: episcopus Portuen̄. tunc legatus in partibus illis: contulit præbendā illam cuidam clerico I. nomine. sed capitulum illius ecclesiæ nō recipiebat eundem: Vnde præfatus episcopus petijt a 60 Papa, vt suam collationem faceret obseruari: ex aduerso proposuit procurator capituli, quod hoc audito capitulū allegauit antiquam cōsuetudinē illius ecclesiæ, ꝙ nullum adhuc receperant in suum consortiū, nisi nobilē liberum, & ab vtroque parente illustrem honestę cōuersationis, & eminentis scientiæ: & ne ꝯ hoc fieret, ad Sedem Apost. fuit appellatum, cū nulla præbenda vacaret, antequam monitorias litteras recepissent: Dn̄s Papa considerans, ꝙ nobilitas gn̄is non facit Deo gratum & idoneum seruitorem. sed potius virtutum & vitę honestas. & dominus non solū nobiles & potētes ad suū eligit seruitium, sed ignobiles & pauperes; cum non sit personarum acceptio apud Deum, & vix ad dignitates inueniantur eminentis scientiæ viri, nedum ad præbendas: vnde Papa huiusmodi exceptionis non admisit.

† De ætate requisita vide Lapū alleg. 36. & Gemianū in ca. indēnitatib. de ele. lib. 6.

1 De hoc vide qd̄ no. in proę. 6. li. circa fi. Io. An.

2 Adde ꝙ dr̄ ēt puer qui est j. decimū octauum annū l. 1. §. pueritia. ff. de postul.

3 Vel regimē ecclesiarū ₰m Goff. ad hoc s̄. de æta. & qual. indecorum Io. And.

4 Hinc pbat Hos hic. qd̄ p̄bēda requirit residētiā: & hoc modo residentia p̄bendæ ꝯiudicatur. residentia parochialis ecclesiæ sup. c. extirpandæ, §. si.

† al. supplicauit nobis.

† cum.

admisit vnde mandat Papa, ꝙ si constiterit p̄dictā præbendam vacasse, q̄n legatus dicto Io. ipsam contulit, illum faciant recipi ad eandem. Not. ꝙ nobilitas generis non est attendenda in collatione beneficiorum, in ecclesia Dei, sed potius virtutum & vitæ honestas. Item nō est acceptio personarum apud Deum.

† proposuit ex aduerso ꝙ idem capitulum hoc audito, consuetudinem [a] allegās antiquam inuiolabiliter obseruatam, iuxta quā nullum, nisi nobilem † & liberum [b] & ab vtroq; parente illustrem, honestę cōuersationis, ac eminentis scientiæ, in suum consortium hactenus admiserāt, ne contra hoc fieret (maxime cum nulla tunc prębēda vacaret, antequam monitorias vel executorias litteras recepisset) ad sedē Apostolicam appellauit: & infra.

¶ Nos igitur attendentes, quòd nō generis, [c] sed virtutum nobilitas, vitæque honestas, gratum Deo faciunt, & idoneum seruitorem: ad cuius regimen, non multos [d] secundū carnem nobiles & potentes elegit, sed ignobiles ac pauperes: eo quod non est personarum [e] acceptio apud ipsum: † & vix ad culmina dignitatū (nedum præbendas) viri eminentis [f] scientiæ valeant reperiri, exceptiones hmōi non duximus admittēdas. & inf.

¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus si vobis constiterit, prædictam prębendam vacasse, quando ipsam dicto I. contulit [g] episcopus memoratus, ipsum ad eā recipi faciatis.

¶ Idem.

¶ Si mandatur prouideri in ecclesia, non potest de ecclesia prouideri.

CAP. XXXVIII.

CVm † olim Priori sanctæ M. dederimus † in mandatis, vt G.† diacono in aliqua ecclesia ciuitatis vel diœcesis [h] Lucan. auctoritate Apostolica prouideret: [i] idem præfatum G. † ecclesiæ sancti Petri de Vico rectorem auctoritate huiusmodi nisus † est designare: in qua rector ab eiusdem ecclesiæ clericis eligi consueuit, excommunicationis sententiam nihilominus proferens in rebelles.

a ¶ Consuetudinē.] hæc cōsuetudo q̄tūcunq; sit obtenta, & ēt antiqua, nō est obseruāda: q2 in talib. nulla distinctio nobilitatis est cōsiderāda, sed vnicuiq; nati fuerint legitime, dūmodo honestæ vitæ fuerint, admittendi sunt. 40. dis. nos qui. & 56. dis. vnicunq; & ca. nunq̄. j. de insti. ad decorē. q2 nō sanguini, sed vitæ meritis beneficia sunt cōferenda. 8. q. 1. Moyses, vt hic sequitur. ver. nos igitur.

b ¶ Liberum.] hæc fuit bona exceptio, quia serui promoueri nō possunt, nisi libertatem primo fuerint consecuti. s. de ser. non ordi. c. 1. & 2. & 54. di. nullus. & quasi p totū. sed hic nō assumit liberū, eo ꝙ ille fuisset, seruus. quod si fuisset bona fuisset exceptio.

c ¶ Non generis.] vt 32. q. 4. c. recurrat. §. is ita.

d ¶ Nō multos.] hoc dicit pp Paulū & pp beatū Bartholomęū, qui nobiles fuerunt. Alij vero Apostoli ignobiles & pauperes fuerunt, & tn̄ electi fuerunt ad regimen ecclesiæ: 1 quia apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. 23. q. 4. sicut excellentiam, nec considerandum est quis maior sit in loco vel ordine, sed quis iustior. 40. dist. non loca. & c. multi in Arg. contra. 60. dist. c. vlt. & sup. eo. de multa in fi.

e ¶ Personarum.] sup. de iudi. nouit. 32. q. 4. c. recurrat. §. is ita & 3. q. 9. c. vlt. & 4. q. 4. c. 2. 2

f ¶ Eminentis.] sufficit enim prælato ꝙ sit sufficientis scientiæ, licet non sit eminentis. sup. de elect. cum nobis. aliàs pauci ad dignitates promouerentur, vt hic dicit: & ita multo fortius toleratur mediocris scientia in in beneficijs, vt hic dicit meritò ergo hæc consuetudo & exceptio non fuit admittenda.

g ¶ Contulit.] j. aliàs non potuit ei beneficium non vacans conferre. j. de conces. præb. nulla solus Papa hoc posset facere. potest tamen donationis suæ reseruare primam vacaturam. inf. de iure par. cum dilectus.

CVm olim. Rescriptū quo mandatr alicui de bn̄ficio puideri, rectoriam vel dignitatē non includit. h. d. Prima pars narrat executoris processum. Secunda reuocari mandat, dicens quare: ibi, Cum igitur. Abb. Sicul.

CASVS. Papa mandauit Priori S. Mariæ, vt V. diacono faceret puideri in aliqua ecclesia ciuitatis vel diœcesis Lucanæ: [illegible] prior [illegible] V. [illegible] rectorem ecclesiæ S. Petri de vico, in qua p clericos eiusdē ecclesię rector elegi consueuit: & quia clerici non recipiebant eundem, excōicationis [illegible] [illegible] fuit [illegible] Papa [illegible] [illegible] Apostolica [illegible] non ext[illegible] sit intentio dn̄i Papæ de conferenda rectoria vel dignitate, cū pro simplici beneficio scribit: mandat quatenus institutionē & excōicationem denūciet nō tenere. Nota ꝙ [illegible] scribitur pro simplici bn̄ficio, puidere non potest hmōi executor in rectoria vel dignitate. Item cum [illegible] mandatur: puideas siue facias prouideri in aliqua ecclesia ciuitatis vel diœcesis: forma ista ad simplex bn̄ficium tm̄ extenditur. Item intentio mandantis semper attendēda est & seruāda.

h ¶ Diœcesis.] nisi hoc adiunxisset, non posset ei puidere nisi in eccl[illegible] in aliqua ciuitatis s. de rescri. Rodulphus.

[Gl. seq. distinguit inter executorem ad prouidendū & ad cōpellēdū, dicens, &c.

i ¶ Prouideret.] cum mandatur alicui sub hac forma: puideas tali in aliqua ecclesiarum ciuitatis, vel dięcesis, vel cōferas tali bn̄ficiū in aliqua ecclesiarum, &c. potestas prouidendi sibi data intelligitur. & per consequens Papa abstulit potestatem canonicis illius ecclesiæ prouidendi. argu. illius decr. inf. de conces. præb. constitutus. Potest etiam talis iudex reseruare sibi primam vacaturam, vel interdicere ne eligant, & decernere irritum quod contra fieret, sicut video in generali legato, qui potest sibi reseruare donationem primæ vacaturæ. inf. de iure patro. cum dilectus. Et quod dicit, abstulit potestatem prouidendi, hoc intellige post quam executor insinuauerat illi ad quem potestas pertinet conferendi, quòd velit conferre præbendā illi, pro quo mandatur, collationem illius interdicendo, vel decernendo irritum si secus fieret, vt hic probatur: & inf. de conces. præb. quia in cunctis. §. ex parte. ver. non sic autem. [lib. 6.] Sed antequā hoc fiat per executorem, bene potest conferre præbendam ille ad quem collatio pertinet, non obstāte tali mādato, vt dicit de re. quia in cunctis. §. ex parte. secus est si datus esset executor ad compellendum: tunc etiā non potest interdicere nec conferre, nec inuestire, sed tantum per excōicationem compellere: & si canonici aliū eligant, valet electio seu collatio illius beneficij. s. eo. dilectus filius. De hoc not. sup. de rescri. abbatum. in gl. per hāc.

† De materia nobilitatis, quaten9 ad hunc locum spectat preter doctores hic, vide Cassaneum ī catalogo glorię mūdi pa. 8. cōsider. 1. 5. cum multis sequē. Adde Paul. de Cas. cons 108. & 209. & Ferdināndum Vasquium lib. 1. cōtrouersiarum illust. cap. 25.

Rom. 2. Gal. 2. Ephes. 6. Colos. 3.

† al' Deum.

1 B. Bernardus: Licet magna & diuina plane fuerint miracula, q̄ dominus gessit in terris, hoc tn̄ super omnia alia emicuit, quòd in paucis simplicibus & pauperibus totum mundum, & oē eius altitudinem sibi subiugauit. Io. And.

2 Concor. l. hos accusare. ff. de [illegible] & in Auth. de mona. §. hinc autem. coll. 1.

† [Vide Oldradum consil. 106.

† dedimus in antiquis.

† V.

† visus

a ¶ Ad

a ¶ Ad talia.]scilicet ad dignitates, vel rectoriam, quia nec intentio dñi Papæ talis fuit, ergo nec intentio iudicis seu executoris alia debet esse. s. eod. oun. causam, & s̃. de arbi. exposita. Et eadẽ ratio, quæ mouet delegã tem, moueat delegatum; sup. de rescri. super litteris. in fi. Et forma mandati diligẽter seruari dẽt. s̃. de rescri. cum dilecta. & s̃. de off. dele. cum olim. & c. cũ venerabiles, & C. đ ꝓc. l. si procurator. 1 ergo quicquid factum est ꝯ formam mãdati, non tenet. Et ita nec excõicatio, nec īstitutio talis tenuit qa vires mãdati nõ patiebãtur. Et sic patet ꝙ cum Papa mandat alicui prouideri, đ simplici beneficio tm̃ intelligendũ est, nisi in litteris hoc ꝯtineatur s̃. de rescri. abbatẽ. in fi. quia nõ omnis qui censet dignus ad beneficiũ, dignꝰ est ad dignitatẽ vel psonatũ, 2 vel rectoriã, qa pueri simplex bñficiũ possunt habere, non tñ dignitatem, sup. de ætate. & qualit. ex tatione, & c. indecorũ. & s̃. eo. super. vbi de hoc dr̃. Et in dignitatibus is gradus ceteros antecellat, q̃m labor. & c. C. đ of. magistri officiorũ l. nemo. & 61. dist. mitamur. Hoc quod dr̃ hic, ꝙ pueri possũt habere beneficium, intellige, ꝑm quod no. s̃. eo. super in fi. illius glos. sed quos, & cetera.

† perferatur.

† maneat.
1 Vide vt lit. nõ cõt. ca. 1. super glo. fi. Ioan. And.

2 Vide quod no. inf. eo. cũ in illis, li. 6. Io. And.
† Gregorius lib. 2. epist. 5. vbi extat integra. & c. 1. eo. tit. in. 1. compil.
Et vide l. seruꝰ. ff. đ euic. & glo. in l. nauis. §. cum autem. verbo, duplici. ff. ad legem Rhod. de iactu.

¶ Cum igitur mandatum huiusmodi se ad talia [a] non extendat, nec ad rectoriam vel dignitatem nostra feratur † intentio, cum pro simplici beneficio iussio nostra manat: † Mandamus, quatenus tam institutionem huiusmodi, quàm excommunicationis sententiam propter hoc latam, denuncies non tenere.

TITVLVS VI.

De clerico ægrotante, vel debilitato.

¶ Gregorius Candido † episcopo Vrbeuetan.

¶ Clericus infirmus integre percipit fructus beneficij sui.

CAP. I.

Cvm percussio corporalis: & infra. ¶ Fraternitatem tuam hortamur, quatenus latorem præsentiũ ad percipienda quæ consueta sunt ab ecclesia tua, ægritudo sua non debeat impedire: [b] Quia si alij eius essent exẽplo deterriti, forte non posset, qui militaret [c] ecclesiæ, inueniri: sed secundum eius ordinem, [d] quæcunque ei si sanus esset, poterant ministrari, de ipsa exiguitate, quę ecclesię potest accedere fraternitas tua præbeat ægrotanti. [e]

¶ Eugenius † Papa.

¶ Presbyter cui medietas palmæ cum duobus digitis est abscissa, Missam non celebrat, sed cæteris sacerdotalibus officijs fungi potest.

CAP. II.

Presbyterum † cuiꝰ duos digitos cum medietate palmæ à prædone abscissos significasti, Missam non permittimus [f] celebrare: quia nec secure propter debilitatem, nec sine scandalo [g] propter deformitatem [h] † membri, hoc fieri posse confidimus. Ipsum autem ceteris officijs sacerdotalibus fungi minimè prohibemus.

¶ Lucius Tertius.

¶ Si rector ecclesiæ sit leprosus, dandus est ei coadiutor.

CAP. III.

De † rectoribus ecclesiarum lepræ macula

DE CLERICO ægrotante, vel debilitato.
¶ Supra visum est de clericis non residentibus, & de prębendis nõ conferendis eisdem. Sed quia dubitari poterat, nunquid eis ægrotantibus sint prouẽtus ecclesiæ subtrahendi, merito subijcit istã rub. Abb.
De hac materia tractatur 7. q. 1. & q. 2. & 33. dist. per totum. 3. q. 9. indicas. & 17. q. 1. Gonsaldus.

Cvm percussio. Diuiditur quia primo ponit dictũ, cuius rationẽ interserit: ibi, Quia si. Abb.
CASVS. Quidam sacerdos infirmitate detentus non poterat ecclesiæ deseruire, propter quod episcopus suus subtrahebat ei consueta stipẽdia sua: Sacerdos conquestus est dño Papa: mandat Papa illi ẽpo, quod ꝑꝑ hoc consueta stipendia sua ei non subtrahat, sed oĩa sibi tribuat, quæ si sanus esset ab ipsa ecclesia percipere posset: quia si alij exemplo hmõi essẽt deterriti, inueniri forte non posset qui vellet ecclesiæ militare. No. ꝙ infirmus seruire intelligitur ecclesiæ, & omnia percipere debet ac si sanus esset. satis enim affligitur ipsa infirmitate.
b ¶ Impedire.] simile 7. q. 1. cum percussio. & 3. q. 9. indicas, & 5. distinct. ad eius vero. [illegible]
c ¶ Militaret.] 23. q. 1. militare, & 1. q. 3. saluator. circa medium C. de episc. & cler. Auth. sed hodie.
d ¶ Ordinem.] ꝑm ordinẽ cuiuscũque, & dignitatẽ cõstituẽda sunt bñficia. 12. q. 2. concesso. De hoc dixi. s̃. de ma. & obe. statuimus.
e ¶ Ægrotanti.] quia famuli ægri, quos curamus, nobis seruire intelligũt. ff. de sta. lib. l. 4. §. Stichus, & tpe infirmitatis pascendi sunt. ff. cõ. in rebus cõmodatis. §. possunt. Sic quòd clerici in ęgritudine stipendijs suis priuari non debent.

Presbyteri.] Primo prohibet, & cãm reddit. Sedo permittit ibi, Ipsum autem. Abb. Siculus.
CASVS. Quidã sacerdos amiserat duos digitos cũ medietate palmæ per quẽdã ꝑdonẽ abscissos, ẽpus illius q̃siuit, vtrũ deberet ꝑmitti celebrare Missã? dicit Papa, ꝙ nõ permittat illum Missã celebrare: qa nec ꝑꝑ debilitatẽ secure, nec sine scãdalo ꝑpter đformitatẽ põt celebrare, ĩ alijs sacerdotalib. officijs ꝑmittit illũ celebrare. Nota ꝙ ab initio libere põt exequi, ex post facto infirmat, vt patet in isto sacerdote. Itẽ deformitas & scãdalũ remouẽt aliquẽ ab executione sacrorũ ordinũ.
[Gl. seq. arg. alle. 2. iura, ad contrariũ alle. vnam legem.
f ¶ Nõ ꝑmittimus.] arg. qđ ab initio valuit, ex post facto infirmatur. 33. dist. vsque adeo. & c. cõiter diffinimus. 3. arg. contra, quod enim factum est rectè, ex superueniente delicto corrumpi non potest. ff. de itinere, actuque pri. l. nec enim. Bern.
g ¶ Scandalo.] propter scandalum enim multa sunt dimittenda. j. c. prox. & su. de temp. ord. ad aures. & j sup. tit. prox. cum teneamur.
h ¶ Deformitatem.] ex hoc verbo apparet, quæ deformitas impediat ordinandum, cum suspendat ordinatũ: hoc tamen potest ipso facto melius perpendi, quam aliquo statuto exprimi. j. de do. Apostolicæ. Bern.

De rectoribus.] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Hoc volumus. Abb. Siculus.
CASVS. Dicit in hac decr. quòd leprosi non possunt nec debent ministrare altari propter scandalũ aliorũ, q sani sunt, sed dãdus est illis coadiutor, q habeat curã animarum; & de facultatib. ecclesiæ habeat suã portionẽ, vñ possit sustẽtari. No. ꝙ nihil ẽ cũ scãdalo faciẽdũ, itẽ ꝑꝑ scãdalũ remouetur aliq s ab officio suo. Itẽ ægrotãti dandus est coadiutor, & hoc verũ [illegible] & speciale ĩ leꝓso.

† Gregorius, sed ĩ oĩb. manuscriptis vt est impressũ.

† Post cõciliũ Lateran. sub Alex iij. par. 26. cap. 15. & cap. eo. tit. in 1. cõpi.

† deformationem.

† Post conciliũ Lateran. sub Alexan. iij. par. 37. c. 4. & c. 3. eod. tit. in 1. cõp.
3 Concord. text. in l. si tibi decem, & ibi Bar. §. pactus. ff. de pact. Io. An.

vſque adeo infectis, ꝙ altari ſeruire non poſſunt: nec ſine magno ſcandalo [a] eorum qui ſani ſunt eccleſias ingredi: Hoc volumus te tenere, quod eis dandus eſt coadiutor, [b] qui curam habeat animarum: [c] & de facultatibus eccleſiæ ad ſuſtentationē ſuam, congruā recipiat portionem.

¶ Clemens Tertius. †

¶ Si rector eccleſiæ ſit leproſus, ab adminiſtrationis officio remouetur: ſed de bonis eccleſiæ ſuſtentatur.

CAP. IIII.

Tva † nos duxit fraternitas conſulendos: & infra. ¶ De ſacerdote, qui diuino iudicio lepre morbo repercuſſus, † in parochiali eccleſia prelationis officio fungitur: Dicimus, ꝙ pro ſcandalo [e] & abominatione populi, ab adminiſtrationis [f] debet officio remoueri: ita quod iuxta facultates eccleſiæ, ſibi neceſſaria quamdiu vixerit, miniſtrentur. [g]

¶ Innocentius iij. Arelaten. archiepiſcopo.

¶ Epiſcopo, qui propter morbum incurabilem paſtoralem officium exercere non poteſt, dandus eſt coadiutor.

CAP. V.

Ex † parte tua fuit propoſitum, quod cum Auraſienſis † epiſcopus graui, & incurabili morbo fere per quadriennium laborauerit, ita quod paſtorale officium non poteſt vllatenus exercere: princeps terræ illius, ac ciues [h] ciuitatis eiuſdem, à te poſtulant inceſſanter, vt ipſis (cum ſis metropolitanus eorum) ſtudeas prouidere. ¶ Verum cum ipſum ad ceſſionem compellere non poſſis, [i] nec debeas vllo modo, nec afflicto afflictio [k] ſit addenda, immo potius ipſius miſeriæ miſerēdū, † eo quod † idem vir bonus extiterit, & eccleſiam ſalubriter ſibi commiſſam gubernauerit: Nos volentes tam epiſcopo quam eccleſiæ prouidere; Mandamus, quatenus illi coadiutorem [l] aſſocies virum prouidum, & honeſtum: per quem tàm epiſcopo, quàm populo vtiliter cōſulatur.

a ¶ Scandalo.] nota nihil cum ſcandalo eſſe faciendū. ſup. cap. proxi. dummodo ſine peccato mortali poſſit omitti. ĵ. de no. oper. nunc. cum ex iniuncto.

[Glo. ſeq. ſignat contrarium, & remittit.]

b ¶ Coadiutor.] & ita vī ꝙ ꝑpter leprā non remoueat prelatus, 1 ſed ſ. ĵ. c. prox. vbi de hoc dr.

c ¶ Habeat aīarum] ergo ille coadiutor videt̄ eſſe ꝑlatus, ex quo habet curā animarū. ĵ. eo. ca. prox.

d ¶ Portionem.] & ſic ꝓuidebitur ei de bonis eccleſiæ. ĵ. eo. ca. prox. Sed pone ꝙ eccleſia nō poſſit ſufficere vtriq; Rn̄deo ille qui ſeruit eccleſiæ, habebit redditus, & illi infirmo prouidebit eps. 2 82. diſt. §. 1. & ca. i. & ex hoc verbo eſt arg. quòd non ſit prælatus.

ADDITIO. Ex eo ꝙ dicit, congruum recipiat portionem.

Tva nos.] Cōmunis diuiſio. Secunda: ibi, Dicimus. Abb. Sicu.

CASVS. Quidā ſacerdos diuino iudicio fuit lepra percuſſus: q̄rebat̄ an deberet ꝑ hoc remoueri ab officio ꝑlationis? Rn̄det Papa, ꝙ remoueri debet ab adminiſtratione populi: ita tñ, ꝙ neceſſaria ſcḋm facultates eccleſię ſibi, dum vixerit, miniſtrētur. Nota ꝙ ꝑpter ſcādalū aliq̄s remouetur ab adminiſtratione ſua. Itē nota, quod leproſi, & clerici ægrotātes, licet eccleſiæ non ſeruiant, non tamen debent beneficia amittere, ſed eis debet eccleſia prouidere.

e ¶ Scandalo.] ſup. cap. proximo.

[Glo. ſeq. obijcit, ponit opin. Hug. & Laur. Secundo opi. Bar. Tertio opin. Vinc. & Tanc. quam approbat.]

f ¶ Adminiſtrationis.] ex hoc videtur, ꝙ propter morbum lepræ ſit remouendus prælatus. Sed contra vī. ſ. e. c. prox. & ita ſine culpa punitur, quod eſſe nō debet. 56. diſt. ſatis peruerſum. & 16. q. 7. inuentum. Super hoc eſt diuerſitas inter doctores. Hug. dixit, ꝙ nunquam ſubſtituitur aliquis viuo, niſi eo renūciante. & in hac opi. fuit Laur. & dandus eſt ei coadiutor, vt ſ. c. prox. & ĵ. eo. cap. pe. & vlt. Et quod dicit hic, ab adminiſtrationis officio debet remoueri, dicit Laur. ab officio quod eſt in actu, ſed quo ad ius retinebit officium. B. diſtinxit, vtrum morbus ſit curabilis, vel incurabilis. Dicas cum Vinc. & Tancr. quod quamdiu aliquis poteſt remanere in collegio ſuo ſine ſcandalo, & horrore, non ſubſtituitur ei aliquis: alias alius erit ſubſtituendus, vt hic, qui erit prælatus in totum, & infirmo prouidebitur de bonis eccleſiæ. ſ. eo. c. prox. Ad idem ſatis concordat, quia talis coadiutor prelatus eſt ex toto. Et hoc patet ex eo quòd dicit, ꝙ habet curam animarū, & eſt hoc ſpeciale in lepra propter abominationem populi, & ſcādalum, ſicut etiam iudex mutatur, ſi non poteſt dare operam iudicio, 3 vt ff. de iudi. ſi longius. alias autem obtinet ſententia H. & Lau. & datur tūc coadiutor. ĵ. ca. prox. Et ſic eſt caſus, vbi aliquis punit̄ ſine culpa, ſed non ſine cauſa. ſim. ſupra vt li. non conteſt. quoniā frequenter. §. ſi vero aliter, ī fine. in quibus caſibus priuatur quis ſine culpa. 4. ſed non ſine cauſa, dicitur. ĵ. de priuil. antiqua.

g ¶ Miniſtrentur.] ſ. ca. prox. ex quo eū infirmitas nō crimē abduxit, vt 7. q. 1. quamuis triſte. quia non eſt afflictis addēda afflictio. 7. q. 1. cum percuſſio. criminoſus enim dignus eſt vt egeat. ff. d poſiti bona fides. Laur.

Ex parte.] Sunt duæ partes. Secūda: ibi. Verum. Abb. Siculus.

CASVS. Eṗs Auraſicenſis graui morbo & īcurabili fere per quadriennium laborauit, ita ꝙ eṗale officiū nō potuit exercere: ꝑꝑ q̄, & ciues illius terræ petebāt ab archiepo Arelaten. metropolitano ſuo inſtanter, vt eis ſuper hoc ꝓuideret: archieṗs ſignificauit hoc dn̄o Papa: Rn̄det ꝙ non pōt illum ad renunciādum cōpellere, nec addenda eſt afflictis afflictio: ſed eſt ei potius miſerendū, cum ille in officio ſuo laudabiliter ſe habuerit: vnde Papa volens tam epiſcopo quàm eccleſiæ prouidere: mandat archiepiſcopo, vt det illi coadiutorium ſiuè coadiutorem virum prouidum, & honeſtum, per quem, & epiſcopo, & eccleſiæ conſulatur. Nota ꝙ aliquis non debet compelli ad renunciandum propter infirmitatem. Item afflictis non eſt addenda afflictio. Item dare coadiutorium epiſcopo morbo detento, ſpectat ad archiepiſcopum.

h ¶ Ciues.] ſic 7. q. 2. nuper.

i ¶ Non poſſis.] ſimile 7. q. 1. ſcripſit qualiter, & c. quāuis triſte.

K ¶ Afflictio.] ſimile. 7. q. 1. cum percuſſio. 3. q. 9. indicas. & 5. diſt. ad eius vero. ff. ad leg. Rho. de iac. l. nauis. §. cum autem. In leproſo tamen ſecus conſueuit dici à quibuſdam, vt ſ. ca. proxi. vbi de hoc idem. Io. dicit circa leproſum quod Hug. & Laur.

[Glo. iſta notat alle. 6. iura, & alleg. tria in cōtrariū.]

l ¶ Coadiutorē.] ſic ĵ. ca. prox. & ita patet, ꝙ propter infirmitatem ſuperuenientem nō priuatur prelatus, q̄a eccle-

1 Vinc. contra. niſi ex toto remoueatur prælatus: & tūc ille non dicit̄ coadiutor. Io. And.

† In vno ita, Clemens. ij. Pictauien. epiſcopo.

† Cap. 2. eo. tit. in 2. cōp.

† ſpercuſſus reſperſus.

2 Vinc. dixit hanc ſibi nō placere: debilioribus enim in loco conſulitur. 18. q. 2. in nullo. Ioan. And.

3 Et ꝑpter nīmiam ſenectutem, C. de off. præf. ori. ſi quos. per quod dicunt quidā idem in prelato: ꝙ non placet Phil. Io. An.

† Cap. vnico, eod. tit. in 3. compil.

† Aren. Auraſicen. Auraicen.

4 Tex. eſt ad hoc in l. fi. & ibi Bart. C. de naui. lib. 11. Adde Bald. in l. 1. ff. de officio eius, cui mā-da. eſt iuriſdic.

† miſerandū † al. ita: eo ꝙ ipſe bonus extiterit.

ecclesiastica beneficia non sunt temporalia.55.dist.præcepta.& ff de adop. si tibi.ff.d hæredi.inst.hæreditas. ff.de reg.iur.actus legitimi.sic ff.de manumis.testa.libertas.ff.de pecu.peculium.§.2.quod est vers.Argu. cōtra.ff.de off.præ.si forte.& 7.q.1.pastoralis 1 12.q. 2. nobis. Sol. verum est φ beneficia ecclesiastica perpetua sūt, & ideo propter casū superuenientem sine culpa non priuatur prælatus: sed datur ei coadiutor, vt hic patet. & ca. seq. In casu tamen alius viuenti substituitur secūdum quosdam, s.ca.proxi. vbi de hoc.& 7.q. 1. pastoralis. omni tamen casu prouidebitur infirmo de bonis ecclesiæ,& coadiutor illi datur etiam inuito.argum.j. de eccle. ædifi.ad audientiam.

1 Dic vt ibi & sup.de fil presbyt venies.in vlt. glo.1.An.

¶ Honorius iij. episcopo Auersano.

CAP. VI.

Consultationibus: & infra. ¶ Archidiacono autem, quem morbo paralytico laborantē, officiū [a] linguæ asseris amisisse, coadiutor [b] est merito adhibendus.

Consultationib.] CASVS. Quidam archidiaconus morbo paralytico laborans, officium linguæ amisit: quæritur qd iuris? Dicit Papa, φ dandus est ei coadiutor.Not.quòd prælatis impotētibus officium suum exercere, dandi sunt coadiutores.

a ¶ Officiū linguæ.] idem est si admiserit officium oculorum. arg.55.distin.si Euangelica & qa est oculus episcopi. 94 dist. diaconi ecclesiæ.

b ¶Coadiutor.] & de hoc dictū est in primis duob. capitulis.

TITVLVS VII.

De institutionibus.

¶ Ex concil o Arelaten. †

¶ Numerus clericorū debet institui in ecclesiis collegiatis, secundum facultatem ipsarum.

¶Hæc est synodus Arelatensis 4. sub Carolo Magno Imperatore, & hī hoc ibi ca.8. & c.1.eo.tit. in 2.compil.

CAP. I.

Non amplius suscipiantī in monasterio monachorū, aut clericorum, seu etiā puellarū, quam quod se regere de bonis ecclesiæ absque penuria [c] possint.

DE INSTITVTIONIBVS.

¶Supra visum est de collationibus pbendarū, sed qa parū est conferre, nisi sequatur institutio, ideo subijcit hæc rubrica. Vel aliter.qa dubitari posset ad quē ptinet collatio, seu institutio præbendarū, & beneficiorum.ideo post rubricā de præb subijcit hāc.Abb.

De hac materia tractatur.16.q.7. omnes vsq; ad c. q ... in quibusdam.

Non amplius.]CASVS.Dicitur φ non plures recipiātur in monasterio monachorū aut clericorum vel etiā monialium, quā qui possint commode de bonis ecclesiæ sustentari.Not.quòd non debent tot esse canonici in ecclesia quot sint pauperes.

c ¶ Absque penuria. semper enim considerandi sunt reditus ecclesiarum vt secundū eos clerici instituantur in eis.s.de vita.& ho. cler quoniam vt ait 1. vbi de ho. Ita etiā φ hospitalitatē seruare possint, & soluere iura episcopalia.sup.de pb.de monachis.& sup. de su.neg pla.sicut nobis.& ecōuerso tot sunt ponendi.quot ex ipsis facultatibus possint cōmode sustentari.sup.de const.cum M.& j.eo.auctoritate.& cōtrario sēsu.& j.de cēsi.cū instātia.ar.12.q 1. pcipimus 16.q 7.omnes basilicæ.Tamen ppter nimium incrementū non credo recedendum a numero consueto. arg.C.de aliu. l. pen & vlt.ergo tantū debet esse argmentum de quo alius æquale stipendium cum alijs habeat vel saltem sufficiēs, & honestum.supra de cō sti.cum M.Ferrarieñ.

2 Et C.de sacrosan. ecc. non plures. & hoc ne ad mensurā psonarū quamus posses siones quod nimis auarū ē, sed ex possessionib. q. sunt, metiamur expensas; vt i Auth.vt deter. sit nu cle. vltra med. 1. coll sm Goffred.lo. An.

In ecclesia.] Primo decise narrat factam. Secundo prouidet:ibi, Cum laici.Abbas Siculus.

¶Eugenius. †

¶ Laici in canonicos non possunt institui.

CAP. II.

In † ecclesia vestra certū numerū canonicorum (sicut nobis innotuit) cōmuniter instituere curauistis:& inf. ¶ Cum laici [d] nō debeant in canonicorū numero cōputari, nec vos debeatis differre, [e] quo minus statutū numerum, de alijs clericorum psonis idoneis [f] suppleatis, tales [g] ad supplēdum numerum inuenire curetis, p quos Deo in diuinis officijs, per ecclesiasticos ordines cōgrue seruiatur.

¶ Alex.iij.Cantuarien.archiepiscopo, & eius suffraganeis.

¶ Institutio beneficiorum spectat ad episcopos, vel eorum officiales.

CAP. III.

Ex † frequentibus querelis didicimus, in partibus vestris cōsuetu-

CASVS. In quadā ecclesia erat cert[9] numerus canonicorum & tandē vacauerunt ibi quædam Præbendæ. in eadem ecclesia quidā laici erāt intitulati; quærebāt vtrū tales laici deberent computari in numero clericorum, vt sic numerus clericorum reputaretur plenus? Rñdet Papa quod laici non debent in clericorum numero cōputari, nec differant numerum canonicorū adimplere de personis idoneis: & tales assumendi sunt, p quos in diuinis Deo congrue valeat deseruiri.Not. quòd ius canoniæ non cadit in laicum.Item vbi certus numerus clericorum est constitutus, non debet diminui; sed adimpleri. Item personæ idoneæ debent in ecclesijs institui.

† In aliquot manuscriptis ita: Eugenius Papa

† Cap.3.eod. tit.in 2.cōp. Recte autē Contius ad: hic omis sa Roymūdo, ex antiqua cōpila.

d ¶ Laici.] & merito, quia homines diuersæ professionis in eodem officio associari non debent. 16. q. 7. in nona actione. & sup.de elect.cum causam.

† Post conc. Latera. par. 28.c.11.& c. 1.eod. tit.in 1.compila.

e ¶ Differre.] vltra sex mēses, 3 alioquin transfertur potestas ad superiorē.j.ti.prox.nulla Be.

f ¶ Idoneis.]qui dicantur idonei, habes supra de pb. super inordinata.

[Gl.ista reci per q.an in laicum conuersum, cadat ius canoniæ.]

g ¶Tales. qui sunt idonei & morū honestate, & litterarum scientia.s.de præb.graue.alias puniūtur, vt ibi dicitur. Hęc fuit quæstio, vtrū laici intitulati in ecclesia ista possint computari in numero clericorū? Et dicitur quòd non:quia non reputantur idonei;cū sint laici.Et ita ius canoniæ non cadit nisi in clericū sicut ius eligēdi in ecclesia collegiata nō cadit in laicū:supra de elec.sacrosancta:& c.Massana.hoc tamē intelligendum est de laici professione & habitu, & non de conuersis. Si enim conuersus aliquis alicuius ecclesiæ incedat tonsuratus volens esse clericus, cum iam destinatione animi sit clericus vt 23.quęst. 1.paratus iam ecclesiastica personacensetur, vnde talis ius cadit eum: & us conuersi spirituale est. Vnde qui emit illud, simoniam committit.vt .quęst.3. Saluator.

; Quasi dicat sm Hos. si recipitis laicū, curret vobis semestre tēps, qua si nihil inter sit, nullū vel minus idoneū recipere sup. de sup. ne prela.c.2. vide qđ dica j.titu.1.cum nostris in gl. ergo vacabat.Io. And.

Ex frequētibus.] Primo ponitur abusio:Secundo refutatio:ibi, Vnde. Tertio Papæ confirmatio, ibi.Nos itaque.Abb.

CASVS.In archiepatu Cantuarieñ.qdā praua consuetudo inoleuit, φ clerici bñficia ecclesiastica recipiebant

bant sine licentia episcoporũ, vel officialiũ suorũ, nõ cõsiderãtes, ꝙ illud erat cõtra ĩstituta sãctorũ patrũ & ecclesiasticã honestatẽ: pp qđ archieps volẽs illã cõsuetudinẽ penitus extirpare, oẽs illos qui scienter bñficia taliter detinẽt temere occupata, vel q̃ dẽcęte ro præsũpserit occupare, excõicauit, & dñs Papa cõfirmauit eandẽ sniam, quatenus pdicti clerici, q̃ sniam illã incurrerint, nullatenus absoluant nisi prius satisfecerint. Not. quòd concessio ecclesiæ facta à laico non valet sine consensu epi. Itẽ beneficia ecclesiastica recipiẽda nõ sunt, nisi ad his, ad quos pertinent, scilicet ab epo vel eius officiali q̃ gerit vicẽ epi, vel ab alijs ad quos ptinet collatio: & q̃ contra fecerit, excõicãd est. Itẽ ꝯstitutio trãsit ad pterita, vt hic dr̃, quia priuat iã institutos, & similiter instituendos: quod verũ est cũ facit mentionem de præteritis.

† assensu, in antiquis. † ipsorum. † Vide l. omnes. C. de decurio. li. 10. † incurrerunt.

dinem prauã, a multis retroactis tẽporibus inualuisse, qđ clerici ecclesiastica beneficia, sine cõsensu † episcopi diœcesis vel officialium [a] suorũ † (q̃ hoc de iure possunt) recipiunt: [b] minus q̃ deceat cogitãtes, quomodo id a sanctorum patrũ est institutionibus alienũ, & ecclesiasticæ cõtrarium honestati: Vnde cũ tu frater archiepiscope ex officio [c] tibi cõmisso, tam iniquã consuetudinẽ de prouincia tua velis (sicut debes) radicitus extirpare, † tam in illos, qui ecclesiastica beneficia taliter occupata scienter detinẽt, [d] quã ĩ eos, qui de cetero occupare psumpserint, excommunicationis sententiã protulisti. ¶ Nos itaque eandem sententiam ratã habentes, & eam auctoritate Apostolica confirmantes, [e] Mandamus, quatenus clericos ipsos, qui ipsam sententiam incurrerint, † nisi congrue satisfecerint, absoluere minime præsumatis.

¶ Clemens iij. clero Constantinopolitano. †

a ¶ Officialium.] officiales dicunt̃ q̃bus episcopi cõmittũt vices suas. qui possunt instituere vice episcoporum, vt hic dicit̃.

[Glo. ista ponit 2. dicta, primo signat cõtrariũ, cui dicit standum. Secundo signat contrariũ, & soluit.

b ¶ Recipiunt.] si à laicis recipiãt, suspensi ipso iure per canones antiquos vñ. 16. q. 7. si q̃s deinceps. Argu. ꝯtra. ĩ. de iur. patr. cura. cui stamus. sic ergo patet ꝙ auctoritas instituẽdi est penes epm, licet capitulũ q̃nq; eligat, in. tit. proxi. nulla tamẽ de cõsensu capituli episcopus instituere debet. ĩ. de his quæ fiũt à prælat. nouit. nec obstat. 70. dis. sanctorum. quia ibi capellæ subditæ sunt præposito quo ad sustentationem, non quo ad institutionem, & administrationem. Lau.

c ¶ Ex officio.] legationis quantum ad suffraganeos d. œce. sup. de of. leg. cap. 1.

d ¶ Detineant.] vnde nullam possunt habere excusationem quo tẽporis; tempore ea tenuerint, quia diuturnita temporis peccatum nõ minuit, sed auget. ĩ. de simo. non satis, & c. cũ in ecclesię corpore. & 24. q. 1. schisma. sup. de consue. quanto. secus si ignorãter, quia ignorãtia nisi sit crassa, & supina, tales excusat. sup. de ordi. ab episcopo, qui renun. episcopa. ca. 1. & 8. dist. consuetudo.

e ¶ Confirmantes.] post quã confirmationẽ archieps sniam relaxare non posset, nisi illud qđ sequit̃, fuisset appositum. arg. s̃. de confir. c. 1 & 2. & de consec. di. 2. c. vlt. & s̃. de tem. ordi. cũ in distribuendis. Ber.

Auctoritatẽ.] CASVS. Statuit hic, quòd in ecclesijs non instituatur vltra quam de ipsarum facultatibus cõmode sustententur. No. quòd cum clerici institui debent in ecclesijs, prouentus ecclesiarũ considerandi sunt.

¶ *Vltra facultates nõ debet quis ĩstitui inuitis clericis ecclesiæ.*

CAP. IIII.

Auctoritate † Apostolicæ sedis; & infra. ¶ Statuimus insuper, vt nullus ĩ ecclesijs vestris, vltra quam facultates [f] earum sustineant, † vobis instituatur ꝰ inuitis. [h]

¶ Innocentius iij. † sancti Marcelli, & sanctæ Susannæ Cardinali Apostolicæ sedis legato.

¶ *Cum in ecclesiis oportet extraneos institui, non debent institui clerici certæ originis tantum, sed vndecunq; sint, dum tamẽ sint idonei.*

CAP. V.

Ad decorem: & infra. ¶ Sicut nostris † auribus est suggestũ, Constantinopolitanus Patriarcha aliarũ nationum clericos spernens, Venetos tãtũ in Cõstãtinopolitanis ecclesijs satagit collocare: non attendens, quòd in omni gente, qui facit iustitiam, postea sibi quęrãt. 91 d. clericus victum & in ca. f eq.

f ¶ Facultates.] hæc semper sunt considerandæ. vt sup. eo. ca. 1. vbi de hoc. & sup. de vita & honesta. cle. quoniam. vbi habetur similiter de hoc. g ¶ Instituatur.] instituere est ius canoniæ in ecclesia vel ecclesiastico beneficio tribuere. inf. de hær cũ ex iniucto. Inuestire est quasi possessionẽ illius iuris conferre. indifferẽter tñ vnum accipitur pro altero. verbi gratia. instituere est spiritualis bñficij, vel dignitatis possessionẽ corporalem tradere. sup. de offi. archid. ad hæc. c. vt nostrũ. qđ spectat de iurecõi ad archidiaconũ, vt ibi dr̃.; & sic intellige. ĩ. eo. cũ venissent. Inuestire est eius canoniæ, vel dignitatis tribuere, qđ põt fieri p anulũ vel librũ. & sic intelligit̃ ĩ. eod. cũ venissent. sed p hoc nõ adipiscitur quis possessionẽ, nisi postea corporaliter instituat̃. inf. tit. proxi. cũ nostris. & de præben. pro illorum.

[Gloss. ista argu. à contrario.]

h ¶ Inuitis.] nullus eps est dandus inuitis. 61. dis. nullus dũ tñ iustã cãm ostẽdãt. ergo eis volẽtib. potest dari, licet facultates non sufficiãt. & ita põt sibi in hoc præiudicare, & victũ

† Cap. 1. titu de iudi. in 2. compi. † sufficiant. † P. sancti Marcelli. Vnus vetus ita: P. sãcti Marcelli & M. sãctæ. &c. † Cap. 3. eo. tit in 3. cõp. † al. ita; Sicut nostris est auribus intimatum. 1 Dũ tamen ex his liceat parcius viuere possint. Goffr.

Ad decorem.] Primo ponit excessum patriarchæ. Secundo illum corrigi mãdat, & non parenti cõminatur. Secunda ibi, Quocirca. Abb.

CASVS. Patriarcha Cõstãtinop. in ecclesijs Cõstãtinopolitanis instituebat Venetos tm̃, nõ cõsiderãs ꝙ q̃ iustitiã facit; accept' est Deo, & bñficia ecclesiastica per successionẽ possideri non possunt. vñ Papa mãdat cuidã legato existẽti in partib. illis, quaten' moneat eũdẽ Patriarchã. vt clericos litteratos & idoneos vndecũq; fuerint, instituat in ecclesijs prædictis, & pręcipue in maiori eccla: qđ si nõ fecerit, idignũ se reddet, vt isti legati cõpellãt aliarũ nationũ clericos ad suã obedientiã venire: nec dissimulẽt q̃n significent hoc dño Papę, vt ipse p hoc intelligat, vtrũ sit verũ ꝙ ipse Patriarcha (vt dicitur) hoc pmisit. Not. ꝙ in ecclesia Dei non debet locũ habere successio hæreditaria. Itẽ qui iustitiam facit, Deo acceptus est. Itẽ qui iustitiam alijs non facit, est illi deneganda iustitia.

a ¶ Acce-

a ¶ Acceptus.] 32.q.4.c.recurrat.§.his ita.
[Glo. ista alle. concor. ex generali verbo. arg. & respondet.arg.tenens contrarium.]
b ¶ Hæreditario.]sic 8.q.1.Apostolica,& sic vr quod nō solū filij sed nec collaterales in ecclesiasticis beneficijs nō succedāt.j. de iu. pat consuluit sed tñ possunt.arg.s.de off. dele.ex parte.dū modo ñ fiat iure successionis.vt s.de ele.venerabilē,vers. finē.
[Gl.ista alle.concor. signatūria,& soluit.
c ¶ Vndecūq;.]arg. quod nihil refert de quo loco sit natus clericus,vt de q.b.paretibus.arg.40.dist. nos qui.& ca.nō loca.& 56.di.vndecūq;& c. nasci.& c.dñs.Arg.contra.s. de ser.nō ord. c.1.& s.de fi.psb.c.1. & 2.& p totū.& 98. di.Afros s. de ele.c. fi.vbi dr quod plati quidam instituebāt clericos de alienis epati bus ignorāte epo:quod esse ñ debet: sed hic oēs erant extranei 1 tam Veneti q̄ alij,& ideo vndecūque essent, debebāt in ecclesia Cōstant.instituti, & ñ Veneti tm. verū est,quod locus nō obstat, dūmodo constet de bonitate psonæ & illud c. Afros. de incognitis loquitur.s.de elec.bonæ, ad fi.Si autē ex damnato coitu natus sit aliquis, non obest ei q̄tū ad vitā eternā, sed obest ei quantū ad obtinenda bñficia eccl'iastica.arg.s.de ele.innotuit.
d ¶ Indignum.] simile j.de vsu.qui frustra,& 1. q.6. quis scit,& est hic ar.culpā 2 culpa cōpensandā.75.dis. esto.ff.ad l.Aquil.item Mela.1.rñ.3 j.de diuor. significasti.j.de adult.c.pen.& vl.& j.de pœn.constitutus.
e ¶ Compellatis.] & hoc primo petierat Patriarcha à domino Papa.
f ¶ Potestis.]id est,debetis.sic 22. q.2. faciat homo.
g ¶ Promisisse.] quod esset iniquū, quia nullo pacto & nulla conditione beneficia ecclesiastica sunt conferenda.1.q.2,quam pio.s.de pact.pactiones. j. vt eccle. bene.vt nostrum.vnde simoniacum esset.

† & alios.

† al.ita: Nec vos.

1 Quia nulli erant ibi clerici:quia terra erat de nouo conuersa. Io. And.

2 Hoc sano modo intelligas:non.n. facienda sūt mala vt veniat bona.

3 Adde quod d.l.item Me. non bene pbat. facit melius l. si ambo.ff.de compen.

acceptus [a] est Deo, nec sanctuarium Dei conuenit iure hæreditario [b] possideri. 10

¶ Quocirca mandamus, quatenus moneatis eundem, vt viros litteratos, & alias † idoneos, vndecunque [c] originem duxerint, in prędictis ecclesijs, & maximè in maiori, instituere non postponat: alioquin 20 indignum [d] se reddet, vt vos aliarum clericos nationum ad eius obedientiam compellatis. [e] Nec † dissimulare potestis, [f] quin hoc nostris auribus intimetis, vt ex hoc ipso, an verum sit 30 quod super hoc Venetis dicitur promisisse, [g] conijcere valeamus.

¶ Idem Helien. episcopo, & archidiacono Noruicen.

¶ Institutiones, & custodiæ possunt de iure speciali ad non episcopum pertinere, & pēdente lite cum diœcesano defenditur in possessione. hoc dicit. Vel sic, si possidet ius instituendi is ad quem de iure communi non spectat, pendente iudicio proprietatis in possessione defenditur.

CAP. VI.

Cvm † venissent ad Apostolicam sedem archidiaconus Richemūdię, & procuratores Eboracen. archiepiscopi, ex parte archiepiscopi fuit propositum, quod institutio personarum, & custodia ecclesiarum vacantium, ad eum in diœcesi sua spectat, tam de iure † communi, [h] quam de consuetudine generali. verum quidam prędecessores ipsius quibusdam archidiaconis Richemundiæ, tam institutionem: quam custodiam personaliter commiserunt; & infra.

40 ¶ Inter alia vero archidiaconus ipse † respondit: † quod archiepiscopus tam institutiones quam custodias, [i] non personaliter archidiacono, qui tunc erat, sed archi. illas dimitteret liberas, & quietas: ex aduerso rñdit archidiaconus, quod archieps non psonaliter, sed realr ppetuò concessit tā institutionem q̄ custodiam archid. q̄ tunc erat de cōsensu capituli sui, & archidiaconatus fuerat in continua possessione istarum dignitatum, & aliarū libertatū tpibus multorum archiepōrū, & archidiaconorū, & ipse archieps sine aliqua cōdōne archidiaconatui ipsū cōcessit eidē, sed post cōcessionē dicebat archieps quod recipisset ei archidiaconatū exceptis institutionib.& custodia ecclesiarū. Pręterea dicebat archieps, quod archidiacon9 abiurauerat illas dignitates: Dñs Papa his, & alijs auditis, iterlocut9 fuit, quod archid. defēdēdus esset in plena possessione ipsarū libertatū, donec ex parte archiepi probaret, quod libertates pdicte cōcesse fuissēt archidiaconis psonaliter, & i hoc casu & ante concessionē archidiaconatus, & post, & i ipsa cōcessione dictas dignitates potuit licitè retinere, vel donec pbatū fuerit archidiaconū illas abiurasse: sed icasu isto si concessio fuit realis, nihil vtilitatis accreuit archiepo, q̄a Papa ad petitionē Eboraceñ.ecclesię, vel ēt p seipsum, archidiaconatui, [illegible] debit: si alterutrū istorū fuerit probatum, silentium imponatur archid. super libertatibus illis, & si neutrum probatum fuerit, imponatur silētium archiepiscopo. Nota, quod qui est in possessione, debet defendi in ea donec cōstet de iure. Item cōcessio personalis cum persona finitur, realis perpetua est, quæ fit non personæ, sed ecclesiæ. Item factum prelati in damnum ecclesiæ non præiudicat ecclesiæ. Item iuramentum prælati in damnum ecclesiæ præstitum, ipsi prælato, non ecclesiæ præiudicat. Item ecclesia sine prelato agere potest: sed hoc est propter iuramentū, quod seruari potest sine præiudicio ecclesiæ ab ipso prelato.

† Cap.3.e.ti. in 3.compil. Adde q̄d per textū hūc dicat Felinus sup cap.1.de præscr.

† Iurisdictione in vulgatis, sed in oībus antiquis vt in textu.

† ille.
† al. ita: respondit dicens.

50

60

Cvm venissent. Diuidit in tres partes. In prima ponitur allegatio pro archiepo. In scda allegatio pro archid.ibi. Inter alia. In tertia interlocutio, & sub certa forma diffinitiue commissio: ibi. Nos igitur. Abbas.

CASVS. Inter archiepm Eboraceñ. ex vna parte, & archidiaconū Richemūdiæ ex altera, qō vertebat, super institutionib. personaru, & custodia ecclesiarū vacantiū, vnde procurator archiepi, & archidiaconus accesserunt ad Papā: procurator archiepi proponebat, quod institutio personarū & custodia ecclesiarum vacantiū spectabant ad ipsum in diœcesi sua tam de iure cōi q̄ de consuetudine generali: sed quidā antecessores illius cōmiserunt quibusdā archid. Richemundiæ personaliter, tam institutiones quam custodias: vnde petebat procurator vt

h ¶ Communi.] arg. ad hoc supra de off. ord.cum vos. & 70.dist.c.2.1.q.3.c.3.& c.res ecclesiæ, & c.peruenit. & 16.q.7.nullus omnino. sed contrarium est verū, quia de iure communi institutio personarū, & custodia vacantium ecclesiarum spectat ad archidiaconum. supra de offi. archid.ad hæc.& c.vt nostrum,63. di. si in plebibus, nisi consuetudo repugnet, vt hic videtur ad fi.cap. & ex confessione archidiaconi hoc potest colligi, & hic loquitur de institutione corporali: quia collatio dignitatum, & præbendarum pertinet ad archiepiscopum. j. tit. prox. quia diuersitatem, & c. postulastis, & hic vt patet ex confessione archidiaconi Bern.

ADDITIO. Secus obtinet alicubi de consuetudine. arg. supra de app. bonæ.

i ¶ Custodias.] scilicet, vacantium ecclesiarum.

a ¶ Ipsum.] scilicet archidiaconatum.
b ¶ Ipse.] scilicet archidiaconus.
[Glo. ista obijcit quare archiepiscopo, pro quo facit ius cõe, indicitur onus probandi. Respõdet id fieri propter duas præsumptiones posses, & confessi. demum distinguit inter donationẽ factã personę, & factam ecclesiæ.]
c ¶ Probatum.] sed quare incumbit on⁹ probandi archiepo, cũ de iure cõi hæc spectet ad ipsum, vt hic vr: vñ eo ipso vr fundata eius intẽtio. 16. q. 7. oẽs basilicę. C. de pb. siue. & ṡ. de cẽsi. olim. Rñderi põt, ꝙ hic duæ fuerũt psũptiones bonæ pro archiadiacono ꝯ archiepm qa archidiaconus, & ipsi⁹ antecessores fuerunt in pacifica possessione, vñ psumitur concessionẽ fuisse realẽ: & quia archieps ꝯfessus fuit ꝙ antecessores sui ꝯcesserunt illas dignitates, licet psonaliter: & archidiaconus dicebat ꝯcessionẽ fuisse realẽ, vnd psumit ꝯtra archiepm, & iõ onus probãdi incũbit archiepo ꝙ concessio fuit psonalis. & licet psona ĩferatur pacto, ñ ideo est psonale, sed vt ostẽdat cũ qua psona sit factũ. ff. de pac. iuris gẽtiũ. §. pactorũ, & l. tale pactũ. plerũq; enim cõsulimus successorib. nostris sicut & nobis. ff. de pb. si pactũ. Sed trãsactio potius psũmitur personalis q̃ realis, nisi fuerit per superiorẽ cõfirmata. ṡ. de transa. veniẽs, & c. de cetero. & ṡ. de pb. nisi. hoc tñ adiecto, ꝙ si eps alicui personæ det rem ecclesiasticã, potius præsumitur donatio personalis q̃ realis. 10. q. 2. hoc ius. 16. q. 1. possessione. Sed si donat ecclesiæ præsumitur realis donatio, & perpetuo donasse. 16. q. 1. c. vlt. ṡ. de ijs q̃ fi. à prælа. cũ Apostolica. arg. hoc ideo est, quia ecclesia non potest mori. 12. q. 2. liberti. 2. 1. Sed hic præsumitur concessionem fuisse realem, vt dixi: quia archidiaconus ille & antecessores sui fuerunt in quieta possessione. Io.
d ¶ Fuisse.] præsumitur hic concessionem realem fuisse, ex quo est in possessione, & ideo tuendus est in illa quousque probetur contra eum cessionem factam fuisse personaliter. Immo. si personæ facta fuit, præsumi debet personalis: si dignitati, realis. 2.
[Glo. ista ponit opi. Lau: & sol. demum elicit 4. no.]
e ¶ Abiurasse.] obijciebatur archidiacono ꝙ abiurauerat huiusmodi libertates vnde cõtra iurã nõ fuerat audiendus. Sed quare non auditur archidiaconus licet abiurauerit huiusmodi libertates, cum iurm illud temerariũ fuerit, & in piudiciũ archidiaconatus, & ideo nõ reseruandũ: ṡ. de iureiu. sicut 2. & c. intellecto. L. dicit quatenus iurm tangit rem familiarẽ, obseruandũ est, vt nihil vtilitatis vel honoris ad ipsum perueniat rõne illarũ dignitatũ, si eas abiurauerit. ar. ṡ. de iureiu. quemadmodum. Vel dic ꝙ bene potuit renũciare, & abiurare ius instituẽdi, vt nũ q̃ vteret eo, & tñ di[illegible] hoc no p[illegible] iudicio eccl'a possit tunc vti iuri suo, vt hic colligit. Et sic pt seruari iurm sine piudicio ecclesiæ, & sine interitu salutis æternę. ṡ. de iureiu. si vero. §. 1. sim. inf. de spõs. cõmissum abiuratio talis siue renũciatio ñ tenet in dãnũ ecclesiæ. Tria notabilia notãtur hic. Primũ, ꝙ factũ plati ñ prẽiudicat ecclæ. Secũdũ, ꝙ iurm præstitũ à plato in damnũ ecclesię seruat ab ipso prelato, q̃d est ꝯtra id ṡ. de iureiu. sicut. Tertiũ ẽ, ꝙ ecclesia habẽs platũ sine ipso agere pt, q̃d est ꝯ id q̃d dici consueuit, qa nec platus sine cõsensu capituli, nec caplm sine cõsẽsu plati agere pt. ṡ. de proc. c. 1. & ṡ de iud. causa [illegible], & nota, q̃d agẽti interdicto, vti possidetis, nõ potest opponi, ꝙ rẽ illã abiurauerit, p quia agẽs sicut nec agẽti interdicto. Vnde vi. ṡ. de resti. spol. c. solu[illegible].
f ¶ Ecclesiæ. arg. bonũ, ꝙ ecclesia vacante capitulũ fungitur vice plati: sed cõtra rium arg. colligitur.
g ¶ Archidiacono.] sed non archidiaconatui.

perpetuo de consensu capituli archidiaconatui reali concessione donauit. Cum autem archidiaconatus ipse in continua possessione tam istarum quam aliarum libertatum, multorum archiepiscoporum, & archidiaconorum temporib. extitisset, & archiepiscopus sine conditione † qualibet concessisset ipsum[a] eidem, post cõcessionem asseruit, quod ipsum concesserat, institutionibus, & custodijs vacãtium ecclesiarum exceptis. Ipse [b] † vero timens, ne si negaret expressè, cum nõdum esset archidiaconus † possessionem adeptus: vel impediret † penitus factum eius, vel diutius differretur, respondit, quod non solum in illo, sed de omnib. redditib. suis faceret quod sibi placeret: & infra.

¶ Nos igitur interlocuti fuimus, archidiaconum esse in plena libertatum eius dem archidiaconatus possessione tuendum, donec probatum[c] legitimè fuerit ex aduerso, libertates † ipsas archidiaconis, ab archiepiscopis personaliter fuisse[d] concessas: cum in hoc casu, tam ante, quam post, & in ipsa etiam concessione, archiepiscopus eas † retinere potuerit licitè tanquam suas: vel donec legitimè probatum fuerit, easdem libertates archidiaconum abiurasse.[e] Sed in hoc casu, si concessio illa fuerit realis, archiepiscopo nihil iuris vel vtilitatis accedere: quia nos vel ad petitionem Eboracen. ecclesiæ,[f] vel per nos ipsos, super hoc archidiaconatui consulemus. Si ergo alterutrum ipsorum fuerit legitimè comprobatum, † archidiacono[g] super libertatibus ipsis: si neutrum, archiepiscopo silentium imponatur.

¶ Idem episcopo Trecen. & archid. Parisiensi.

¶ *Is ad quem spectat collatio dignitatum, seipsum instituere non potest.*

CAP. VII.

Cum † ad nostram: & infra. ¶ Illud autem nolumus vos ignorare, ꝙ postquam M. fuit abbas.

Cvm ad nostram.] primo ponit dictum. Secundo ipsius rationem: ibi. Quia cum ratione. Abb.
CASVS. Vacante quadã abbatia custos illius ecclesiæ: electus in abbatem sibi nihilominus retinebat custodiam: quærebat, vtrum de iure illam posset retinere, cu. collatio ipsius ad ipsum abbatem ptineat: Rñdet Papa, ꝙ postq̃ fuit abbas effectus, custodiam de iure non potuit obtinere, quia cum donatio illius custodiæ, & aliarum dignitatum illius ecclesiæ pertineat ad abbatem ipsum, à seipso eam non potuit recipere, cum inter dantem, & recipientem debeat esse distinctio personarũ, & ab alio eam nõ potuit habere, cũ alius ius non haberet conferendi. No ꝙ eo ipso ꝙ aliquis adeptus est aliquã dignitatem, vacat prima, si quã habet. Item nullus potest dare sibi ipsi. Item differentia debet esse inter dantem, & accipientem. Item nota decretalem istã contra episcopos, & prelatos, qui postquã sunt promoti, dignitates prius habitas vel de nouo vacantes retinent.
a ¶ Ad.

† Contradictione. † Idem vero. † impediret. † archidiaconatus. † al. ita: easdem libertates. † ipsas. † approbatũ. † Cap. 4. e. tit. in 3. comp.

1 De rescr. si gratiosè. lib. 6. Io. And.
2 Concord. text. in l. donationes. §. species, & ibi Bar. ff. de do. idem in l. 1. C. de pe. bo. sub. & in l. pater filię. ff. de ser. leg.

a ¶ Ad ipsum.] scilicet abbatem.]
b ¶ Dantem & recipiētē. simile 24.q.1.didicimus. j. de iur.pat per nostrā. j. de bapti.debitum.ff. de auct. tu.l.1.& ff. de tu.& cur.da.l.ius dād .§ ptor, alràs, lex est nemo enim vicē pluriū psonarū sustinet, 16. q. 1. psbyteros, & C. de asses.nemo. 89.dis. singula.ff de pact.si plures ff. de of. psi. l.vl. Arg.cōtra ff. de adop si consul.& s. de ele cum inter canonicos. Sed quid si ipse cōferret alij potestatē conferēdi illā dignitatem, nunqd posset ab illo illā recipere, vt sic nō videret eā recipere a seipso. Not.arg. s. de testi.licet.& arg. 18.q.4.quæsti. ff. de auct.tut. pupill⁹. ff. d re milita. milites. §.1.ff.d admi.re. ad ci.pti l.2. §.1. s. de preb. de multa. i si. arg.cōtra, quia multa possum⁹ p alios, q̄ non possumus p nos. 88 dist. episcopus.5.q.3.ca. vlt. ff. que res pig ob pos. Aristo.in fi.

effectus, † custodiā de iure nō potuit obtinere; qa cū ratione abbatiæ ad ipsum [a] pertineat donatio tā custodię, quam aliarum dignitatū, ac etiam præbendarū in ecclesia Patrinen. custodiā ipsam recipere non potuit a seipso. Cū iter dantem, & recipientem [b] debeat esse distinctio personalis; sed nec ab alio, cum ius conferendi alius non haberet.

TITVLVS VIII.

De concessione præbendę, & ecclesię non vacantis.

¶ Gelasius † Papa ad Romanos.

¶ *Institutus scienter in beneficium viuentis, deponē-dus est.*

CAP. I.

QVi† in viuorum sacerdotum loco ponuntur, hoc ipso sunt ab ecclesiastica cōmunione [c] pellendi, [d] quo se passi sūt successores viuis [e] sacerdotibus adhiberi.

¶ Ex concilio Lateranen.

¶ *Beneficia non vacantia concedi vel promitti non debent: & cum vacauerunt, concedi debent infra sex menses: quibus elapsis de episcopo ad capitulum, & contra, demum, ad proximum superiorem deuoluitur collatio.*

CAP. II.

NVlla† ecclesiastica ministeria, [f] seu etiam beneficia vel ecclesiæ tribuātur alicui, seu promittantur antequam vacēt: [g] Ne desiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum & beneficiū se crediderit successurum. Cum enim in ipsis etiam legibus gentiliū inuenia-

†In vno vetusto nulla est in scriptio.

DE CONCESsione præbendæ, &c.

¶ Supra visū est de pbendis & dignitatibus ac earum institutionibus: sed quia sepe præbēdæ & dignitates conferunt seu pmittūt anteq̄ vacent, & quando que ipsę vacātes nō conferuntur, sed remanēt diu vacantes, merito restabat videre, & prouidere tā circa prouisiones non vacātium, quàm circa negligentiam in conferendo vacantia. Abbas.

†Cap.1. eo. tit. in 1.cōp. & ca.2.ti.de ætat. & quali. in 1. cōp.

De hac materia tractatur 1.q.2.& q.5. per tot.& q. 3. in quibusdàm.& 16.q.7.§.cum ergo & seq.c. & 3. q.3. audiuimus.2.q.1.in primis.7.q.1.non furem.

QVi in viuorū. Faciens se poni in beneficiū viuentis, ab ecclesiastica communione repellitur. Vel clarius sic vt in rubro.& non diuiditur propter breuitatem. Abbas.

c ¶ Communione.] id est, participatione corporis & sanguinis Domini.7.q.1.eum qui.

d ¶ Pellēdi.] & nihilominus deponēdi. 2. q. 1. in primis.7 q.1.nō furem.& c.eum qui.nisi ignorans quis īstituat aliquo remoto: quo casu excusatur.ff.deposi. si qs inficiatus.& episcopus tenetur ei in alio beneficio prouidere.7.q.1.pręsentium.& sup.de præb.inter cetera. Sed pone, qđ aliqs est iniuste depositus, alius hoc ignorās in locum eius substituitur, & stetit ibi p xl.annos, & postea scit de iure ad aliū pertinere, nūc quis debet cedere, & illi restituere? Videtur ꝙ sic. s. de præscr.vigilāti, & c.si diligenti.34.q.2.si virgo. & de re iud.cōsāguinei.& c.lator.ar. s.16.q.3.c. placuit §.quas actiones.& s. de pscrip. de quarta. Sol. Dicūt quidā theologi, ꝙ qñcunq; sciuero rem pertinere ad aliū, teneor rem restituere. De hoc dictum est sup. de præscr.vigilāti. Sed hoc non credo quod teneatur dimittere, qa eo ipso quod condemnatus non appellauit, acquieuit sententiæ, & ita transiuit in rem iudicatam. s. de sent.& re. iudic. quod ad consultationem. & sic alius iuste fuit institutus.

e ¶ Viuis.] nisi iusta ratione depositis.6. q.1.eos.50.dis.post quam. Ber.

† institutus

NVlla.] Duę sunt partes. Secūda: ibi. Cū vero Prima puidet circa bñficia nō vacātia, & diuidit in tres partes: nā primo ponit phibitionem. Secundo eius cām, ibi: Ne desiderare. Tertio fortificat: ibi: Cū enim. Secūda pars principalis puidet circa bñficia vacantia. Et primo statuit tēpus ad cōferendum. Secūdo ponit negligētiā nō conferētiū; ibi, Si autē, & cotidie allegat in practica, maxime in 2.parte & ideo nota bene ipsum. Abb.

† Sub Alexan.iij.c.8.

CASVS. Quidam prælati ante cōciliū Lateran. cōferebāt ecclām, seu bñficia, & etiam dignitates, antequā vacarēt, & sic desiderabāt mortē proximi sui ī cu ius locū credebant se succedere, & ideo statuit cōciliū Lateran. ꝙ de cetero nulla ecclesiastica bñficia ministeria, vel ecclesia cōcedantur alicui, seu promittātur antequam vacent, ne desiderare quis mortē proximi videatur, in cuius locū se credit successorum, cum in legibus gētilium hoc sit inhibitum. Turpe enim est, quod expectatio futuræ successionis in ecclesia Dei habeat locum. Cū enim præpicta officia, ministeria, vel ecclesia vacare cōtigerint, non diu maneant in suspenso, sed infra sex menses personis idoneis cōferātur, & si hoc episcopus distulerit, p capitulū postea ordinētur. quod si ad capitulū pertinuerit, & infra dictum tempus hoc non fecerit. episcopus hoc secundū Deum cum consilio religiosorū exequatur. & si omnes fuerint negligētes, metropolitanus absq; alicuius cōtradictione de illis secūdū Deum disponat. Not. quod ex prouisione beneficij vacaturi, de facili causatur votū captādi mortē proximi: ideoq; a tali prouisione abstinendū est. Not. quod capitulum potest habere potestatem cōferēdi beneficia episcopo excluso. Nota, quod potestas conferēdi beneficia deuoluitur gradatim ad superiorem. Item plura alia sunt notatu digna, quæ per se patent in ipso contextu.

†Cap.2. eo. ti. in 1. cōp. Et concordat concil. Triden. sessione 24. de refo ca. 19. vbi hoc decretū roboratur. & ca. detestenda. eo.tit.lib.6.

f ¶ Ministeria.] id est. officia, siue dignitates.

g ¶ Vacent.] Nota, quod beneficium antequam vacet, non potest promitti, quod si fiat, non valet. j.c.prox. j.eo.tit.ex tenore. Et sic obligatio nulla cōtrahit ex tali pmissione. qa est ꝯ ius. ar.cōtra. s. de pb.relatum. & ibi soluitur. imò ibi receptus fuit statim in fratrē.

tur inhibitum, turpe est, & diuini plenum animaduersione iudicij, si locum in ecclesia Dei, futuræ successionis expectatio habeat, quam ipsi etiã gentiles condemnare [a] curarunt. ¶ Cum vero præbendas ecclesiasticas seu quælibet officia, in aliqua ecclesia vacare contigerit, non diu maneant in suspenso: sed infra sex menses [b] personis quæ digne administrare valeant, conferantur. ¶ Si autem episcopus, vbi ad † eum spectat, [c] conferre distulerit, per capitulũ ordinetur. † Quod si ad capitulum [d] pertinuerit, & infra præscriptum terminum hoc non fecerit, episcopus secundum Deum hoc cum religiosorum virorum [e] consilio exequatur; Vel si omnes forte neglexerint, metropolitanus de ipsis secundum Deum absque illorum cõtradictione disponat.

¶ Alexan. iij. Eboracen. archiepiscopo.

¶ *Beneficia vacantia conferuntur non obstante appellatione illorum, quibus promissa fuerant antequã vacarent.*

CAP. III.

Relatum † est auribus nostris: & infra. ¶ Consultationi tuæ taliter respõdemus, quòd cũ in Lateran. cõcilio [f] promissiones factæ de ecclesijs non vacantibus sint cassatæ, prætextu appellationis [g] eorum, qui dictis promissionibus innituntur, omitti non debet, quin ecclesiæ cum vacauerint, de personis idoneis ordinentur.

¶ Innoc. iij. præposito, & Capitulo Cameracen.

¶ *Si scribitur ei ad quem spectat collatio, dato executore ad prouidendum per præsentationem litterarũ collatori factam afficitur præbenda: ita quod collatio alteri facta non tenet. h. d. secundum verum intel. vide c. si cap. eod. tit. in 6.*

a ¶ Condemnare.] quia pactum de futura successione nõ valet. C. de inuti. sti. ex eo instrumẽto. C. de pact. l. vlt. nisi de cõsensu eius, cuius est hęreditas, vt in l. prædicta. C. de pact. eodẽ modo non tenet promissio de p̃benda non vacante, etiam de consensu eius, qui tenet eam, cum nulli possit eã concedere. ĩ. de iure patr. quod autem. in fin. sim. in li. feu. tit. 1. §. si vero archiepiscopus.

b ¶ Infra sex menses.] tẽpus istud sex mẽsiũ incipit currere à tempore sciæ, generaliter, & nõ à tẽpore vacationis: ĩ. e. quia, in fi. arg. ff. de calũ. annus. C. q adm. ad bõ. pos. l. 2. & q scit, certiorari nõ debuit. ff. de act. emp. l. 1. in fin. s̃. de ele. cũ inter vniuersas, in fi. & expressũ est s̃. de sup. neg. prę. licet. & s̃. de p̃b. de multa. § 1. argu. Itẽ tẽpus istud vtile est, quia tempus illud nõ currit à tẽpore suspẽsionis iniæ quo eligere nõ possint. ĩ. e. quia diuersitatẽ. Ar. ɔtra ꝙ curat. licet eligere nõ possint. s̃. de elect. c. vlt. Nũquid potsũt canonici eligere post tps elapsum? Quidã dicũt ꝙ sic, sed ɔtriũ est verũ, ꝙ non possint: & si eligãt n̄ tenet electio. s̃. d supp. negl. plat. c. licet. & c. vlt. nisi de patiẽtia tolleret. ĩ. eo. tit. litteras, qa pro non dato habetur qđ ab illo dat̃, qui nõ potest de iure donare. ĩ de iure patr. quod autẽ in fi. Ar. ɔ. ff si qs cau. & si post tres. ff. de arbit. Celsus. & auctoritate huius canonis. semestri tẽpore statim elapso, potest eligere ille ad quẽ deuoluta fuerit eligẽdi potestas, nulla licẽtia à superiore petita. & constitutio ista tãtũ locũ habet vbi distinctæ sunt p̃bendæ & certus est canonicorũ numerꝰ cõstitutus. ĩ. eo. ex parte. Itẽ locum h̃et in dignitatib. & personatibus oĩbus. sed in ep̃atibꝰ † & archiep̃atibus olim locũ nõ habebat. ĩ. e. dilectus hodie locũ habet in ep̃atibus & archiep̃atibus & habet is vt potestas eligẽdi trãsferatur ad superiorẽ: sed minus tempus datur in his. s. triũ mensiũ. sup. de elec. ne pro defectu. & ita in hoc ęquiparãtur. & differũt à minoribus beneficijs, & dignitatibus: qa minus tẽpus datur ꝓpter maius periculũ: quia mora periculosa est in [illegible] ibus. sup. de elec. cũ in tet. & s̃ vt li. non [illegible] ort. qm̃ frequenter. § porro.

c ¶ Spectat.] ĩ. de his quę fiunt à prælat. si. con. cap. c. ea noscitur. & s̃. de elect. cum ecclesia Vulterana. ad fin.

d ¶ Capitulum.] sup de elect. cum in cunctis. fin. 9 q. 3. cum simus.

e ¶ Religiosorum virorum.] sic s̃. de elec. ne pro defectu. vbi dicitur qualiter hæc verba intelliguntur. & 63. dist. obeuntibus. vbi de hoc. Ber.

Relatum.] duæ sunt partes, decisa consultatio & responsio. Secunda, ibi: Consultationi. Abbas.

CASVS. Aliqui recipiebant ꝓmissionẽ de ecclesijs nõ vacãtibus; postmodũ cũ vacabãt, illi appellabãt, ne alijs cõferri deberẽt. q̃rit, an tali appl'oni sit deferẽdũ? Rñdet Papa, cũ tales ꝓmissiones in cõcilio Later. p̃dicto sint cassatę nunq̃ p̃textu talis appellationis debet omitti, quin ordinẽtur cũ vacauerint. Nota vbi nõ tenet ꝓmissio, sup hoc non tenet appellatio. Itẽ si nõ tenet principale, nec accessorium.

f ¶ Lateran. concilio.] sup. c. prox.

g ¶ Appellationis.] tali appellationi nõ est deferẽdũ, cũ eorũ nõ intersit. 2. q. 6. non solent, & s̃. de ele. cũ iter. R. qa ex tali ꝓmissione nihil iuris acq̃rit, sic nec emptor h̃et actionẽ furti in re vendita subtracta, si ei res nõ fuit tradita. ff. de fur. l. eũ q emit. B.

Propofuit. CASVS. Cælestinus Papa mãdauit p̃posito & capitulo Cameracẽ. vt T. presbyterũ reciperẽt in canonicũ & i fratrẽ, & assignarent ei p̃bendã proximo vacaturã, q̃ ad donationẽ suã spectaret in ecclesia sua, decano Remẽsi sup hoc executore concesso: sed cũ decanus inuenisset eos cõtumaces, dictum presbyterum inuestiuit de p̃bẽda primo vacatura in ecclesia Cameracẽn. pertinente ad donationẽ ipsorũ tandem vacauit vna præbenda & ipsi eã alij assignauerunt: Cælestinus hoc intelligẽs, & volens ratũ haberi quod ab eodẽ decano factum fuit, cassauit collationẽ factam a capitulo, & dictum presbyterum de ipsa per annulũ inuestiuit. sed cum dictus presbyter præbendam illam ad huc quiete habere non posset, cum alius eã possideret, accessit ad dominum Innocentiũ & exposuit ei omnia p̃dicta: Dicit ergo Innocẽtius, ꝙ licet nõ sit intẽtionis suę inuestituras de vacaturis factas habere ratas, q potest super ius dispensare, tamen cõsiderans, quod dictus presbyter nõ fuit inuestitus de vacatura sed de vacãte per Cęlestinũ. quæ post cassationẽ cõcessionis, quam fecit capitulum, intelligebatur vacare mãdat Papa præposito & capitulo Cameracẽsi quatenus amoto ab eo quolibet detẽtore, dictã præbendã præfato presbytero assignare procurent. No. hic, ꝙ collatio facta cõtra mãdatũ Papæ valet ex eo ꝙ Cęlestinus irritauit concessionẽ capituli, ex eo

† In codice Barbatię ita vbi ad eum spectat collatio.

† ordinẽtur.

† Ca. 39 tit. de appe. in. cõp. Et post cõcilũ Lateranen. par. 47. cap. 7.

Et vide Federicum cõsil. 299.

† Vide cõci. Trid. ses. 24. de refor. ca. 1. quales & qualiter p̃lati eligend.

ex eo ꝙ dicit. Innocentius; quæ post cassationē concessionis à capitulo fctæ, & sic tenuit concessio capituli contra mandatum Papæ, & contra inuestiturā decani. & sic est argu. ꝙ per inuestituram ius non acquiritur. Item not. quod Papa potest dispensare contra ius.

CAP. IV.

PRoposuit † nobis T. presbyter, quòd cum C. Papa prædecessor noster, pro receptione ipsius in fratrē, & assignatione [a] præbēdæ ad donationem vestrā spectantis in ecclesia vestra proximo vacaturæ mandatū Apostolicum vobis destinasset, decano Remensi executore [b] concesso, decanus ipse vos cōtumaces inueniens, ipsum de præbenda primo vacatura in ecclesia vestra, quę ad donationem capituli pertinet, auctoritate Apostolica inuestiuit: [c] & inf. Sed cum præbenda, quæ ad donationē vestram spectabat in ecclesia Cameracen. vacasset, eam alij assignastis: [d] & infra. ¶ Idem autem prædecessor noster quod ab eodem decano factum fuerat, ratum [e] volens haberi, collationem præbendæ factam à vobis penitus irritauit, [f] & eum de ipsa per annulum inuestiuit. [g]

¶ Licet autem intentionis nostræ non sit inuestituras de vacaturis [h] factas contra canonū instituta [i] ratas habere, qui secundū plenitudinē potestatis de iure possumus supra [k] ius dispensare: [l] † attendentes tamen quòd idem presbyter, nō de vacatura, sed de vacante per prædecessorē nostrum fuit inuestitus, [m] vtpote quæ post cassationem [n] concessionis [o] à vobis factę intelligebatur vacare: [p] Mandamus, quatenus amoto ab ea præbenda quolibet detētore, eam ipsi cum plenitudine honoris canonici assignetis. [q]

† Cap. I. eo. tit. in 3. cōp.

1 Antiquæ cōpilationis verba loco initio huius capitis citato ita hēnt: Et assignationem pbēdæ ad donationē vestram spectātis in ecclesia vestra pximo vacaturæ eidem facienda, &c.

a ¶ Assignatione.] facienda, cū vacauerit, eidē presbytero, & hoc pbatur in antiqua compilatione, vbi est illud verbum facienda. vnde videt ꝙ nihil valuit. sup. de præb. inter cetera. vbi de hoc.

b ¶ Executore.] dato forte sub hac forma; mandatum nostrum exequaris.

c ¶ Inuestiuit.] i. assignauit, vt patet per hoc qd dicit sup. eo. assignatione præbendæ, &c. executor hoc fecit, & male vt satis patet per literā inferiorem: sed litera illa, ratum volēs, &c. cōtradicere videtur. sed Cęlestinus hoc nō dicit, vt excusaret decanum, & assumeret causam cassandi collationem capituli, & hoc satis patet p verba Inn. factum enim decani fuit cā quare Cęlestin⁹ cassauit concessionem capituli, alias nō debuisset cassasse. sup. de præb. dilectus filius G. nō est alia ratio, nisi q ipse voluit, quia de eo 2 quod nihil est, potest aliquid facere de consec. dist. 2. re vera. versus fi. & simile. sup. de præb. ca. pro. illorum. ibi, quod de memorato magistro prouide, &c.

2 Intellige hoc dictum glossæ iuxta id quod notatur. sup. de transac. ca. 3. super glo. in verbo: veri Dei vicem.

d ¶ Assignastis.] vnde videtur quòd nihil valuit, sup. de præben. inter cetera. immo bene valuit, vt sup. de præb. dilectus filius. & hoc probatur per hoc ca. vt inf. patet, vbi de hoc.

e ¶ Ratum.] cum effectu.

f ¶ Irritauit.] id est, irritum nunciauit Io. immo proprie tenetur. vt seq. probant. B r.

g ¶ Inuestiuit.] per talem inuestituram contulit ei ius canoniæ, cum nihil prius habuerit per Decanum.

h ¶ De vacaturis.] Innocentius & Cælestinus uidentur diuersi. Innocentius nō vult habere ratum factum Cęlestini: Cælestinus uidetur habere ratam inuestituram de præbenda uacatura factā per decanum, ubi dicit; ratum uolens factam decani haberi, cum tamen decanus non haberet illud in mandatis. Innoc. uoluit habere ratam inuestituram de uacatura, quia Cælestinus inuestiuerat presbyterum de uacante post cassationem concessionis, & sic non poterat ratam habere institutionem de uacatura, cum iam esset inuestitus de uacante per Cælestinum: nec etiam Cælestinus ratam habuit inuestituram de uacatura: immo inuestiuit illum de uacante. Ex hac decre. uolunt quidam dicere, quòd si Papa mandat aliquem recipi in canonicum, & alius recipiatur, quòd debet cassari, ut hic fecit Cælestinus, unde signatur contra sup. de præb. dilectus 2. sed hoc fecit Cælestinus ex plenitudine potestatis. & iniuriam fecit illi instituto, quē cassauit, cum de iure teneret electio, vt hic colligitur.

i ¶ Instituta.] sup. eod. cap. 1. & sup. de præb. dilectus.

k ¶ Supra ius.] pro nihilo hoc dicit, quia hic non dispensat. sed propter hoc dicit, quia decanus illum inuestiuit de vacatura: & poterat illam eandem confirmare, & ita dispensasset supra ius, sed non habebat hoc locū hic, quia Cælestinus illū postea inuestiuit de vacante.

[Glo. ista ponit 5. casus, quibus Papa dispensat, & 5 quibus nō dispēsat. sed quintum determinat.]

l ¶ Dispēsare.] nā 3 cōtra Apostolum dispēsat. 34. dist. l. ctor. & cōtra canones Apostolorum. 82. dist. presbyter. Itē contra vetus testamentū in decimis non dandis. inf. de deci. ex parte. & c. se. Item in voto, j. de vo, & vo. redēp. c. 1. Itē in iuramēto. 15. c. 6. c. 2, & sup. de rescrip. constitutus. A contrario sensu. de his duob. dixi sup. de iureiu. quanto. tn̄ cōtra vniuersalē ecclesiæ statum dispēsare non potest. 24. q. 1. memor sum. Nec potest dispensare quod monachus habeat pprium. j. de sta. mo. cum ad monasteriū. in fin. Nec cōtra quatuor Euāgelia. 14. d. sicut. Nec contra præceptum Apost. 25. q. 1. sunt quidam. quod intelligo in ijs quæ spectant ad articulos fidei. Item secundum quosdam non dispensat in secundo gradu consanguinitatis. sup. de ref. spo. litteras. quod non est verum. inf. de diuor. Deus qui. quod intelligo de collaterali.

3 Hæc glossa in multis recētioribus est deprauata, quæ restituta ē ex antiquis codicibus, vt est expressa iā, vt eam recte intelligas vide Turrecrematā in sū. de ecclesia. lib. 3. ca. 57. 54. & seq. & Melchiorem Canum li. 3. d locis Theolog. c. 5.

† De hoc articulo, vide Felinum in c. postulasti. sup. de rescr. ver. quartus casus.

m ¶ Inuestitus.] per talem inuestituram contulit ei ius canoniæ.

n ¶ Post cassationem.] quo ad factum referas, secundum Ioan.

[Glo. ista arguit, & remittit.]

o ¶ Concessionis.] argu. expressum, ꝙ si Papa mandat alicui dari præbēdā & datur alij, tenet collatio, licet cōtra mandatum. De hoc dicitur sup de præb. dilectus 2.

[Glo. ista signat contrarium, & soluit.]

p ¶ Vacare.] sic ergo videtur, quòd per sententiam statim perditur dominium. inst. de of. iu. §. vlt. contra id. ff. de rei. ven. in fundo, & C. de pac. l. traditionib. & inst. de re. di. §. per traditionem. Sed hoc ideo, quia Papa cassauit concessionem illam: à qua sententia non appellatur, vnde statim dominium perditur.

[Glo. seq. recitatur per obiectionem, & triplicem solutionem.]

q ¶ Assignetis.] i. collatum dimittatis. vel intellige assigneris; i. confeatis iterum de facto. sic. inf. de iu. pat. si vero. Vel istam assignationē potest referre quo ad possessionem, cum de iure eam habuerit per Cælestinum Papam & etiam per decanum de mandato Cælestini: vnde dicitur sup. ratum volentes habere quod ab eodē decano factum fuerat, vt dicebat I. sed factum decani nullum fuit, vt dictum est supra.

Quia

QVia diuersitatem.] CASVS. Archiepiscopus Eboracensis fuit suspensus à Papa, tempore suspensionis suæ, & etiam postea quidam præter auctoritatem ipsius intruserant se in ecclesiam Eboracen. & alias ecclesias in quib. collatio beneficiorum pertinet ad ipsum: super his conquestus est archiepiscopus domino Papæ: mandat Papa legato Apost. sedis, qui erat in partibus illis, quatenus compellat omnes, qui acceperunt præbendas vel ecclesias & dignitates pertinentes ad collationem archiepiscopi, præter auctoritatem ipsius, ad resignationem ipsarum per sententiam excommunicationis, & subtractionem aliorum beneficiorum suorum non obstante confirmatione aliqua à sede Apostolica, in forma communi obtenta, nisi forte aliqui illa habuissent speciali auctoritate Apo. sedis vel auctoritate Lateranensis concilij, ita tamen quod tempus suspensionis intra sex menses nullatenus computetur: quia concilium Lateranense contra negligentes tantum fuit promulgatum: & tunc archiepiscopus non potuit vti propria potestate in conferendis beneficijs: & si propria culpa suspensus fuisset à potestate conferendi, tamen ad capitulum propter illam culpam collatio beneficiorum non erat deuoluta, sed ad dominum Papam donatio pertinebat, qui præter culpam aliquam potest conferre præbendas tempore etiam quo accessit ad Papam, & permansit ibidem, & recessit: & sic tempus. infra. sex menses nullatenus computetur. tempus sex mensium computatur, non à tempore vacationis præbendarum, sed à tempore notitiæ ipsius archiepiscopi. Nota quòd per confirmationem in forma communi, nihil iuris acquiritur. Item suspensus ab homine non poterit eligere. Item tempus quo quis suspensus est, non currit, nec computatur in sex mensibus. Item sex menses currere incipiunt à tempore scientiæ, non à tempore vacationis.

¶Item P. Sanctæ Mariæ in via lata diacono Cardi. Apost. sedis legato.

¶ *Semestre ad eligendum seu conferendum à iure præfixum, non currit legitime impedito: nec incipit currere, nisi à die notitiæ uacationis. hoc dicit. Et est textus multum allegabilis, & cotidianus.*

C A P. V.

QVia † diuersitatem corporum, [a] diuersitas sæpe sequitur animorum: & infra.

¶ Conquerebatur inter cetera Eboracen. archiepiscopus, quòd cum ad eum in ecclesia Eboracen. & alijs [b] suis ecclesijs collatio pertineat præbendarum, tempore suspensionis ipsius, & postmodum etiam quidam præter eius auctoritatem se intruserunt † in ipsas: & infra.

¶ Mandamus, quatenus eos, qui præbendas vel dignitates ecclesiæ Eboracen. vel aliarum ad donationem eius spectantes, præter auctoritatem acceperunt † ipsius, ad eas resignandas monitione præmissa per excommunicationis sententiam, & subtractionem aliorum beneficiorum, [c] non obstante confirmatione a sede Apostolica obtenta sub forma communi; [d] quæ confirmat beneficia & præbendas, sicut iuste, & pacifice possidentur, appellatione remota compellas: Nisi forte aliqui ea vel ex speciali mandato Apostolicæ sedis, vel auctoritate Lateranen. concilij [e] ab Eboracen. capitulo sint adepti: Sic tamen, vt tempus suspensionis [f] in sex mensibus nullatenus computetur: cum illa Lateranen. concilii constitutio contra negligentes [g] tantum fuerit promulgata: & † tunc si voluerit, non tamen [h] valuerit archiepiscopus ipse in conferendo...

† Cap. 2. eo. tit. in 3. comp. Huc spectat illud, quod sæpe animi mores corporis temperaturam sequantur. de quo Alfonsus Castrus li. 2. de iusta hæret. punit. c. 9.

† Hinc dices, quis dicatur intrusus, de quo vide Calderinum consil. 7. titu. de verb. signific.

† recepérint.

† Codex Bartiæ ita: & tunc si voluit, non tamen valuit, &c. alij duo vetusti ita: & tunc si uoluerit, non tamen ualuit.

[Glo. seq. ponit quattuor similia.]

a ¶ Diuersitatem corporum.] quia quot sunt capita, tot sunt sententiæ de consec. distin. 4. sicut in sacramentis. ff. de arbi. item si vnus. §. principaliter. Et voluntates hominum sunt variæ. ff. ad Trebell. quia poterat. & illud.

Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.
Item Ouidius.
Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ.

ADDITIO. Et illud vulgare: Quot capita, tot sensus.

b ¶ Alijs suis ecclesijs.] sic inf. de exces. prælat. ad aures. & 16. q. 6. nullus omnino.

c ¶ Beneficiorum.] sic sup. de æta. & qual. quæritis. & 13. quæst. 1. §. 1. circa fi. vers. nedum quæritis vsurpare quod vestrum non est, &c.

[Glo. seq. dat vnum simile, & ponit tres effectus confirmationis.]

d ¶ Forma communi.] per confirmationem enim non creatur ius nouum. infra de confir. vti. vel inuti. cum dilecta. c. 1. & quasi per totum. sic & innouatio priuilegij. infra. de priuil. qa intentionis. quia qui confirmat, non donat. infra. de fi. instru. inter dilectos. & ff. de iu. om. iud. & quia. Veruntamen tria operatur confirmatio. Per confirmationem fit maioris auctoritatis res. 11. d. quis nesciat. & si fuerit minus valida, fit magis valida per confirmationem, si ex certa scientia hoc fiat. infra. de transact. ca. 1. Item quia nullus præter auctoritatem confirmantis potest de illo iudicare. sup. de con. vti. ca. 1. & 2. qualiter hoc intelligatur, ibi exponitur.

e ¶ Lateran. concilij.] sup. eo. nulla.

[Gl. seq. dat duo similia, & remittit, vlt. determinat.]

f ¶ Suspensionis.] & ita tempus, in quo quis eligere non potest, non currit. Sed contra. infra. de elect. c. vlt. sic & impedito agere, non currit tempus. C. de an. exc. l. 1. §. vlt. & Cod. de iure dot. in rebus. sic nec tempus deliberationis [1] imputatur creditori. C. de iure delibe. sancimus. §. donec. in fi. arg ff. quemad. serui. amit. si quis alias. §. vlti. & l. si locus. Quando non currat præscriptio. dictum est supra de præscript. illud, & cap. cum non liceat. & hoc dicit littera ista. sed si ante suspensionem vel post absolutionem capitulum suppleuit negligentiam archiepiscopi, valebit factum capituli. & hoc quòd tempus illud non currit, intellige, cum non est negligens in petenda absolutione sicut archiepiscopus non fuit negligens: quia statim post suspensionem suam iuit ad curiam pro absolutione aliàs imputaretur ei. argum. dicti ca. quoniam. & supra de rescrip. si autem. simile, ff. de reg. iu. qui potest. & ff. de re milita. non omnes. §. qui captus. Lau.

1 Id est, tempus duo deliberat hæres an uelit adire, non imputatur creditorib. hæreditatis in aliqua temporali præscriptione. Io. And.

g ¶ Negligentes.] sicut ceteræ præscriptiones. sup. de præscrip. vigilanti. & 16. q. 3. c. placuit. §. potest.

[Glo. seq. inducit duas concor. & vnum contrarium, demum signat contrarium, & remittit.]

h ¶ Non tamen valuerit.] hæc tamen bona ratio est, & ideo non præiudicat ei C. de anna. excep. l. 1. §. vlt. & ff. de vsur. cum quidam. §. si pupillo. argu. contra. ff. ex quibus cau. ma. item ei. Item signatur contra. quòd suspensus eligat. inf. de cleri. excom. min. si celebrat. ibi soluitur.

a ¶ A qua.]

rendis præbendis vti propria potestate, à qua [a] etsi fuerit † sua culpa suspensus, [b] non tamē ad ipsum capitulū ex illa culpa præbendarū erat donatio deuoluta: sed ad illum tempore suspensionis illius † præbendarū donatio pertinebat, qui præter [c] eius desidiā & negligentiam, poterat præbendas donare. † Tempus etiam quo ad Apostolicam sedem accessit, [d] & apud illam permansit, vel recessit ab illa: infra sex mēses nullatenus computetur. Semestre autem tempus non à tempore vacationis prębendarū, sed notitiæ [e] ipsius potius volumus computari.

¶ Idem Basiliensi † episcopo, & abbati sāctę Mariæ.

¶ *Non valent litteræ ad beneficium impetratæ, quæ de alterius colorata facti possessione non faciunt mentionem. h.d. secundum verum & communem intellectū. Et est textus multū allegabilis, & habet materiā cotidianam, & fuit decisio multum subtilis.*

CAP. VI.

Cvm † nostris fuerit olim auribus intimatum, quòd præpositura ecclesiæ Lausaneñ. † tēpore † tanto vacasset, vt secundum statuta Lateraneñ. cōcilij ad nos esset eiusdem donatio deuoluta: episcopo & canonicis Lausañ. † mandauimus, vt præposituram ipsam thesaurario Lausañ. conferrent, quibusdam super hoc executoribus deputatis: & infr. ¶ Verum præfati episcoscopus & canonici, litteris † receptis, prædictam præposituram non vacare dixerunt: quia licet ille, qui Præpositus fuerat in episcopū fuisset assumptus, ad ipsam tamen præposituram post consecrationem suam denuo fuerat ab ipsis canonicis electus, & eam sicut antea, possidebat. Quod dicti executores dicentes contrarium esse iuri, ipsam præposituram de iure [f] vacantem auctoritate Apostolica præfato thesaurario assignarunt. [g] & infra. ¶ Auditor igitur super hoc da-

c ¶ Sine accuſatore.] hoc eſt gñale, vt 2. q. 1. de manifeſta. 2. q. 4. quiſq; ptã tem. Excipiuntur quidã caſus primo. Si ſuſpecta ſcriptura in iudicio ꝓferatur. C. de ꝓbationib. l. [illegible] Si procax teſtis fuerit, & vacillauerit in iure. C. de teſtib. nullum. & ĩ. de pœnis, ſuper his. Si tutor ſuſpectus eſt. ff. de ſuſpectis tutorib. l. tertia. §. præterea videndum. Si maritus accuſauerit vxorẽ de adulterio, & ipſa replicat de lenocinio. ff. de adulterijs l. 1. § ſi pu-

§. si publico. Si iudex reperiat accusatorem calumniari. ff. ad Turpilianum. l. 1. §. 1. & 2. q. 3. capitulo, si quē. §. notandum. ī. de calum. c. 1. & 2. Si in modo inquisitionis cognouerat de crimine. infra de accusationibus, qualiter, & qñ: & capitulo, inquisitionis. Si infamatus deficit ī purgatione. ī. de simonia. de hoc cū suis ꝯcordātijs. Si crimen est notoriū. 2. q. 1. de manifesta. & ī. de accusationibus, euidentia. Si corrumpit testes aduersarij. 3. q. 7. cap. infames. versi. si quis autem. Io.

ADDITIO. Not. ex hac glossa regulā, & plures casus exceptos, & vide quasicō similem glossam in canone, de manifesta. 2. qō. 1. Alios ponit Specul. in titulo, de inqsitio. §. qñ autē. in prin. & de ista materia per Bar. in l. 3. §. si publico. ff. de adulterijs, vbi satis eleganter tractat an & qñ iudex possit ꝓcedere ex officio sine accusatore. Panor. dixit plene tā respectu iuris ciui. q canonici ī c. qualiter & qñ. ī. de acc. ī. vbi plenius de hac materia vide pet eundē Panormitanum.

a ¶ Commissæ.] quapropter mādauit fieri inquisitionē cōtra archiepiscopū, an tradiderit illi H. sigillum post secundum mandatum, vt dixi in casu. & ꝙ probaret illa tria quæ sequuntur.

[Gl. seq. pon. t 13. casus exceptos a regula, ꝙ accusatore nō approbāte, &c.]

Quia vero hæc allegatio personam nostram tangere videbatur, dignum duximus causam cōmissæ [a] inquisitionis & ordinem plenius explicare, ne quis quomodolibet suspicetur, quod nos in hoc negotio perperam processerimus: presertim cum ratio assignanda debeat esse posteris profutura.

¶ Cum enim iuris sit explorati, quod actore nō ꝓbante, [b] is qui conuenitur, etiam si nihil prestiterit, debet † absolui: videri poterat, quod nos tibi, qui conueniebaris a nobis, malitiose vel indiscrete onus probationis, super tribus præmissis articulis imposuim⁹ videlicet vt ostenderes, qđ predictam Cancellariam personæ idoneæ, modo canonico, & tempore competendi donasses.

¶ Porro [c] cum donatio fuisset occulta, [d] & ideo suspicione non careat, & elapso iā anno, nullus omnino Cancellarius appareret, non immerito credebamus, quod secundum Lateranen. † cōcilij [e] statuta, ad nos esset ipsius Cācellariæ donatio deuoluta: & ideo potuissemus ipsam sine culpa conferre, quoniam etsi locum Dei teneamus in terris, non tamen de occultis potuimus † diuinare. [f] Quia † ergo cōtra illud, quod prima facie iuste præsumebatur pro nobis, præsertim cū responderis prima vice, ꝙ Cancellariam alicui non contuleras, facultatem tibi pro te probandi concessimus, non fuit grauamen, [g] sed gratia; [h] nec ex malitia, sed ex benignitate processit. Quod etiam [i] de modo canonico fidem nobis fieri mandauimus, tu causam præstitisti mandato, qui sæpe nobis per litteras tuas intimasti, & tandem probasti per testes, [k] quod retentis tibi prouentibus officium concesseras memoratum, ex quo non immerito contra talem concessionem fuimus suspicati. Et ideo nos, [l] qui non tam ex plenitudi-

b ¶ Actore non probante.] simile 6. q. vlt. actor. Hæc regula fallit: nam ratione præsumptionis aliqñ transfertur probatio ad reum, vt hic. & s̄. de procuratori. ex insinuatione, & sup. de iureiu. c. vlt. ff. de dona. inter virum, & vxorem. Quintus Mutius 1. Item fallit cum actor fundauit intentionem suam iure communi. 100. dist. contra morem, & 16. q. 7. omnes basilicæ, & C. de probat. siue possidetis. Itē cū reus sponte assumit onus probandi ff. de probatio. circa. Item in cōibus iudicijs vtriusq; probatio audit̄ sup. de probatio. ex litteris. Itē cū vterq; dicit se possidere sup. de prob. licet & ff. de iudi. in tribus. Item in crimine falsi. vtriusque testes audiuntur. C. de fal. vbi. Item in crimine læse maiestatis, in sacramentis desertis, in proditione patriæ. & in crimine peculatus vtriusque testes audiuntur. C. de aboli. fallaciter. in fi. peculatus dicitur furtū de republica. 23. q. 4. quid ergo. ff. ad leg. Iul. pec. l. 1. Io. Item priuilegium actoris transfert onus probandi in reū: puta si pupillus vel mulier repetat solutum tamquam indebitum, reus tenetur probare debitum. ff. de probat. cum de indebito. §. sin autem. Itē delictum ipsius rei 2. trāsfert onus probandi in ipsum, quia probata solutionē si eam negauit, tenebitur probare se debitum recepisse: vt in l. predicta, cum de indebito, circa prin. & ī. de solutio. is qui. Item negatiua, quæ habet in se affirmatiuam implicitam, probari debet a reo. s̄. de renunciatio. sup hoc. & ī. de suc. ab intest. c. cum dilectus. arg. ff. de probatio. ab ea parte. §. si quis. & l. si fili⁹. & 3. q. 9. indicas. Tanc.

c ¶ Porro.] hic īcipit assignare causam cōmissæ inquisitionis, quare sibi fidem fieri mādauit super tribus articulis: & primo ostēdit de tertio. postea de secūdo circa prin. §.

d ¶ Occulta.] not. ꝙ presumitur cōtra occulte dātes vel faciētes vel iudicātes s̄. đ off. dele. cōsuluit, & 19. dis. Anastasius. & ff. de iur. fis. ita fidei. in prin. ff. de admi. tu. non existimo, & 18. q. 3. perniciosam. 3. & tenebræ aptæ sunt ad fabricandū falsum. ff. de ven. inspiendo l. 1. §. de inspiciendo. tamen si ille cui datum est occulte, sit capax, occulta donatio non vitiat donationē. C. đ dilatio. l. 1. lib. 10. & electionis clādestinæ nō valent s̄. de elec. quia propter. in fin. Tanc.

e ¶ Lateranen concilij.] s̄. de concess. preben. nulla.

f ¶ Diuinare.] sicut & Paulus, licet esset spiritu Dei plen⁹, nō tamē potuit secreta diuini consilij agnoscere. 22. q. 2. beatus. nec tenetur quis diuinare. ff. manda. si fideiuss. §. si cum debitor, & ff. ad leg. Aqui. si putator.

g ¶ Grauamen.] immo de iure fuit. C. de probat. siue.

h ¶ Sed gratia.] cum tamen primæ confessioni ipsius esset standum. s̄. de probatio per tuas, & s̄. de presumptio. litteras 4. nisi probaret se errasse. ī. de censi. olim. C. de errorib. aduo. l. vlt. & s̄. de appel. cū causam, & su. de confes. c. vlt. sed in hoc non videtur quod posset errare, quia de facto suo certus esse debet, s̄. de rescript. ab excommunicato, ex varietate ergo responsi præsumitur contra ipsum archiepiscopum. 4. q. 3. c. si testes. §. item qui falso vel varie. ī. de pœ. super his. ff. de quæstionibus, de minore. §. tormenta. in fi. & l. ex libero. in prin. Ioan.

i ¶ Quod etiam.] hic respondet secundæ obiectioni archiepiscopi.

K ¶ Per testes.] productos in præsentia Papæ: vt dixi in eo casu.

l ¶ Et ideo nos.] hic respondet ad id quod dixit, quod nullus debet sine accusatore damnari, ostendendo causam quare commisit inquisitionem.

Marginalia: † debeat. — 1 Diuidebat Hostien. hic aliū casum, s. pp vitationē suspicionis turpis quæstus: addit casum fauore ecclesię, vt cum petit bona quæ rector possedit tempore mortis, & remittit, de pecu. cleri. c. 1. Io. And. — 2 scilicet a quo repetit̄ indebitum. Ioan. — † Lateranen. sub Alexan. iij. c. 8. — † possumus — † Quod ergo — 3 Ibi de mulierculis sub specie religionis in priuatis receptaculis habitantibus, idē de occulte predicantibus. de hære. cum ex iniuncto. cō uenticulas facientibus. C. de epi. & cleri. conuenticulam occulte, mulieribus cohabitātib. de præsum. c. 4. secū dum Host. Io. Andr. — 4 Concor. l. generaliter. C. de nō nu. pec. & l. cum de indebito. ff. de probat.

ne potestatis, quam ex officij debito possumus, & debemus, de subditorum excessibus ad correctioné inquirere veritatem, te maxime causam † & occasionem præstante, inquisitionem[a] commisimus faciendam.

¶ Omnibus ergo diligéter auditis, te in tribus cõperimus fuisse culpabilé: Circa contrarietatem[b] responsi, quia non solum nobis, sed nec cuiquam debuisses ex certa scientia cõtraria respondere: Circa carnalitatem[c] animi; quia non ex † affectu carnali, sed discreto iudicio debuisti ecclesiasticum officium, & beneficium in persona magis † idonea dispensare: Et circa inhonestatem facti, quia non licuit ex pactione, vel conuentione quacumque, sub modo[d] vel tenore præscripto concedere nudum officium, & † tibi retinere prouentus, cum in Lateranen.† concilio prohibitum sit: ne quis conferendo ecclesiasticum beneficium, partem[e] prouentuum suis vsibus retinere præsumat, & alibi cautum reperiatur in canone: quod ecclesiastica beneficia sine diminutione[f] debent conferri.

¶ Vnde credimus distinguendum, vtrum qui dat spirituale beneficium, prouentus ipsius ante donationem percipiat: Nam si prouentus ante donationem non perceperit † ipse, sed alius, & ex donatione, consequatur,[g] † vt ipse[h] prouentus percipiat, † non est dubium [circa† hæc] intercedere simoniacam prauitatem. Si vero ante donationem perceperit ipse prouentus, credimus distinguendum, vtrum ante donationem constituat,[i] vt ipsi prouentus retineantur ad tempus pro causa iusta, & necessaria, an conueniat cum eo, qui accepit beneficium, seu cum mediatore quocunque, vt officio illo concesso retineat ipse sibi prouentus. Primum enim membrum credimus esse licitum: Secundum autem dicimus non licere, ne viã aperiamus his, qui prauitatem suam satagũt palliare.

TITVLVS XIII.

De rebus ecclesiæ alienandis † vel non.

¶ Ex concilio Lugdunẽ. iiij.

¶ Non potest prælatus res vnius ecclesiæ alteri dare, nec inuicem illas res commutare sine ambarum consensu.

CAP. I.

NOn † licet episcopo vel abbati, terrã vnius ecclesiæ verte

---

a ¶ Inquisitionem.] scilicet utrum sigillum dedisset archieps illi, post secundum mandatum, ppter quod reuocauit ad se inquisitionem inquirendo, & discutiendo negotium, & iniungendo vt probet super tribus articulis, videlicet si contulisset personæ idoneæ, modo canonico, & tempore competenti.

b Contrarietatem.] quia qui allegat cõtraria, non debet audiri. C. [illegible] cũ preman. & s. de app. [illegible] [illegible]tudiné. & [illegible] gesta. 23. q. 7. quod autem. Lau. [illegible] Gloss. eq. ponit opinionem. Lau.]

c ¶ Carnalitatem.] in hoc casu [illegible] Lau. [illegible] simoniam committere. vbi [illegible] guinitatem [illegible] alicui beneficium [illegible] alias si cõ[illegible] qa si quis iniusto cordis amore, vel sordidis pcibus sacerdotalé dignitaté receperit, & c. 1. q. 1. si qs neque. Arg. j. d sim. veniés. & c. nemo. & c. tua. Nã ex quo fauor tertij nimirũ fauoris inducit, multo magis fauor illius qui ordinat. 1. q. 1. sunt nonnulli. Lau. & sic consanguinitas inducit suspicioné, qd donatio sit vitiosa. 10. q. 2. eps. 89. di. decenter. Nam in clandestinis & domesticis donationibus facile qd cõfingitur pro negotij qualitate. C. d dona. donatio. §. 1. sicut alias cõsanguinitas elidit suspicioné, s. de cohab. cler. & muli. a nobis. & ca. tua. & par. affectionis causa omnem elidit suspicionem. ff. de ritu nupt. non solum. §. de [illegible].

d ¶ Sub modo.] not. qd sicut cõditio induit simoniam. 1. q. 2. quam pie. & s. d pactis, pactiones. ita & modus: quia modus æquipollet conditioni. 2. j. de cõditio. appos. c. 2. & 3. 28. q. 2. fui fidelis. C. de ijs q sub modo leg. ve. fideicom. relinq e. l. 1. immo magis est obligat[9] sub modo, quá sub cõditione: nam cui aliquid relinquitur sub modo, etiam statim potest illud petere si caueat de eo modo adimplendo, ff. de fideicom. lib. cum in testamento. 3. & ff. de conditio. & demonstratio, quibus diebus. §. vlt. Si vero sub conditione aliquid relinquitur, nõ potest peti nisi conditione extante ff. de condit. & demonstrat. qui hæredi. §. vlti.

e ¶ Partem.] j. de censi. [illegible]

f ¶ Diminutione.] 1. q. 3. si quis præbendas. s. de præb. maioribus. & ca. vacante, & c. cum causam.

g ¶ Cõsequatur.] ex pactione in eo apposita. Vinc.

h ¶ Vt ipse.] donator vel alius qui percipiebat ante. Vinc.

i ¶ Constituat.] cum capitulo suo, non cũ eo, qui habiturus est beneficiũ, & hoc publice faciat, vt vitet [illegible] sicut potest itelligi, s. de præb. si [illegible]. Et sic patet; q episcopus potest ad tempus ex iusta causa retinere fructus vacantis beneficij, si forte grauatur debitis. argum. j. de ver. sign. c. penult.

DE REBVS ECclesiæ alienandis vel non.

¶ Supra visum est de collatione pbẽdarũ, & beneficiorum: sed quia pbẽdati, & beneficiati interdũ alienant bona præbendarum, & beneficiorũ, ideo subijcit hęc rubrica. Abb. Siculus. De hac materia tractatur 10. q. 2. & 17. q. 4. c. id cõstituimus. §. occasione. vsq; ad §. sed notandum per totum. 16. q. 6. per totum. 4.

NOn licet.] CASVS. Dicit in hoc capitulo, qd eps vel abbas, qui præest plurib. ecclesijs, non dẽt terras vni[9] ecclesię vertere ad aliã, & si fuerint mutandæ ex causa iusta, cum volũtate ambarum partium fiat. Nota quod Abbas vel epíscopus nõ potest rẽ vnius ecclesiæ applicare alij, quamuis ambæ sint suæ, sine iusta causa. Item si episcopus vel abbas voluerit res vnius ecclesiæ permutare cum rebus alterius ecclesiæ, permutatio debet fieri de consensu ambarum partium.

---

1 Hæc glossula non est in vetustis libris.

[illegible] differant cã & occasio, vide hic præ alij [illegible]

† Dictio ex, deest in quibusdam.

† Concor. c. constitutis 2. s. de appell. & vide ibi citatos.

† Et eius tibi &c.

† Lateranen. sub Alexan. iij. c. 7. §. prohibemus.

2 Adde quod conditio interdũ dr modus pendens ex futuro. l. cum ad præsens, & l. se. ff. de condi. appo.

3 Titio Stichum lego, vt cũ manumittat, cauens de manumittendo statim illum petit, idem in legato ad monumentum. Io. Andr.

† percepit.

† cõsequitur

† recipiat

† Hæc duo verba, circa hæc, desunt in antiquis.

4 De iure ciuili tractatur hæc materia auth. eo. tit.

† al. ita aliẽnandis vel non alienandis.

† Lugduñ.

† Burchardus li. 3. decr. c. 24. Iuo. par. [illegible] 20. & [illegible] compi. & vide Calderinum. consil. 4. hoc tit.

2 ¶ Ad[illegible]

a ¶ Ad aliã.] passim & sine causa: ex causa tñ posset. arg. 12. q. 2. bonę rei. ĩ. de eccle. ædi. ad audiẽtiã, & 16. q. .pcip mus. §. sicut duo. & ĩ. de exces. prælat. sicut vnire. Quidam tamen hoc concedunt, vt Ala. Dic de hoc, vt ĩ. de reli. do. constitutus.

b ¶ Commutare.] 10. q. 2. hoc ius. §. sed & permutare.

q. 3. si quos de seruis. Ala. & hoc de cõsensu episcopi. 12. q. 2. placuit.

h ¶ Modum.] id est, quantitatẽ, vel æstimationem in duplum, vt res quam dedit, valeat duplũ quã mancipiũ, vt canones dicunt. 12. q. 2. episcopus, qui mancipium, de quibus hic fit mentio. Tanc.

† Vox, partiũ, deest in antiquis.

† al. Idẽ Burchardus lib. 15. ca. 36. & Iuo par. 16. c. 27 habent desumptum hoc ex cõcilio Lugdunẽ. c. n. sed in tomis cõciliorum reperi in concilio Auernensi. c. 4. & c. 2. e. tit. in 1. comp.

QVi res.] hoc ca. non diuiditur. Abbas.

CASVS. Olim quidam petebant a regibus res ecclesiæ, & obtinebãt aliqñ: q. a istd iniquum erat, statuit concil. ũ Lugduñ. ꝙ illa quæ sic tradunt, irrita & vacua habeãtur, & illi excludãt à cõ one ecclesiæ, q. taliter accipiunt bona ipsius. Not quod hic nõ excusat auctoritas maioris. Itẽ ñ valet concessio laici facta de re ecclesiastica q. a ꝑ nõ dato habetur: &c. Item prætextu laicæ donationis, vel concessionis v urpans sibi rem ecclesiæ, excõmunicandus est.

c ¶ Regibus.] 16. q. 1. in canonibus.

d Egentiũ. 16 q. 1. quoniam quicquid.

e ¶ Irrita.] 12. q. 2. quicunque militum. & c. de rebus. arg. cõtra C. de quad... præscri. bene à Zenone. Solu. ... ista non ... tin ... a ... ores. V.

f ¶ Excludant.] vt sic puniantur in quo de... ... fi... ĩ tẽp. ... litteras & ĩ. de iure pat. pastoralis, & 17 q. 4. frater, & cap. seq. ĩ. de immu. eccl. c. vlt. Ber.

† Conci. Toleta. 4. c. 68. Burchardus lib 3. dec. c. 177. Iuo. par. 3. c. 238. & c. 3. eo. ti. in 1. comp.

CAP. I.

... re ad aliam,[a] quàmuis ambæ in eius sint potestate: tamen si commutare[b] voluerit terras earum, cum consensu ambarum [partium †] faciat.

¶ Ex eodem. †

¶ *Principes seculares res ecclesiæ donare nõ possunt: & qui ab eis recipiunt, excõmunicantur, & perdunt omnia quæ ab ecclesia alias legitime obtinebãt. h. d. secundum unum intellectum, qui satis placet.*

CAP. II.

QVi res ecclesiæ petũt à regibus[c] & horrẽdæ cupiditatis impulsu egentiũ[d] substantiam rapiunt, irrita[e] habeantur quæ obtinent: & à communione ecclesiæ (cuius facultatem auferre cupiũt) excludantur.[f]

¶ Ex concilio Toletan. †

¶ *Rector ecclesiæ, qui dat ecclesiæ rem duplæ æstimationis, seruos ecclesiæ manumittere potest: ipse tamen manumissus, & eius posteri erunt sub patrocinio ecclesiæ, ita communiter summatur, tamen non placet Panor. id quod dicitur de æstimatione.*

CAP. III.

10 COnsensus totius concilij diffiniuit, vt sacerdotes, qui aut aliquid ecclesiæ suæ relinquunt, aut nihil habentes, aliqua prędia vel familias ecclesijs suis acquirunt, liceat 20 illis aliquos de familia[g] eiusdem ecclesiæ manumittere, iuxta rei collatæ modũ,[h] quem antiqui canones decreuerunt. Ita vt cum peculio & posteritate[i] sua sub patrocinio ecclesiæ maneãt, vtilitates[k] 30 iniunctas sibi, iuxta quod poterunt, prosequentes.

¶ Ex eodem. †

¶ *Si prælatus nil de suo dans ecclesiæ, seruum ecclesiæ manumittit, non tenet manumissio.*

CAP. IIII.

40 EPiscopi,[l] qui nihil ex proprio ecclesię Christi conferunt,[m] liberos ex famulis ecclesiæ ad condemnationem suam facere non pręsumant. Impiũ est enim, vt qui res suas 50 ecclesiæ non attulerit, dãnum inferat.[n] Tales igitur liberos, † successor[o] episcopus absque aliqua oppositione, ad ius ecclesię reuocabit.

[Gl. seq. recitetur per obie. & duplicẽ solutionẽ, & subdit tertiam, quã non approbat.]

i ¶ Posteritate.] cum parẽtibus manumissa: quia post manumissionẽ proles a libero suscepta, nulli patrocinio est obnoxia. C. de opc. lib. l. antepen. Vel est speciale ĩ ꝑle liberti ecclesiæ vt semp sit ecclesiæ obnoxia, vt hic. & 12. q. 2. liberti. 1. & c. lõginquitate. Idẽ est in alijs, vt q. dã legiꝫ dicũr, dũ viuit patronus, & pater libertinæ conditionis C. de lib. & eorum li. l. vlt. sed illã legem quidam intelligũt de filijs manumissis cum patre: vnde videtur melius ꝙ speciale sit hoc in ecclesia.

k ¶ Vtilitates.] id est operas tpe manumissionis ĩpositas ip si liberto à dño. ff. de oper. liberto. l. 3. & 4. & 5. quæ tamen imponi non debent ne niẽti ad clericatum 54. dist. quicunque.

EPiscopi.] Primo ponitur prohibitio. Secũdo ratio. Tertio reuocatio. Secun da: ibi, impium Tertia ibi, Tales. Abbas.

CASVS. In capitulo isto dicõtrarium eius quod dicitur in præcedẽti, videlicet ꝙ episcopi q. nihil de suo conferunt ecclesiæ, libertatẽ seruis ecclesiæ dare nõ possunt: quia iniquum est, vt qui res suas ecclesiæ non contulit, dãnum inferat ecclesiæ. & successor illius, qui hoc fecerit, illos ad ius ecclesię reuocabit. No. ꝙ prælatus q. nihil de suo dedit ecclesiæ vel acqsiuit, seruis ecclesiæ libertatẽ dare nõ potest. Itẽ successor reuocare põt, & debet quod antecessor male alienauit.

† Vbi de hoc & plenius in c. de libertis. ead. q. Ioan. And.

† Ex eodem scilicet cõcilio Toletano 4. c. 66 Burchardus lib. 3 decre. ca. 189. Iuo par. 3. c. 249. & c. 5. eo. ti. in 1. compi.

† libertos, duo vetustĩ codices.

COnsensus.] Primo ponit dictũ. Secũdo adduci vnã limitationem: ibi, Ita. Abbas. Sic.

CASVS Statuit concilium Toletañ. ꝙ sacerdotes, qui bona sua relinquũt ecclesijs, aut aliqua pdia ecclesiæ suæ acqrũt, possint aliquos de seruis ecclesiæ tradere libertati secundum quantitatem bonorũ quæ cõtulerũt ecclesiæ. s. m ꝙ canones dicũt, ita tñ vt cum peculio & posteritate sua maneant in seruitio ecclesiæ, vtilitatẽ ecclesiæ secundum ꝙ potuerint, prosequentes. No. hic duos casus. in q b. sacerdos põt manumittere seruum ecclesię. s. cum bona sua relinquit ecclesiæ, aut aliqua prædia ecclesiæ acquirit, quæ duplum valeã: q seruus Itẽ posteritas manumissi, licet sit ingenua, debet esse obnoxia ecclesiæ, & præstare operas in positas tempore manumissionis.

[Glo. seq. recitetur per obiectionem.]

g ¶ De familia.] non benemeritos: nã benemeritos, posset manumittere, licet eccl̃æ nihil cõtulisset. 12.

l ¶ Episcopi.] hoc cap. est pars illius 12. q. 2. & si illi.

m ¶ Conferunt.] ergo à contrario sensu, si de suis conferũt, aliquos manumittere possunt. c. prox. 12. q. 2. episcopus qui. Tanc.

[Glo. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.]

n ¶ Inferat.] argum. contra 12. q. 2. si quos. Sol. ibi de consensu capituli. hic non Vel ibi de benemerito. hic de malemerito.

o ¶ Successor.] ĩ. de precar. c. 2. 35. q. 9. quod quis.

† Vel ibi manumisit etẽ iure patronatꝰ, hic non. Io. An.

NVlli.] Primo ponitur alienationis ꝓhibitio. Secũdo quid sit alienatio. Tertio pœnę impositio. Secunda: ibi, Alienationis. Tertia: ibi, Vnde. Abbas.

CASVS. Quia ꝓlati & clerici ecclesiarum indifferẽter obligabant res ecclesiæ mobiles & immobiles, ꝓp ꝙ damna multa ꝓueniebant ecclesijs, statuit concilium, ꝙ de cetero nullus debeat alienare rẽ immobilẽ ecclesię suę: siue agrũ, siue rusticum mancipium, nec pignori obligare, & alienationis verbũ continet cõditionẽ, permutationem, & emphyteuticũ contractum perpetuũ, & ideo omnes sacerdotes abstineant ab huiusmodi alienatione, pœnas cõstitutionis Leoninæ formidando. Nota, ꝙ nullus dẽat alienare res ecclesiæ immobiles, & est sententia generalis, fallit enim in casu vtilitatis. Item verbo alienationis cõtinet ois alienatio, quę trãsfert dominium, vt puta vẽditio, & omnis illa ꝑ quam res obligatur. Item alienãti illiciteres ecclesiæ pœna constitutionis Leoninæ infligitur.

† Burchard[9] li. 3. dec. ca. 144 Iuo par. 34. 81. vbi rectius quam apud Burchardũ legitur vñ hoc sit sumptũ, & c. 4. co. ti. in 1. compi.

† conductionem.

cõditione.

† In Romana synodo tertia habita circiter annum Dñi 506. vel 507 c. 4. 5. 6. 7. & 8. vt recte adnotat. hic Contius, & cap. 6. e. tit. in 1. compi.

¶ Ex concilio apud Siluan. †

¶ Res ecclesiæ alienari nõ debent.

CAP. V.

NVlli liceat alienare [a] rem immobilem [b] ecclesiæ suæ, siue agrum, siue rusticum mancipium, neque specialis hypothecæ titulo obligare. ¶ Alienationis [d] aũt verbũ continet conditionem, † donationẽ, venditionẽ, permutationem, & emphyteusis perpetuum contractum. Vnde omnes sacerdotes ab huiusmodi alienatione abstineant: pœnas timẽtes: quas Leonina [e] cõstitutio comminatur.

¶ Symmachus Papa.

¶ Alienatio de rebus ecclesiæ facta nõ tenet, & alienatores nisi rem restituãt, excõmunicantur, & quilibet clericus potest contradicere, & rem cum fructibus repetere. h. d. Et est textus notabilis, & quotidie allegatur.

CAP. VI.

SI quis presbyterorum, diaconorũ, seu defensorum, [f] alienanti prædiũ ecclesiæ subscripserit, [g] quo iratus [h] Deus animas percutit, anathemate feriatur: nisi forte & alienator, [i] & qui acceperit, † celeri [k] restitutione sibi [l] prospexerint.

¶ Quod si minore animæ suæ cura remediũ † [m] oblatum neglexerint, præter pœnam [n] super hoc adscriptam, confectũ ex inde documentum, viribus (quãuis ab initio nullas [o] habuerit) vacuetur.

¶ Sed etiam licet † quibuscunque ecclesiasticis ꝑsonis cõtradicere, & male alienata repetere cũ fructibus.

a ¶ Alienare.] nisi ꝓ vtilitate ecclesiæ. 12. q. 2. sine exceptione & iuris solennitatem, quę habetur. 10. q. 2. c. ea. enim. §. hoc ius. Alanus.

ADDITIO. Hodie non seruatur. s. eo. dudum.

b ¶ Immobilem.] mobilia vero, quę seruando seruari nõ possunt, potest prelatus alienare, ad instar tutoris. C. de administratione tutorũ, l. lex, quę in fine. & quã do decre. opus non est. l. vlt.

c ¶ Hypothecæ.] Hypotheca est obligatio rei immobilis. pignus rei mobilis, quasi à pugno. Insti. de actionib. §. inter pignus.

[Glo. seq. ponit de alienatione quomodo large, & stricte sumitur.]

d ¶ Alienationis.] verbũ alienationis in hoc loco largissime accipitur, & sic C. de re. eccle. alie. vel nõ alie. sancimus & in authẽ. de nõ alie. re. ec. §. nos igitur. coll. 2. alibi strictius accipitur ꝓ eo cõtractu quo trãsfertur dñium C. de fun. do. l. 1. ff. de ver. sig. alienationi. ff. de alie. iu. mu. cau. ex hoc. §. 2. C. de iure emph. l. 1. Ala. & ita neq; vendere, neque sub conditione tradere: neq; ꝑmutare, vel donare, vel emphyteuticum contractum potest facere prælatus.

e ¶ Leonina.] C. de sacrosan. ecclesijs. l. iubemus. §. œconomus, & 12. q. 2. monemus.

SI quis.] Sunt tres partes, quæ patẽt, sicut sunt tria dicta. Secunda: ibi. Quod si. Tertia: ibi, Sed ẽt Abb.

CASVS. Quia prælati ecclesiarũ frequenter alienabant bona ecclesiæ, & alii subscribebant in damnum ecclesiæ: Statuit Symmachus Papa, qđ si aliqs presbyterorũ vel aliquis aliorũ subscripserit alicui alienãti ꝑdiũ ecclesię, excõmunicetur, nisi forte & alienator, & qui acceperit, per restitutionem sibi celeriter ꝓspexerint: quod si nõ fecerint, instrumentum inde cõfectũ nõ valebit ꝓp pœnam quam ꝓp hoc sustinebunt: & licitũ erit quibuslibet ecclesiasticis ꝑsonis cõtradicere, & male alienata repetere cũ fructibus. Not. ꝙ q alicui cõtractui subscribit, videtur illi cõsentire. Itẽ fallit hic regula illa. Nemo pt venire ꝯ factũ suũ: qa vt hic dr, alienator pot repetere alienata. Item vbi non valet alienatio: nec valet instrumẽtũ de ea cõfectũ. Itẽ res male alienatas, cũ fructibus ꝑcipit.

f ¶ Defensorũ.] i. aduocatorũ, vel ꝓcuratorum. 16 q. 1. de ꝑsen tium. Ala.

[Gl. seq. arg. alle. 4. iur alleg. in cõtrariũ vnã legẽ, & soluit. deinum distinguit.]

g ¶ Subscripserit.] arg. ꝙ qui de facto alterius subscribit cõsẽtire vi. ff. de i i re verso. l. pen. ff. ꝙ iussu. l. 1. §. sed & si. 12. q. 2. nõ liceat. & c. cũ redemptor. ar. ꝯ. ff. de pig act. Casus, sed ibi ignorauit qđ cõtinebat sed verũ est vbi ad auctoritatẽ ꝓstita subscriptio desideratur. qđ intelligas cũ hac distinctione, qa aut subscribit quis noie alieno, aut suo. si alieno, nõ obligat q subscribit, nec ĩtelligit cõsentire. ff. de ĩst. acti. l. vlt. ff. de rescin. vẽ. Titi[9]. 1 Si noie suo, aut sciẽter, aut ignoráter: si sciẽter, tũc obligat, & cõsẽtire vr vt hic, & ĩ primis ꝯcor. & ff. de pig. si fideiussor. §. 1. si ignoráter, nõ vr cõsẽtire, nec ei nocet. C. plus va. qđ agit. l. vlt. C. de do. nec ignorãs & l. ꝑdicta. Cai[9]. de ac.

[Glo. seq. soluit. contrarium.]

h ¶ Iratus.] humano more loquitur, quoniam Deus non irrascitur 2. 22. q. 4 incommutabilis.

[Gl. seq. signat contrarium: & soluit.]

i ¶ Alienator.] q alienat ĩ ꝑiudiciũ ecclę, ẽt si iurasset ñ repetere, reuocare dẽt alienationẽ ñ obstãte iuramẽto cũ sit illicitũ. s. de iureiu. Itellecto, ar. ꝯ. s. đ ist. cũ venisset, sed ibi alias poterat ꝯsuli ecclę ꝑ capitulũ. ĩ dec. ĩtellecto, ñ erat ali[9]. ꝑ quẽ posset ꝯsuli regno. B.

[Glo. seq. reci. per quæstionem.]

K ¶ Celeri.] simile s. de loca. c. pen. & vlt. vbi dr quali ter intelligatur de celeri. Celeriter intelligo in hoc casu antequam lædatur ecclesia ex tali alienatione.

l ¶ Prospexerit.] ꝑ repetitionẽ, & ita q male alienauit rẽ ecclesię, pt repetere, ut hic patet & 35. & q. 9. quod qs & s de ele. nostri, qđ verũ est, si in administratione tolerat, sec[9] si remotus fuerit. 12. q. 2. monemus. Ala.

[Glo. seq. arg. & remittit.]

m ¶ Remediũ.] & ita est arg. quod si dilapidator vult seruare ecclesiam indemnem, quod non remoueatur. De hoc dixi sup. de elec. quod sicut.

n ¶ Pœnã.] scilicet depositionis 12. q 2. diaconi. & C. de sa. c. san. eccl. iubem[9] §. œconomus, & si satisfacere nec posset, excommunicabitur quousq; satisfecerit.

[Gl. seq. alleg. tria iura, signat ꝯtriũ, & remittit.]

o ¶ Ab initio nullas.] ex hoc manifeste patet, ꝙ alienatio.

† receperit.

† al. remedio

† liceat.

1 Titius ꝓcurator Seij ab eo mora tuo istitutus hæres hoc ignorãs (ut subscripsit fer... uo hrdita... rio vẽdent... fundum. e... subscripti... ne non obl... gatur. Io. A...

2 Nec pe... membra di... stinguit d... his vide i... Hie. 5. c. B...

natio, quæ fit cõtra formam iuris, nulla eſt ipſo iure, ſ.de reſti.in integ.cõſtitutus, & ſ.de his quæ fi.a ma. par.c.1.& 12.q.2.ſine exceptio 1.c.1.argu.contra 12.q. 2.ſi qua de rebus, hoc ſoluit ſ. ne ſede vac. ca. 1. Vinc.
a ¶ Perſonis.] id eſt, clericis omnib. & conuerſis, & patronis. 16. q.7. filijs vel nepotib. & parochianis; quia eorum intereſt. ſed perſonæ alterius eccleſiæ non admittetur, cum ſit priuatum iudicium.

1 Concord. tex.in auth. hoc ius, & ib. Baldo.& Bal. C. de ſacroſ.eccl.

cis perſonis a vocem contradictionis offerre, & vt cum fructib. poſſint alienata b repoſcere: & eccleſiaſtica auctoritate fulciri.

¶ Ale.iij. Vigo.† epiſcopo.

¶ *Terra nõ fertilis eccleſiæ, dari põt in emphyteuſim eſt ei, cuius ſtudio reducatur ad culturam.*

† Vuigor. Vigornienſi.

CAP. VII.

AD † aures: & infra. ¶ Illas terras, quæ de ſyluis extirpatę, ſunt arabiles factæ, eis hæreditario c iure poteris concedere ſub annuo cenſu tenendas, a quib. ſuo, vel parentũ ſuorũ labore conſtiterit ex tirpatas. Niſi forte tũc d alijs poſſint ad maiorem eccleſiæ vtilitatẽ cum eodem labore & onere conferri.

† poſt concilium Lateran. ſub Alexan.iij. par. 29.c.4.& c.7 eo.titu.in.1. compil.

[Gl.ſeq. facit quatuor. Primo notat optionẽ ecclæ dari, &c. Scdo q̃rit an cedere teneatur. Tertio obijcit ad id qđ hic dicitur alienatorem repetere. Vltimo ponit opi. & remittit.]
b ¶ Alienata.] de facto.q ipſo iure non tenet, ut dictum eſt. Et no. ꝙ eccleſia habet actionẽ perſonalẽ cõtra alienatorẽ ſi eſt ſoluendo, vel habet in rem actionem ꝯtra poſſeſſorẽ. 12.q. 2.Apſtos, & eſt expſſũ, C.ſi tut.vl'cur. l.3.& vlt. ſed ſi obtineret ꝯtra vnũ. alter liberaretur, ff. de eo per quẽ fa.eri .l.1. §.ſi plures.& ſi cõueniat vnum, non fit ei præiudicium quo ad aliũ: ſola enim ſolutio imponit ei ſilentiũ. ff. depoſ.l.1.§.ſi apud.& C.ſi tut.vel cur.l. vlt. Sed nunquid eccleſia tenet cedere actiones ſuas ſoluẽti ꝯ alium? Non: cum.n. conueniatur ex delicto ſuo vel ex maleficio. non poteſt petere ceſſionem actionum. ff.de admin. tut.l.ſi plures tutelam præterea alienator poteſt repetere, vt hic dicitur Sed ꝯ vĩ, ꝙ non ſit audiendus, cum teneatur de euictione: & dicit regula. Quem de euictione tenet actio, eundem agentem repellit exceptio, C.de euic. exceptione, & l.ſi ob cauſam. Rñdeo, illud gñale eſt ſed hic ſi repellat. replicabit, ꝙ rẽ eccleſiæ repetat, qa cõtract⁹ nullus eſt, & ideo non tenetur ſicut excipit cõtra mulierẽ de re vendita, & tradita, ſed ipſa replicat factum eſſe contra Velleianũ, ff.ad Velleia. ſi mulier.§. item ſi mulier, nec mirum ſi contingit hoc in prælato, quia interdum accidit hoc in priuato. C. de agri. & cenſi. quemadmodum, lib.xj.& eſt ſpecialis caſus, & ſi nihil habet prælatus, non dabit pretium. C.de rei vend. ſi mancipium. 2 Vin.Itẽ ex hoc.c.dicũt quidã, ꝙ prælatus, vel etiam quilibet de eccleſia poteſt agere pro eccleſia ſine lr̃is. de rato. De hoc dixi ſ.de procu.c.1.& ſ. de reſcri.edoceri. ſim.12.q.2.non liceat, & ſunt eiuſdem auctoris. 3

2 Vendicans mancipiũ vi vel furto ſublatum, & diſtractum, nõ habet neceſſe reſtituere pretium. Io. And.

AD aures.] ponit cauſam litteralem. Ioa. And. in eo qui confiſus de prælato nulla interueniente ſcriptura recipit ſyluam ab eccleſia reducendam ad culturã: & quod ea reducta concederetur ſibi in emphyteuſim; poſtmodum prælatus dubitauit ex quo res erat culta, an poſſet dari in emphyteuſim, & reſpondetur vt in littera. Abb. Diuiditur: quia in prima parte deciſe ponitur factum. In ſecunda ponitur prouiſio ibi, Illas In tertia exceptio ibi Niſi. Io.de Imo.

3 al.actoris.

CASVS. Quidam de ſyluis eccleſiarum fecerũt terras arabiles, illas extirpando: quærebatur, vtrum terræ illæ arabiles factæ, poſſent ſub annua penſione concedi hæreditario iure tenendæ illis, uel hæredibus eorum, qui labore ſuo illas extirpauerunt? & reſpondet Papa, quòd bene poſſunt illis concedi: niſi forte poſſint alijs ad maiorem utilitatem eccleſię conferri ſub eodem onere ac labore. Nota, ꝙ eccleſia utilitatẽ ſuã ſemper facere debet, & res ſuas meliorare debet.
c ¶ Hæreditario.] Id eſt, in emphyteuſim perpetuam. 10.qõ.2. hoc ius. uerſ. perpetuo quoque Tancr.
d ¶ Niſi forte tunc.] ſcilicet tempore contractus, ſimile ſ. de emp.& uend.cum dilecti, & ſupra de ele. dudum 1.& ff.de euictio. ex mille §.1. 4. & ſic ſpectat initiũ contractus: & ſi tunc læditur eccleſia, reſtituitur: alias ſi poſtea res fieret melior per ſolicitudinem colonorũ, ſi poſſeſſiones illas reddiderũt meliores, non expelluntur, ex quo in principio eccleſia decepta non fuit. C.loca.ẽdẽ quam, & l.legẽ quidẽ. C.de reſcin. uendit. ad reſcindẽdam. ne negligẽtia ſua ſit eis damnoſa. C.de allu.l. ult.

4 Si fundo uẽdito cuius pars euincit uel decreuit, uel accreuit per alluuionem, prioris ſtatus habebit rõ, unde re deteriorata non diminuitur, nec re aucta auget euictionis quãtitas. Ioan. And.

¶ Cæleſtinus iij. Rauẽ. archiepiſcopo.

¶ *Iurans non alienare bona eccleſiæ, non poteſt alienare ea quæ ſunt de menſa, vel ea de quibus dubitatur an ſint de menſa, hoc dicit uſque ad §.poſſeſſiones. Abbas.*

CAP. VIII.

VT † ſup aliqua: & infra. ¶ Sane quæſiuiſti à nobis, ſi poſſeſſiones e ſiue redditus regalium decimationum, & aliunde ex certis locis prouenientes, quos prædeceſſor tuus quo vſque diẽ clauſit extremum ad manus ſuas tenuit, & in proprium vſum excepit, f [vel expendit,†] nec alijs infeudauit, de menſa ſint archiepiſcopi intelligendi: & de eis, cum ex ſacramento g fidelitatis tenearis

† Cap.11.eo. tit.in 2.cõp. Et quę bona dicantur eſſe de menſa prælati, tradit hic præ alijs Innoc.

† Hæc duo verba: uel expẽdit: deſunt in oĩb⁹ antiquis, q̃ uelut expoſitio p̃cedẽtis uerbi ex margine pperã irrepſerunt in contextum.

VT ſuper. Qui iurauit nõ alienare ea, quæ ſunt de menſa, ea de quibus dubitatur an ſint de menſa, alienare non debet. Abbas.

CASVS. Archiepiſcopus Rauen. recepit quaſdam poſſeſſiones ſiue redditus a rege, aut etiam aliunde, ex certis locis in recompenſationem decimarum ſubtractarum, & redditus illos ſiue poſſeſſiones retinuit ad vſum ſuum quouſque diem clauſit extremum. Quæſiuit ſucceſſor illius, utrum redditus illi ſiue poſſeſſiones intelligantur ad menſam archiepiſcopi pertinere: Item cum ipſe archiepiſcopus teneatur iuramento fidelitatis, quod fecit Apoſtolicæ ſedi, ſcilicet non alienare de nouo: quæſiuit, utrum de redditibus illis poſſit fieri contractus cuiuſlibet alienationis? Reſpondet Papa, quod ſiue intelligantur de menſa archiepiſcopi, ſiue non, non debent alienari, concedit tamen Papa archiepiſcopo, ut ipſe de conſilio & aſſenſu fratrum ſuorum, uel maioris partis, poſſit alienare poſſeſſiones eccleſiæ ſuæ minus utiles, uel commutare pro alijs utilioribus habendis. Nota quòd archiepiſcopi & epiſcopi iuramento tenentur non alienare de nouo poſſeſſiones eccleſiæ: item prælati eccleſiarum poſſeſſiones minus utiles alienare, uel commutare poſſunt pro utilioribus de conſenſu fratrum ſuorum.

[Glo.ſeq.recitetur pro obiectionem.]
e ¶ Poſſeſſiones. ſolent enim plerumque reges, poſſeſſiones & redditus certos dare eccleſijs loco decimarum, & hoc ſatis poteſt fieri pro decimis ſubtractis ſiue retentis, ſed pro futuris non videtur admittenda talis commutatio. inf.de rerum permut.c.ult. Ala.
f ¶ Excepit.] i. recepit. ſi.ſ.ut lit.non conte. quoniam. ſi.2 1.q.5.non eſt n...um.
g ¶ Sacramento.] nã quilibet epiſcopus, qui immediatè

domino Papæ subest, iuret ei fidelitatem, quod non alienabit bona sedi sui, nec infeudabit de nouo, & in eum iura. mentum præstant alij episcopi suis metropolitanis.

a ¶ Alienationis.] large sumpto vocabulo, siue transferatur dominium, siue non, §. eo. nulli. & C. de reb. eccles. non alien. sancimus.

[Glo. seq. recit. per q. vel obiectionem.]

b ¶ Intelligatur.] ad quęstionem primam non respondet: forte ideo quia non expressit quanto tempore tenuit, & vtrum bona fide, an mala fide. infra de spon. de muliere. Ala.

c ¶ Siue non.] præsumitur tamen esse de mensa archiepiscopi, cum sit in possessione earum. C. de rei vend. l. vlt. Laur.

d ¶ Consultius.] quia tertius, inf. de spon. iuuenis. Laur.

[Glo. seq. signat contrariũ. & sol. dupliciter.]

e ¶ Assensu.] 12. q. 2. terrulas contra. Sol. hic vocat possessiones minus vtiles cõparatione magis vtil. ũ: ibi vero minus vtiles dicit simpliciter & absolutè, hic est necessarius cõsensus capituli, ibi non. Vel ex honestate requirit in his, non ex necessitate, vt ibi. Bern.

A D aud entiam.] Communis diuisio. in prima narrat factum. In secunda prouidet: ibi, Ideoque. Abb.

CASVS. Quidã de canonicis Exon. Ecclesię, quedã prædia ipsius ecclesię, alijs fratribus incõsultis, locauerũt in perpetuũ in damnum ecclesię: peruenit hoc ad notiam dñi Papæ: vnde mandat Exon. epo, quatenus si est ita, locationes illas studeat reuocare: si uero non possint reuocari, nisi pecunia inde recepta restituat, cõpellat locatores ad pecuniã restituẽdã cõductoribus. No. quod male alienata in dãnũ ecclesiæ sunt reuocanda. Item conductores habent actionẽ contra locatores ad pretiũ repetendũ.

f ¶ Inconsultis.] vnde contractus nullus, sup. eo. c. 1. & 12. q. 2. sine exceptione.

g ¶ Legitimè reuocare.] de facto, quia ipso iure non tenuit contractus. sup. de his quæ fiunt a præla. sine consensu c. tua. argu. 24. q. 1. audiuimus. sicut alias exponitur, separari, id est, non fuerunt mixta bona paterna & materna, C. de leg. hæred. l. 2.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

h ¶ Refundendam.] sed nunquid habent actionem de iure tales conductores contra locatores ad repetendam pecuniam? Sic, si fuerint bonæ fidei. 12. q. 2. Vulteranæ, in Auth. de reb. eccl. non alie. §. si quis, coll. 2. si malæ fidei fuerint, nõ 16. q. 3. c. placuit, §. potest, ver. vniuersas C. ne rei do. vel templo l. vniuersitas, 10. q. 2. hoc ius, in fi. §. qui vero. nisi de euictione prospexerint, C. de euic. si fundum. in casu tamen speciali malæ fide emptor agit ad pretium, C. communia de leg. l. vlt. Laur.

Apostolicæ sedi nihil alienare, contractus alienationis [a] cuiuslibet possit inter uenire. Tuæ ergo inquisitioni taliter respondemus, quod siue intelligantur [b] de mensa, siue non, [c] vt nõ alienentur, consultius [d] existimamus. †

¶ Possessiones ecclesiæ minus vtiles, pro vtilioribus de cõsensu capituli potest episcopus permutare, vel alienare hoc dicit.

¶ Possessiones vero, quæ ecclesiæ tuæ minus sunt vtiles, pro alijs vtiliotibus de fratrum tuorum, & † sanioris partis consilio & assensu, [e] alienandi seu commutandi liberam concedimus facultatem.

¶ Idem Exon. episcopo.

¶ Canonicus prædiũ ecclesiæ perpetuo locare non potest.

CAP. IX.

AD † audientiam nostram noueris peruenisse, quod quidam de canonicis Exon. ecclesiæ, quædam prædia eiusdem (inconsultis [f] alijs fratribus) in damnum eius † in perpetuum locauerunt.

¶ Ideoque mandamus, quatenus (si verum est quod asseritur) locationes illas legitimè reuocare [g] procures: ita quod si eadem prædia non aliter reuocari potuerint, † eos quos noueris harum locationum auctores, † ad susceptam inde pecuniam conductoribus refundendam, [h] † appellatione remota, compellas.

¶ Innoc. iij. archiepiscopo Montis regalis.

¶ Possessionis, quæ sunt de mensa, non possunt alienari. Et ecclesiæ consueta regi per regulares, sæcularibus clericis conferri non debent hoc dicit. Io. de Imola.

CAP. X.

POssessiones † ad mensã tuam, vel capituli pertinentes, alienare [i] non debes. Aut ecclesias, in quibus monachi [k] ministrare consueuerunt, clericis [l] vel laicis [m] assignare.

¶ Idem episcopo Maurien. & præposito Vlcon. †

¶ Restituitur ecclesia cõtra alienationem, per quã enormiter fuit læsa, h. d. secundũ lecturam veriorem.

CAP. XI.

AD † nostram noueritis audiẽtiam perue

POssessiones.] Sũt duo dicta. Secundum ibi. Aut. Abbas Siculus.

CASVS. Quæsiuit archieps iste, vtrum possit alienare possessiones ad mensã suã vel capituli pertinentes? Rñdetur quod non. Item quæsiuit, vtrũ posset ecclesias in quibus monachi esse cõsueuerunt: concedere clericis vel laicis, & rñdetur, quod nõ. No. quod eps possessiones ad mẽsam suam vel capituli pertinentes, alienare non potest. Itẽ ecclesię regulares amplius seculares esse non debent, sed reformari debẽt per homines eiusdẽ religionis, quæ prius ibi fuerat.

[Gl. seq. signat cõtrarium, & dupliciter soluit.]

i ¶ Alienare.] supra eod. vt sup. Arg. contra. 12. q. 3. c. vlt. Sol. hic prohibet perpetua alienatio possessionũ, ibi conceditur specialiter tertiarum, vel quod ibi dicitur, quod potest alienare, intelligitur, de consensu capituli, & si causa subest.

[Glo. seq. reci. per. quid econuerso.]

k ¶ Monachi.] conuerso bñ possunt seculares amoueri ab ecclesia aliqua, & in ea institui regulares, si epi diœces. consensus accesserit: dũ tamen clericis alibi æque prouideatur. infra de eccle. ædif. ad audientiã 2. non tamen intelligas illud inuitis clericis faciendum: inuito enim vsufructuario nõ potest proprietarius deteriorem causam eius facere, etiam in meliorem statum mutando. ff. de usu. & habitat. l. ult. Laur.

l ¶ Clericis.] hoc ideo quamdiu inueniri possunt regulares, nunquam ponendi sunt sæculares. infra de religio. domibus, inter quattuor.

m ¶ Laicis.] hoc ideo dicit, quia postquam locus factus est religiosus, amplius ad sæculares usus redire non det. sic & de uestimentis altaris, & lignis ecclesiarum. inf. de relig. dom. ad hoc. & de conse. di. 1. ligna. & c. altaris.

AD nostram.] Primo ponitur petitio. Secundo causæ commissio: ibi, Quocirca. Abb.

CASVS. Monasterium Tusien. grauatum erat onere maximo

† Estimamus.

† Vel.

1 Concord. l. 2. & ibi Bal. C. de agri. & cens. lib. 11.

† Cap. 2. eod. tit. in 2. compilat. Et vide Ancha. consil. 115.

† al. ita: in damnum ecclesiæ.

† poteritpoterunt.

† actores.

† referendę.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cpi. Et de materia vide Oldra. cõs. 262. & Card. consil. 131.

† Vlt. eo. Viticien. Vlcien.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. cpi. uide Hos. in cap. salubriter, & Ioan. And. in cap. questus, infra de usu.

maximo debitorum, propter quod abbas & conuentus eiusdem tali necessitate ducti, quandam villam suã concesserunt in feudũ cuidã laico tali conditione apposita, ꝙ idem laicus solueret octoginta libras, pro quibus uilla ipsa erat obligata: quod ipse nõ distulit effectu mãcipare: uidentes monachi, ꝙ monasterium ex tali contractu enormiter esset lesũ, supplicarũt humiliter domino Papæ, vt feudum ipsum faceret ad monasteriũ reuocari, cũ idẽ laicus primo anno de reditibus ipsius feudi vltra summam percepit quam psoluit, & postmodũ etiam per plures annos percepit fructus eius: unde mandat Papa quibusdam, quatenus si prædictum monasterium pp hoc inuenerint enorme dispendium incurrisse, compellãt dictũ laicũ, vt pdictum feudum liberũ & quietũ dimittat monasterio prædicto recepta prius pecunia à monachis, quam p utilitate monasterij pro pdicto feudo dr̃ expendisse, cum fructus percepti sibi debeant sufficere pro labore. Not. quòd cum ecclesia enormiter læditur in aliquo contractu, debet restitui.

† al. Secusien. vñ originem duxit Hostiensis, & vocatur monasteriũ Sancti Iusti. al. Cussien. Vel, Cussiñ. in antiquioribus.

[Glos. seq. reci. per obiect. & solutionem.]

a ¶ Per multos.] forte p duos, Vel p tres: 1 quia pluralis locutio duorum numero contenta est, 4. q. 3. c. si testes, §. ubi numerus. hoc ideo dicit: quia post quadriennium non subuenit ecclesiæ per beneficium restitutionis, C. de temp. in integ. resti. l. vlti.

† De intellectu hui⁹ textus uide latissime per Couarruuiã li. 1. uaria. resolu. c. 3. & Ferdinandũ Vasquium lib. 3. cõtrouer. usu frequẽt/ũ. c. 71. 1 Nam duo dicunt multi. Inst. de iure perso. in §. Ioan. An.

[Gl. seq. quærit, & soluit distinguendo, in fine ponit opi.]

b ¶ Enorme.] hoc ideo dicit, quia pro leui damno non datur restitutio ff. de re. in inte. scio. & s. de in integ. re. cap. 1. Sed nũquid in hoc casu cũ læditur enormiter, subuenitur ei per beneficium restitutionis, uel ipso iure tuta est? 2 Dico ꝙ ex quo consensus capituli affuit, & ideo credebant utiliter contrahere, tenuit cõtractus, licet læsa sit ecclesia. j. de emptio. & uendit. cũ dilecti. & 12. q. 2. sine. sed potest restitui si lęsa sit enormiter. s. de in integrum restituti. cap. 1. sed si decepta esset vltra dimidiam partem iusti pretij, subuenitur ei iure communi, & etiam cuilibet, C. de rescindenda uenditione, l. 2. & inf. de emp. & uendi. cum dilecti. & c. cum causam. secundum hoc usque ad legitimam præscriptionem potest agere, licet quidam dicant, quod in hoc casu agendum sit iudicis officio. Ioan.

2 De hac q̃stione uide per doctores in l. 1. C. de filiofami. & in l. fin. ff. si tuto. uel curat.

[Gl. seq. & ob. jcit, & soluit.]

nisse, quod cum Tusien. † monasterium depressum esset onere maximo debitorum, Abbas & conuentus eiusdem, uillam quandam necessitate coacti, B. laico concesserunt in feudum, tali cõditione apposita, ꝙ idem octoginta libras persolueret, pro quibus eadem extiterat obligata: quod non distulit effectui mancipare: & inf.

¶ Vnde humiliter supplicarunt, vt feudũ prædictũ faceremus ad utilitatem monasterij reuocari: præsertim cum idẽ laicus primo anno de ipsius prouentibus ultra summam perceperit prætaxatam, & per multos [a] postmodũ annos sumpserit eius fructus; & infra.

¶ Quocirca † mãdam⁹, quatenus si prædictũ monasterium propter hoc inueneritis enorme [b] dispendium incurrisse, dictũ laicum vt (pecunia, quam p exoneratione feudi seu ẽt pro utilitate ipsius monasterij expẽdisse noscitur, ab eisdem Abbate & conuentu recepta, cũ sibi fructus percepti sufficere [c] debeant pro labore) præfatum feudum eidem monasterio dimittat liberum & quietum, appellatione postposita compellatis.

¶ Idem in concilio generali. †

¶ *Alienatio rei ecclesiastica facta sine legitimo ecclesiasticarum personarũ assensu, non tenet, licet approbetur per constitutionẽ laicorum.*

CAP. XII.

Cum † laicis, [d] quãuis religiosis, disponendi de rebus ecclesiæ nulla sit attributa potestas, † quos obsequẽdi manet necessitas, nõ auctoritas imperãdi, dolemus in qbusdã ex illis (sic refrigescere charitatẽ, qđ immunitatẽ ecclesiasticæ libertatis, quã nõ tantũ sancti patres sed etiã principes [e] sęculares priuilegijs multis munierunt, non formidant suis constitutionibus, uel potius destitutionib. ĩpugnare; non solum de alienatione [f] feudorum, ac aliarum possessionum ecclesiarum, & usurpatione iurisdictionum, sed etiam de mortuarijs, † nec non & alijs quę iuri spirituali annexa [g] videntur, illicite pręsumendo. ¶ Volentes igitur super his indẽnitati-

c ¶ Sufficere.] Sed non vr̃ ꝙ ille debeat lucrari fructus perceptos supra id quod ipse dedit ecclesiæ: nam cum aliquis instituitur, omnia debent restitui in pristinum statum, ut neutra pars sit in damno uel in lucro, C. de repu. l. 1. ff. de minori. ꝙ si minor. §. restitutio. Sed hoc est propter laborẽ suum, vt hic dicit. non. n. omnino emptor damno afficiendus est, ut l. pdicta, ꝙ si minor. §. restitutio Item ꝙ bona fide percepit, 3. ff. de acqui. re. do. bonæ fidei. inf. de feudis. ca. 1. argu. 12. q. 2. Vulteranæ. Ioã. & si uellet petere laboris mercedem necesse haberet restituere fructus qui ex cederent labores, ff. de rei uend. sumptus. Lau. Et sic est argu. ꝙ nemo cogit̃ suis stipendijs militare. & de labore suo mercedem quis recipere debet. 12. q. 2. charitatem. & c. ecclesiasticis. & 12. q. 2. precariæ.

† Lateranẽse cõcilium generale sub Inn. iij. c. 44.

† Cap. unico eod. tit. in 4. compila.

† facultas.

Cum laicis.] Alienationes de feudis vel alijs rebus ecclesiæ non tenent, etiã si per constitutiones laicorum approbẽtur. h. d. vel aliter, & sic ut in rubro. Cõis diuisio. Secunda ibi, Volentes, Abb. Sic.

† Istis.

CASVS. Laici quamtuncunque religiosi sint, non habent aliquam potestatem disponendi de rebus ecclesiæ: sed si in contrarium faciũt, immunitatem ecclesiasticæ libertatis impugnant suis constitutionibus, immo potius destitutionibus, usurpando iurisdictionem ecclesiæ: & etiam de spiritualibus illicite præsumendo. Volens concilium hmõi grauaminibus obuiare, oẽs constitutiones & alia omnia, quæ faciunt in præiudicium ecclesiarum, decernit concilium penitus non tenere. No. quod laici in præiudicium ecclesiæ nihil statuere possunt: & si qua in contrarium faciunt, non tenent: & sic istam constitutionem inducas contra eos.

3 Et vt vasallus, qui ex utili dominio, & bona fide faciebat fruct⁹ suos: nec est uis secũdũ Inno. an nõ tenuerit cõtractus propter defectũ solẽnitaris, an tenuerit, sed pp lęsionẽ datur restitutio, Io. And. † Vide Abbatem consil. 26. incip. qdam officiales. in 1. vol. & Romanũ sing. 254. inci. Reuerendus. Dñs.

d ¶ Cum laicis.] 96. dist. bene quidem. & sup. de constitu. ecclesia & 16. q. ult. laicis & c. non placuit.

[Glo. seq. arg. allega. contrarium.]

e ¶ Principes.] no. argu. ꝙ laici principes possunt dare ecclesijs priuilegium. 16. q. 1. generaliter. & 27. distin. §. hinc etiam. inf. de immu. eccle. non minus, argu. imo, ut videtur possunt dare priuilegium libertatis. 63. d. in synodo. & melius. c. Agathosa arg. s. de in integ. rest. auditis. arg. contra. 10. q. 1. nouerint. Ioan.

f ¶ Alienatione.] sup. de consti. quæ in ecclesiarum.

g ¶ Annexa.] ut ius patronatus. sup. de iud. quanto.

a ¶ Assensu.] sup.eo.c.1.& 12.q.2.sine exceptione.
b ¶ Compellendis.] 1 imo sunt ipso iure excommunicati, ut inf. de sent. excom. nouerit.

Hęc glossula non inuenitur in uetustioribus.

DE PRECARIIS.

¶ Supra uisum est de cōtractibus, ꝑ quos transfertur dñiū, restabat uidere de contractibus, per quos trānsfertur utilitas rei dūtaxat. Vel sic: Quia precariæ sunt quædam species alienationum, ideo post titul. præcedentem subijcitur hic titulus. Abbas.

De hac materia habetur. 10.q.2.precariæ. 12.q.2. precariæ. 16.q.3.clerici, & c. seq.

Precaria.] Potest summari: Precariæ concessæ de reb ecclesiæ, debent secundū antiquam consuet. di nem de quinquennio in quinquennium renouari. Et habet istud capitulum & sequens pro palea 12.q.2.c.precariæ,& seq. secundum Io. de Imo.

† iurisdictionis.

CASVS. Dicitur in hoc cap. quod precariæ de quinquennio in quinquennium sunt renouandæ. Nota ꝙ precariæ de quinquennio in quinquennium debent renouari.

[Gloss. seq. distinguit precarium à precaria & precariæ, ponit triplicem speciem.]

† Beluacen. Burchardus 2.ca.169. Iuo. par.3.c.230.& c.1.e. tit.in 1.cōpi. uide concil. Meldense.c.17.21. & 22.

¶ Venditor deceptus vltra dimidiam iusti pretij, agere potest, vt res sibi reddēti, pretium acceptum restituatur, vel iustum pretiū suppleatur, & in hoc electio est emptoris. h. d. secundum Antonium.

CAP. VI.

CVm † causa, quę inter œconomum monasterij sancti Martini de mōte ex parte vna, ac ciues Viterbienses super casamentis, ex altera vertebatur, fuisset aliquandiu vētilata: cum constitisset nobis, monasterium in venditione, vltra dimidiam[e] iusti pretii fuisse deceptum, sententiando † decreuimus, vt præfati ciues aut recepto pretio possessiones restituerent[f] memoratas, aut supplerét, quantum constaret legitimæ venditionis tempore iusto pretio defuisse.

2 Vbi dr: dolus emptoris si qualis te facti, non q̄titate pretij æstimat: sed hic etiā fuit qualitas facti, quia ī certum tps restituere tenebatur. Add. hic Io. And. & Inn. & iterū Io. And. c. illo vos. ī. d pig.

CVm causam.] Idem dicit in summa quod c. cum dilecti. s. e. Diu d. tur. In prima recitat factum. In secunda diffinit. Io. de Imo.

CASVS. Monachi sancti Martini de monte vendiderunt quædam casamenta F. & R. ciuibus Viterbien. in qua venditione dicebant monachi, quod monasterium deceptum erat vltra dimidiam iusti pretij: causa super hoc delata est ad dominum Papam, quia constituit domino Papæ monasterium deceptum fuisse in illa venditione vltra dimidiam iusti pretij, sententiando decreuit, vt prædicti ciues, aut recepto pretio restituant possessiones, aut suppleant quantum constiterit iusto pretio defuisse tempore venditionis. Nota, quod in optione emptoris est aut pretium recipere, & rem restituere, aut supplere iustrum pretium. Item in contractibus initium est spectandum.

[Gl. seq. reci. per quæstionem ponit 2. solutiones. approbat secundam.

e ¶ Dimidiam.] istud sic est intelligendum: ecce, res valet decem: vendidi illam pro quatuor: patet quod tu es deceptus in sex: sed sunt plus quàm dimidia iusti pretij, quod est quinque, & ita es deceptus in dimidia, q̄ est q. q. s. & pl⁹. s. vno: sufficit si illud plus valet vnū bologninū tm̄, & hoc intellige in venditore, qui decipitur in pretio. 3 Et sic ēt in emptore decepto pone, quod res valeat decem, & emptor soluit sexdecim, potest agere ad pretium recipiendū, quod plus dedit, vel in totum recedere à contractu: quia sic patet, q̄ est deceptus vltra dimidiam iusti pretij, soluit. n. sex vltra dimidiam iusti pretij, quod fuit decem. Si enim deciperetur in quinq. tantum non ageretur: quia quinq; sunt dimidia decem. & ita non est deceptus emptor in aliquo vltra dimidiam iusti pretij. sed quia sex dedit, vltra dimidiam deceptus est, iō aget. Azo. intelligit ista verba ita. Alij dicūt, q̄ necessarium est vt duplum iusti pretij, & vltra dederit emptor: vt ecce res valet decē, & ego emi pro viginti vnum, q̄ nulla lex dicit, & nihil est quod dicunt: quia hic decipitur emptor in plus; quàm sit totū iustum pretium. sed primum verus est. Et dom. Iacobus dicit eodem modum cum Azone.

[Gloss. sequens reci. per q. an idem fit in transactione. Secundo quærit quo iure agatur, ponit tres opin. & tertiam approbat. Tertio quærit de iuramento, & soluit.]

f ¶ Restituerent.] ita agebatur hic ad rescissionem contractus, nisi emptor vellet supplere iustum pretium, s. eod. cum dilecti. & hic. C. de rescin. ven. l. 2. secus 4 est in transactionibus, secundum quosdam. tenet etiā transactio, licet quis decipiatur vltra dimidiam iusti pretij. argum. infra de religio. domi. constitutus. vbi episcopus omnia iura dimisit, solum octo denarijs pro pensione retentis, &c. & est expressum, quod si post transactionem inueniuntur publica instrumenta, per quæ appareat quod deceptus sit transigens in quadruplum. non tamen rescinditur transactio. ff. ad Treb. l. Lucius. §. vlt. Et est ratio in transactione: quia eo ipso quod a lite receditur, magnum cōmodum est: vnde indebitū solutū ob transactionem nō repetitur. C. de trāsac. l. A. ff.

† Vrbeuen. — 3 Cōco. l. 2. & l. si q s cū aliter. & ibi Bartol. ff. de verb. oblig. — † Cap. 3. co. ti in 1. cōp. Et de materia huius decre. vide plenissime per Ariū Pinellū in l. 2. C. de rescin. vē. & p Ant. Gomeziū li. 2. vari. resol. c. 2. de emp. & vend. — † decreuimus. — 4. De hoc articulo prer Pinellū, paulo añ citatū vide Ale. cō sil. 89. vol. 2. & Frāc. Curt. ū. consi. 66.

l.2.ff.de cond.ind.in summa.Vin. Et hoc verū,nisi aliquis velit agere iud.officio, vt minor, vel ecclesia:quia si lędat in transactione,restituit sicut si læsus est in sňia vel in aliquo ɔ̄tu.)C.si aduer.trāſ.l.2. sed si directe velit agere contra trāsactionē,secus esset.Io.Sed quo in re agit hic ad rescindendum ɔ̄tum?Dñt quidā, ꝙ iudicis officio.C.de rescin.vēd. 2. C.de act.emp. l.4. Sed ſm hoc ageret tā tū ad quadrienniū: qa vsque ad tps illud competit in int.rest. C.de tēp. ī inte.rest. l.vlt. Hæc fuit opin. Pla. Alij dñt,ꝙ cōdōne ex illa lege. C.de res.vē.l.2.& ſm hoc vsq; ad xxx. annos, qa oēs cōdōnes cum sint psonales,perpetuę sunt.Credit.Vin. ꝙ agatur cōdōne ex eo ɔ̄tu ex vendito alternatiue, vel ad supplendū iustū pretiū, vel ad rescindēdam venditionē 1 nec est mirū si ꝑ actionem ex eo contractu agitur vt recedatur à contractu. ff. de act.emp.l.ex empto.§.si quis virginem.Vin. qu a in cōtractib. bonæ fidei multa ueniunt de quib. nec est dictum nec cogitatum, vt ff.de contrah.emp.quoties. & l.seq. & l.sed & si quid.C.de act.emp.l.1. Io. hæc si it opi.Iac.But. Sed quid dices si maior iurauerit,se nō venire contra venditionem: nunquid audietur,quia deceptus est vltra dimidiam iusti pretij?Non credo quòd audiatur, secus de minore: quia per iuramentum non excluditur nisi per beneficium ætatis, non tñ renūciat iuri cōi: & ita potest agere vel ad supplementum pretij,vel ad rescindendum contractum, sed restitutionem in integrum petere non potest: quia iuramentum repræsentat eum maiorem, nisi iuraret non repetere rem ex eo ꝙ deceptus esset vltra dimidiam tunc vtraque via esset ei præclusa præter iuramentum.Ber.

† De materia huius capitis, uide plene & luculenter per Antonium Gomezium 10. 2. uaria. reso. c.2. de emp.& uen.

† absfuerit

† fuerit

1 Et sic non obstat ꝑ alternatiuā legem, quæ dicit ꝙ uenditi actio non datur ad rescindēdū.C. de act. emp. l.uēditi.2.ꝑ ꝙ P.hāc opi. reprobat.Itē illa lex dicit quòd nō facile dat qua. si quandoq; dеt ut ibi no ta.Io.And.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Ponit tres casus,in quib. re euicta non tenetur vēditor emptori de euictione.*

CAP. VII.

SI† venditori post institutum [a] contra se iudicium,quis omiserit, vt rē vēditam sibi defenderet, nunciare: vel contumaciter [b] absfuit † tempore sententiæ promulgatæ: seu per iniuriam [c] sententia lata fuit,† de euictione iuxta legitimas sanctiones [d] agere non valebit.

SI uenditori.] Euicta re tenetur venditor de euictione,nisi in casibus hic expressis.Abb.Sicul.

CASVS. Aliquis vendidit rē suā Titio: mouetur Titio qō de re illa sibi vendita:dr hic,ꝙ si Titius non denunciauerit venditori,iudicio instituto cōtra ipsum,vt rem sibi venditam defendat, vel si Titius contumaciter se absentauerit tp: sententiæ: vel per iniuriam iudicis sententia lata fuerit contra ipsum,contra suum venditorē de euictione agere non ualebit.No.hic tres casus,in qui bus venditor non tenetur de euictione, s.si non denunciauerit emptor venditori, ut rem sibi uenditam defendat:uel si contumaciter se absentauerit tpe sňiæ, uel si per iniuriā iudicis sententia lata fuerit contra ipsum.

[Gl.seq.tract.de denunciationis necessitate,& cui,& quo tempore fiat, & quid si per uenditorem stat. finis addit duos casus,reliqui reci. in textu.]

a ¶ Institutum.] no.ergo,ꝙ emptor ad hoc ut uenditor teneatur ei de euictione, debet ei denunciare ut ipsum defendat,super re ab ipso sibi uēdita, de qua qō ei mouetur, alioquin non tenetur,ut C.de euictioni.emptor fundi,& l.auctore.nec fideiussores tenentur,quos pro euictione recepit, ut ibi dr. 2 & si actor sit absens, denuncietur fideiussori, ut ex prædictis legib. tenetur. Quidam tamen dicunt, quòd non tenetur denunciare fideiussori. Et hæc denunciatio pōt fieri quolibet tempore, dummodo non nimis iuxta sňiam. ff.de euic.si rē.§.quolibet. Et illud scias,ꝙ si per uenditorem steterit quo minus sit ei denūciatum, puta, quia latitat,ucl quia impedit ne possit ad eum citatio peruenire,nihilo minus,tenetur de euictione. ff. de eui.si ideo.§.præsenti.& l.si dictum. §.si præsente,& idem est si denuncietur fideiussori præsente venditione,vt in d.§.si præsente.ar.ɔ̄.vt si non con.qm̄.§.porro.Item si emptor compmittit in arbitrū, & contrariam sňiam reportauerit,vēditor nō tenet 3.ff.de eui. si dictum. §.si cōpromisero.Itē si emptor potuit vsucapere, & nō vsucepit, imputatur ei: quia & venditor non tenetur ei,si res euincatur ab eo, vt in l.dictū. §.sicut potest.Ber.

b ¶ Cōtumaciter.] si ꝯtumax fuerit ēptor, qa citatus non venit ad sňiam,sibi imputet, si lata fuerit ꝯ ipsum; qa tūc vēditor non tenet ei de euictione: qa vr̄ potius condēnatus ꝑꝑ suā contumaciā,quā ꝑꝑ aliam cām.ff.de eui. si iō. 1 tñ. C.eo. tit. emptor fundi. nec pōt appellare tanquā contumax 24. q.3.de illicita.2.q.6.c.ei.qui §.sunt etiā quorum.Bern.

a Sufficit aūt denunciasse actori ut ibi. & si. ff. de uer.obl. mo ta.Io. And.

3 Hac rōne uř quòd cōpmitti possit in uēditorem. de quo ī Spe.de arb. §.2. uer. sed nunquid in uēditorem. & uers. seq. Io. And.

† Ca.un.eo. tit.in 2.cōp. Vide Horatiū Lutium trac.de pr ui leg. Schola. priuilgio. 39.40. & se.

c ¶ Iniuriam.] C.de eui.emptor fundi. unde sumpta est hæc decr. & hoc ideo.quia iniuria,quæ fit emptori, non contingit uenditorem. ff.de eui. si per imprudentiam, sic si iudex per iniuriam pronunciat ꝯ hæredem nō nocet legatarijs.ff.de legatis 1.si seruus pluriū.§.1.

d ¶ Legitimas sanctiones.] de quib. iam premissum est. in l.emptor fundi. & l.si per imprudentiam. Et sic in trib. casib. hic contentis non tenetur uenditor emptori,si non denunciauit,si contumax fuit,si per iniuriam iudicis condemnatur. tunc.n.iudex facit litem suam. & ipse tenetur. ff.de iud.filiusfamilias.& C.de pœ.iu. qui ma.iu.l.2.& 12. q.2.c.1.& 2.Ber.

TITVLVS XVIII.

De locato & conducto.

¶ Clemens tertius.

¶ *Excommunicati sunt magistri, & scholares Bononienses, qui ante tempus conductionis cōducunt hospitia aliorum magistrorum, vel scholarium sine eorum consensu.*

CAP. I.

EX † rescripto litterarū [e] Tusculan. epi-

DE LOCATO ET CONDVCTO.

¶ Supra uisum est de emp. & uen. sed quia locatio habet magnam similitudinem, & uicinitatem cum uenditione, ad eo quòd in quibusdam casib. probabiliter dubitatur an sit locatio uel emptio, ut l.1.ff.eo.merito post præcedentem rubricam subijcitur ista. Et ad modum clare discernendi contractum locationis à uenditione,uide Bar in l.cotem.§.qui maximos. de publica. & in l.cum in plures ff.loca.Abbas.

De hac materia hř.10.q.2.c.ea.n.§.perpetua. & seq.

EX rescripto.] Primo ponitur decisa relatio legati. Secundo constitutio, quam confirmat: ibi,Constitutionem. Tertio publicari mandat:ibi,Statuentes. Abbas.

CASVS. Dicitur hic, quòd nullus scholaris, nullus magister conducat hospitium aliorum infra tempus conductionis,sine licentia inquilini.nisi prius tempus conductionis elapsum fuerit: qui contrafecerit,excommunicationem incurret.No.quòd transcripto creditur sine originali. Item non contra superbiam & elationem scholarium, qui uolunt apparere potētes in pecunia.Item unus legatus potest statutum alterius cōfirmare. Item statutum legati perpetuum est licet eius iurisdictio sit temporalis. Item nota contra fraudes, & deceptiones mercatorum.

e ¶ Litterarum.] huic dominus Papa fidem adhibuit, eius assertionem pro rato habēs, quod Portueñ.episcopus sic primo statuerat: aliàs prima constitutio.de qua sit

sit hic mentio, exhibenda esset, s. de fide instr. c. 1. C. de eden. auth. si quis in aliquo. 1 nisi aliter de illa constare possit. s. de cle. perpetuæ fraternitati.

[Glo. seq. recit. per quæstionem, an scriptores, &c. arg. quod non, ponit opi. Laur. & sol.]

a ¶ Scholarium.] soli ergo magistri, & scholares prohibēt cōducere hospitia alio rū scholariū: sed alij nō prohibent cōducere hospitia scholariū: & pp potētiores cōstitutio ista emanauit: & per hanc literā vr, q scriptores qui scholares non sunt, sed vxorati, nō ligētur hac cōstitutione: q de illis nō fit mētio. Laur. dixit hanc pęnā extendi ad eos, q gaudēt priuilegio scholastico, largè sū pto vocabulo scholariū, & gratia scholarium ibi sunt, dūmodo non sint meretrices, q nō sunt dignæ laqueis legum. C. de adul. quæ adulteriū. nec obijcias, q pęna non dēt extēdi: quia odia & pœna qñque ampliātur. ff. de his q no. ifa. l. 2. §. exercitū. & argu. ad hoc. j. de verb. sig. cum ī partibus. Lau. Sed ñ credo q ad scriptores vxoratos extēdat ista constitutio, licet sint ibi pp scholares. eadem ratione extēderet ad chartarios, & chartarū rasores. B.

[Gl. seq. pric. reci. p q. Secūdo quærit, & dupliciter soluit.

b ¶ Sub excōicatione.] ex hoc verbo colligitur, q fuerat constitutio latę sñiæ, & facit ad hoc 63. dist. Salonitanæ, j. de eo q fur. or. re. c. 1. ita etiā obseruamus, & tenemus q sit canō latæ sententiæ, & Tusculanus sub pęna anathematis hoc obseruandum decreuit, vt sequitur in littera. Sed quare non imposuit legem locatorib. Respondeo, quia non habebat iurisdictionem in eis: sed scholarib. qui clerici sunt pro maiori parte. simile 89. dist. iudicatum. Item quia noluit legi derogare C. loca. ne cui.

[Glo. seq. reci. per obie. & solutionem.]

c ¶ Audientia.] hoc fieri dēt pp illos qui constitutionem ignorant: sed quo ad alios non, quia sufficit qualitercūque sciant et sine aliqua contestatione ff. de adm. tut. quidam. §. ex quo, & q scit, certiorari non dēt. ff. de act. emp. & vend. l. 1. in fi. Immò certe vr q omnes teneantur, ex quo cōstitutio fuit semel publicata. 16. dis. quod dicitis, vnde potius ad cautelā fit æ uiusmodi recitatio, ne quis saltem de facto dicat se ignorasse. sic ff. de inst. sed & si pupillus. §. 1. & 2. s. de fi. instr. pastoralis.

1 Vide in pre all. c. 1. super gl. 2. Io. An.

† Adde quod appōne magistrorū cōprehendunt. Doctores vtriusque iuris. l. milites & l. his q. & ibi Docto. ff. ex quib. cap. maio.

† al. sub pœna excōicationis.

† ratum

† Lexonoñ. Londeñ.

scopi nobis innotuit, q cū ciuitatem Bonoñ. tempore suæ legationis intrasset: & infra. ¶ Constitutionem factā ab episcopo Portuen. Apostolicæ sedis legato, & à prędicto Tusculan. episcopo postmodū confirmatam, videlicet, vt nullus magistrorum † siue scholarium, [a] super conducendis aliorū hospitijs in læsionē vel pręiudicium habitantium, audeat hospitē conuenire, nisi prius constiterit tempus conductionis elapsum, vel inquilini in hoc suum fauorem pręstiterint, & consensum: cum idem Portuen. sub † excommunicatione [b] hoc prohibuerit, & alter sub pœna anathematis idem decreuerit obseruandum, ratā † esse decernimus, & auctoritate Apostolica confirmamus: Statuentes, vt à te frater episcope, & tuo quolibet successore, hoc singulis annis in communi audientia [c] magistrorum atque scholarium recitetur.

¶ Innocentius iij. abbati & conuentui sancti Petri de Pratel. London. † diœces.

¶ Personæ ecclesiasticæ locare possunt prouentus decimarum his, cum quibus conditio ecclesiæ fit melior, statuto diœcesani contrario non obstante, & eadem ratio est de alijs rebus ecclesiæ.

CAP. II.

Vestra nobis relatio declarauit, quod cum ad firmam † fructus vestrarum dare consueueritis decimarum: & infra. ¶ Diœcesanorum episcoporum statuto [d] contrario non obstante, vestrarum decimarum prouentus illis libere locare potestis, cum quibus ecclesiæ vestræ conditionem poteritis facere meliorem: ita tamen, quod huiusmodi locatio ad feudum [e] vel alienationem [f] non videatur extendi.

¶ Gregorius Nonus.

¶ Propter sterilitatem grauem conductori sine culpa sua contingentem, remittitur pensio pro rata, nisi possit cum vbertate praecedentis vel sequentis temporis compensari. h. d. vsque ad §. verum.

CAP. III.

Propter † sterilitatem afficientem magno in

Vestra.] primo ponitur decisio, & monachorū querela. Secundo prouidet, cum determinatione: ibi, Diœcesanorum. Abbas.

CASVS. Quidam epi statuerunt, q nullus deberet locare fructus decimarum suarum ad firmam, nisi parochialib. presbyteris: pp illud statutū, ecclesiæ nō modicum lędebātur. vnde monachi isti petierūt à dño Papa super hoc sibi prouideri: scribit Papa monachis illis, q nō obstāte cōtrario statuto epōrū, possint locare fruct⁹ decimarum suarū pso nis illis, cum quib. cōditionem ecclesiæ poterunt facere meliorē, ita tñ q ista locatio nō extendatur ad feudum vel alienationem. Nota, q fructus decimarū & aliarum rerum spiritualiū possunt locari, & vēdi, & obligari, licet res ex quib. prouentus tales percipiūtur, alienari nō possunt. Item isti prouentus non possunt dari in feudum, vel alienari perpetuo.

d ¶ Statuto.] statuerunt epi, q huiusmodi decimæ parochiales presbyteris solū modo locarentur, p quod vtilitas ecclesiarū non modicum impediebatur: petierunt isti monachi si bi super hoc prouideri: episcopi enim bene possunt facere 2 statutum. de consec. dist. 3. c. 1. & s. de maio. & obe. si qs venerit. & j. de sent. exc. à nobis fuit. Sed qa illud vertebat in detrimentum vel pręiudiciū ecclesiarum: & quia non est cōtra ius, vt hic patet expressè q fructus decimarū taliter ad tempus locentur, ideo Papa tollit statutum illud, licet ius decimarum taliter vendi vel locari non possit, cum spirituale sit. j. de iure pat. cap. 1. & cap. de iure, j. de simo. querelam. Bern.

e ¶ Ad feudum.] & ita patet, q prelati ecclesiarum infeudare non possunt de nouo. j. de feu. c. 2.

f ¶ Alienationem.] perpetuam scilicet secundum quod dicitur, alienatio est contractus per quem dominium transfertur. C. de fun. do. l. 1. Quandoque verbum, alienationis, largè accipitur, s. de reb. eccl. non alien. nulli liceat. C. de reb. eccl. alien. vel non, sancimus, & in Authen. de reb. eccl. non alie. §. nos igitur. col. 2. & eodem modo hic largè accipitur, vt in cap. nulli.

Propter.] Diuidit in duas partes istud ca. principales. Nam primo loquitur in prædio rustico. Secundo in prędio vrbano. Secunda: ibi, in §. verum. Abb.

† Hoc est ad affictū, siue pensionē: est autem firma vox Anglica, & qñ pprie dicat dari ad firmā declarat hic Host. huius contract⁹ exemplū extat in cap. querelam. j. ne prelati vices suas.

† De materia huius cap. q frequens est, vide Ant. Gomez. tom. 2. uariaresol. c. 3. Ariū Pinel lū ī l. 2. C. de resci. vend. par. 1, c. 3. Parisiū cōs. 88. lib. 1. adde ēt Guido Papæ decis. 630.

2 De hoc articulo præter Innocentiū, Host. & Ioā. And. hic uide glossam. Gemini. & Doctores in c. 2. de const. lib. 6.

commodo ᵃ conductores, vitio rei ᵇ † sine culpa coloni, seu casu fortuito contingentem, † colonis ecclesiæ tuæ pro rata est pensionis remissio facienda: nisi cum vbertate præcedentis vel subsequentis † anni, valeat sterilitas compensari.

¶ Ponuntur hic quattuor casus, in quibus inquilinus potest ante tempus conductionis finitæ licitè expelli. Abbas.

¶ Verum ᶜ inuito inquilino domum inhabitare, vel reficere poteris, si necessitas (quæ tamen non imminebat ᵈ locationis tempore) id exposcat, remissa sibi pro residuo temporis pensione: qui etiam inde rationabiliter amouetur, si peruersè ᵉ ibi fuerit conuersatus, vel cum canonem, ᶠ per bienniũ non soluisset, si sibi satisfactione celeri ᵍ non prouidit. †

¶ Idem.

¶ Emphyteuta ecclesiæ meliorationes suas vendere nõ potest, nisi seruatis his de quibus hic. Et si cõtra fecerit, vel canonem per biennium non soluerit, nec moram postea celeriter purgauerit, iustè potest expelli.

CAP. IIII.

POtuit † emphyteuta ʰ (ecclesia primitus

CASVS. Ecce, locaui alicui prædium meum pro certa pensione annuatim reddenda: sterilitas magna ꝯtingit, & sic magnũ dãnũ dedit conductori sine culpa sua, vitio tñ ipsius rei, seu casu fortuito q̃ritur vtrum colonus totã teneat͂ soluere pensionẽ? Rñdet Papa, ꝙ pensio remittẽda est pro rata, nisi sterilitas possit ꝯpensari cũ vbertate præcedẽtis vel subsequẽtis anni. Secũdo quærit, vtrũ locator possit expellere inq̃linũ de domo sua inuitũ? Rñdet; Si modo immineat necessitas, q̃ nõ imminebat tpe locationis, locator inuito inquilino poterit domũ inhabitare, & inquilinũ expellere: vel si refectione indiget, quæ non imminebat tpe locationis, remissa sibi pẽsione ꝓ residuo tpe. Itẽ si ĩquilinus ꝑuersè moratur ibidem, põt inde amoueri: vel si nõ soluit canonẽ per bienniũ: nec sibi celeri satisfactione prouidit, põt expelli. No. ꝙ pẽsio aliq̃n remittẽda est. Item sterilitas potest compensari cum vbertate. Item nota, ꝙ in quattuor casibus potest inquilinus expelli. si immineat necessitas, quæ non imminebat tempore locationis vel si refectione indigeat domus, vel si inquilinus peruersè moratur ibidem, vel si non soluit canonem per biennium.

[Gl. seq. tractat quid sit magnum damnum, & quid de modico, interserit casum exceptum: & de quo colono loquitur hæc littera.]

a ¶ Magno incommodo.] quando magno incommodo afficitur conductor, tunc fit remissio pensionis. ff. e. ex cõducto. §. 1. vbi dicit: si omnem fructum tulerit, vt fructus etiã seminis non supersit, & l. si vno. §. vbicũque. & C. eo. l. licet. certis, & l. exceptio. nisi aliud in locatione sit actum, vt in l. licet. alioquin si tale damnum nõ interuenerit, secus est. ff. e. si merces. §. vis maior. quid modicum damnum debet sustinere, vt ibi dicitur, & l. habitatores: Intellige quod hic dicitur de eo colono, qui certam pecuniam annuatim debet, vel certas corbes, & non de partiario, qui cum domino lucrum, & dãnum partitur, vt dicitur in §. vis maior. quia pro modico damno non datur restitutio, vt ff. de in inte. rest. scio, & s. de in integ. rest. c. 1. & s. de reb. eccl. non alie. ad nostram, & modicum damnum ecclesia sustinere debet 12. q. 2. bonæ rei. nec pro modico retractatur uẽditio. ff. de contrahen. emp. l. res bona. nec pro modico datur actio de dolo. ff. de dolo. si oleum. in fine.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

b ¶ Vitio rei.] quia forsitan non potuit pati multam pluuiam nec multã siccitatem, nec potuit colonus occurrere quin suffocaretur semen. Sed contra uidetur. ff. eo. ex conducto. §. 1. ubi dicit quòd si uitia ex re oriũt, damnum esset coloni, ut si uinum coacuerit, uel si herbis segetes corruptæ sunt. Sol. ibi potuit colonus occurrere, hic non: quod patet ex eo quod dicit hic, sine culpa coloni casus etiã fortuitus domino nocet, 1 & non colono, ut non habeat pensionem nisi pro rata, & si nihil perceperit, nihil soluat, ita quòd remissio faciẽda est in totum uel in partem, nisi ubertate præcedentis anni uel sequentis possit compensari sterilitas. C. eo. l. licet, & hoc etiam si dominus remisit pensionẽ propter sterilitatem, si anno sequenti contingat vbertas, petere potest pensionem integram, vt ff. eo. si vno anno. Ber.

c ¶ Verum inuito.] hoc sumptum est ex illa lege C. eo. ædem, quam.

d ¶ Non imminebat locationis tẽpore.] hęc potuit esse necessitas, quia postea superuenit si domus corruit, vel minatur ruinam, quã ædificare vult: vel forsitã vxorem duxerit, & indiget domo illa, vel si qua ꝯsimilis necessitas quæ tunc nõ imminebat. arg. ff. vt ĩ poss. l. si is à quo. §. planè. 2. aliàs ẽ lex. & ff. de interr. act. d ætate. §. ex causa & s. de offi. deleg. insinuãte. Et est hic ar. principium considerandũ. s. ti. prox. cũ dilecti. s. de elec. dudũ. vbi de hoc. Ber.

[Gl. seq. ponit op. quam reprobat.]

e ¶ Peruerse.] in isto casu dicunt quidam nihil remittendũ esse quasi compensando: sed nõ est verũ, quia potest dominus agere contra inquilinum pro dãno dato actione legis Aquiliæ, & ex locato.

f ¶ Canonem.] hoc intellige quando ad longum tempus conduxit, puta ad decem annos, uel plus, uel minus etiam. 6. uel 5. ff. eo. quæro. §. inter Ber.

g ¶ Celeri.] sic s. de reb. ecc. ali. uel non, si qs presbyterorũ. & j. eo. c. proxi. ubi dr̃ qualr̃ hoc uerbũ sit intelligẽdũ. Et ita in quattuor 3 casibus expellit͂ inquilinus.

POtuit.] primo ponit requisita, ut ius emphyteuticũ possit uendi. Secundo contra facientes punit: ibi, Emphyteuta. Tertio soluit obstaculum: ibi, Non obstante. Abbas Siculus.

CASVS. Ecclesia dedit rem aliquam alicui in emphyteusim, iste emphyteuta meliorauit rem illam: quæritur utrum possit uendere meliorationes suas? Respondetur ꝙ emphyteuta debet primo requirere ecclesiam si uelit emere ius suũ, & debet denunciare illi quãtum potest habere ab alijs: & si dixerit se nolle emere, tunc potest ius suum vendere: uel si nihil dixerit, debet expectare ecclesiam per duos menses: quibus elapsis poterit emphyteuta uendere alijs suas meliorationes, qui ab huiusmodi emptione non prohibentur: & si contra hoc fecerit, uel ꝑ biẽnium in solutione pensionis cessauerit, licite potest expelli, nisi celeriter post biennium satis fecerit, non obstante quòd ei non fuit denunciatum: quia tempus in hoc casu ipsum interpellat. Notquod emphyteuta semper debet denunciare domino, si uult uendere ius suum, aliàs cadit à iure suo. Item si per biennium non soluit canonem, potest expelli. Item in solutione canonis potest mora purgari. Item tempus est hic pro admonitione.

[Glo. seq. recit. per q. an emphyteusis sit locatio.]

h ¶ Emphyteuta.] ut ꝙ emphyteusis sit locatio, ex eo ꝙ ponitur in ti. de loca. sed non est uerum, Inst. locati. §. adeo. Locatio enim potest fieri tam de rebus mobilibus q̃ immobilibus 4 & se mouentibus emphyteusis uerò tantum de immobilibus: Contractus autem emphyteuticus medius est inter uenditionem, & locationem: in hoc autem accedit ad uenditionẽ, quia quãdo

talis

† & sine culpa.

† contingentẽ.

† sequentis.

† Adde quis dicatur casus fortuitus, in l. fortuitis & ibi Bal. C. de pign. act. & glo. in §. Thesauros ĩ uer. fortuito casu. Instit. de rer. diuis.

† preuiderit.

2 Vide de iu. ca. ceterũ super gloss. 2. Io. Andr.

† Huius decretalis materia ualde utilis, & frequens, est de qua uide latè per Ias. & Docto. in l. 2. C. de iu. emphy. Cagnolũ in au. h. g rem. C. de sacros. eccl. & plenissime p Iul. Clar. lib. 4. recep. sẽt. §. emphyteusis. & de intellectu per Couarruuiã. l. b. 3. uaria. resol. ca. 17.

3 Hoc casus explicat Anton. Gomez. præcitato loco, quẽ uideto.

4 Itẽ in emphyteusi requiritur scriptura C. eo. l. 1. in locatione nõ. itẽ cõductor nec uẽdit, nec uẽdicat: emphyteuta sic C. eod. l. 1. ff. si ager uec. la. Io. Andr.

talis cōtractus celebrat aliq̄d datur, sicut in venditione datur pretiū, sed tñ differūt: quia per vēditionem trāsfertur dñium, sed hic retinet dñs dñiū sed magis videtur accedere ad naturā locationis, q̄a sicut locator retinet dñiū, & singulis annis aliquid recipit, ita & hic: q̄a emphyteuta singulis annis. sol uit canonem constitutum & ideo poti⁹ ponitur hęc decr. in isto tit. quam in pręcedenti. Ber.

a ¶ Requisita.]hoc sumptū est. C. de iure emph. l. vl. Primo requiri dēt. dñs ab emphyteuta, an emere meliorationes ipsius velit ſm q̄d hic dicitur, alias caderet à iure suo, vt in l. prædicta. Ber.

ADDITIO. Vnde versus.

Qui sine consensu templorum res alienat,
Vel censum bino qui soluere negligit anno.
Re careat tota, qui sic facit emphyteuta.

requisita, [a] eique nūciato quātum sibi ab illis offertur, si nolle se emere dixerit: vel a denunciationis tempore duorum mēsium spatium sit elapsum) meliorationes & ius sibi competens alijs vendere, [b] qui ab emptione huiusmodi minime prohibentur.[c]

¶ Emphyteuta quoque secus præsumēdo, vel cessādo in solutione canonis per biennium, [d] nisi celeri satisfactione postmodū sibi cōsulere studuisset) iuste potuisset expelli, [f] Nō

[Gl. seq. q̄rit & ponit duas opiniones contrarias.]

b ¶ Alijs vendere]sed nunquid possunt donare? Vr̄ quòd non, quod quidam 1. concedunt. Alij dicunt, quòd donare potest etiā sine consensu domini. C. de fun. patr. l. 1. li. 11. & pignore dare. ff. de pignorib. l. lex vectigali & ff. de pigno. actio. tutor. §. vlt. Ber.

1 Vin. scilicet, Pro quibus de don. ī vir⁹ & vx. nup. & ī li. feud. de feu. non ali. sine cō. ma. do. l. imperialē. Dicit etiam Vin. ꝙ de alienatione fit mētio in leg. & donatio est alienatio. Ioan. And.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

c ¶ Prohibentur.]sed quæ personæ prohibētur ab huiusmodi emptione? Potest dici quod serui ecclesiæ, capitanei, & omnes personæ maioris, qui non sunt idonei facilitate conueniendi, vnde posset dominus præiudicium pati. ff. qui satisd. cog. l. 2.

[Glo. seq. quærit & respondet.]

d ¶ Per biennium.]vt 10. q. 2. hoc ius § qui rem. in priuato triennium requiritur. C. de iure emphy. l. 2. Sed si promisit soluere pœnam, rato manente pacto si nō soluat pensionem, & petat pœnam, nihilominus vult eum expellere nunquid potest? Dicas quòd sic. arg. ff. de transact. qui fidem, & l. pacto. & C. de pact. cū proponas. in fauorem domini dictum est hoc. & facit ad hoc ff. de reg. iur. cum par. Ber.

[Gl. seq. quærit ponit quattuor opiniones, & soluit.]

e ¶ Celeri.]& ita patet quòd emphyteuta potest purgare moram. offerēdo canonem post biennium. Sic s̃i c. proxi. sicut alienator. s̃. de rebus eccle. alienan. vel nō. cap. si quis presbyterorum. & arg. s̃. de elec. quod sicut, in fine, & ff. de ver. obl. interdum. §. vlt. Sed quātum tempus dabitur ad purgandam istam moram? Videtur ꝙ ante sentētiā, vt ff. de inoffi. test. Papinianus. §. meminisse. & C. de his quib vt indig. alia est. Vel ēt vsq; ad litem cōtest. ff rem rat. habe. amplius hoc. & C. de plus peti. l. vnica. & sup. eod. tit. c. vnico. Vel modicū tempus dabitur forsan decem dierum. ff. de constu. pecu. promissor. §. 1. & ff. ex quibus caus. maio. in integ. rest. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. & ff. si quis cau. l. & si post tres, vel quam cito potuit. ff. ad Tertulla. l. 2. §. confestim, & supra de elect. quia propter vbi plura argumenta de hoc inuenies. Quidam dicunt, quòd vsque ad litem contestatam potest emphyteuta vitare pœnam huius constitutionis, offerendo canonem per iura prædicta. Sed non credo quod vsq; ad litis cōtestationem possit purgare morā: quia hoc posset differre vsq ad duos annos, vel vnum, vel tres vel plures post tēpus statuti biennij, & ita non esset celeriter: & propterea hoc videtur potius facere timore pœnæ q̄ voluntate, & interpellatur corā iudice, sed tempus statutum ipsum interpellat, vt dicit in fine, & vltro se dēt offerre, vt C. de iure emphyt l. 2. Dabo ei modicum tempus post biennium elapsum, Talis enim celeritas ad modicū tēpus refertur post biennium respectu ipsius biennij, sicut hæc adiectio plus ad modicā quantitatē respectu quantitatis nominatæ. ff. de verb. sig. hæc adiectio, & illud modicū cōsiderabitur arbitrio iudicis, ex quo non est determinatū in iure. s̃. de offi. del. de causis. & ff. d̄ iu. deli. l. 1. §. ait p̄tor. & quòd appellatur arbitriū boni viri. ff. de ver. ob. cōtinus actus. §. 2. Ber.

[Gl. seq formas sex q̄stiones, Primā soluit, & eius cōtrariū cōsulit. Secūdo quærit, & soluit distinguēdo inter priuatū & prælatū ecclesiæ collegiatę vel nō. Tertio quęrit de p̄testāte, & soluit. Quarto quærit, & ponit duas opiniones, & secūdam approbat, signat contrarium, & soluit. Quinto quærit de sterilitate, & soluit. Sexto quærit de pluribus cohęredibus, & soluit.]

f ¶ Expelli.]sed 2 nunquid auctoritate sua propria potest dominus expellere emphyteutā, si canonē debito tēpore non persoluat? Videtur quòd sic. C. de iure emphy. l. 2. satis p̄ot dici quod sic, auctoritate huius dec. & prędictæ legis. 10. q. 2. hoc ius porrectū. §. qui rem huiusmodi: dicit enim lex, pertimescat crimen cum sibi arbitrium suæ vltionis sciat concessum C. de meta. deuotum. lib. 12. & argu. ff. de pign. l. lex vectigali, & argu C de seruis expos. l. 1. & 2. Sed melius faciet si auctoritate iudicis hoc fecerit. C. de pigno. l. 3. & inf. de priuileg. pastoralis: Sed si alij tradidit possessionem. vel ab alio expellatur, non deijciet possessorem auctoritate sua. ar. ff. de ui & ui armata. l. colonus. Item si emphyteuta cessauit per bienniū, & tātum amplius quod non potest purgare moram, si dominus postea receperit pensionem: numquid dominus postea poterit expellere emphyteutā? Respondeo, in priuato planum est: quia recipiendo pensionem iuri suo renunciauit. ff. de leg. com. l. post diem. & l. prece. §. fin. ipso enim facto renunciat iuri suo. supra de his quæ fiu. à maiori par. cap. ex ore. cum suis concor. Sed quid dices de ecclesia? Respondeo, si prælatus de cōsensu capituli recipiat pensionem, expellere non poterit postea emphyteutam, cum liberum sit ecclesiæ vel emphyteutam expellere, vel pensionē petere. in Authen. de ali. & emphyt. contractus. §. si. quis vero locator. coll. 9 & eligendo vnum, alteri renunciasse videtur, vt in prædictus legibus. post diē & l. præceden §. vlt. Sed si solus prælatus sine consensu capituli recipit pensionē, non credo quòd obsit ecclesiæ quo minus possit expellere emphyteutam, nisi postea capitulum consensisset arg. inf. de his quæ fi. à prælat sine consensu cap. pastoralis. cum suis similibus. Et si vnus sit sacerdos siue rector solus in ecclesia siue in capella, & recipiat pensionem; idem credo quod amodo nō poterit emphyteutam expellere, vt dictum est Item quid si dicat dominus: recipio pensionem 3 saluo iure meo, vt per hoc non fiat mihi præiudicium qui minus possim te expellere? Credo quod valeat protestatio: nec per hoc prȩiudicatur ei: quia & si ipsum vellet expellere, nihilominus posset petere pensionem. 10. quæst. 2. hoc ius porrectū. §. qui rem. & arg. ad hoc. ff. si qui. cau. l. 2. 1 respon. & ff. de eo quod cert. loc. l. vlt. Idē si fundus emphyteuticus clade vel chasmate perierit vltra medietatem, vel plus vel minus: nunquid debet pensio diminui? Dicūt quidam quod si vltra medietatem perijt, non tenetur emphyteuta soluere integram pensionem. C. de iure emphy. l. 1. ex eo quod ibi dicitur: si vero particulare damnum, &c. quia nomine par-

2 De materia hui⁹ gl. vide Iasonē & Iuliū Clarū supra citatos ī principio huius decretalis.

3 Temporis p̄teriti ſm Ioā. Host. & Lau. vt nota. in Spe. de act. §. 1. licet q̄dā idem dixerint de futuro, vt ibi no. Io. And.

tis medietas intelligitur, ff. de ver. ſigni. nomen filiarũ. §. 1. ff. de vſufruc. etiã partis. Alij dicunt, & melius, quòd totam penſionem ſoluere debet: adhærentes literæ illius legis, vbi dicit, ex qua non ipſa re penitus ſubſtantia lædatur Inſti. loca. §. adeo. in fin. Secundũ hoc ſignat contra. C. de allu. l. 2. ſed illud ſpeciale eſt in tributo. Sed nunquid ꝓꝑ ſterilitatem rei emphyteuticarię debet penſio diminui? Et certe nõ, licet aliud ſit in locatione. ſ. c. ꝓx. Itẽ ſi sũt plures cohæredes, & vnꝰ nõ ſoluit penſionẽ, nunquid ꝓꝑ hoc ſit præiudiciũ alijs? Nõ credo, ſi ſoluãt penſionẽ totam, & poſtea cõtra cohrẽdẽ agãt iudicio famil. erciſcundæ ff. famil. erciſ. hæredes. §. ſi vnꝰ. Et qđ dicit expelli, reſpicit alteram partẽ diſiũctiuæ, ſcilicet cũ canonẽ nõ ſoluit, qm̃ ĩ altero caſu ſcilicet qñ alienet dominꝰ requiſito, emptor nõ pt expelli ſine auctoritate iudicis ſui. B.

a ¶ Statuta.] non eſt ergo requirẽdus emphyteuta: quia tẽpꝰ ipſũ admonet. C. de cõtrahẽda ſtipulatio. l. magnã. & C. de iure emphyt. l. 2. vñ ſumũtur iſta verba. ſic & creditor ad petitionẽ vrgeri nõ poteſt. vt C. de pignor. creditor. ff. de adminiſtratione tutor. quidam. §. vlt. & C. ſi ꝓꝑ publicas functiones. ven ſu. cele. l. vlt. in fi. Ber.

† interpellat.

† Deſumptũ ex Aut. ſeu nouella 7. ᵭ nõ alieñ. re. eccl. c. 2. Burchardus. li. 3. decre. cap. 165. Iuo pa. 2. c. 184. & c. 1. eo tit. in 2. compil.

obſtante quod ei vt canonem ſolueret, non extitit nunciatum, cum in hoc caſu dies ſtatuta [a] pro domino interpellet. †

TITILVS XIX.

De rerum permutatione.

¶ Ex cõcilio apud † Siluañ.

¶ Princips poteſt rem eccleſiæ immobilem per permutationem acquirere, data re meliori vel æquali. h. d. Et in hoc quod dicit, vel æquali, eſt caſus notabilis.

CAP. I.

Si princeps voluerit rẽ immobilẽ ſãctis locis pſtare, & accipere ab eis aliã immobilẽ eoq; modo de cõmuni voluntate [b] ꝑmutationem contrahere: liceat [c] ei hoc facere, ſi cauſa rõnabilis [d] id expoſcat, & res, quã pſtiterit, maior fuerit, vel æqualis: pragmatica [e] ſanctione ſup hoc ꝓmulgata.

¶ Ex concilio † Beluaceñ.

¶ Permutatio rerũ eccleſiaſticarum facta in caſu non conceſſo, ſeu non ſeruata ſolennitate iuris, eſt reuocanda per ſucceſſorem.

CAP. II.

Vt cõmutationes [f] rerũ eccleſiaſticarum q̃ ab anteceſſore incõſulte [g] factæ ſunt, ab eo qui ſucceſſor eſt, emendentur.

¶ Ex concilio apud Siluanectum. †

¶ Mancipia eccleſiæ non debent permutari niſi ad libertatem. vel niſi ſint fugitiua. h. d. cum cap. ſeq.

CAP. III.

Mancipia eccleſiaſtica, niſi ad libertatem, non conuenit commutari: [h] videlicet vt mãcipia, quæ pro eccleſia-

lædatur. Item pragmatica ſanctio eſt confirmatio ab Imperatore facta.

b ¶ Voluntate.] aliàs certe non poſſet. ſicut cum communi conſenſu emptio contrahitur, & etiam diſſoluitur. C. de actio. & oblig. ſicut ab initio. Ber.

c ¶ Liceat.] ſic 10. q. 2. hoc ius porrectũ. §. ſed & permutare.

d ¶ Rationabilis.] puta. ꝙ vtilitas eccleſiæ in hac ꝑmutatione procurator [1] alias nõ debet fieri. ĩ. ca. prox. ſicut nec alienatio fieri dẽt, niſi vt meliora ꝓſpiciat. 12. q. 2. ſine exceptione, & ſup. de his quę fiunt a præla. cũ Apoſtolica. Ber.

e ¶ Pragmatica.] pragma, idem eſt ꝙ cauſa: vnde pragmatica [2] ſanctio, eſt conſtitutio ſuper aliqua re ꝓmulgata: hic tamen ponitur pro cõfirmatione ſiue ſcriptura facta ab Imperatore cum cauſę cognitione ſuper tali ꝑmutatione Ala.

Vt commutationes.] CASVS. Dicitur ĩ hoc capitulo, ꝙ cõceſſiones factę ab anteceſſore in damnũ eccleſię, poterũt reuocari à ſucceſſore. No. ꝙ res eccleſię caute commutari debet. Item ſucceſſor poteſt reuocare res male alienatas à prædeceſſore.

f ¶ Vt commutationes.] ſupple, ſtatuimꝰ

g ¶ Inconſulte.] id eſt in damnum eccleſię quod eſſe non debet: imò rationabilis cauſa debet ſubeſſe ad hoc vt fiat commutatio. ſup. eo. ca. prox. vnde ſucceſſor reuocauit inconſultam permutationem. ſimile ſup. de prec. c. 2 imo & illa quæ fecit, ſucceſſor reuocare poteſt, qđ in dãnum eccleſiæ datum eſt ſiue alienatum, 35. q. 9. quod quis commiſerit ſup. de rebus eccleſię nõ alienandis. ſi quis presbyterorum. & 12. q. 2. monemus. dũ tamen tolleretur in adminiſtratione. Ber.

† Refert in cõcilio Meldẽſi. c. 23. tã quã ex concilio Beluacũ Burchardus lib. 3. decre. cap. 171. Iuo par 3. c. 232. & ca. 2. eo. titu. in 1. compil.

1 Video qđ de hoc dicto ſentiat hoc loco. Io. An.

† Siluanecteñ. Burchardus lib. 3. decre. 173. Iuo pa. 3. c. 234. qui bꝰ locis ſcriptum eſt Ex concilio apud Cariſiacũ & c. 3. e. ti. ĩ 1. cõp.

2 Pragmatica diſpoſitio eſt, quã princeps alij cuius ſuggeſtione mittit vt colligatur ex l. fin. C. de pxi. ſacro. ſcrinio.

DE RERVM PERMVTATIONE.

¶ Viſum eſt ſupra de emptione & venditione. Itẽ de quodam cõtractu emptioni vicino vt de locato, merito ſubijcit alium contractum emptioni proximum, vt eſt permutatio: Et hoc nomen, permutationis, eſt multũ generale: Nam conuenit omnibus rebus quæ inter hominum manus verſantur, & propter hoc nõ habet nomen ſpeciale, ſed remãſit in ſuo genere, quia plura ſunt negotia ſeu res, quã vocabula. l. natura. ff. de præſcrip. ver. Abbas Sic.

De hac materia tractatur 10. q. 2. c. ea enim. §. ſed & permutare: & 12. q. 2. in multis cap.

Si princeps.] Primo ponitur quæſtio. Secundo ſolutio: ibi, Liceat. Abb. Siculus.

CASVS. Quæſitum fuit in concilio iſto, vtrum eccleſia poſſet rem immobilem ꝑmutare cũ principe? ſtatuit conciliũ, ꝙ ſi princeps voluerit permutare rem immobilem cum ſanctis locis, & ab eis rem aliam accipere, & de communi volũtate permutationẽ facere, hoc licitũ ſit, dũ modo cauſa rationabilis hoc expoſcat, & res quam princeps præſtiterit, maior fuerit, vel ſaltem ęqualis: & ſuper hac ꝑmutatione principis ſanctio promulgetur. Not. ꝙ princeps poteſt rem ſuã immobilem cum re eccleſię immobili permutare, dũmodo eccleſia nõ

Mancipia. breue eſt, & tolle principium capituli pro ſummario, quod autem ſequitur hic, & in c. ſeq. eſt eius expoſitio. Abbas. Siculus.

CASVS. Quæſitum fuit in concilio iſto, vtrum mancipia eccleſiarũ poſſint permutari cum mancipijs laicorum: ſtatuit concilium, quod mancipia eccleſiaſtica permutari non debeant: niſi ad libertatẽ, ita videlicet quod mancipia, quæ dantur pro mancipio eccleſiæ, permaneant] in ſeruitute eccleſiæ, & mancipium eccleſiæ in libertate perpetua maneat: quia quod ſemel Deo dedicatum fuit, ad humanos vſus nõ debet redire. Nota, quod res eccleſiarum ad humanos vſus redire non debent.

h ¶ Commutari.] 10 q. 2. precariæ in fin. Argu. contra ſed hic determinat illud, & fauore libertatis hoc fit.

[Gl. ſeq. ſignat contrarium, ſoluit. alle. quattuor cõcor. ſignat vnum contrarium, & ſoluit.]

a ¶ Seme?

a ¶ Semel Deo consecratum.]12.q.2. episcopus qui,& c.nulli licet. 19.q.3.quæ semel,& inf. de relig. domib. ad hæc Arg.cōtra.54.dist.ex antiquis. Sed illud est preter tegulam statutam contra eos, qui ordinati sunt sine consensu dñorum suorum, cum in hoc ipso delinquunt,& maximè ad terrorem,ne alij hac occasione subtrahāt se dominis suis arg. 2.q.7.quapropter,& ff.de pœn. l. capitalium,§. famosos.

Gl.seq.signat cōtrarium, ponit duas solutiones:vnā Ala. & aliam Laure. Tertio soluit.]

b ¶ Ad humanos.]id est seculares. de con secra.dist.1.ligna vestimenta.Sed contra videtur 12. q.2.ecclesiasticis vbi seru⁹ ecclesiæ sæculari persone dat: ergo multo fortius pmutare potest.dicit Alan.ꝙ loquitur hoc cap.& sequens de seruo ecclesiæ dato,& conuerso facto,qui cum sit religiosa persona, sæculari personæ seruire non debet.Lau.dicit,ꝙ ex causa phibitum fuit, quia ad laicorum suggestionē sepe inutilia mācipia pro vtilib.permutabātur,quod ne fiat,statutum est, vt non nisi ad libertatem cōmutentur,sed cessante causa cessabit constō.61.dist.§. his omnibus,& ff.d pact. quod dictū.T. Vel dic:factum principis non est trahendum in consequentiam:ipse enim non subijcitur 1 legibus, & sic loquitur contrarium in principe.Bern.

† Burchard. lib.3.c. 174. Iuo par. 3.c. 235. habent, Ex eodem.s. concilio apud Carisia cum ca. 3.id nondum inuentū est, & ca.4.eod.tit. in 1.compil. refert etiam Gratianus 12.q.2.c.54. quamuis in multis sit palea.

1 Quoad vim coactiuā, vt notat sup.de constit. c.1. super glossa in verbo, ab omnibus.

2 Adde quod vendens aīal non patefaciens vitium latens, tenetur redhibitoria. ff. de ædil. edic.l. redhibere,& l.si is qui hæres.ff. de except. rei iu. an aūt& quādo uenditor teneat manifestare uitium rei uenditæ ipsi emptori, uide per B. Tho.2.2. q.77. ar.3.& Sotum de iu. & iu. lib. 6. q.3.art.2.

stico homine dabuntur, in Ecclesiæ seruitute permaneant,& ecclesiasticus homo,qui commutatur,fruatur perpetua libertate. qđ enim semel [a] Deo consecratum est, ad humanos [b] vsus transferri non decet.

¶ Ex eodem. †

¶ *Serui ecclesiæ cum profanis permutari non possunt, nec alienari,nisi sint fugitiui.*

CAP. IIII.

INiustum videtur & impium,vt mancipia, quæ fideles Deo,& sanctis eius, pro animæ remedio consecrarunt, cuiusque muneris mancipio, vel cōmutationis commercio iterum in seruitutem sæcularium redigantur:cum canonica auctoritas seruos tantummodo permittat distrahi fugitiuos.[c] Et ideo ecclesiarum rectores summopere caueant, ne eleemosyna vnius, alterius peccatū fiat. Et est absurdum, vt ab ecclesiastica dignitate seruus discedens, humane [d] sit obnoxius seruituti. [e]

¶ Vrbanus Tertius.

¶ *Præbendæ pacto præcedente permutari non possunt: episcopus tamen potest de loco ad locum permutare personas.*

CAP. V.

QVæsitum † est ex parte tua, si commutationes fieri valeant præbendarum, cum commutatio dignitatum [f] in Turoñ.Concilio fuerit interdicta: & infra.

¶ Generaliter itaque† teneas, quod cōmutationes prębendarum de iure fieri non possunt: [g] presertim pactione præmissa, quæ circa spiritualia, vel connexa spiritualibus, labem semper continet simoniæ. [h]

¶ Si autem episcopus [i] causam inspexerit necessariam, licite poterit de vno loco ad alium transferre personas: vt quæ vni loco [k] minus sūt vtiles, alibi se valeant vtilius exercere.

INiustum.]Breue est,& idem dicit,ꝙ sup.prox. c. Et tres dici possunt partes, sicut tria sunt dicta. Secunda:ibi,Et ideo. Tertia:ibi,Et est.Io. de Imo.

CASVS.Idem dicitur in capitulo isto quod in primo, s. ꝙ mancipia,quæ fideles Deo, & sanctis ecclesijs pro remedio animarum suarum contulerunt, occasione alicuius commutationis in seruitutem sæcularium,iterum non rediguntur,quia vt canon dicit. Serui fugitiui solummodo distrahi possunt:eleemosyna. n. vnius, peccatum alterius fieri non debet, nec ad humanos vsus seruus ecclesiæ redire debet.Not. quod mancipia ecclesiastica in seruitutem sæcularium redigi non debēt. Item serui fugitiui distrahi possunt. Item vnius eleemosyna alterius peccatum esse non debet.

c ¶ Fugitiuos.] 12. q. 2.fugitiui.Arg.contra C.ad legē Flau.de plag. in fuga,Solu. dum est in fuga,non debet vendi. sed cum fuerit reuersus, & patefacto vitio emptori, 2 ne postea fiat redhibitio. ff. de contrah. empt. quod sæpe.§.si quis amico. & §.vlt.R.

d ¶ Humanæ.] sic supra cap. proxi. cum suis concord. ibi positis.

e ¶ Seruituti.]est & alia ratio, quæ assignatur in seruis minorum.C.de adm. tut.l.lex [illegible] s. ff.de fidei. liber.cum quasi.§.in fine [illegible]

QVæsitum.]primo ponitur quæstio. Secundo solutio:ibi,Generaliter, & ibi duo dicta. Secundum: ibi,Si autem. Abbas Siculus.

CASVS.In Concilio Turoneñ. statutum fuit,quod commutatio dignitatum fieri non debet: quæsitum fuit à Papa, vtrum cōmutatio prębendarum fieri possit, cum hoc in concilio non fuerit prohibitum,vnde videbatur pmissum:Respondet Papa,generaliter verū est, quod commutatio prebendarum fieri non potest,precipuè aliqua pactione præmissa, quæ in spiritualib⁹, vel eis annexis simoniacam continet prauitate:si vero episcopus causam viderit necessariam, poterit de loco ad locū trāsferre personas.Nota ꝙ permutatio tam ī prębēdis q̄ in dignitatibus est phibita. Item in spiritualib. omnis pactio illicita reprobatur.Item nō solium in spirituali bus,sed etiam in eis annexis cōmittitur simonia.Item episcopus propter causam necessariam, potest facere commutationes prębendarum,& translationes personarum:quod intelligo,non præmissa aliqua pactione.

† Cap. 1.eod. ti.in 2. cōpi. Vide notata in c. maioribus.s.de pb. & de materia plenè per Ægidiū Bellamerā.trac. de permutatione beneficium.

† igitur.

f ¶ Dignitatum.] & etiam diuisio prębendarum. 3 sup.de prēb.maioribus. quod est concilium Turoñ. de quo fit hic mentio, & 12.q. 2.alienationes.

† Curita loquitur hic glossa, uideto hoc ipso loco per Io. And.

g ¶ Non possunt.inf.eod.cum vniuersorum, & c.cum olim.nisi hoc fieret auctoritate superioris, s. de prēb. inter cetera, & hic prout sequitur.Bern.

h ¶ Simoniæ.] quia in spiritualibus, vel spiritualibus annexis,nulla pactio vel conuentio debet interuenire. 1.q.2.quam pie,& sup.de pact.cum pridem,& c.vlt.in spiritualibus annexis, vt est ius patronatus.s.de iudic. quanto,& s.de præb.significasti.dic vt ibi.

i ¶ Episcopus.] Innocentius quartus dicit, ꝙ hoc verum est, quando isti commutare volentes habent præbendas in diuersis ecclesijs, vel in eadem. si.n.est præbendæ onus annexum, intelligitur hoc c. si sunt in diuersis ecclesijs, si autem in eadem, & sine onere,tunc possunt permutare auctoritate propria, & potest esse ratio, licet ipse non assignet, quæ sequitur in 70. dist. c.sanctorum & 74.dist. quorundam. Bern.

K ¶ Vni loco.] 7.quæst.1. mutationes, & cap.scias,& omnis qui,& valet interdum mutatio loci 81.distinct. valet. Bern.

AD quæstiones.] Communis diuisio secunda: ibi, Respondemus. Abbas. Siculus.

CASVS. Duæ conuentuales ecclesiæ constitutæ erant in diœcesi illius epi, vtraque illarũ habebat ecclesiam parochialẽ cũ possessionib suis, & vtraque parochialis ecclia magis erat vicina alteri, quã illi cui erat sub iecta. Istæ cõuẽtuales ecclesiæ volebant ad inuicẽ permutare illas parochiales ecclias, sed altera parochialis ecclia plurib. possessionibus abundabat: & ideo cõuentualis ecclia, cui subest, postulat sibi adijci certam pecuniæ quãtitatem, vt sic cõtractus pmutationis possit ad æqualitatem perduci: quærebat, vtrũ hoc licite fieri posset? Rñdet Papa, ꝙ vnus cõtractus fiat de parochialib. ecclesijs per se: & alius cõtus de possessionib. fiat per se, & si rõne possessionũ vna ecclia præfertur alteri, ab alia ecclesia certa sibi pecuniæ quantitas adijciatur, ita ꝙ contractus sibi inuicẽ nullatenus misceantur. Nota, ꝙ monasteria possũt hre ecclesias parochiales. Itẽ permutatio temporaliũ & spiritualium ad inuicem fieri non possunt: sed spiritualia inter se, & temporalia inter se recte permutari possunt. Itẽ cõmutatio ecclesiæ fieri potest, licet venditio sit interdicta.

a ¶ Prouentuũ.] scilicet temporalium, vnde admittitur cũ temporalibus mutatio, quod aliter non fieret. inf. eod. c. vlt. & hic prout sequit.

Gl. seq. tria dicit, & primum determinat. De secundo, & tertio rationem reddit.]

b ¶ Per se queat.] & ita spiritu ale cum spirituali potest commutari sicut tpale cum tpali. De hoc dixi s. de transa. super eo. ar. 16. q. vlt. nemini, & hoc auctoritate superiori. arg. ff. de his q no. infa. furt. §. qui iussu. & cũ indemnitate vtriusque. 10. q. 2. hoc ius, alias non liceret. sup. de preb. maioribus. 12. q. 2. diaconi, & cap. fine alias, non. j. eod. c. vlt. Item nota, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquid habeatur tanquam beneficium, non potest ex permutatione prouenire, quia esset munus à manu, sicut nec transactione s. de transa. super eo. Item licet permutatio locum habeat in spiritualibus, non tenet emptio, & venditio, & est ratio, quia nulla est emptio sine pretio, vt Insti. de emp. §. item pretium. quod in quantitate, & in numerata pecunia consistit. C. de contrahen. empt. & ven. empti fides, quod non est in permutatione. ff. de rer. permu. l. 1. Sed vterque est quasi emptor & venditor. ff. de ædil. edic. sciendum. §. emptorem. Laur.

c ¶ Inhibitum.] Vnde videtur concessum. arg. 30. q. 4. qui spiritualem. & j. de spons. cum apud ff. de procur. mutus. §. 1. De hoc dicitur supr. de transact. iter corporalis.

[Gl. seq. ... quæst. an permutata vna, &c.

¶ Nos causam illam † tibi sub hac forma duxim⁹ committendam: quod nisi præfatus episcopus legitime probauerit sæpedictum archipresbyterum, suæ mentis cõpotem [i] nõ fuisse, cum vltimã [k] volũtatem expressit, super impetitione monasterij perpetuum ei silentiũ imponatur: & compellatur restituere monasterio quæcunque de bonis ipsius archipresbyteri, vt etiã monasterii occupauit. Si vero legitimè probauerit, archipresbyterum, quæ super vltima voluntate præmissa sunt, alienata mente dixisse: ad faciendam ei

† contestari

† dictum

1 Hanc antiquam habes in loco citato initio huius capitis.

a ¶ Participationem.] propter hoc non fuit monachus nec etiam stetit in habitu monachali, vt apparet ex antiqua, 1 cum hoc non sufficiat ad monachatum.

b ¶ Se & sua.] & postmodum in extremis agens confitebatur publice, ꝙ non poterat facere testm̃, quia se & sua contulerat monasterio, & hoc vltimum probauit Abbas per testes, primum articulum non probauit, nisi per vnicum testem: quod non sufficit. Ber.

c ¶ Vltimam.] quasi dicat: si hæc verba non expresse hoc dicant, tamen tacite vim obtinent vltimæ voluntatis. Ber.

d ¶ Monasterio.] per hanc probationem obtinebit Abbas, si episcopus non probauerit archipresbyterũ verba ista alienata mẽte dixisse, ne intelligas quòd ex his verbis probetur dictum archipresbyterum fuisse oblatum dicto monasterio cum sua rebus siue monachum fuisse: sed probatur quòd voluit sua bona ad monasteriũ peruenisse: & quælibet verba, quæ declarant intentionem testantis, sufficere videtur, ff. de fund. in. & instr. legat. cum de lanionis. §. asinam. ad fi. & ff. de sup. le. l. Labeo. ad fi. nemo enim æstimandus est dixisse quod non mente cogitauerit. Ber.

e ¶ Contulerat monasterio.] vnde ex tunc cessat eius iudicium. 19. q. vlt. c. si quę

f ¶ Vnus testis.] vnus testis solus non sufficit ad probationẽ. s̃. de test. licet vniuersis. 4. q. 3. si testes. §. iurãdi. Tamen si aliæ præsumptiones adsint, sufficit, vt hic dr̃, & s̃. de testib. præterea. & ĩ. de præsump. litteris. & c. 3. Sed nõ vñr sufficere huiusmodi adminicula ad probandum intentionẽ abbatis. i. ꝙ dictus archipresbyter monasterio obtulit se & sua, 2 cum littera dicat, non tanq̃ sufficiẽter probantes, sed adminicu lantes, &c. vñ non habuit admitti eps ad probandũ, ꝙ archipresbyter fuisset mente alienatus, qñ in extremis agẽs dicebat, ꝙ non poterat facere testm̃. Vel dic ꝙ ista adminicula sufficiũt cum vnico teste, & iõ audiri dẽt eps ad probandũ ꝙ iste archipsbyter erat furiosus, cũ verba illa expressit: quo probato solus testis remanet, & sic obtinebit eps: alias succũberet: qu a si obtulit se probaturum prædicta, mos ei gerendus fuit. ff. de proba. circa eum. Ber.

g ¶ Confitentẽ.] vl ꝙ talis confessio deret sufficere ad hoc vt testatus decessisse dicatur, licet nullũ aliud testm̃ appareret. ff. d donationib. ex hac scriptura. vbi oĩno statur verbis testãtis. Quare ergo requirit hic alia probatio? Respõderi potest, quòd lex illa loquitur in eo casu, quando per talia verba aliquis exprimit vltimã voluntãtem, alias talib. verbis non est credendum, nisi hoc iurasset in testamento. C. de pro. auth. quod obtinet. 3 & tunc hæredes necesse habent stare illi voluntati C. de fideicõ. auth. hoc amplius. Vin. Scriptura illius legis solemniter facta fuit dum viuebat testator. qui fecit testamentum, sed ille archipresbyter dum viuebat nullam fecit scripturam de verbis illis, & ideo post mortem illa confessio debet probari per testes. prout abbas dicebat in sua petitione, ad hoc vt sufficeret vnus testis, & tamen per se sufficerent. Ber.

h ¶ Probantes.] s. quod obtulit se & sua. Ber.

i ¶ Compotem.] hoc ideo dicit, quia furiosus non põt facere testamentum. C. qui testam. fac. pos. furiosum. & ita eps ille probabit istam negatiuam: & hoc est, quia hẽt in se implicitam affirmatiuam hanc. s. ꝙ tunc erat furiosus. sic. s̃. de renun. super hoc. & C. de codi. nec codicillos & ff. de cond. inst. quidam ff. de prob. si filiusfamilias. contra 3. q. 9. indicas. sed ibi archiepiscopus tenebatur probare, episcopum illum fuisse sanę mentis, quia constabat illum prius fuisse furiosum. Tanc.

k ¶ Vltimam voluntatem.] testamentum enim hominis tantum morte confirmatur, & immobile perseuerat post mortem. ĩ. de celebrat. Missar. cum Martha. & 23. q. 2. vltima voluntas. & C. de sacrosan. eccles. l. 2. Lauren.

2 Verum est ꝙ ista uerba non sufficiebãt ad probãdum monachatũ, sed ad probãdũ ultimam uolũtatem bene, vt dictum est in 4. gl. Ioã. And.

† al ita. alienatus erat à mente.

† ipsam.

3 Hic autem nõ loquitur in donatione uel legato. sed in debito quo qs in testamen to se confite tur obligatũ: in quo maius fit præiudicium hę redi: quia nõ deducit Falcidiam, sed in primo deducit: & de hoc & an cõfessio præiudicet filio quo ad legitimã in Spe. de confess. §. nunc uidendum. uersic. nunc sequitur uidere. Io. And.

a ¶ Restitutionem.) si intelligas donationem hanc factam de bonis ecclesiasticis, de quibus intelligendum est, certè illa donare non potuit, sup. de testa. cũ in officijs, & c. quia nos. si de patrimonialibus, in istis nihil iuris habuit episcopus. Dicas quod de ꝓprijs siue patrimonialibus hoc est intelligendũ: & hoc constabat, aliàs præsumũtur ecclesiæ, & loquitur in eo casu 1 cũ nõ appareret hæres. 12. q. vlt. cap. vl. & ĩ auth. de eccl tit. §. si quis eps, coll. 9. ecclesia enim est proximus hæres, inf. de pænis, presbyteri. simile sup. eo. c. 1. Io.

b ¶ Impetitione.] sed nõne episcop⁹ dixit sibi ius, ergo debuit cadere à iure suo? Sed hoc nõ dẽt redũdare in damnum ecclesię. 16. q. 6. si epm. immo verius dicas, ꝙ pæna illius cõstitutionis, si quis ĩ tanti. C. vnde vi. non habet locum in bonis iacẽtis hæreditatis: vnde legatarius, q legatũ auctoritate sua capit ante aditã hæreditatem, nõ punitur in alio, nisi qa restituit possessionẽ ff. quorum legato. l. 1. respon. 1. secus e si post aditam hæreditatem. C. de leg. non dubium.

c ¶ Silentium.] si primo sana mente sua obtulit Deo: nonne debet Papa tueri suã donationẽ, inter viuos, licet ĩ morte nõ fuerit sanæ mentis, cũ adhuc in eodẽ proposito intelligatur durare, inf. de baptismo & eius effectu, maiores. ad finẽ? Præterea cũ ille qui ab intestato debet succedere, immensam donationem defuncti reuocat, nõ in totũ reuocat. sed quantum ad quartã sufficiat. C. de inoff. do. l. 1. sup. ti. prox. Raynutius. immo in vita sua omnia donare potuit. su. eo. c. 1. Sol. Abb non probauit donationẽ factam fuisse inter viuos, nisi per vnum testẽ: & alij qui probãt illã quam expressit in vltima voluntate, dum ageret in extremis, non probãt oblationem inter viuos. Illa autem obiectio de inofficiosa donatione non habet hic locum: quia querela de inofficiosa donatione non datur nisi illis quibus aliquid relinqui necesse est. C. de inof. don. si totas, sed ecclesiæ sacerdotes non tenentur aliquid legare de suis proprijs, nisi velint. Laur.

† Dictio, ipse deest vt plurimum in antiquis.

1 Idẽ Innoc. & Host. Io. And.

† In vno vetustissimo Vaticano ita: De sepulturis mortuorum.

† Post cõcil. Lateran. sub Alex. iij. par. 43. c. 2. & c. 3. c. ti. ĩ 1. cõp. Et vide c. 2. eo. tit. lib. 6.

nomine parochialis ecclesiæ (cuius ipse † administrationem gesserat dum vixisset) restitutionem [a] bonorum, quæ ipsius archipresbyteri fuerant, mo- 10 nasterium condemnetur, cum idem archipresbyter ab intestato decesserit; ipsiq; monasterio super impetitione [b] episcopi silentiũ 20 [c] imponatur.

TITVLVS XXVIII.

De sepulturis. †

¶ Leo tertius.

¶ *Decedens intestatus sepelitur ĩ sepulchro maiorum, 30 vel vbi eligitur sepultura: parochialis tamen ecclesia habebit canonicam portionem eius quod relinquerit ecclesiæ sepulturæ. hoc dicit secundum veriorem intellectum.*

CAP. I. 40

NOs † instituta maiorum Patrum considerantes: Statuimus, vnumquemque in maiorum suorum [d] sepulchris iacere, vt Patriarcharum [e] 10 exitus docet. Nulli tamen negamus propriam [f] eligere sepulturam, & etiam alienam; Dominus enim, & magister, alienam elegit [g] vt propriam.

¶ Sed quia dignus est 20 operarius mercede sua, tertiam partem [h] sui iudicij, [i] illi ecclesiæ dari censemus, in qua cælesti pabulo [k] refici consueuit: vt iuxta Apostolum sint consolationum [l] socij, vt fuerunt pas- 30 sionum: & sic demum vbicunque libitum fuerit, eligat sepulturam. Aliter ne † fiat auctoritate Domini nostri, qui per Prophetam locutus est dicens: Ne transgrediaris [m] ter- 40 minos antiquos, quos posuerunt patres tui, sub anathematis vinculo detestamur, & contradicimus.

¶ Leo Papa omnibus fi-

DE SEPVLTVRIS.

¶ Supra visum est de successionib. ex testamento, & ab intestato, quæ capiunt effectũ post mortẽ, vt in c. cum Marthæ. de cele. M s. vnde cũ fuerit visum de bonis defunctorũ, meritò restabat videre de sepulturis eorum, nã oẽs morimur, & sicut aqua dilabimur super terram, 2. Reg. 14. c. & in c. in ecclesiastico 13. q. 2. ideo. Abb.

De hac materia tractatur 13. q. 2. & q. 1. c. 1.

NOs instituta.] Tria sunt dicta. Secundum: ibi, Nulli. Tertium: ibi, sed quia. Abb. CASVS. Statuit Leo Papa, ꝙ quilibet debeat sepeliri in sepulchris parẽtum suorũ, secundũ ꝙ fecerunt antiqui Patriarchæ: veruntã nulli negandum est propriã eligere sepulturã, etiã alienam, quia & dñs hoc fecit, sed quia dignus est mercenari⁹ mercede sua, tertiã partẽ iudicij sui, illi ecclesiæ ꝑcipit dari, in qua sepeliri dẽat, vel debebat si nõ elegisset alibi sepulturã, & vbi dũ viuebat cœlesti pabulo refici ꝯsueuit: ꝙ si fecerit, vbicũq; voluerit eligat sepulturã, & ne aliter fiat, ꝑcipit Leo Papa sub pęna excõicationis. No. ꝙ debemus eligere sepulturã vbi maiores nostri sepulti sũt, ꝙ verũ est de honestate. Itẽ licitũ est alienã eligere sepulturã, i. ĩ alieno loco, vt patet ꝑ exẽplũ Dñi, q sibi elegit sepulturã. Ioseph. Itẽ ecclesiæ parochiali relinquẽda est sua portio, cũ qs eligit sibi sepultura. Itẽ nullus dẽt terminos transgredi à sanctis Partib. ꝯstitutos.

d ¶ Suorum.] & ita loquitur de indigena. Laur.

e ¶ Patriarcharum.] qui in sepulchris patrum suorũ sunt sepulti. 13. q. 2. ca. vnaquæque. §. Ioseph.

f ¶ Propriam eligere.] & sic videtur. ꝙ quilibet adultus & discretus possit sibi eligere sepulturam, vbi voluerit: arg. inf. eo. in nostra. hoc verum est, dum tamen eligat locum magis religiosum. inf. eo. fraternitatem. vbi de hoc. & inf. c. prox. Ala.

g ¶ Alienam elegit.] quia natus in Bethleem; nutritus in Nazareth, sepultus fuit in Hierusalem in sepulchro Ioseph. Tancre.

h ¶ Tertiam partem.] in sequenti c. dicitur de medietate. inf. eo. cum super. dicitur de quarta. hæc diuersitas siue contrarietas determinatur secundum diuersas consuetudines locorum, inf. eo. certificari.

i ¶ Iudicij.] s. quod reliquit huic ecclesiæ, in qua elegit sepulturam: & non de relictis alijs locis, vt inf. eo. in nostra. Ber.

K ¶ Pabulo.] pabulum cæleste exposuit Alanus, id est, doctrinam secretorum fidei, vt solida cibaria. pabulum enim dicitur prædicatio verbi Dei, sup. de offic. ord. inter cetera. Bern.

l ¶ Consolationum.] ad quem spectat onus, & emolumentum. 2. 12. q. 2. ecclesiasticis, & c. charitatẽ. 13. q. 1. §. 1. Ala. & 16. q. 6. de lapsis, & ff. de reg. iur. secundum naturam, circa princ. tit.

m ¶ Ne transgrediaris.] transgreditur quis terminos proximi sui, cum quis parochianum alterius admittit

Gen. 4. Exod. 1

Luc. 10.

1. Thess. 5. 2 Cor. 1.

† Aliter verò ne fiat, &c.

Prou. 22.

2 Dist. 100. cap. rationis vbi de hoc. & plenius. ĩ. de re iu. qui sentit. lib. 6. ponit. Host. versi. Cõmoda qui sentis iungas onus emolumentis. Io. And.

ad sepulturam, vt hic. Itē cum alterius subditū excommunicat, vel interdicit. 9.q.3.c.1.& 2. Tertio cum euellit terminos, possessionum vicini sui. 86.dist. tanta nequitia. Quarto cum prædicat contrarium fidei. 24.q.3. transferunt. Item cum alterius parochianum recipit ad pænitentiam. de pænit. di.6. placuit. inf. de pęniten. & remissio. omnis vtriusque. Vinc.

RElatum.] Communis diuisio. Scđa pars: ibi, Mandamus. Abb. Sicul⁹.

CASVS. Leo Papa statuit in capitulo isto, vt quicunq; voluerit a modo ī monasterium cōuerti, siue in vita, siue ī morte medietatem omnium rerum suarum & possessionū, quas decreuit disponere pro aīa sua, relinquat illi ecclesiæ ad quam ptinet. Not. quod parochialis ecclesia dēt hr̄e medietatem (vt hic dr̄) de omnibus quæ relinquit parochian⁹ in vltima voluntate, sed circa hoc attende consuetudinem locorum.

† Iuo par. 7. decret. c.150. Anselmus li. 5.c.51.& c.4. eo.ti. in 1.cō pil. Vide c.2. & ibi tradita per doctores de sepul. l.6.

† Immo secundus, ait, hic Contius.

† al. Ianuensi. sed iam alibi not. olim Genuam, Ianuam vocatam.

a ¶ Monasterio.] ar. quod quis debet eligere locum religiosum ad sepulturam.

b ¶ In vita.] in ægritudine tñ, de qua decedit: alioquin nihil daretur ecclesiæ parochiali. ĩ. eod. de his. Vincen.

[Gl. seq. ponit tres casus exceptos.]

c ¶ Decreuerit.] sup. ple. ecclesijs: nisi relinquatur in ornamentis ecclesiæ, & sine fraude, & tūc nihil detrahitur sup. de test. c. vlt. aut si reliquerit pauperibus vel consanguineis pro remedio animæ suæ, nihil detrahitur inde, vt dixit Ala. Itē de armis & etiam equis pro subsidio terræ sanctæ relictis, nihil detrahitur. ĩ. eo. in nostra.

d ¶ Medietatem.] super hoc standum est consuetudini loci. ĩ. eo. certificari.

e ¶ Ecclesiæ.] scilicet apud quam fidei sacramenta recepit. sic intelligit Gratianus hoc c. 13.q.2. c. placuit. §. sed aliud. in fi. Ber.

FRaternitatem tuam.] Hoc. c. hodie recipit determinationem, seu correctionē secundum alios per c. 2. eo. tit. lib 6. vbi hr̄, ꝙ quis potest relinquendo sepulturam suam antiquam, eligere sepulturam in loco minus religioso. Diuiditur in tres partes. In prima ponit ius. In secunda narrat factum. In tertia concludit. Secunda: ibi, Vnde. Tertia: ibi, Quocirca. Abb.

CASVS. Quidam ciuis Ianuensis P. nomine de Castello, habebat sepulturā ab antiquis temporib. & sui maiores apud monasteriū sancti Stephani: apud aliam ecclesiā minus religiosam elegit sepeliri: orta est quæstio de corpore illius coram archiepiscopo Ianuen. significatum fuit hoc domino Papæ: vnde ipse rescribit archiepiscopo Ianuen. dicens, quod non credit ipsum ignorare, qualiter ab antiquo fuit dispositū apud monasteria, & loca religiosa corpora defunctorum debere sepeliri, in quibus orationes, & missarum solemnia frequentius celebrantur: vnde qui volunt ibi sepeliri, non est eis contradicendū: Qui vero relinquuntur antiquas ecclesias, & sepulturam patrum, & aliorum parentum suorum, & ad noua, & minus religiosa loca se transferunt, cōtra antiquam institutionem sanctorum patrum facere dignoscuntur, vnde si pdictus P. contra constitutionē vel cōsuetudinē istam antiquā, & rationabilem, corpus suum sepeliendum mandauit, hoc non prejudicat rationi: & ideo mandat, quatenus corpus ipsius reddi faciat monachis sancti Stephani, & cum patribus suis sepeliri. Not. ꝙ qui vult eligere sibi sepulturā relicta sua propria ecclesia, eligere debet locū magis religiosū, aliter non potest. Item si dimisso loco magis religioso eligat quis locū minus religiosum, non valet electio talis sepulturæ per illam litterā ibi: qui vero relictis antiquis, &c. ita nō sequitur, quod extrema voluntas sit semper effectui mancipanda.

delibus per Dardaniam constitutis.

¶ Qui conuertitur, ad monasterium, medietatem bonorum, quæ pro anima sua disposuit, tenetur relinquere ecclesiæ parochiali.

CAP. II.

RElatum † est auribus nostris: & infra.

¶ Mandamus, vt quicunque amodo in monasterio [a] conuerti voluerit, siue in morte, siue in vita, [b] omnium rerum, & possessionum, quas pro salute animæ suæ decreuerit [c] disponere, medietatem [d] ecclesiæ, [e] ad quam dignoscitur pertinere, relinquat.

¶ Innocentius iij. † Genuensi † archiepiscopo.

¶ Vbi quis sepulchro maiorum relicto, eligit sepulchrum in loco minus religioso: dolo inductus, seu ex cō ēptu, seu non dimissa ecclesiæ suæ canonica portione expresse vel tacite, nō tenet electio. hoc dicit sal- uando istum textum quantum fieri potest.

CAP. III.

FRaternitatem † tuam non credimus ignorare mortuorum sepulchra, & cœmiteria apud illas ecclesias, & monasteria, ex antiquo † esse disposita, in quibus religiosorum [g] fratrum conuentus sunt constituti, & orationes atque missarum solemnia tā pro viuis quam pro defunctis, frequentius [h] celebrantur. Vnde ipsorum deuotioni & extremæ voluntati, qui apud huiusmodi ecclesias sepeliri desiderāt, minime contradicendum est. Qui vero relictis antiquis ecclesijs, & patrum aliorūque parentū [i] suorū sepulchris, contra consuetudinem Patrum veteris testamēti, qui cū † patrib suis sepulti esse leguntur, ad noua [k] & min⁹ religiosa loca se transferunt, irrationabiliter, & contra antiquam

† Cap. 5. eod. ti. in 1. ępla. Vide concil. Matisconense secūdum, cap. 17. adde quod de hac materia post hanc decretalem sancitum est in c. 2. de sepulturis. lib. 6.

† Genes. cap. 50. & 13. Regu. c. 13. & alibi sæpe.

f ¶ Ex antiquo.] s. eo. c. 1. Ber.

g ¶ Religiosorum.] 13. q.2. vbicunque, & c. placuit.

[Glo. seq. obijcit, & soluit.]

h ¶ Frequentius) hæc est ratio quare potius sepeliuntur homines in locis religiosis, quia frequētius ibi diuina officia celebrantur. Sed nonne tantum valet generalis [1] oratio quantum specialis? ita, de cōsecratio. dist. 5. non mediocriter. illa est causa, quia spiritus sanctus ad mensuram non datur. de consecratione, dist. 4. quæris. sed præsumptio est, ꝙ plus prosit specialis oratio q̄ generalis, & quidem honor amplius videtur deferri illis pro quibus specialiter fit oratio. Ber.

i ¶ Parentum.) 13.q.2. Ebron. & §. Ioseph.

(Glo. seq. recitat per quam in sepultura sit necesse locum plus religiosum eligere, ponit opinio. Hug. & sequacium, quod si ponit contrarium Lau. & primam approbat, & respondet contrario.)

K ¶ Ad noua, & minus religiosa.) ex hoc capitu. patet, quod qui vult eligere sibi sepulturam, sua relicta, debet eligere sibi magis religiosam. arg. s. eod. cap. proximo, in hac opinione fuit T. H. & Ala. & mihi hoc idem videtur, & facit ad hoc 13.q.2. vbicunque, & est simile qui enim de vna religione transit ad aliam, ad strictiorem transire debet. ĩ. de regu. & transeun. ad relig. sane, & cap. licet. Alij dicunt, vt Lau. & Vin. & Io. [2] ꝙ liberum est vnicuique sibi eligere sepulturam, etiam ad locum.

1 De hoc dubio quid sit sentiendum, vide per Nauarrū in enchiridio de oratione ca. 20. erotemate 12. & in manuali confessariorū c. 25. vers. 25.

2 Hoc no. 13. q.2. facultates. §. at illi. alias īci. nūc quæritur, & Ray. in summa. Go. li. c. & s. c. l. & in sum. §. apud quem, & ap. hæc opi. infra eod. cum quis. in fi. li. 6. Io. And.

locum minus religioſum, ar. ĩ. eo. in noſtra, & ſi qua contraria inueniantur, intelligãtur, cum illectus fuit vel cũ ex temeritate vel ex contemptu tranſiuit, vel cum debitam portionem non reliquit ſuæ eccleſię. & ſic intelligunt illud ca. Primam opinionem præfero. & quod dicit inf. eo. in noſtra. non contradicit, q illud contingit propter priuilegium quod habent illi Hoſpitalarij, & Templarij, vt liberũ ſit cuicunque apud eos eligere ſepulturam, vt ibi patet. ſicut, & prædicatores habent idem priuilegium: aliàs non poſſẽt illos recipere ad ſepulturam.

ADDITIO. Secunda opinio eſt hodie approbata, per c. 2. e. tit. lib 6.

a ¶ Præiudicat.] quoniam minus legitima voluntas defuncti defendi nõ debet. ff. de condit. inſtit. ſi. lius quidam 1 & 12. q. 5. c. 1. ff. de religioſis, & ſumptibus funerum. l. at ſi quis. §. hæc actio. quandoq; tamen minus legitima voluntas quantũ ad ſolemnitatem teſtium defenditur. puta in relictis pijs locis. ſ. de teſtam. relatum. & ca. præceden.

b ¶ Corpus.] ſic ĩ. eod. cum liberum. & oblationes quas ipſius occaſione habuerunt. infra eod. tit. in noſtra. & in cap. cum liberum. Tancredus.

te tamẽ nõ põt filios vel nepotes ſuos pręterire. inſti. de inoffi. teſta. & de exhære. lib. per totum. Tamen & ſic intellige. ſ. de teſtam. Raynutius. de tertia Clerę & Adelaſiæ, q donata, vel vendita fuerunt in morte, vñ non potuit Altherocha defraudari ſua legitima. aliàs in ſanitate poterat defraudari, vt hic di cit. in fine. B.

[Glo ſeq. q̃rit, ponit tres opiniones. prima quod diuidẽt. Secunda pro eccleſia dimiſſa. Tertia pro parochia.]

d ¶ A quibus aſſumpti.] quid ſi in vna eccleſia audiet diuina officia, & pcipiat eccleſiaſtica ſacramẽta. & in alia habeat ab antiquis temporibus ipſe, & ſui maiores ſepulturam, & in tertia eligat ſepulturam: quæ iſtarum eccleſiarũ habebit canonicã portionẽ? Rñdeo, diuidere debẽt illam canonicã portionem. arg. ſ. e. cap. 1. & ſ. de teſtamentis, relatum in fine, niſi cõſuetudo repugnet. argu. ĩ. eo. cap. certificari. & cap. de vxore, in fi & ĩ. d de cimis, cũ ſint homines & ĩ. ti. prox. cap. vlti. T. 3 H. dicit, & melius, quod illa eccleſia, in qua eſt ſua ſepultura, dẽt habere canonicã portionẽ, & nõ illa in qua audit diuina. Nulli enim iniuria facta eſt ei ratione ſepulturę in alia eccleſia, quia non dicitur derelicta, nec offenſa, nec ex tali electione ius acquiritur illi.

conſuetudinem facere videntur. ¶ Vnde ſi P. de Caſtello contra antiquam & rationabilem conſuetudinem, aliquid de corpore ſuo ſepeliendo mandauit, hoc non præiudicat[a] rationi, ſed viribus debet carere. Quocirca mandamus, quatenus corpus [b] ipſius monachi ſancti Stephani reddi facias, & cum ſuis. patribus ſepeliri.

¶ Alexander iij. epiſcopo Spaleñ.

¶ *Si quis in ægritudine, de qua decedit, offert ſe & ſua monaſterio, eccleſia parochialis habet inde canonicam portionem, ſecus ſi in ſanitate.*

CAP. IIII.

De †his, qui in infirmitate vel ſanitate cum bonis ſuis, ad religioſa loca ſe transferunt, nihil tibi vel eccleſijs, a q̃b. recẽperunt ſalutis pabula, relinquentes, hoc tuæ volumus prudẽtiæ innoteſcere: quod ſi in ęgritudine ipſa ad religionem tranſeant, dummodo de ęgritudine illa decedant, [c] de bonis ſuis ipſis eccleſijs, a quibus[d] aſſumpti fuerint, canonica debet portio exhiberi.

¶ Si vero ad religioſa loca ſe in ſanitate tranſtulerint,[e] de his quæ locis ipſis conferunt, cogi nõ poſſunt aliquid præſcriptis eccleſijs impertiri: quia liberum eſt eis tunc bona ſua, non ſolum religioſis, ſed etiam quibuslibet priuatis [f] conferre perſonis.

¶ Idem.

¶ *Qui ſepeliunt parochianũ alienum, quem ſepelire non debent, coguntur reſtituere corpus, & quæ ratione ipſius obtinuerunt. h. d. cum capitulo ſequenti.*

De his.] Duæ ſunt partes. Secũda: ibi. Si vero. Abb. Siculus.

CASVS. Aliqui quandoque ſe trãsferunt ad loca religioſa cum bonis ſuis in infirmitate, vel etiã in ſanitate, & nihil relinquũt eccleſijs à q̃bus receperunt ſalutis pabula: quærebatur quid iuris eſſet de his? Reſpondet Papa, quod ſi in ægritudine ad religioſa loca ſe trãferũt, & de illa ægritudine moriunt, canonica portio dẽt exhiberi illis eccleſijs a quibus aſſumuntur, & in quibus ſepeliri debebãt, ſi vero in ſanitate ſe transferuntur, tunc nihil dare compelluntur eccleſijs ſuis prioribus, quia liberum eſt tunc bona ſua cui libet impertiri, etiam priuatis perſonis. No. quòd cũ aliquis tranſit ad religionẽ in ægritudine, dum tamẽ ex illa ægritudine decedat, canonicam portionẽ debet habere parochialis eccleſia de his, quæ legat illi monaſterio. Item cum quis in ſanitate ſua trãfert ſe ad religionem, nihil poteſt parochialis eccleſia petere, quia tunc non ſolum pijs locis poſſet res ſuas dare, imò etiam cuicunque vellet.

[Glo ſeq. arg. licere multa, &c.]

c ¶ Decedant.] quia tunc donatio cauſa mortis confirmatur ff. de dona. cauſa mortis, nõ videtur. Et eſt arg. q nõ licet alicui in morte, quòd in vita non liceret, arg. ſ. de teſtam. cap. ad hoc. Nec mirum: quia poteſt qui ſanus eſt, omnia bona ſua conſumere: in mor-

Item 4 quid ſi in vna eccleſia percipit ſacramẽta, & in alia eſt ſua canonica ſepultura, quæ illarum habet canonicam portionem? Reſpõdeo eodem modo diuidere debẽt illam canonicam portionem. arg ſ. e. c. 1. & 2. & arg. ad hoc ſ. de teſt. relatum, in fine, niſi cõſuetudo repugnet arg. ĩ. eo. certificari, & c. de vxore, & ĩ. de deci. cum ſint homines.]

Si tñ ecclã ſua ſolebat aliquid percipere de iudicio ſui parochiani, cũ ſepeliebatur in illa eccleſia, in qua parentis iſtius, qui in alia ſepulturam elegit, pro rata eius quod ſolebat accipere, accipiet de canonica portione, quę dabitur parochiali eccleſiæ hoc notatur p H. 13. q. 2. placuit §. ſed aliud, in ſumma ipſius. Alij dicunt contrarium, ſ. q eccleſia in qua conſueuit ſepeliri nihil debet habere. ſed parochialis in qua cõſueuit audire diuina, quod mihi non videtur. Ber.

e ¶ Tranſtulerint.] ſe & ſua reddendo, quod patet per principium capituli: ſi autem corpus ſuum tantũ traderet ſepeliendũ poſt mortem, & relinquat ei aliqd, de hoc debet dare legitimam.

ADDITIO. Quę eſt tertia, vel quarta. vel medietas ſm conſuetudinem locorum. infra eo. ca. certificari.

f ¶ Priuatis.] honeſtis tamen 86. diſt. donare. & non hæreticis. C de apoſta. l. hi qui. & infra, de hæreticis, ſi quis epiſcopus, & cap. ſequenti. T.

Marginal notes:

1 Vide de ſẽ. excõ. ſi vere. ſup vlt. glo. Io. And.

† Poſt Conc. Lateranẽ. ſub Alex. iij. par. 49. c. 6. & c. 6. eod. tit. in 1. compila. Vide Petrũ de Peruſio. trac. de quarta canonica, & Alex. con ſil. 196. incip. viſo teſtamẽto in 2. vol.

2 Ex quo in ægritudine donationem facit de morte faciẽs mẽtionẽ, cauſa mortis fecisse vr. ff. de don. cã. mor. l. 2. & 3. & C. eo. l. fi. ſecus ſi ſimpliciter donet: qa tunc vr inter viuos donare ff. de don. cã mort. l. Seia. §. fin.

3 Idẽ Go. & Phi. & idem dixerũt oẽs pdicti, & Innoceñ. qñ in capella audit diuina, & in baptiſma li eccã reci pit ſacramẽta, i. q ille inter ſe diuidẽt. Ioan. And.

4 Quę ſequũtur ab hoc loco vſq; ad verſiculũ: ſi tñ, de ſunt in antiquis exẽplaribus.

EX parte.]In prima parte ponitur querela. In secũda iudicis datio ibi Mandamus. Abb. Sic.

CASVS Prior de insula quẽdam parochianum canonicorũ Obrigeñ. post appellationẽ in sua ecclesia sepeliuit: vnde canonici cõquesti sũt dño Papę: mãdat ipse, quatenus dictus Prior ꝯpellat, vt corpus parochiani p̄dicti p̄fatis canonicis restituat, & de his q̃ habuit occasione sepulturę illius, amicabiliter ꝯueniat cũ eisdem. Not. ꝙ monachi pñt habere populũ. Itẽ non solũ iuris vel rei petit̃ restitutio, sed ẽt cadaueris. Item officium iudicis est, vt admoneat partes ad cõcordiã.

C A P. V.

EX † parte canonicorũ Obrigeñ. † nobis est intimatum, quod Prior de Insula quẽdam parochianum [a] suũ, post appellationem [b] ad vos factã in sua ecclesia sepeliuit: & infra. ¶ Mandamus: quatenus p̄fatum Priorem compellas, vt memoratis canonicis, prædicti parochiani corpus restituat; & † exinde [c] amicabiliter conueniat eum eisdem.

¶ Idem decano, & magistro R. Rauennaten.

¶ *Summatum est supra cap. proximo.*

C A P. VI.

CVm † liberum sit: & inf. ¶ Ad audientiam nostram peruenit ex conquestione Abbatis, & fratrum sancti Martini Laudon. quod cum presbyter quidam corpus cuiusdam mulieris (prout in vltima volũtate disposuit) [d] ad eãdem ecclesiam sepeliendũ deferret, monachi sancti Vincentij Laudon. corpus ipsius violenter rapere, & in ecclesia sua sepeliri minime dubitarunt: & infra. ¶ Mandamus, quatenus si ita esse inueneritis, præfatos monachos cõpellatis, vt ossa præfatæ mulieris, & beneficia, [e] quę occasione sepulturæ ipsi⁹ recepisse [f] noscuntur, memoratis fratrib. cum integritate restituant, & † de cetero talia facere non præsumãt.

¶ Lucius tertius.

¶ *Mulier nupta libere potest sibi eligere sepulturã.*

C A P. VII.

DE † vxore vero, vtrum quemadmodum vir, liberam debeat habere sepulturam: Nobis videtur, quod nulla super hoc inter virum, & mulierem † sit facienda distinctio, sed vtrique in casu isto, æqualem [g] esse credimus facultatem, cum electio ista ad eum potius statum pertineat, in quo mulier soluitur a lege viri. † [h]

¶ *Pater filios impuberes, vbi voluerit, potest sepeliri facere, si hoc habet consuetudo loci. hoc dicit.*

a ¶ Parochianũ.] iste parochianus non elegerat sepulturam apud eccl'am dicti Prioris, vel fuit dolo ĩduct⁹ vel fuit infra legitimos annos, & iõ corp⁹ illi⁹ dẽt restitui cũ bonis ꝑceptis occasione illi⁹: alias tm̃ quarta, vel tertia, vel medietas ẽm cõsuetudinẽ loci ĩ. eo. in nostra, & ĩ. e. certificari. & qđ dr̃ de appellatione, idẽ eẽt si ne aliqua appellatione, vnde supple maxime. Tancredus.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

b ¶ Post appellationẽ.] ar. ĩ. C. de sepul. viol. l. si & aut. Itẽ q. domũ 1 & in aut. vt cum de appel. cog. §. pen. coll. 8. & in aut. vt defũcti, seu funer. nõ iniuri. a credito. circa principiũ coll. 5. Sol. hic fuit appellatũ ne Prior inuaderet i⁹ canonicorũ, in ꝯrijs aũt non recipitur appellatio, ne corpora sepeliantur: & ita contradicunt, quia diuersimode loquuntur. T.

c ¶ Exinde.] i. ceteris, quæ obuenerunt occasione illius corporis amicabiliter conuenit: aliàs tenetur ea restituere. ĩ. c. proxi. & c. in nostra. Ber.

CVm liberum. Diuiditur in duas parte. In prima conquestio. In secunda parte responsio ibi, Mandamus. Abbas.

CASVS Quidam presbyter corpus cuiusdã mulieris deferri faciebat ad monasterium sancti Martini Laudoñ. sepeliẽdũ, prout ipsa in vltima disposuerat volũtate: monachi sancti Vicẽtij corpus illud violẽter rapuerunt: & illud violẽter in sua ecclesia sepelierunt: cõquesti sunt monachi sancti Martini dño Papæ: mandat Papa, quatenus si est ita, monachi sancti Vincentij ꝯpellant, vt ossa p̄fatę mulieris, & bñficia, q̃ occasione sepulturę illius habuerũt, restituãt monachis S. Martini. No. ꝙ libere q̃s testat̃, hoc habet ex iuris beneficio. Item quod vniuersaliter est dictum, recipit distinctionem. Item qđ obtentu vel occasione alicuius quęritur illi est restituendũ, & est notabile contra nũcios pro dominis, & contra negotiorum gestores.

d ¶ Deposuit.] & sic mulier ista eligit sepulturã apud ecclesiã sancti Martini, quæ erat magis religiosa quã ecclesia sancti Vincẽtij, cui⁹ erat mulier ista parochiana: aliàs ñ poterat ibi eligere sepulturã, sua relicta. s̃. e. fraternitem. Vel forsitã non erat eorum parochiana, qđ verius puto, ex eo ꝙ Papa non reseruat eis canonicã portionem. Ber.

[Glo. seq. exponit. & q. sol.]

e ¶ Beneficio.] id est, oblationes, & quicquid ꝓ hoc ꝑcepe- rũt. sic. s̃. e. ex parte. & ĩ. eod. in nostra, & agũt isti ad repetendũ corpus, & beneficia ista, ꝯdictione ex canone isto. & s̃. eo. fraternitatẽ, & ca. ex parte, vbi enim iure nouo obligatio ĩducitur nec cauet̃ ibi quo genere actionis agendũ sit, agendum est cõdictione ex illo canone, vel lege. ff. de condictio. ex lege l. vnica. Ber.

f ¶ Recepisse.] vel q̄ de iure percipere po tuerunt. sicut contingit de violẽto possessore. s̃. đ rest. spolia. grauis, & C. vnde vi, si de possessione. ff. de peti. hære. l. 1. ĩ fi.

DE vxore. Sunt duo dicta. Secũdum: Ibi, Vtrũ. Abb. Siculus.

CASVS. Sicut liberum est viro eligere sepulturam, ita libe- rum est mulieri: nulla est hoc in casu inter eos differẽtia, cum á lege viri soluta esse intelligatur. Illa fuit dubitatio, quia dicitur 13. q. 2. vnaquæq; ꝙ mulier siue in vita, siue in morte, virũ suum sequatur. In fine dicit, ꝙ de filijs minoribus vbi debeãt sepeliri a sanctis patribus diffinitum nõ est: & ideo cõsuetudini loci relinquendum est. No. ꝙ vxor põt eligere sibi sepulturam sicut vir. Item consuetudo loci attendenda est.

[Glossa sequens signat contrarium, & dupliciter soluit.]

g ¶ Aequalem.] arg. contra. 13. q 2 vnaquæque. & 13. q. 2. quos Deus coniunxit. Solutio: illud intelligitur secundum istud. vel sic, istud locum habet, cum mulier eligit sibi sepulturam. si vero non eligat, locũ habet quod dicitur ibi. C. de digni. lib. 12. mulieres. ff. ad municipal. filij. 1. respon. & l. vlt. Ber.

h ¶ A lege viri.] vt 7. q. 1. sicut. & C. de donatio. ante nuptias quod sponsæ & ff. de dona. inter vir. & vxo. si quis vxori, ca. §. vlti. & l. seq. Ber.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cõp.

† Oburgeñ

† Obligeñ.

† In aliquot vetustis ita aut exinde, &c.

† Cap 2 eo. tit. in 2. cõp. & vide Turrecrematã i c. facultates. §. nũc q̃rit, 13. q. 2. 1 Qui mortui exeqas ꝓhibet, circa funus ab actione cadit, & tantũ dẽ soluit hr̃dibus iniuriati publicaturq; tertia pars bonorũ ipsius, & ẽ notat̃ infamia. Io. A.

† In antiqs codicib. ita: & de cetero similia non præsumant.

† Cap. 7. eo. tit. in 1. cõp. & post Cõc. Lateraneñ. sub Alex. 3. c. 63. vbi Itegra est decretalis, & plures alias cõquestiones cõtinet.

† vxorem,

† Vide l. in tp̄s, ff. đ hære insti. & l. cum spõsæ, cũ notatis. C. de dona. ante nupt.

a ¶ Diffini-

¶ Vtrum autem pater quo magis voluerit, minores filios valeat sepelire, non inuenimus a sanctis Patribus diffinitum: [a] & propterea terræ cõsuetudini [b] decernimus relinquêdum.

¶ Idem præposito, & capitulo Fauentin.

¶ *Si parochianus ecclesiæ cathedralis alibi sepelitur, de ipsius funerabilibus, seu relictis ecclesiæ sepulturæ, debetur quarta capitulo ecclesiæ cathedralis.*

CAP. VIII.

Cum † super quodam capitulo: & infra.

¶ Præsentium auctoritate statuimus, vt si aliquem parochianorum vestrorum, alibi contigerit eligere sepulturam, de testamento [c] ipsius quarta [d] vobis portio relinquatur.

¶ Clemens tertius.

¶ *In quantitate canonica, quæ debentur ecclesiæ parochiali, statur loci consuetudini.*

CAP. IX.

Certificari † voluisti à nobis, quomodo illa clausula, quæ in priuilegijs solet apponi: salua [e] iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur, intelligi debeat, & exponi. Cum autem super hoc articulo diuersa antecessorum nostrorum manauerint instituta: Leone iustitiam illam quãdoque tertiam [f] partem, quandoque mediã, [g] & Vrbano quartam [h] fore censentibus: Nos tale prębemus in hac varietate responsum, vt sicut Beatus Hieronymus [i] † inquit, Vnaquæquæ prouincia in suo sensu abundet, secundum rationabilem consuetudinem [k] regionis, † illa iustitia circa medietatem, vel tertiam, aut quartam partem † pro locorum diuersitatibus attendatur.

¶ Innocentius tertius Episcopo Claremonten. & abbati Maurien.

¶ *Priuilegiati super iure funerandi sepelire possunt illos, qui apud eos eligunt sepulturam, soluendo tamen canonicam portionem ecclesiæ parochiali. Si vero alios sepeliunt, tenetur restituere quicquid occasione funeris receperunt.*

CAP. X.

In nostra † pręsentia cõstitutis Priore ecclesiæ Montis Ferrandi, † & procuratore Hospitalariorum Claremontensis diœcesis, idem Prior proposuit,

---

a ¶ Diffinitum.] & licet non sit diffinitum, vĩ tñ ꝙ filio possit eligere sepulturam: qa potest ei facere testamentum, Inst. de pup. sub. §. igitur. 1 quod potest concedi, dummodo & ipse sibi eligat sepulturam, tamen consuetudini loci relinquendum est, vt hic dicitur.

b ¶ Consuetudini.] si consuetudo nõ repugnat, sepeliuntur ĩ sepulchro maiorũ suorũ, arg. inf. eo. in nostra, in fi. Ber.

Cum super.] Non solet summari, sed vt afferat aliquid vltra iura cõmunia, summa sic vt in rubro. & in hoc est casus singularis. Abb.

CASVS. Quæritur quantum debeat defunctus, qui eligit sepulturam, dimittere parochiali ecclesiæ, vnde assumit, & rñ. ad minus quartã partem. No. hic dicitur, ꝙ ecclesia parochialis dẽt habere quartã partẽ testamenti: sed hoc consuetudini relinquẽdum est.

[Gl. seq. reci. p. q.]

c ¶ De testamento.] id ẽ, de his quæ testator relinquit pro sua anima iure legati illi ecclẽ, in qua elegit sepulturã: & de oblationibus quarta portio relinquatur illi ecclesiæ, a qua corpora mortuorum assumũtur. ĩ. eo. c. proximo, & c. in nostra.

[Gl. seq. ar. ecclesiã cathedralẽ, &c.]

d ¶ Quarta.] vel medietas, seu tertia pars secundum loci consuetudinẽ, inf. eo. c. prox. Ista quarta sẽper dẽt deduci, nisi in casu inf eo. in nostra. & in casibus. s. de testam. ca. vlt. Et est argum. ꝙ maior ecclesia cathedralis, nõ sit magis religiosa, quã monasteria: secũdum illam opinionẽ, quæ dicit, ꝙ semper eligendus est locus magis religiosus.

Certificari.) Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Cum autem. Abb.

CASVS. Quidam impetrauit priuilegium, vt qui apud eorum ecclesias elegerunt sepeliri, licitum sit eis eos recipere ad ecclesiasticam sepulturam cũ ista clausula: salua debita iustitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur: quæsitum fuit a Papa qualiter clausula ista: salua debita iustitia, &c. sit intelligenda, & exponenda? Respondet Papa, quod super hoc articulo diuersa antecessorum suorum constituta emanarunt: Leo Papa quandoque appellauit illam iustitiam tertiam partem, quandoque mediam: Vrbanus & Lucius quandoque appellant illam canonicam iustitiam, quartam partem: vnde Papa respondet secundum ꝙ beatus Hieronymus inquit, vnaquæque prouincia in suo sensu abundet, & ita secundum rationabilem consuetudinem loci, illa iustitia erit aliquando medietas, aliquando tertia vel quarta pro diuersitate locorũ. Not. ꝙ nihilominus in mortuarijs cõsuetudo loci seruatur.

e ¶ Salua iustitia.] q̃ exhiberi debet illis ecclesijs, a quib. dũ viuebant, percipiebant ecclesiastica sacramenta, de bonis illis, quæ in testamẽto reliquit ecclesiæ vbi eligit sepeliri.

f ¶ Tertiam.] sup. e. cap. 1.

g ¶ Mediam.] sup. eod. relatum.

h ¶ Quartam.] capitulum. Vrbani nõ habemus, sed Lucij tertij. sup. eo. ca. proxi. Bern.

i ¶ Hieronymus.] capit. Hieronymi habes 76. dist. vtinam Bern.

[Glo. seq. quærit, & soluit.

k ¶ Consuetudinẽ.] quid si de cõsuetudine dubitetur, vel variæ sint consuetudines in vicinis ecclesijs? De minori summa erit intelligẽdũ: quia in illa omnes concordant ff. de arbit. diem proferre. §. si plures. 2 Bern.

In nostra.) Diuiditur in tres partes principales. primo actoris petitio. Secũdo ibi, Econtra reorũ defensio. Tertio: ibi, Talem causæ diffinitio. Abb.

CASVS. Prior ecclesiæ Montis Ferrãdi, & Hospitalarij Claremõtẽ. diœcesis habebãt inter se q̃stionẽ super iure de funerando, vel funerandi: Hospitalarij recipiebant ad ecclesiasticam sepulturam parochianos dicti prioris: causa super his commissa fuit iudicibus, coram quibus petijt dictus prior satisfieri sibi de dãno, quod sustinuerat ab illis Hospitalarijs, quia parochianos suos receperunt ad sepulturam: & quod de cetero non reciperent ad ecclesiasticam sepulturam parochianos ipsius: Ad probandum suam intentionem testes induxit: Tandem causa ad sedem Apostolicam est delata: in præsentia Papæ prior prædictus proposuit [illegible] ex parte Hospitalariorum fuit propositum, [illegible] priuilegijs [illegible] est eis, omnes, præter excommunicatos, & interdictos, ad ecclesiasticam [illegible]

---

a De materia vide lati⁹ hic per Hostien. & Ioan. An.

† Cap. 8. eod. ti. in 1. cõpi.

3 Cap. 3. eod. tit. in 2. cõp.

† Hieron. ad Luciniũ

† Vide l. Labeo. ff. de supel. leg. & l. cũ de lanionis. §. asinã. ff. de fun. instr.

† Dictio partem, deest in antiquiorib.

2 Si tres sunt arbitri, & vnus condẽnat in 15. alter in 10. alter in 5. ualet sententia in 5. Io. An.

† Cap. 1. eo. ti. in 3. cõpi.

† Montis Ferrati.

gerint sepeliri: & fideicōmissa in vltima voluntate sibi relicta, recipere, soluta tātūmodo quarta parochiali ecclesiæ, de cuius parochia mortuorū corpora assumunt, præterquā de equis, & armis, de quibus quartam deducere non tenentur: Papa auditis rōnibus vtriusq; partis, talē protulit sniam, q̄ pdicti Hospitalarij de cetero nō recipiāt parochianos dicti prioris ad eccl'iasticā sepulturā, nisi apud eos elegerint se peliri; & tunc parochialis eccl'ia recipiat quartā partē d̄ oblationib. lectis, & alijs q̄ defunctus pro aīa sua ibidē reliq̄t, pter quam de equis, & armis: Hospitalarij residuū hēāt, nisi dolo vl' fraude Hospitalariorū defunctus īductus fuerit ad huiusmodi electionē, vel dispositionem faciēdam. Insuper iniunxit eisdem hospitalarijs, vt eidē Priori satisfaciant de quarta parte triū milliū solidorū, quos constat eos a parochianis illius recepisse, cū probatum nō fuerit, q̄ eorum oblati vel cōuersi fuissent. pterea pręcepit ei idē, vt satisfaciāt Priori de oībus, quæ habuerunt à quodā, qui fuit interfectus ī cāpis, nisi probauerint q̄ apud eos elegerit sepulturā: alioquin ei restituāt quartam partē. Item restituant oīa, quæ habuerunt pro quibusdam alijs, occasione sepulturæ ipsorū, quos cōstāt infra annos legitimos decessisse. No. q̄ monachi pñt habere populū. Item cū dolo inducitur q̄s vt aliā eligat sepulturā, nō preiudicat talis electio parochiali ecclesiæ. Item quod occasione rei meæ per alium quæritur, mihi de iure restituendum est.

† De ordine hospitalariorū vide Cassaneū in catalogo glorię mundi, par. 4. consideratione. 65.

quod prędicti Hospitalarij † quosdam parochianos [a] suos, quorum duo erant in- 10 fra annos legitimos, [b] receperunt ad ecclesiasticam sepulturam. Econtra prædictus proposuit procurator, quod tam ex priuilegio, quam ex indulgentia speciali, licet Hospitalarijs omnes passim, præter excom- 20 municatos, & interdictos, ad ecclesiasticam sepulturam recipere, qui apud illos elegerint sepeliri: fideique commissa in vltima voluntate relicta, possunt licenter accipere, soluta tan- 30 tummodo quarta parochiali ecclesiæ, de cuius parochia [c] mortuorum corpora assumuntur, pręterquam de equis, & armis, [d] quæ indulta sunt ipsis in † subsidium terræ sanctæ, de qui- 40 bus quartam deducere nō tenentur: & infra.

¶ Talem super his duximus sententiam proferendam: quod prædicti Hospitalarij de cetero [e] non recipiant [f] parochianos ecclesiæ † supradictæ ad ec- 50 clesiasticam sepulturam, nisi apud eos [g] † elegerint sepeliri: & tunc parochialis ecclesia de oblationibus, lectis, & alijs, quæ defunctus pro anima sua in vltima dispositione reliquit, [h] præterquam de equis, & armis, recipiat quartam partem, & Hospitalarij residuum habeant, nisi dolo [i] vel fraude eorum defunctus inductus fuerit, ad dispositionem huiusmodi faciendam. Nihilominus ipsis Hospitalarijs iniungentes, vt de quarta trium millium solidorum Priori satisfaciant memorato: cum constet eos a parochianis [k] eius illos solidos recepisse: nec † sit sufficienter ostensum, quod eorum oblati vel conuersi fuissent.

¶ Eisdem præterea duximus iniungendum, quod nisi probauerint, quod G. † parochianus Prioris, qui fuit interfectus in campis, apud ipsos elegerit sepulturam, vniuersa, quæ ipsius intuitu receperunt, † Priori restituant memorato: † alioquin quartam partem solummodo restituere teneantur. Pro illis vero quos constat infra annos [l] legi-

† ad!

† prędictæ ecclesiæ.

† illos:

† Ad eius acquisitionē & defensionem sunt hospitalarij, & tēplarij specialiter deputati: vñ talia nō recipiēt diuisionem. Io. An.

a ¶ Parochianos.] nam, & monachi habent populum. 16. q. 1. Agapitus.

b ¶ Annos legitimos.] unde non potuerunt sibi eligere sepulturam, quia nec testamentum facere potuissent, ut. su. de pr[illegible] præsentia, & 2. q. 6. c. ei qui. §. diffinitiua. Sed pater potest eligere filio sepulturam, ut dictum est, sup. eo. de uxore quia potest ei facere testamentū. Inst. de pup. sub. §. igitur, quod uerum est si ipse faciat sibi alias si non fecerit sibi, nec filio impuberi facere potest. Inst. de pupil. subst. §. liberis. ff. de inoff. testa. Papinia. §. sed nec impuberis. T.

c ¶ Parochia. sic sup. c. proxi. Bern.

d ¶ De equis, & armis.] hoc inductum fuit fauore terræ sanctæ. 1 sic de his, quæ relinquūtur in ornamētis ecclesię, siue ad cultū diuinū, nihil deducit, s. de test. c. vl.

{Glo. seq. notat tractum futuri temporis, &c. determinat, signat contrarium, & soluit.}

e ¶ De cetero.] & ita tractus futuri tpis hic ad iudicem spectat, simile. s. eo. cū liberū, ī fi. Et sic est ꝯ illud. ff. de vsur. l. 1. §. 1. quod obtinet in his iurib. & seruitutib. & in annuis prestationibus, quia in talibus actio pertinet ad futurū. ff. si ser. ven. harum. & l. egi. & l. Labeo. & l. illa. d̄ vsur. ñ cō tradicit, q̄a ibi nō cōstabat adhuc de vsuris futuri temporis.

f ¶ Recipiāt.] Immo debent cauere neq; per se, neq; per successores eorū hec facturos & hęc est executio iudicis pro ad futurū tps arg. ff. si serui. vēd. harū. & à iudice possent iniūgi sub pœna excōicationis ne hoc facerent.

[G. seq. signat cōtrarium, & remittit, & opinionē soluit.]

g ¶ Apud eos.] & ita vī, q̄ q̄s possit eligere sepulturā apud locū minus religiosū: q̄a Hospitalarij minus religiosi sunt quā monachi. ar. 17. q. 2. bonę. ar. ꝯtra. s. e. fraternitatē. dic vt ibi notatum est. De hac materia cū quis vult eligere sepulturā, illū ordinē seruabit q̄ traditur. 13. q. 2. vbicūque. q̄ cap. quidā. intelligit de peregrinis, qui non hñt propriam sepulturā, qui debent sepeliri apud ecclesiam maiorem. Hugo ītelligit illud ca. de ciuibus, qui habēt ppriā sepulturā in ecclesia maiori; q̄ quāque morātur extra ciuitatē p villas vel castra: qui si ibi decedāt, non debēt suas sepulturas dimittere sine iusta causa, ut ibi dī: alias p̄sumit illi ctus uel ex cōtēptu, uel ex temeritate trāsire, ut plenè dixi s. eo. fraternitatem.

h ¶ Reliquit.] Hospitalarijs iure legati.

i ¶ Nisi dolo. & [illegible] dolus [illegible] spiritualib. rescindit [illegible] dilecti filij ubi de hoc, & tunc de reb. suis nihil deberēt habere hospitalarij; arg. 20. q. 3. [illegible] ff. si quis cau. si duo. [illegible] ff de arbit. si duo, & si propter [illegible]

K ¶ A parochianis.] qui elegerunt sepulturam apud hospitalarios, & ideo quartam debent restituere parochiali ecclesiæ.

l ¶ Annos.] isti non elegerunt sepulturam nec eligere potuerunt: 2 unde restituere debent hospitalarij prædicti, quicquid ipsorum occasione receperunt. Bern.

† Hic in vulgatis erat dictio, nisi, cū tamen legendum sit, nec sit, &c. vt in oībus manu scriptis, & in ueteri cōpil.] V V.

† receperint

] Vide l. 1. cū no. C. d̄ inst. & subst. & l. quæ sub conditio. §. quoties. cum uer. se. ff. de cōd. inst.

2 Nec partem [illegible] rūt, nō habebat [illegible] consuetudo loci. infra. licet lib. 6. Io. An.

Ex.

¶ EX parte.] Cōmunis diuisio. Secunda, ibi, Quocirca Abb. Sic.

CASVS. Quidam nobilis sollicitauit sæpe quandam puellā de stupro, & cū nō cōsentiret eidē, posuit ei insidias sup quodā pōte: & dū fugeret, casu cecidit de ponte, & mortua est: quęritur vtrum debeat in cæmeterio sepeliri, mādat Papa, ꝙ cum illa nō spōte pcipitauerit se de ponte, sed casu ceciderit, corpus eius dēt in cœmeterio sepeliri, maxime cū ex honesta causa fugisse noscatur, & cui cōicabatur viuenti, cōicādum sit iam defunctæ. No. ꝙ qui casu, & nō sponte submergitur, vel moritur, nō priuatur ecclesiastica sepultura: & e no ta regulam. Cui viuo cōicamus, & mortuo cōicare debemus.

[Glo. seq. recitatur per qualtionē, & soluit distinguendo.]

a ¶ Non sponte. quia si sponte, non esset sepeliēda in cœmeterio ecclesiæ, 23. q. 5. placuit, sed si sic se crede bat euadere posse, nō imputarei ei, etiam si sponte se pcipitasset de ponte, vbi videbat ꝙ euadere posset. ar. 13. dist. nerui. cū pro bono aut licito hoc facere posset, vnde si quid ↄtrariū eueniat, nō imputatur. 23. q. 5. de occidendis.

[Glo. seq. ponit 7. vel 8. casus, quib. fallit regula.]

b ¶ Cōicabatur. vel cōicare debuim⁹, quia tunc post mortem absoluere ex cōicatus: & ei postea cōicaret. ꝭ. de sen. ex. à nobis. simile. 24. q. 2 c. 1. & c. sane. fallit hæc regula in furibus, & latronibus, ꝭ. de fur. fures. Item in his qui moriūtur in torneamētis. 2 ꝭ. de tornea. c. 1. Item in raptoribus ꝭ. de rap. super eos. Item in his ꝗ seipsos interficiunt, vel pro suis sceleribus ꝗ interficiunt 23. q. 5. placuit. Itē in his, qui presbyteros instituunt in testamentis tutores filijs suis 88. dist. neque aliud. Itē in quolibet, quem constat in mortali peccato decessisse, 13 q. 2 non æstimemus. & ca. pro obeuntibus. Item in his qui post mortem conuincuntur de heresi. 4. 24. q. 2 sane profertur.

† Vide B. Th. & Archidiaconū supra citatos.

† Cap. 2 eo. tit. in 3. cōp.

† Dictio Butardi, deest in oibus antiquis exemplaribus.

† Vox. Garcionū, vulgaris est Italorum, qua iuniores famulos significant.

† Recte dicit, non spōte, nā ei ob castitatē seruādā non licuisset eispō te se interficere. B. Tho mas, 2. 2. q. 64 arti. 5. ad tertiū, argumētū, & Archidiacon⁹ ĩ e. non est no. stiū. 23. q 5.

† Vitrosieñ. episcopo.

2 Idē Conc. Trid ses. 25. de ref. c. 19.

3 Vide oīno Antoniū Gomeziū. tom. 3. vari. reso. c. vlt. nu. 8.

4 Vide c. 2. de hęr. l b. 6. & ibidē glossam, & doctores.

timos decessisse, ꝗ sepulturæ eorū gratia receperūt, restituant vniuersa.

¶ Idē archiep̄o Turoneñ.

¶ Casualiter mortuus, priuari non debet ecclesiastica sepultura.

CAP. XI.

ij EX † parte parētum M. nobis est intimatū quod cum nobilis vir dominus I. de insula Butardi † eidem posuisset insidias, quā sollicitauerat sępe d̄ stupro, & ipsa Garcionibus † q̄ eā rapere nitebantur, super quēdam pōtem occurreret, tandē fugiēs manus illorum, in amnem de ponte cadens fuit casu submersa. ¶ Quocirca mādamus, quaten⁹ cum illa non † sponte a p̄cipitauerit se de pōte, sed (sicut superius est expressum) casu ceciderit, corp⁹ eius tradi facias ecclesiasticę sepulturæ: pręsertim cum ex honesta cā fugisse noscatur, & cui cōmunicabat b viuenti, cōicādum sit iam defunctæ.

¶ Idem Nidrosieñ. archiepiscopo.

¶ Si ossa excommunicatorū sunt sepulta in ecclesiastico cœmeterio; & discerni possunt, debēt exhumari, & proijci, alias secus.

CAP. XII.

SAcris est canonib. institutū, vt quibus nō communicauimus viuis, nō communicemus c defunctis. & vt carāt ecclesiastica sepultura q̄ prius erāt ab ecclesiastica vnitate præcisi, † nec in articulo mortis ecclesiæ reconciliati fuerint. ¶ Vnde si contingat interdum quod vel excommunicatorū corpora, per violentiam aliquorū, vel alio casu in cœmeterio d ecclesiastico tumulētur, si ab aliorum corporibus discerni poterunt, exhumari e debent, & procul ab ecclesiastica sepultura iactari. Quod si discerni non poterunt, expedire nō credimus, vt cum excōmunicatorū f ossibus corpora extumulentur fidelium: cum licet non † obsit iustis sepultura nulla, vel vilis, impijs tamen celebris, vel speciosa g † non prosit.

¶ Innocentius iij. episcepo Magalon.

¶ Terra cœmeteriata pro sepultura fodienda, vendi non debet.

SAcris.] Diuiditur: nam præmittit exordium ad probationem dicendorum. Secundo soluendo distinguit ibi, Vnde. Et secūdum mēbrū distinctionis ibi, Quod si Abb.

verum corpus habebat; Nã de phantastico corpore, nec sanguis nec aqua potuisset exire. vnde ille qui vidit, testimoniũ perhibuit, & testimoniũ eius est verum; quia tres sunt, qui testimoniũ dãt in terra, spiritus, aqua, & sãguis Quòd videlicet Christus sit verus homo, ex aĩa rõnali† & humana carne subsistens, probatur ex eo, q̃ spiritum vitalẽ emisit: & de vero corpore ꝓbatur, qm̃ ex eo sanguis exiuit; & aqua: rationalis quippe anima nõ posset viuificare, nisi corpus humanum, a ex quibus verus homo consistit. Ceterum sicut fuit verus spiritus, & verus sanguis, ita procul dubio vera aqua; cum Christus sit veritas & à veritate omnis fallacia sit penitus aliena; nam si nõ fuisset aqua, sed phlegma, qđ de latere Saluatoris exiuit, ille qui vidit, & testimonium veritati perhibuit, profecto non aquam, sed phlegma dixisset: b nec in hoc verum regenerationis sacramentum fuisset ostensum, cũ per sacramentum baptismi non regeneremur in phlegmate, sed ĩ aqua: Neque per hoc posset vero argumento probari, quod in sacramento Eucharistiæ admiscenda† sit aqua vino, si de latere Christi non aqua, sed phlegma cum sanguine profluxisset. † Sed nec vera fuisset figura, quæ super hac re præcessit in veteri testamento, quando Moyses c virga percussit silicem, & ex ea non phlegma, sed aqua manauit. † Restat igitur, vt qualiscumque fuerit illa aqua, siue naturalis, siue miraculosa, siue de nouo diuina virtute creata, siue de componentibus ex parte aliqua resoluta, procul dubio vera † fuit: cum naturaliter possit, & compositum in componentia, & elementatum in elementa resolui: quemadmodũ verus exitit sudor ipsius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Cum autem ad compositionem humani corporis, quattuor elemẽta cõcurrant, videlicet terra, aqua, aer, & ignis: & ad vegetationem eiusdem corporis, quattuor humores illis d consimiles conueniãt, videlicet, sanguis, cholera, phlegma, & melancholia, vt veritatem humani corporis expressius demonstraret, vnum ex illis, & vnum ex istis Ioannes expressit, illaque potius ex illis, & ex istis quæ magis mysterio † congruebant, ex elementis aquam, & ex humoribus sanguinem: in quibus duobus, duo maxime † sacramenta redemptionis videlicet, & regenerationis elucent.

¶ Idem in concilio generali. †

¶ *Præcipit prælatis, & clericis in virtute obedientiæ, vt nocturnum officium & diurnum, studiose celebrent & deuote.*

CAP. IX.

Dolentes referimus, quòd nõ solum quidã minores clerici, verum etiam aliqui ecclesiarum prælati, circa† comessationes superfluas, & fabulationes illicitas (vt de alijs taceamus) fere medietatem noctis expendunt, & somno e residuum relinquentes, vix ad diurnum cõcentum auiũ excitantur, transcurrendo vndique continua† syncopa f matutinum. ¶ Sunt & alij, qui Missarum solemnia vix celebrant quater in anno, & (quod deterius est) interesse contẽnunt, & si qñ dũ hæc celebrantur, inter sint, chori silentiũ fugiẽtes, intendũt exterius collocutionib. laicorũ: dumq; auditum

a ¶ Nisi corpus humanum.] cum non possit habitare in sicco, arg. 32. q. 2. Moyses, nec corpus humanum vegetari põt, nisi per animam: nam nisi aliquãdo spiritus malign⁹ corpus mortui hõis subintret, vt 26. q. 5. nec mirum, non tamen illud viuificat, nec vnum cũ illo efficitur, sed illud mouet ad instar vẽti, qui laruã subintrat, & mouet ipsum

b ¶ Sed phlegma dixisset.] simile sup. de trãsla. inter corpora lia, & ĩ. de dec. ad audientiã, & est arg. nõ esse recedendum de facili a forma verborum. ĩ. de spon. ex literis. & C. de li. præ. l. 3. & ff. de iu. do. permittendo. Et hoc si iuri cõsonat, alias ad iurisperiti interpretationẽ recurrẽdum est. ff. de v sufr. leg. si alij. argu. sup. de consue. ex tris. ĩ. de ver. sig. præterea, & ff. de le. 3. non aliter. Ber.

c ¶ Moyses.] sic ĩ. de consec. dist. 2. reuera. hic ergo exigitur expressa similitudo inter ea quæ sunt in nouo testõ, & ea q̃ sunt veteri, alibi nõ exigitur diuersitas, ne videamur iudaizare. ar. ĩ. de sac. vnc. c. vnico. ver. verumtamen v nctiones. &c. Lau.

d ¶ Illis consimiles.] s. in frigiditate & caliditate, siccitate, & humiditate, quã cõuenientiam physicorũ propriũ est assignare, nõ iurisperitorũ.

ADDITIO. Vide bonam glo. in prœmio insti. §. igitur.

Dolentes.] Duo facit. Primo ponit clericorum duplicem excessum. Secũdo prohibet. ibi, Hęc igitur, Prima subdiuiditur in duas, prout duo sunt excessus. Secũda ibi, Sũt & alij. Abb. Siculus.

CASVS. In concilio isto reprehẽdit Papa clericos, & prelatos ecclesiarum, qui circa comessationes superfluas, & confabulationes illicitas potius sunt intenti, quã circa diuina officia, & quidã eorũ vix Missarum solemnia quater in anno celebrant. & hæc & alia similia, præcipit Papa sub pęna excõmunicationis & in virtute obediẽtiæ corrigi ac emendari. Not. q̃ clerici, & prælati, cõmessationibus superfluis, & cõfabulationibus illicitis vacare non debent. Itam in officio diuinis syncopatio reprobatur. Item officium diuinum deuote celebrari debet.

e ¶ Somno.] 1 requirit natura requiem: tamen captanda est hora congrua: vnde Seneca. Quies tibi sit non desidia. Ouidius sine titulo.

Stulte, quid est somnus, gelida nisi mortis imago.

Longa quiescendi tempora fata dabunt.

f ¶ Syncopa.] de consec. dist. 4 retulerunt. vnde versus.

Syncopa de medio tollit quod epenthesis auget.

De istis figuris dicitur in f. de verb. signific. forus.

a ¶ Sub-

† rationabili

† In antiquis ita, & vero corpore probatur &c. & absq; dictione, de qm̃ intelligitur p̃cedens participium nẽpe subsistens.

† al. ita: ad miscenda sit aqua cũ vino

† fluxisset.

Num. 20.

† emanauit.

† Vide B. Th. 3. p. q. 74. a. 6 ad 3. arg vbi citat hunc lo cũ, q perperã tribuitur Innocentio ij. in plurib. D. Tho. exẽplarib. cũ sit Innocentij iij.

1 Hæc glossa non hr̃ in vestustis codicibus.

† maxima.

† ministerio

† Scilicet Lateran. sub Inno. iij. c. 17. refertur c. 7. ti. de celebratione diuini officij, in 4. cõp.

† In codice Barbatię ita: circa cõmessatione superfluas, & confabulationes &c.

† cõtinuata, in concilio.

tum ad indebitos sermones effundunt, aures intentas non porrigunt ad diuina.

¶ Hæc igitur & similia sub pœna a suspensionis penitus inhibemns, districte præcipientes in virtute obedientię, vt diuinum b officium nocturnum pariter & diurnum, quantū eis Deus dederit, studiose c celerent pariter, & deuote. d

¶ Honorius tertius.

¶ Eucharistia debet mūdè seruari, & in eius eleuatione, & delatione populus debet se inclinare, & cum defertur ad infirmū, debet deferri in decenti habitu, & cum lumine: transgressores vero grauiter sunt puniendi.

CAP. X.

SAne † com olim, & inf. ¶ Ne propter incuriam sacerdotum diuina indignatio grau⁹ exardescat, districte præcipiendo mādamus, quatenus à sacerdotibus Eucharistia, in loco singulari, mundo, & signato semper honorifice collocata, deuote ac fideliter conseruetur. e

¶ Sacerdos vero quilibet frequenter doceat plebē suam, vt cum in celebratione Missarum eleuatur Hostia salutaris, se reuerenter inclinet, † idem f faciens, cum eam defert presbyter ad infirmum. Quam in decenti habitu, superposito mundo velamine ferat, & referat manifeste ac honorifice ante pectus, cum omni reuerentia & timore semper lumine præcedente, cum sit cādor lucis ęternę, vt ex hoc apud omnes fides & deuotio augeatur. Prælati autem huiusmodi mandati grauiter punire g non differant transgressores: si & ipsi diuinam, & nostram volūt † effugere vltionem.

¶ Idem vniuersis ecclesiarum prælatis.

¶ In ecclesijs collegiatis debēt celebrari duæ missæ collegialiter, vna ꝓ defūctis, alia secundū exigentiam diei, vt profesto, si festū occurrit, vel ꝓ feria, si feria.

CAP. IX.

CVm † creatura non habeat quid pro meritis respōdeat creatori, & inf. ¶ Mādamus, quatenus nullum in vos torporem negligētiæ obrepere permittatis, quo minus & ꝓ anniuersarijs h defunctorum, & pro festo vel feria, secūdum temporum cōgruentiam, Missarum solemnia cōuentualiter celebretis.

¶ Idem.

¶ In die cenæ Domini episcopus tantum in sua ecclesia debet missam celebrare, & chrisma conficere.

---

a ¶ sub pœna.] & ita non est canon latæ sn̄iæ, sed potius ferendæ. s̄. de iure patro. relatum. vbi de hoc.

[Gl. seq. recitetur per quæstionem, quæ sit pœna contra facientis.]

b ¶ Diuinum officium.] ad quod ēt sine isto præcepto tenentur. sup. e. presbyter, & ita qui contra hoc præceptū faciunt, inobediētiam incurrunt: vnde vr̄ ꝙ sint suis bn̄ficijs priuandi ꝑꝑ inobedientiam. arg. s̄. de maioritate & obed. illud. quia peccatū paganitatis incurrit q̄squis sedi Apostolicæ obedire cōtēnit octuagesima pr̄ia d. si q̄ sunt ꝑsbyteri, & infidelis esse cōuīcit, ēt si fidelis esse videat. 8. q. 1. sciēdū. si hoc est verū imo q̄a est, multi punirentur de inobedientia, q̄ est grauissimū peccatū, vt patet per iura prędicta. Sed dicas, ꝙ qui canonis inobediētiam incurrit, cū eo mitius agit quā cū eo qui iudicis inobedientiā incurrit arg. j̄. de cle. excōicato ministr. si celebrat. 1. & ff. de arbitris. Celsus. Ber.

c ¶ Studiose.] 2 quātum ad officiū oris, i. sine syncopa.

d ¶ Deuote.] 3 quantū ad officiū cordis.

SAne.] Quattuor sunt dicta. Secundum ibi, Sacerdos. Tertium ibi, Quam. Quartū ibi. Pręlati. Abbas Siculus.

CASVS. In capitulo isto præcipit Papa, ꝙ sacerdotes in loco mundo custodiāt Eucharistiā diligenter, ne ꝑ eorū incuriā diuina indignatio exardescat: & quilibet sacerdos frequēter doceat plebē suā, vt qn̄ in celebratione Missarū Hostia eleuatur, se reuerēter inclinet, & idem faciat, cum portatur ad infirmū lumine pręcedēte, & ꝑlati hm̄ōi mandati trāsgressores puniāt si & ipsi diuinam volunt effugere vltionem. No. quòd Eucharistia in loco mundo custodiri debet. Item qui faciunt contra mandatum Papæ, puniendi sunt.

e ¶ Conseruetur.] sub fidelibus clauibus, ne sinistra manus ad ea possit extendi, inf. de custo. Eucha. c. 1.

[Gl. seq. recit. per q. quam tripliciter soluit, & solutionem mediam moderatur.]

f ¶ Inclinet idē.] flexis genib. & pōt dicere ista verba.

Salue lux mundi, verbum patris: hostia vera;
Viua caro, deitas integra, verus homo,

Vel ista. Transsubstantientur res istæ in corpus & sanguinē tuū Dn̄e, ad honorē & laudem nominis tui, ad confessionē peccatorū & ad salutē animarū nostrarū. Vel orationē dn̄icā. Verba ista, trāssubstātientur res istæ, &c. debēt 3 dici antequā Hostia eleuetur ante illa verba, Hic est sāguis me⁹, & c. postea nō dēnt dici, cū iam sint trāssubstātiatæ ī corp⁹ & sanguinē. B.

g ¶ Punire.] ad arbitriū iudicis puniētur qui hoc non seruauerint; cum pęna certa hic nō statuatur ff. d̄ offō delegati, de causis, & ff. de iure deliberā. l. 1. in fin. vbicunq; .n. pœna non statuitur, ad arbitriū iudicis imponitur. 4

CVm creatura.] Primo ponit mādatum. Secundo præmittit causam generalem. ibi, Mādamus Abb. Siculus.

CASVS. Prælati & clerici cōuētualiū ecclesiarū, Missas ꝓ anniuersarijs defunctorū sine cōuentu celebrabāt, s. solus sacerdos cū vno alio, qd̄ significatum est dn̄o Papæ: vn̄ mandat Papa oīb. ꝑlatis ecclesiarū, quatenus nullam negligētiā in eos permittāt obrepere, quo minus Missarū solēnia pro anniuersarijs defunctorū, & pro festo vel feria cōnētualiter s̄m tpum congruentiā dēant celebrare. No ꝙ negligētia in prælatis reprobatur. Itē in officijs diuinis celebrandis congruentia temporis attendenda est.

[Gl. seq recit. per q. quid hic dicatur anniuersarium.

h ¶ Pro anniuersarijs.] anniuersarium dr̄ quod pro defuncto fit anno reuoluto à die mortis suæ; sed dicitur hic anniuersarium officium, scilicet. quod fit quotidie pro defunctis, quod facere debent sacerdotes, quia animæ defunctorum 5 soluuntur, aut orationibus, & sacrificijs sacerdotum, aut precibus sanctorum aut ieiunijs & eleemosynis cognatorum. 13. q. 2. animæ defunctorum, & quia nescimus quibus prosunt pro omnibus hæc sunt facienda, ea. causa. & q. non æstimemus, nisi pro illis, quos cōstat in mortali peccato decessisse. 23. q. 5.

---

1 Adde ꝙ no. j̄. de ele. gr̄ia li. in glo. ꝯfaciens li. 6. & s̄. de treu. & pac. c. 1. Io. A.

2 Hæ duæ glossulæ nō sunt in antiquis codicib.

† Vide cōcil. Trid. ses. 12. in decreto de sanctissimo Eucharistiæ sacramento. c. 6. & canone. 7.

† inclinent.

3 Non putes ꝙ sit necessariū hæc verba prēmitti, qm̄ absque illis ex vi verborū, hic est sanguis &c. spēs panis, et vini transubstantiantur in corpus, & sanguinem D Domini Iesu Christi.

† voluerint.

4 Cōcor. l. 1. & ibi. Bar. ff. vi bon. rap. tex. in l. ꝑtor edit. cō not, ff. de iniur.

† Vide cōci. Trid. ses. 22. ti. Doctri. de sacrificio Missæ. c. 2. canone. 3. & ses. 25. decreto d̄ purgatorio.

5 De hoc articulo vide late per Sotum li. 4. sen. d 47 q. 2. per toti, & Syluestrū ī sum. verbo suffragium.

23.q.5.placuit. Isti.n.negligentes erant in officijs mortuorũ vñ mãdat Papa, vt torporẽ negligentiæ abijciant & Missarũ solẽnia celebrẽt pro anniuersarijs defunctorũ ꝯtinualiter & ꝓ festo cũ aduenerit, & Missã de ferijs celebrent q̃ñ nõ est festũ, ita ꝗ non dimittant officium mortuorũ, & 1 in cõuentu, non singulari ter: cum pauci forsitan nolebant plures Missas dicere.

1 al. ita: & in cõuentu uero singulariter cũ paucis nolebãt forsitan. &c.

CAP. XII.

TE † referẽte: & infra. ¶ Cum cuilibet sacerdoti quacunq; dignitate prefulgeat, vnam in die celebrare Missam sufficiat: [a] nam & valde est felix, qui celebrat digne [b] vnã: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus die cenę Domini in ecclesia Sypontina [c] duntaxat, in qua teneris chrisma conficere, Missarũ studeas solẽnia celebrare.

¶ Idem archiepiscopo Ablasen.†

¶ *In sacrificio altaris plus de vino, quàm de aqua ponendum est.*

TE referente.] Ponit mãdatũ, cuius premittit causam generalem ibi, Fraternitati. & ponit casũ, vt in gl. fi. Abb.

† Vide B.Th. 3. par. q. 83. ar. 2. ad 2. ar.

a ¶ Sufficiat.] de ꝯse. dis. 1. sufficit & s. eo. ꝯsuluisti. nisi in natiuitate Dñi, vt ibi dr.

b ¶ Dignè vnam.] & melius est celebrare illã de illa die, q̃ alia supra eo. quidam.

c ¶ Sypontina.] archieps Sypontinus die cenæ Domini de antiqua cõsuetudine ꝯficere tenetur chrisma in ecclesia Sypontina: sed idem archieps eodem die mane de consuetudine accedit ad Garganicam ecclesiam, vt recipiat ibi peregrinos illius loci, & ibi à clero & populo ipsius loci celebrare compellitur: vnde super hoc implorauit consilium Papę, & Papa respondet, ꝗ tantum in ecclesia Sypontina, in qua tenetur chrisma conficere, debeat celebrare. Et sic est arg. ꝗ Missa fit de substantia confectionis chrismatis, sicut dici consueuit, ꝗ fit de substantia collationis ordinum. ar. supra de transla. inter corporalia.

† Casalen. Valualeñ. Vbsaleñ. hoc vltimũ forte uerius.

† Vide oĩno B.Th. 3. par. q. 73. ar. 8. & Dominicum Sotum lib. 4. sen. dist. 9. q. 1. art. 6.

CAP. XIII.

PErniciosus † ĩ tuis partib. inoleuit abusus, videlicet, ꝗ in maiori quantitate de aqua ponitur in sacrificio, quam de vino. Cum secundum rationabilem consuetudinẽ [d] ecclesię generalis, plus in ipso sit de vino, quã de aqua ponendum. Ideoque fraternitati tuæ mandamus, quatenus id non facias: nec in tua prouincia fieri patiaris.

¶ Idem episcopo Brixien.

¶ *Ab officio & beneficio deponitur presbyter, qui sine aqua & igne, vel in pane fermentato, vel vase ligneo sacrificat.*

PErniciosus.] Primo ponit abusum quem secundo reprobat. Tertio fieri prohibet. Secunda ibi, Cum. Tertia ibi Ideoque. Abb. Sic.

CASVS. Consuetudo erat in quibusdam partibus, ꝗ sacerdotes plus ponebant de aqua in sacrificio, quam de vino, mandat Papa episcopo loci, vt hoc de cetero fieri non permittat: cum secundum consuetudinem ecclesiæ generalis, plus sit de vino quam de aqua ponendum. No. ꝗ generalis consuetudo ecclesiæ ab omnibus est seruanda: quia turpis est pars, quæ suo non congruit vniuerso.

[Gl. seq. notat consuetudinem attendi, inducit quattuor similibus addit etiam aliam rationem.]

d ¶ Consuetudinem.] no. ꝗ consuetudo attenditur in sacramento altaris: sic etiam consuetudo attenditur in baptismo de consecr. dist. 4. de trina. & in ipsa Missa consuetudo metropolitanæ ecclesiæ, & in alijs diuinis officijs ab alijs ecclesijs suæ prouinciæ dẽnt obseruari. de consecr. dist. 1. institutio. & 12. dis. c. vltim. sic & in matrimonio quandoque attenditur s. de cog. spi. super eo. & in ieiunio s. de obser. ieiu. c. 2. §. 1. & sic pater generalem ecclesiæ consuetudinem ab omnibus esse obseruandam. 100. dist. contra morem. & sic saltem credamus, quod hæc consuetudo à sanctis ecclesiæ patrib. fuit instituta, quasdã.n. consuetudines solus vsus approbauit, 11. di. ecclesiasticarum, & ita 2 solo vsu antiquorum patrum ponitur plus de vino q̃ de aqua. Et alia ratio posset assignari. Vinum delectabilius est ad bibendum quã aqua, & iõ ponitur plus de vino quam de aqua, nam si plus poneretur de aqua, non trãsiret ita suauiter, & ne horrorẽ generaret, vnde posset periculum imminere: quia aqua malũ stomachum facit. Quare aqua misceat̃ cum vino, dicitur s. eo. cũ Marthæ. §. quæsiuisti, ad finem sicut dicit de sanguine Christi: quia sub alia similitudine sanguinem Christi bibis, ne aliquis horror fit de cõsecratione distinctione secundas. panis. Ber.

2 De hoc articulo vide Sotũ initio captis citatum.

CAP. XIV.

LItteras † tuas recepimus cõtinentes, quòd cũ super excessibus presbyteri ecclesiæ sanctæ Brigidæ Brixien. inquireres, confessus [e] est, quòd cum quadam die Hostiam & calicem non haberet, in pane fermentato, [f] & scypho ligneo [g] Missarum solemnia celebrare præsumpsit: & infra.

¶ Intellecto iterum, ꝗ prædicta ecclesia per malitiã dicti presbyteri multiplicitet iterum cępit inquirere contra ipsum, & ex eius confessione inuenit, quod idem sine igne sacrificabat & aqua, quasiuit episcopus a Papa, quid faciendum esset de ipso? Respondet Papa, cum ex aperta malitia, vel nimia negligentia siue ignorantia peccasse videatur, mandat quatenus officio & beneficio perpetuo priuet eundem.

LItteras.] Primo ponit duos excessus presbyteri. Secundo alios duos ibi, Intellecto. Tertio punit mandat. ibi, Cum igitur. Abb.

† Vide B.Th. q. 74. ar. 4. & q. 83. ar. 3. ad 6. ar. & q. 74. ar. 6. & 7. his. n. locis agit de singulis partib. huius decretalis.

CASVS. Cum episcopus Brixieñ. inquireret sup excessib. psbyteri ecclesię sãctę Brigidæ Brixieñ. confessus est idem sacerdos ꝗ cum quadam die Hostiam non haberet, nec calicem, in pane fermentato, & scypho ligno Missarũ solẽnia celebrare præsumpsit: Item alia vice intellecto, quod ecclesia illa per eundem presbyterum lęderetur

3 Et in hoc grauiter errauit. Vide B. Tho. 3. pa. q. 74. ar. 4.

Nota ꝗ cum pane fermentato, vel in vase ligneo sacrificari non debet. Item sine igne & aqua sacrificari nõ debet. Item ex aperta malitia, vel nimia disipientia peccandi parcendum non est.

e ¶ Confessus.] ergo pro conuicto haberi debet. sup. de confessis. cum super. & C. eo. tit. l. vnica.

[Gl. seq. recte per quæstionem.]

f ¶ Fermentato.] quod quidem non licet: quia scriptũ est: Non in fermento veteri, sed in azymis syncceritatis &c. vnde dixit Hug. 3 ꝗ si quis conficeret de fermentato pane in ecclesia occidentali, nihil fieret. de conse. di. 2. in sacramento.

g ¶ Ligneo.] quod non licet de conse. dist. 1. vasa propter hoc tamen non minus conficeret. quia olim in vasis 1 gneis conficiebat sacerdotes; sed propter decus ecclesiæ Syluester Papa viij. 4 instituit, vt vasa argentea essent in ecclesia. vt de consec. dist. 1. vasa. De ære, aut aurichalcho non fiat calix: quia ob vini virtutem ærugin em parit, & vomitum prouocat, nec hodie de ligno, vel vitro fieri debet, de consecr. dist. 1. vt calix.

4 Ita vt hic ẽ impressũ habet oẽs glossæ in antiqs libris, verum nullus fuit Syluester octauus, & in cõcilio Triburieñsi c. 18. vñ sumptum est c. vasa, de consec. di. 1. ita scriptum est: Tũ deinde Vrbanus xviij. Papa oĩa ministeria sacra fecit argẽtea: inde ergo restitue hanc glossam.

a ¶ Ite-

a ¶ Iterans.]non super his criminibus super quib. inquisitio facta fuit,sed super alijs. j. de accusat. de his. j. de collu. c. vlt. quia crimina semel dimissa, iterũ in vltionem venire non patimur 24. q. 4. si illic & de delicto vnius hominis nõ est sæpe quærendum. ff. nau. cau. sta licet. §. vlt.

b ¶ Sine igne.]quod fieri non debet, quia legitur, 1 Ignis in altari meo semper ardebit: & ille ignis luxit sub aqua lxx. annis, q extinctus fuit Antiocho vendẽte sacerdotium Iasoni. 1. q. 1. sicut eunuchus. Itẽ nec sine aqua sacrificare potuit, sed vtrũq; in calice mixtum esse debuit: quia vtrũq; de latere saluatoris exiuit. s. ea. in quadã. de cõs. d. 2. c. 1. & 2. Alios errores de isto sacramẽto habes de conse. di. 2. cũ omne crimen.

1 Leui. c. 6.

c ¶ Nimia desipiẽtia. vnde ei parcendum nõ fuit: quia ab alijs quærere poterat. 37. dis. §. 3. & vlt. & 38. di. qui ea, & de consec. di. 2. c. 3. Ber.

tipliciter lædebatur, inquisitionis officiũ iterãs,[a] ex eius confessionib. inuenisti ꝙ idem sine igne[b] sacrificabat & aqua. Cũ igitur vel ex aperta malitia, vel nimia desipiẽtia[c] peccasse probetur: Mãdamus, quatenus officio, & beneficio, perpetuo ipsum priues.

DE BAPTISMO, & eius effectu.

Viso de sacramẽto Eucharistiæ, quo nihil i sacrificijs maius esse potest, de conse. di. 2. nihil. merito subijcit de baptismo, ꝙ est sacramentum valde necessarium, sine quo nemo potest saluari. j. c. maiores. de conse. di. 4. c. firmissime. Tractatur etiam de eius effectu producit enim tres effectus: nam remittitur culpa. item vitatur donationis periculum, & aperitur regnum cæleste. j. eo. maiores. vide gl. de consecr. dist. 4. c. 2. Abb.

† Ca. 1. ti. de baptismo puerorũ in 2. cõp. Et de intellectu vide B. Tho. 3. par. q. 66. ar. 5. & Sotũ li. 4. sen. dist. 3. q. 1. ar. 5.

TITVLVS XLII.

De baptismo, & eius effectu.

¶ Alexander tertius.

¶ *Licet puer sit ter mersus in aqua in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, si non sit dictum: ego te baptizo in nomine patris, &c. nõ est baptizatus.*

CAP. I.

SI quis † puerum ter in aqua imerserit[d] in nomine patris & filij, & spiritus sancti amen: & nõ dixerit: ego[e] te baptizo in nomine patris,[f] & filij, & spiritus sancti amen, non est puer baptizatus.[g]

¶ Idem.

¶ *Si probabiliter dubitatur, an quis fuerit baptizatus, potest baptizari forma hic expressa.*

CAP. II.

DE † quib. dubium[h] est, an baptizati fuerint, baptizantur his verbis præmissis. Si baptizatus es, non te baptizo:[i] sed si nondum baptizatus es, ego te baptizo, &c.

¶ Innocentius iij. Arelateñ. archiepiscopo.

¶ *Sacramentum baptismi vtiliter confertur paruulis, licet non credant nec intelligant, & remittitur eis peccatum originale. h. d. vsque ad §. verum.*

De hac materia habetur de conse. di. 4. per totum.

SI quis.]Casus patet. No. ꝙ in baptismo forma verborum est de substantia ipsius, & ea omissa nihil agitur.

d ¶ Immerserit. ĵi. immergẽdo dixerit, in nomine patris & filij, &c.

[Gl. seq. quærit. & soluit.]

e ¶ Ego te baptizo.]nunquid pronomen, ego, 2 est de substantia formæ? Non: quia plenum generat sensum hæc vox baptizo, sine hoc pro nomine ergo, ar. de consec. dist. 4. retulerunt, vbi dicitur: siquis ita dicit, baptizo te in nomine patris & fi. & c. baptizatus est, quia ex quo baptizare intendit, pronomen ibi non ponitur.

Gl. seq. alleg. duas concord. signat unum cõtrarium, & sol.]

f ¶ In nomine patris.]de conse. di. 4. in synodo multi. Arg. s. ea. à quodam. Solum. illa littera. in noĩe trinitatis, intelligitur explicite. & quod sequitur ibi in nomine Christi tantũ, dispositum fuit illud ab Apostolis ex causa, vt in principio baptizarent in nomine Christi. 3 in quo verbo intelligitur vnctus, inungens, & per quẽ vngitur, i. pater, filius, & spiritus sanctus: sed hodie non seruatur forma illa tamen si aliquis sic hodie baptizaretur sua his verbis, baptizatus esset: licet fieri nõn debeat, vt dixit Io. in illo cap. à quodam, hæc est ergo forma baptismi, quæ hic traditur, quã seruat ecclesia, & qui omittit hanc formã, nihil agit. j. ti. proxi. veniens. saluo eo qđ dr̃ in nomine Christi, q a illud intelligitur implicite, quod est in ista explicite. Et hoc dicunt quidã dictum fuisse ex cã in primitiua ecclesia vt ampliaret̃ nomen Christi in illo tẽpore, quod nomen homines abhorrebant tunc: & quod tũc implicite dicebatur, in nomine Christi, modo explicite dẽt dici nominibus trium psonarum expressis, vt dr̃ in hac dec. aliàs Nicolaus decepisset illos, quib. respõdit, illos esse baptizatos, qui baptizati erãt in nomint Triminaris, vel in noĩe Christi tantum in primitiua ecclesia, vt in actibus Apostolorũ legitur, vt dr̃ in ca. prædicto. a quodam vbi Hug. manifeste comprobat formam, quę hic traditur, ostendendo causam, quare in primitiua ecclesia tempore Apostolorum baptizabant in hac forma ĩ nomine Trinitatis, siue in nomine Christi tãtum, & Nicolaus in sua responsione, quam fecit in c. à quodã. retulit se ed tempus primitiuæ ecclesię. dixit Hug. ꝙ de hac forma, quæ hic traditur, nihil est mutandum uel diminuendum secundum quod notauit de consec. dist. 4. multi. Ber.

Caietanũ & Sotũ li. 4. sẽ. dist. 3. q. unica art. 6.

† Vide B. Th. 3. par. q. 66. artic. 9. & B. Clementem lib. 6. ca. 15. consti. Apostolicarum.

2 Vide citatos initio decretalis, ex q bus intelliges uerã esse hanc glossæ sententiam.

3 De materia huius glossę, an. s. ualeat baptismus ĩ nomine Christi, uel in nomine Trinitatis. uide B. Th. 3. p. q. 66 art. 6. & ibi

g ¶ Baptizatos.] arg. ꝙ ubi aliquid deest de substantia eius, ꝙ exigitur ad esse rei, nihil actum est. argu. 1. q. 6. Daibertum. arg. contra s. de sacra. non ite. c. 1. & ul. ubi supplentur quæ omissa erant, sed illa unctio non est de substantia sacramenti.

DE quibus dubium.]CASVS. Si de aliquib. sit dubium, an sint baptizati, datur forma, quib. uerbis præmissis debeant baptizari, No. ꝙ ratione dubij fiunt quæ aliàs non fierent.

h ¶ De quibus dubium.] sic de consecrat. distinct. 4. si nulla. & distin. 1. solemnitatis. & c. ecclesiæ uel altaria idem & in ordine. 78. distinctio presbyteri, quos & §. sequenti.

[Gl. seq. ponit opin. quam reprobat.]

i ¶ Baptizo.]dicunt quidam, ꝙ si prius fuit baptizatus eundem characterem iterare non est incõueniens ut reiteretur, arg. illius c. 68. dis. presbyteri, quod nihil facit. & dicunt simile: quia eadem possessio ex pluribus causis acquiritur. ff. de acqui. poss. possideri. §. si ex pluri-

pluribus,ſed hoc nõ eſt verũ: quia ſi primo baptizatus fuit,nihil ſecundo additur, ſed ad vocem refertur talis reiteratio; & eſt ſignum ſolummodo, ꝙ ſi baptizatus, arg.ad hoc.68.di.c.presbyteri. §.quia ergo. vbi Gratianus.h.d.arg.C.de ind.vid.l.2.vbi dr, ſcdam manumiſſionem nihil addere vel minuere. Ala.

CAP. III.

Maiores † eccleſiæ cauſas,præſertim [a] articulos fidei contingentes, ad Petri ſedem referendas intelliget,qui eum [b] quærenti Domino,quem diſcipuli dicerent ipſum eſſe,reſpondiſſe notabit: Tu es Chriſtus filius Dei viui, & pro eo Dominum exoraſſe, ne deficiat [c] fides eius.

¶ Quibuſdam igitur quæſtionibus,quas contra Catholicos hęretici mouerãt, nos poſtulas reſpondere. Aſſerunt enim paruulis inutiliter baptiſma conferri[1], quod nituntur probare, illud primo, & pręcipue inducentes,quod cum ſecundum verbum Iacobi Apoſtoli dicẽtis in epiſtola ſua: Charitas operit [d] multitudinem peccatorum,& iuxta illud teſtimonium veritatis in Euangelio de peccatrice, quæ ipſius pedes lauerat, perhibentis: Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum: non niſi per charitatem, & in charitate,crimina dimittantur, paruulis, qui nec ſentiunt, nec conſentiunt, & charitatem nõ habent, quæ ſentientibus, & conſentientibus tãtum infunditur, peccatum non dimittitur in baptiſmo, & infra.

¶ Ad id autem taliter † reſpondemus, quod † baptiſma circumciſioni ſucceſſit.(Abſit enim, vt in illam damnatam hæreſim incidamus, quæ perperam affirmabat,legem cum Euangelio, & circumciſionem cum batiſmo ſeruandam: quoniam ſecundum Apoſtolum dicentem ad Galathas: Si circumcidimini, [f] Chriſtus võbis nihil prodeſt.) Cum ergo circumciſio tam adultis, quàm paruulis ex pręcepto [g] Domini conferretur; ne baptiſmus, qui ſucceſſit loco ipſius,& generalior tamẽ exiſtit, cum † tam viri, quàm feminæ [h] baptizentur, minoris videatur effectus, tã adultis, quàm paruulis eſt conferendus. Sicut enim ſine diſtinctione qualibet

¶ Maiores.] Diuiditur decr. hęc tota in duas partes. Primo, ponit exordiũ, ꝓbãs magnas qõnes maxime q̃ fidẽ tangẽtes,referẽdas eſſe ad Petrũ. Scdo ibi. Quibuſdã ponit epiſto. q̃ quattuor hẽt partes ſicut quatuor ſũt q̃ſtiones. Scda ibi, verũ. Tertia ibi,ſed ad huc. Quarta ibi, Itẽ quærit. prima ſubdiuidit. Primo ponit hæreticorũ obiectio duabus auctoritatib. munitis. Scda ibi,ad id.ipſi⁹ ſolo. Tertia, ibi, Ceterũ, auctoritatibus rñdet. Abb. CASVS. Quidã hæretici ſeferũt quaſdã qõnes catholicis, archiepũs Arelaten. poſtulauit dñm Papam illis qõnib. rñdere, dicebãt.n.ꝙ paruuli inutiliter baptizãt, ad qđ probãdũ inducebant auctoritatẽ B.Iacobi Apoſtoli dicẽtis,charitas operit multitudinẽ peccatorũ:& auctoritatem Euãgelij de peccatrice,q̃ lauit pedes Domini dicentis: Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quia dilexit multum: ſed non niſi per charitatẽ, & ĩ charitate crimina dimittũtur,& paruuli nec ſentiũt,nec cõſẽtiunt,nec charitatem habent,quæ tantum ſentientibus & conſentientib. infunditur, & ita paruulis peccatum non dimittitur in baptiſmo: Ad quod reſpondet Papa, ꝙ baptiſma circumciſioni ſucceſſit,ſed abſit,vt in illam hæreſim incidamus,q̃ aſſerit,legem cum Euangelio,& circumciſionem cum baptiſmo ſeruandam: quia dicit Apoſtolus:Si circumcidimini, Chriſtus nihil vobis prodeſt:ſed circumciſio & paruulis, & adultis conferebatur, & baptiſmus, qui ſucceſſit loco illius, generalior eſt,& cũ tam viri, quàm feminæ baptizentur,non debet eſſe minoris effectus:& ita tam paruulis,q̃ adultis eſt conferendus, ſicut enim in veteri lege dicebatur, Anima cuius ꝑputij caro circumciſa non fuerit,peribit de populo Dei:ita nunc dicitur: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei, ab iſta generalitate nec ſexus, nec ætas excipitur: verumtamen notandum eſt, quantum plus hodie baptiſmus conferat Chriſtianis,quam Iudeis circumciſio olim contuliſſet. In fine auctoritatis prędictæ, Anima cuius,&c.dicitur,peribit de populo ſuo: In auctoritate Euangelij dicitur;non intrabit in regnum Dei;Olim per circumciſionem licet culpa originalis peccati dimitteretur, & periculum vitaretur, non tamen perueniebatur ad regnum cælorum, ſed per baptiſmum culpa remittitur,vitatur periculum, & ad regnum cælorum peruenitur,quod omnib. vſque ad mortem Chriſti fuerat obſeratum: Abſit enĩ, vt vniuerſi paruuli pereant, quorũ quotidie tanta multitudo moritur, quin Deus aliquod remedium illis ꝓcurauerit ad ſalutem: prędictę vero auctoritates quas inducebãt hęretici, intelligẽdæ ſũt de adultis, qui hẽnt multitudinẽ peccatorũ, quia de paruulis nõ poſſent ĩtelligi, qui peccato tãtũ originali grauantur, & eodẽ modo illa auctoritas: Qui crediderit & baptizatus fuerit,tota intelligit de adultis cum paruuli non poſſint credere, ſed adulti. Not ꝙ cũ de articulis fidei dubitatur, ad Romanã ſedẽ eſt recurrẽdũ. Item baptiſmus loco circũciſionis ſucceſſit. Itẽ per circũciſionem peccatum originale dimittebatur, Item ianua paradiſi ĩ morte Chriſti fuit aperta,& per hoc approbatur,ꝙ antiquitus ſancti Patres deſcendebant ad inferna.[1] Item licet Chriſtus mortuus ſit pro omnib. quo ad ſufficientiam, tamẽ prędeſtinatis tãtũ quo ad efficientiã. Item vniformis debet eſſe intellectus cuiuslibet auctoritatis.

a ¶ Cauſas pſertim.] 17.diſt.huic ſedi.& 24.q. 1. quoties.

b ¶ Eum.] id eſt. Petrum.

c ¶ Ne deficiat.] ex hoc patet, ꝙ eccleſia non poteſt eſſe nulla.23.q.1.pudenda.in fi. vbi Auguſt. hoc probat. ad idem.21.di.c.1.ad fi.in verſ. ego pro te rogaui,&c.

d ¶ Charitas operit.] hæc eſt prima obiectio hæreticorum,ꝙ ſi nõ habuerimus charitatem, etiam ſi ſanguinem noſtrum effuderimus,& noſtram ſubſtantiam totam dederimus pauperibus, magis tormenta ſunt, quã corona victoriæ 1.q.1. vide quantum bonum. vnde dicitur charitas recta voluntas, bonis terreris ac ſumptib. ſemper aduerſa de pœnit. diſt.2. charitas.

e ¶ Circũciſioni ſucceſſit.] q̃ ſupplebat vicem baptiſmi in paruulis,q̃ erãt de ſtirpe Abrahæ:in alijs aũt ſupplebat fides parẽtũ de cõſec.di.4.qđ aũt apud. & c.ex quo.

f ¶ Circumcidimini.] 28.q.1.ſic enim circa fi. per vnã columnam,ver.ecce egõ Paulus,&c.

g ¶ Ex præcepto.] In veteri Teſtamento.

h ¶ Feminæ.] ſed circumciſio ad ſeminas [2] non pertinebat,ſed offerebantur,28. diſt.in templum,& ibi nomen imponebatur,vnde baptiſmus generalior eſt.

†Cap.1.eod. tit.in 3.cõp.

Matth.c.15. & Luc.c.22.

Luc.7.

†al. ita: tibi rñdemus.

† Hic locus ex antiquis exemplarib. eſt reſtitutus vt eſt impreſſus,nã in vulgatis perperẽ legitur ita,ꝙ cum baptiſma ſucceſſerit circumciſioni, & c.in quibus nullo pacto cohæret orationis ſeries, vt ſequentia indicant.

Galat. 5.

†al.ita:& tã viri, & c.ſed lectio, quam retinuimus, ſanior eſt.

1 Id eſt,ad ſinũ Abrahæ, vbi ſupernæ pacis ingreſſum ſpe felici expectabant, vt ait Beda ſuper Euãg.Luc.2.

2 Vide Magiſtrum ſent. lib. 4.diſt.1. §.q̃ritur aũt, ibidem alios Doctores, & B. Thom. 3. par.q. 70.ar 2.

Mosayca lex clamabat: Anima, cuius pręputij caro circumcisa non fuerit, peribit de populo [a] suo, ita nunc indistincte vox intonat Euāgelica; Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit [b] in regnum Dei, ab hac generalitate nec sexum, nec ætatem excludens. [c]

¶ Caute tamen notandū est, quantū plus baptismus hodie cōferat Christianis, quam quōdā Iudæis circūcisio cōtulisset, dictum est in fine prędictæ auctoritatis inductæ de veteri lege: Peribit de populo suo. In Euāgelica verò auctoritate subiūctū est, Nō intrabit in regnū Dei: quoniam etsi originalis culpa remittebatur [d] per circūcisionis mysterium, & dānationis periculū vitabatur, nō tn̄ perueniebatur ad regnū cælorū, quod vsque ad mortē Christi fuit omnib. obseratū: † sed per sacramentū baptismi Chri sāguine rubricati culpa remittitur, vitat periculū, & ad regnū cęlorū ētr peruenitur, [e] cuius ianuā Christi sanguis fidelibus suis misericorditer reserauit. [f] Absit enim vt vniuersi paruuli pereant, quorum quotidie tanta multitudo moritur, quin & ipsis misericors De⁹, q̄ neminē vult perire, aliquod remedium procurauerit ad salutem.

¶ Ceterum ex vi litteræ satis patet, prędictas auctoritates [g] intelligendas esse tantummodo de adultis, q. habent multitudinem peccatorum, cū de paruulis nō possit † intelligi, qui peccato tantum originali tenentur. Similiter & illa auctoritas est soluenda, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, & cetera, [h] cū non possint credere paruuli, sed adulti, & ob hoc tota auctoritas [i] hic † intelligēda est de adultis, ne ad alios prima, & ad alios secūda clausula referatur: quamuis nō nulli concedant, quod paruuli credunt, nō per vsum, sed per habitum fidei, quē suscipiunt in baptismo, sicut & alia multa verba, secundum cōmunē vsum loquendi non ad actum, sed ad aptitudinem [k] referuntur.

¶ Illud † vero qd' opponētes inducunt, fidem aut charitatem, aliasque virtutes paruulis, vtpote non consentientibus, non infundi, à plerisq; non con-

[Gl. se. alle. 2. ꝯcor. signat vnū ꝯtrariū, & sol. duplr.]

a ¶ Peribit de populo.] hic collr, ꝙ per circumcisionem saluabantur in veteri Testamento. sic de cōsec. dist. 4. ꝙ autē, & c. ex quo. Sed cōtra, de pęn. dist. 1. §. itē vt Chris aut, in fi. vbi dr̄, ꝙ circūcisio data est Abrahæ in signum iustitiæ, non in cām iustificationis. Sed illud intelligit̄ quoad ipsum Abraham, qui iam iustificat⁹ erat, & non quo ad alios. vel exponitur illa littera & suppletur ibi solum vel tm̄. Bern.

b ¶ Nō intrabit.] de consec. dist. 4. firmissimè. Bern.

c ¶ Ætatē excludēs.] immo includit, qm̄ sub noīe masculino, dū dixit; Nisi qs renat⁹ fuerit, &c. fęmina ꝯp̄hēdit̄ ff. de ver. sign. l. 1. & de pę. di. 1. si quis cū tecto.

d ¶ Culpa remittebatur.] i. originale peccatum, nō ṫ perit⁹ adhuc est sublatū, [1] sed manet in homine, nō tamen obest. de consecr. di. 4. c. 2. et ¶ Peruenit.] de consec. di. 4. per aquam.

f ¶ Reserauit.] de cōsecr. dist. 4. proprie.

g ¶ Auctoritates.] s. Iacobi, s. charitas operit multitudinē, &c. & illam in Euāgelio de peccatrice, Dimissa sunt ei, &c.

h ¶ Et cetera.] s. saluus erit: Qui autem nō crediderit, nec baptizatus fuerit, condemnabitur.

[Gl. seq. alle. vnā ꝯcor. & vnū ꝯtriū.]

i ¶ Tota auctoritas.] vniformis. n. dēt esse cuiuslibet auctoritatis intelāus. arg. 16. q. 7. & hoc dicimus. Arg. ꝯtra 3. q. 4. hi q.

K ¶ Ad aptitudinē,] sicut & illud participium, retinens, ꝙ ponitur in descriptiōe matrimonij, ad aptitudinē non ad actū refertur, q̄ hr̄. 27. q. 2. §. Matrimonium est cōiūctio maris & feminę, indiuiduā vitæ cōsuetudinem retinēs: intellige quamuis non retineatur quo ad actum, tn̄ quo ad aptitudinem retinetur, sicut consueuit dici de iustitia. ff. de iustit. & iu. l. iustitia secundum ꝙ iustitia est in creatura.

ILLVD VERO. Opponebant prædicti hæretici fidem, aut charitatem, & alias virtutes paruulis non infundi: qui non consentiunt, sed istud non simpliciter cōceditur, cum inter Theologos quæstio referatur. Quidam dicunt, per virtutem baptismi paruulis culpam remitti, sed gratiam non conferri. Alij dicunt, & peccatum dimitti, & virtutes infundi quo ad habitum, non quo ad vsum habentis eas, quousque peruenerint ad ætatem adultam. Sed ex hac responsione quidam viam inueniūt ad alias qōnes; ex eo, ꝙ dr̄ paruulis in baptismo peccatū dimitti originale, dāt eadem rōne adultis dormientibus, & amētib. si baptizent̄ peccata dimitti, quia cū nec isti, nec illi sentiant vel dissentiāt, idē iudiciū est habēdū. Sed hic Papa dicit distinguendum: peccatū duplex est, originale, & actuale: Originale qd̄ sine ꝯsensu ꝯtrahit̄, sine cōsēsu remittit̄ p baptismū: Sed actuale ꝙ ꝯsensu ꝯtrahit̄, sine ꝯsensu non relaxatur. Sed adhuc q̄rit quare dormiētibus, & amētibus originale peccatum non dimittit̄ ī baptismo sicut paruulis? Ad hoc rn̄det Papa: Dn̄s, qui totū hominē sanū fecit ī sabbato, opus imperfectionis nō nouit: & ideo peccata n̄ ex parte, sed ex toto dimittit: p̄terea pęna originalis peccati ē carētia visionis Dei; pœna vero actualis, est cruciatus ppetu⁹: vnde si primū dimitteretur alicui altero nō dimisso, talis nō careret visione Dei pp originale dimissū & cruciaret̄ ppetuo pp actuale: Sed hę tā q̄ ī cōpassibilia, se nō compatiūtur, immo aduersāt̄. Itē quærit̄ ī §. isto, vtrū dormiētib. & amentibus, si baptizētur, saltē character īprimatur, vt excitati à somno, vel ægritudine liberati, n̄ sint vlterius baptizādi? Ad hoc dicunt quidā, ꝙ sacrā, quæ per se sortiuntur effectum, vt ordo, baptismus, & consimilia, nō solū dormiētibus, & amētib. sed ēt inuitis & cōtradicētib. cōferūtur, & si non quātū ad rē, i. quantū ad remissionē peccatorū, tn̄ quantum ad characterem, cū & paruuli, qui nō consentiunt, & ficti, qui non ore, corde tn̄ dissentiunt, recipiant sacrm̄. Sed istis opponitur, si isti fuissent inuiti & reluctantes immersi, saltem ratione sacri ad iurisdictionē ecclesiæ pertinerent; vnde compellēdi essent ad fidem seruandam. Sed istud esset incongruum Christianę religioni, vt inuitus & contradicens cōpelleretur ad fidē: vnde distinguendum est inter inuitum, & inuitū, coactū & coactum: Si. n. aliquis terrorib. atque supplicijs violenter attrahitur, & ne detrimentum incurrat, baptismum suscepit, talis characterem suscipit sacramenti, sicut ille, qui fictè baptizatur: vnde cogendi sunt ad obseruationem fidei, in quo casu debet intelligi decretum Toletani concilij, ne nomen Domini blasphemetur: & fides quam susceperunt, contemptibilis habea-

Gen. 2.

Ioan. 3.

Gen. 17.

[1] Hoc intellige prout diffiniuit conci. Trid. sess. 5. in decreto de peccato originali. §. si qs per Iesu Christi.

† Hic est clausum, in multis vulgatis mendosè legitur, obseruatum.

Leuit. 12.

† Possent, sed forte legendum possint.

Matth. c. 18.

† hæc:

† Vide B. Tho. 3. par. q. 69. ait. 6.

ceditur abſolute, [a] cum propter hoc inter Doctores Theologos quęſtio referatur; alijs aſſerentibus per virtutem baptiſmi paruulis quidem culpam remitti, ſed gratiam non conferri: nonnullis dicentibus, dimitti †peccatum, & virtutes infundi habētibus illas quo ad habitum, non quo ad vſum, donec perueniant† ad ætatem adultam.

¶ *Originale peccatū quod ſine conſenſu contrahitur, remittitur in baptiſmo ētiam non conſentienti vt paruuli: ſecus de actuali: quia ſicut non committitur ſine cōſenſu ita nō relaxatur ſine conſenſu. h. d. vſque ad §. ſed adhuc. Abbas.*

¶ Verum quidam ex hac ſolutione [b] inueniſſe ſe credūt viam ad alias quæſtiones, argumētantes ex eo quod dicimus paruulis in baptiſmate peccatum originale dimitti, quod & adultis dormientibus vel amentibus, peccatum (ſi baptizentur) ratione ſimili dimittatur; cum enim neutri ſentiant tunc vel conſentiant, dicunt idem in conſimilibus iudicandum. Hic vero dicimus diſtinguēdum, quod peccatum eſt duplex, [d] originale ſcilicet & actuale: originale quod abſque conſenſu contrahitur, actuale quod committitur cum conſenſu. Originale igitur, quod ſine conſenſu [e] contrahitur, ſine conſenſu per vim remittitur ſacramenti: actuale vero, quod conſenſu† contrahitur, ſine conſenſu minime relaxatur.

¶ *Licet in baptiſmo dimittatur originale peccatum paruulis, qui tamen cōſentire non poſſunt: in adultis tamen, amentibus vel dormientibus, qui non conſentiunt baptiſmo, non dimittitur actuale, & item etiam nec originale. hoc dicit.*

¶ Sed adhuc quæritur, quare non ſaltem originale peccatum amentibus, & dormientibus in baptiſmo, ſicut paruulis, dimittatur? Ad hoc eſt taliter reſpondendum, quod Dominus qui totum hominem ſaluum † fecit in ſabbato, opus imperfectionis [f] non nouit; & ob hoc peccata non ex parte, [g] ſed ex toto dimittit. Præterea pœna originalis peccati eſt carentia viſionis [h] Dei; actualis vero pœna peccati, eſt gehennę perpetuæ cruciatus; vnde ſi dimitteretur alicui primū, altero non dimiſſo, talis non careret viſione Dei, propter originale [i] di-

habeatur. Sed ille, q nō conſentit, & penitus cōtradicit, nec ſacramētū nec effectū recipit ſacramēti: ſicut nec ille peccato icurrit, q turificare idolis cogit violēter. Dormentes aūt & amentes ſi antequā dormirent, vel anteq̄ amētiā incurriſſent, in cōtradictione perſtitiſſent, ſi fuerint ſic baptizati, characterē nō ſuſcipiūt ſacramēti, quia adhuc intelligūtur in contradictione pſiſtere. Secus aūt eſſet ſi prius catechumeni extitiſſent, & habuiſſent propoſitū baptizādi, vnde tales catechumenos cōſueuit eccleſia in neceſſitate baptizare. tunc enim character imprimitur, cum obicē voluntatis contrariæ ſacramentalis operatio non inuenit obſiſtentem. Not. ꝙ de ſimilibus ſimile debet eſſe iudicium. Item particulariter nō dimittitur peccatum: quia aut totū remittitur, aut nihil. Item pœna originalis peccati eſt carentia viſionis Dei, pœna actualis eſt gehenæ cruciatus. Item duo cōtraria in eodē ſubiecto eſſe non poſſunt. Item baptiſmus & ordo conſenſu accipientiū conferuntur, ſi non cōtradicāt expreſſe. Itē coacta voluntas, volūtas eſt, & qui tali voluntate aliquid facit, valet, & cōpellitur illud ſeruare, vt hic dicitur: qui vero ſimpliciter cogitur attract⁹ violēter, nihil agit per talē coactionem. Item plus eſt expreſſe contradicere, quam minime conſentire.

a ¶ Abſolute.] id eſt, indifferenter.

b ¶ Ex hac ſolutione.] & ita oritur quæſtio ex hac ſolutione. ſic ſ. d vota. ex multa.

c ¶ In conſimilibus.] arg. ꝙ de ſimilibus ſimile iudiciū debet eſſe, ſ. de reſcr. inter ceteras, & ſ. de transl. inter corporalia. & ſ. de reiu. in cauſis, & ff. de leg. non poſſunt, & C. de le. l. vlt. & ſup. de confir. vti. cum dilecta, quia vbi eadē ratio, & idē ius, vt ibi, & ſ tit. prox. cum Marthæ. §. fi.

d ¶ Duplex.] de conſec. diſt. 4 non ex quo.

e ¶ Sine conſenſu.] partium. ī. de regu. iur. omnis res. ſim. de conſe. diſt. 4 filius Dei.

SED ADHVC. Diuiditur iſte §. ſecunda pars ibi, Ad hoc Abbas.

f ¶ Opus imperfectionis.] duplicitatis, n. Deus aſpernator eſt. 22. q. 5. qui peierare paratus eſt, § ex his omnibus.

[Glo. ſeq. arg. alle. 2. iura in contrarium. Demum elicit tria argumen.]

g ¶ Ex parte.] de conſec. diſt. 4. regenerante. & de pœn. diſt. 3. ſunt plures. Et eſt arg. ꝙ ſi aliquis ex cōmunicatus eſt pluribus excōmunicationibus, ſi abſoluatur, omnino eſt abſolutus. Sed eſt ar. contra. ī. de ſent. excom. cum pro cauſa 2 quæſtio. 3. cap. ſi quem. §. præuaricator. verſ. ſi crimina plura. Item arg. ꝙ nihil reputatur actum, dum aliquid ſupereſt agendum. 7. quæſtion. 1. nihil. 38. diſtin. quæ ipſis. C. ad Sylla. l. vlti. Et argumentum, ꝙ ſententia nō debet ꝓ parte valere, & pro parte non valere. ff famil. erciſcun. in hoc iudicio. 1 Item non valet pro parte aliquid fieri, niſi id totum fiat ff. de procu. in cauſæ, ff. pro derelicto. l. 3. ff. de trāſactio. cum hi. ſic nec liberatur pignus, licet de parte debiti ſit ſatis factum. C. de diſtra. pignor. quādiu. Et qui aliquid debet facere, faciendo pro parte nō liberatur, 2 ff. de verb. obli. in executionibus, §. pen. Et impietas eſt, ab eo, qui iuſtus eſt, dimidiam ſperare veniam, vt in præallega. § ſunt plures.

ADDITIO. Vnde verſus.

Larga Dei pietas veniam non dimidiabit.

Nam nihil aut totum te lachrymante dabit.

h ¶ Carentia viſionis.] paruuli enim, qui ſine baptiſmo decedunt, in tenebris manent. de conſecrat. diſtinct. 4. nulla præter. & pœna illa mitiſſima eſt omnium. de conſecrat. diſtinctio 4. regenerante. & tamen ſempiterno igne 3 puniuntur. diſtinct. ead. firmiſſime. Sed mitis dicitur pœna illa carentia viſionis reſpectu aliarum: ſed mors perpetua dicitur. 30. quæſt 1. ad limina Bernardus.

[Glo. ſeq. obijcit, & dupliciter ſoluit.]

i ¶ Propter originale.] ſed nonne ꝓ actuale debetur carētia viſionis Dei adulto? 4 Quid ergo expedit ori-

† al. ita: quæ cum conſenſu contrahitur, &c.

1 De hoc ī. de conuerſ. con. cōplacet. Io. And.

2 De hoc ī. de pœn. ſuā Ioan. An. † ſanū, legit vt plurinū in antiquis codicibus.

3 Ita vr ſenſiſſe aliquī ī. Auguſtin⁹, cui⁹ eſt hęc auctoritas, ſed vide late per Sot. lib. 1. de natura & gratia, ca. 14 & lib 4. ſent. diſ. 45. q. 1. art. 2.

4 De hoc in ꝯſtitutione Bñdicti, q incipit, Benedictus. Io. And.

al ita: & di ... tti, &c.

perueneā

missum & cruciaretur in gehenna perpetuo, propter reatum criminis actualis: sed hæc tamquam incompassibilia a † sese minime patiuntur, immo sibi mutuo aduersantur.

¶ *Amentes & dormiētes baptizati, si ante dementiam uel dormitionem baptizari volebant, characterem suscipiunt: alias secus coacti vero causatiue suscipiunt. hoc dicit vsque ad finem.*

¶ Itē quæritur,† vtrum dormiētibus & amētibus sacramenti salt̄e character in baptismate imprimat, vt excitati à somno, vel ab ægritudine liberati, non sint denuo baptizādi. Sūt aūt nonnulli, qui dicunt, quod sacramenta, quæ per se b sortiuntur effectum, vt baptismus, & ordo ceteraque similia, non solum dormientibus, & amentibus, sed inuitis & contradicentibus, & si nō quantum ad rem, c quantum tamen ad characterē conferuntur: cū nō solum paruuli, qui non consentiunt, sed & ficti, d qui q̄uis non ore, corde tamen dissentiunt, recipiant sacramentum. Sed opponitur talibus, quod qui fuissent inuiti, & reluctantes immersi, saltem ratione sacramenti ad iurisdictionē ecclesiasticam pertinerent: vnde ad seruandam regulam fidei Christianæ forent rationabiliter compellendi. Verum id est religioni Christianæ † contrarium, e vt semper inuitus & penitus contradicens, ad recipiendā & seruandam Christianitatem aliquis compellatur. Propter † quod inter inuitum & inuitum, coactum & coactum, alij non absurde distinguunt. quod is, qui terroribus atque suppliciis violenter attrahitur, & † ne detrimentum incurrat, baptismi suscipit sacramentum, talis (sicut & is, qui ficte ad baptismum accedit) characterem suscipit Christianitatis impressum, & ipse tamquam cōditionaliter f volens, licet absolute non velit, cogendus est ad obseruantiam † fidei Christianæ: in quo casu debet intelligi † decretum concilij Toletani, † g vbi dicitur, quod qui iam pridem ad Christianitatē coacti sunt, sicut factum

ginale dimitti, cū etsi dimittat, tn̄ debetur carentia visionis Dei ob aliud, s. actuale: nā & vbi aliquid debet ex pluribus causis, vna remissa, alia petitio restat: vnde q̄ repudiauit successionē p̄ vnde liberi, admittitur ad successionē p̄ vnde cognati. ff. de succ. edi. l. 1. §. sed & videndum. & argu. ff. de ser. vrb. præd. si domus. ar. p & ↄtra, s̄. de cau. poss. pastoralis, & s̄. de iud. examinata. Sed potest dici, ꝙ hæc rō superficialis est, & prima verior est: quia Deus opus imperfectionis non nouit: q̄a in baptismo omnia crimina dimittuntur. de cōse. dist. 4. regenerāte, vel diuersificat. p̄ actuali reuera debet nō solū carētia visionis Dei: sed & maior pena, & ita non directe: sed p̄ originali debet tn̄ carentia visionis Dei directe. & sic nō p̄dest dimissio originalis peccati, cū postea actuale superuenit tanquā maius, de quo nō pænituit, q̄a qui peccat in vno, factus est omniū reus. s̄. de reg. iur. debeas. Sed paruuli nullū peccatū habent actuale. & ideo non est simile de amentibus & dormientibus, qui originali, & actuali grauātur, & ideo etiam originale nō tollitur: q̄a nō prodesset, nec debet probari, quo p̄bato nō p̄dest. C. de probat. ad p̄bationem & s̄. de offi. dele cū contingat, ī illa gl q̄ incipit, nota, ꝙ non debet.

[Glo. seq. arg. alleg. 2. iura.

a ¶ Incompassibilia.] arg. ꝙ eadem res non operat cōtrarios effectus. 5. dist. si q̄s in ęgritudine. p̄sumit em̄ ibi, ꝙ peccato nō sint dimissa ei, qui timore ægritudinis baptizat; quæ præsumptio nō tollitur per baptismum, cum baptismus ipsam inducat: vnde nō operatur hos contrarios effectus sic eadem res non parit obligationē & liberationem. ff. de solu. qui hominem. §. vlt.

ITEM QVÆRITVR. In prima ponit q̄ō. In secūda, ibi. Sunt autem quorundam opiniones. In tertia ibi. Sed opponit, illi q̄ōni opponit. In quarta. ibi. Propter quod, opinionis veritatē exprimit. In quinta ibi, Dormientes principaliter quæstionem soluit. Abb.

b ¶ Quæ per se sortiuntur.] id est, absque consensu accipientibus. Laur.

c ¶ Ad re.] id est quātum ad solutionē peccatorum. B.

d ¶ Sed & ficti.] vt 1. q. 1. sicut ficti. & de cons. distin. 4. solet quæri Ber.

[Glo. seq. alleg. tres concor. signat vnum contrariū & dupliciter soluit.

f ¶ Pauperibus.] ş de cens. procurationes, cōtra in fi. vbi dr ꝙ illud dari dēt ecclesiæ a qua illud accepit. & hic datur pauperib⁹. Solu. hic ignorat quātū quilibet cōtulisset & iō iubet dari pauperibus, vt dixit Io. Sed hæc solutio non est vera, qa sicut restituit sic extorta vltra q̄ debuit, ita pōt eis dē a qbus recepit, tā tundē dare: & ita non est verū qđ dicit Io. ꝙ ignorātur q̄tū qlibet cōtulisset, qa inde pt fieri scriptura & qlibet scit quantū dedit: Vñ dicas, ꝙ illud c. ꝓcurationes, loqtur de alio casu, s. cū ꝑlatus visitat ecclesiā sibi subiectā, si tūc exigit plures ꝓcurationes q̄ sint dies, qb. ibi moratur, & graui⁹ excedit, q̄ in ꝑsenti casu, & plus grauat ecclesiā, & dr tūc cōmittere crimē concussionis, vnde posset puniri in quadruplum 2 18. dis. qm quidē. in fi. & 1. q. 7. sancimus. & 23. q. 1. militare. qđ optime dicit hic, quā tamq̄ calumniator & cōcussor talis puniri debet: sed in hoc cap. ꝓcurationes. punit illos pœna dupli in casu isto non ita excedit crimē ꝯcussionis, qa a nullo exigit vltra q̄ soluat, sed facta coacernatione pl⁹ recipit. Sufficit ergo istis, vt recipiāt qđ vltra dederūt: & ille in pęnā sui tātundē soluat pauperibus, simile. sup. de Iudæis, ad liberandam.

Ecclesiæ.) Primo ponitur dictum. Secundo ratio dicti, ibi, Quia. Abb.

† duxerint.

† In cōcilio apertius legitur ita: q̄ ab excōicatis hmōi, &c.

† Perperā in plurib. exēplarib. ꝑscriptum recētioribus legit, cū sēsus exigat, quasi, vt est in ꝯcilio, & in antiqs codicibus.

† Scilicet cō cilio Latera. 234.

† Cap 4. tit. de cēs. in 4. compilatio. Et vide Fel. in c. irrefragabilis. cetērū. ş. de off. od.

† Vide nota ꝑ Bar. in l. qd ergo. §. pœne grauior. ff. de his, qui no. infam.

† Astorensi. epo. Senonē. apo. Contius.

† Vide Syluestrū in summa verbo immunitas. 1. qu. & Couar. loco citato. ī c. seq.

2 Sub quo ē rei ꝑsecutio & tm triplū sit pęnæ. qđ dic vt no. 1 q. 7. in eum.

a Secūdum. I. Tancre. & Goff. Io. An.

CASVS. Aliqua ecclesia nondum est consecrata, tamen diuina officia celebrantur in ea: quæritur vtrū censeri debet eodē priuilegio, ac si esset consecrata: & rñdetur ꝙ licet nondum sit consecrata, nullo iure adimitur priuilegium immunitatis: quia ex quo diuinis officijs est dedicata non est temerarijs ausibus quorumlibet profananda. Not. ꝙ ecclesia nō consecrata, priuilegium habet immunitatis propter diuina officia quæ celebrantur in ea.

a ¶ Celebrantur.] ex hoc videtur, ꝙ si adhuc ibi nō sunt diuina officia celebrata, nondum gaudeat priuilegio illarum, in quibus celebrātur diuina, quia nondum plene dedicata videtur diuinis obsequijs. vnde sacrilegium ibi nō diceretur committi, nec debet aspergi ppter hoc: quia nullum diuinum officium fuit ibi celebratum: aspergi tamen debet si aliquid turpe ibi factum est, antequā ibi celebretur.

b ¶ Adimitur.] sic ergo patet, ꝙ ecclesia non consecrata eodē gaudet priuilegio, quo & consecrata, ratione diuini officij quoad priuilegium immunitatis. vnde si cuiuscunque semine vel sanguine fuerit polluta, debet aqua exorcizata lauari antequam celebretur in ea. s. de consec. vel alta. c. vlt. & de consecra. d. 1. ecclesia & confugientes ad ipsam priuilegium immunitatis, ac si consecrata esset, habebunt. s. eo. inter alia cum suis concordan.

c ¶ Obsequijs diuinis dedicata.] quicquid. n. Dño consecratur, sanctum sanctorum erit Dño. 12. q. 2. nulli licet. vn̄ ad vsus pfanos & ad humanos redire non dēt. s. de rerum perm. mancipia. & s. de reli do. c. ad hæc.

...brant, a licet adhuc nō extiterit consecrata, nullo iure priuilegium immunitatis† adimitur b quia obsequijs c diuinis dedicata, † nullius est temerarijs ausibus pro fananda.

¶ Idem Toletano, & Cōpostellano Archiepiscopis.

¶ Qui sub spe immunitatis in ecclesiis vel cœmiterijs delinquunt, immunitate non gaudent.

CAP. X.

Immunitatem† ecclesiasticam: & infra: ¶ Nonnulli impunitatem suorū excessum, per defensionem ecclesię obtinere sperātes, d homicidia, & mutilationes membrorū, in ipsis ecclesijs, vel earū cœmiteris committere non verentur: qui, † nisi per ecclesiam, ad quam confugiunt, crederent se defendi, nullatenus fuerant cōmissuri, & infra. ¶ Cum in eo, in quo delinquit, e puniri quis debeat: & frustra f legis auxilium inuocet, qui committit in legem. Mandamus, quatenus publice nuncietis, tales non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciūt se indignos, g

e ¶ In eo in quo delinquit.] sic s. de temp. or. litteras. & s. de iure pat. pastoralis. cum suis concordantijs.

f ¶ Frustra legis.] de vsuris, quia frustra j. de senten. excommunicationis in audientia. ff. de minoiib. l. auxilium. in fine.

[Glo. ista inducit hoc capitulum contra Hugonem, & signat contrarium, & sol. in fi. quærit. & respondet:

g ¶ Quo faciunt se indignos.] & merito, quia non iure ad supplicandum debet admitti vbi committere sacrliegium nō expauit. 17. q. 4. frater & coepiscopus. & ca. seq vnde sumptum fuit idem dicit lex, quo illis qui in ecclesia scelus studuerunt perpetrare, permittimus aliquod auxiliū ex terminis ecclesiasticis inuenire. in Auth. vt lic. ma. & auiæ. §. quia vero. coll. 8. Et est hoc contra H. qui dicit super illo c. frater. & coepiscopus. ꝙ & isti debent habere immunitatis priuilegium, si confugerint ad ecclesiam 2 & nisi satisfecerint, non admittuntur postea ad supplicandum, id est, orandum in ecclesia. & pro eo est. s. eo. inter alia. vbi tautum duæ personæ excipiūtur. 17. q. 4. sicut antiquitus vbi canō tantum publicum latronem excipit. & ita hic contradicit pdictis iuribus proximis, & Hu. Dicas quod non contradicunt, quia illa decre. inter, & omnia illa iura, quæ illud dicunt, intelliguntur quando confugientes ad ecclesiam non delinquerunt in ecclesia vel cęmiterijs. sed alibi: vnde ecclesia pstat tunc eis immunitatem. Et Hu. male dixit, quod isti nō habebant immunitatē ab ecclesia, quia reddiderunt se indignos eius psidio: & si fuerunt stulti in culpa sua, sint sapiētes in pœna. 36. dist. c. qui ca. Sed quare publicus latro, & depopulator potius extrahūtur ab ecclesia: quā alius malefactor, qui forte est deterior? Quia plurimum interest illos puniri quam alios malefactores: cum pluribus exitia cogitent, quam alij. 23. q. 3. est iniusta.

Immunitatem.] Diuiditur: quia primo ponit dictum. Secundo ratio dicti: ibi. Cum autem in eo. Abb.

CASVS. Quidam in ecclesijs vel cœmiterijs earum, cōmittūt aliquando homicidia, & alia maleficia, sperantes obtinere ibidē impunitatem suorum excessuū quos nullatenus cōmisissent, nisi per ecclesiam ad q̃ confugiunt, crederent se defendi: quæritur an isti debeāt, ab ecclesia defendi? Rñdet Papa, cum in eo quis puniri debeat, in quo peccauit, & frustra legis Iplorat auxilium, qui cōtra legem delinquit, mandat Papa, ꝙ tales publice nunciētur non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciunt se indignos, Not. ꝙ qs puniri debet in eo in quo peccauit. Item qui offendit canonē, beneficium illius impetrare nō potest. Item ipso facto amittit quis priuilegium. Item non debet quis offendere illum a quo sperat auxilium.

d ¶ Sperantes.] nemo enim sub spe veniæ peccare debet. j. de cler excom. mini. illud. & de consecra. dist. 4. quando quia, quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi. 23. quæs. 4. est. iniusta. & sup. de vit. & hon. cler. vt clericorum.

TITVLVS L.

Ne clerici vel monachi sæcularibus negotijs se immisceant.

¶ Ex Concilio Moguntino.

¶ Enumerat conciliū multa secularia negotia, a quibus iubet clericos & monachos abstinere. Et sunt xiiij. si rectè enumerētur.

NE CLERICI VEL MONACHI sæcularibus negotijs se immisceant.

¶ Supra visum est, de his q̄ clericis competunt: nunc autē de prohibitis est videndum secundum Doctores. Vel continuatur ad titulum proxime præcedentem sic. quia supra tractatum est de immu. eccle. & clericorum, ne forte ob hanc immunitatem clerici vel monachi superbirent, & arbitrarētur sibi omnia licere, merito subijcitur hæc rubrica; per quam ostēditur, quod non debeent se immiscere sęcularibus negotijs. Abb.

De hac materia habetur 88. distinction. & 22 quæstio. 4. 33. quæstio. vltim. & de pęn. per totum, & 86. d. Rin. c. vltimo.

† emmunitatis.
† dicata.
† Vide Couar. lib. 2. variar. resol. c. 20. & Remigium de Gō mi. tra d. im mu. eccle. in 3. fallentia, vbi plenissime de materia huius decretalis.
† al. ita: quæ nisi p ecclesiā, ad quam fugerit, &c. sed in magis vetustis, &c. vt est impssam.
1 Concor. l. pen. cū not. C. de testam. mil. & et hospitalia. l. 1. C. de epis. & cle. omnia priuilegia
† Extat in cōcilijs editis cōcil. Moguntiaco sub Carolo Magno. c. 14. & in synodo Moguntina sub Rabano archiepiscopo. c. 13. referunt Burchardus lib. 8. decre. ca. 9. & Iuo p. 7. c. 08. & c. 1. eo. tit. in 1. comp.
2 Qualiter vera esse possit opin Hugo. vid hic per Ho & Io. An.

Vlta.] CASVS. In capitulo isto enumerantur quædam negotia causa exempli, a quibus debent clerici, & monachi, & moniales oẽs omnino abstinere: De quibus ait Apostolus, Nemo militans Deo, debet se negotijs secularib. imiscere. No. q̃ causæ miserabilium personarum ad ecclesiã ptinẽt. Item iusta & honesta negotiatio licita est clericis: & hoc intellige cũ non hẽat sufficiẽs beneficium. Item canes vel aues ad venandũ habere non debent. Itẽ nemo militans Deo, sæcularibus negotijs se immiscere debet.

CAP. I.

Multa sunt negotia sæcularia, de quibus pauca [a] perstringamus, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiscentia. Quicquid plus iusto appetit [b] homo, turpe lucrũ est: Munera [c] iniusta accipere, vel etiam dare [d] pro aliquo sæculari quæstu, pretio aliquem conducere: [e] Contentiones, vel lites, [f] vel rixas [g] amare: In placitis sæcularibus [h] disputare, excepta defensione orphanorum, [i] aut viduarũ: Cõductores [k] sæcularium rerum, aut procuratores [l] esse, Turpis verbi vel facti esse ioculatorem, [m] vel iocum sæcularem diligere; Aleas [n] amare, Ornamentum [o] inconueniens proposito suo quærere; In delicijs [p] viuere velle: Gulam, & ebrietatem sequi: Pondera [q] iniusta, vel mensuras habere, Negotium iniustum exercere: Nec tamen iustum negotium est † contradicendum propter necessitates diuersas, quia legimus sanctos Apostolos [r] negotiatos † fuisse; & in regula beati Benedicti præcipitur prouideri per quorum manus negotia monasterij procurentur, Canes [s] & † aues sequi ad venandum, & omnibus quibuslibet causis superfluis interesse. Ecce talia, & his similia, ministris altaris Domini, nec non, & monachis omnino contradicimus; de quibus ait Apostolus. Nemo militans [t] Deo, implicet se negotijs sæcularib.

¶ Eugenius Papa Lucan. † episcopo.

¶ Clerici non debent esse ministri vel procuratores laicorum: quod si contra fecerint, & deprehendantur in fraude, non subuenitur eis ab ecclesia.

CAP. II.

Sacerdotibus † & clericis tuis denuncies publice, ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorũ procuratores [u] existant. Quod si postmodum facere præsumpserint, & occasione ipsius administrationis propter pecuniariam causam deprehendantur in fraude, indignum est, eis ab ecclesia [x] subueniri, per quos

a ¶ Pauca.] vt eorum exẽplo omnia similia caueantur, & exẽpli causa pauca sunt exprimenda. 25. dis. cap. vnum orarium. §. criminis. appellat. 24. q. 5. de Liguribus. & ff. ad l. Aquil. ita vulneratus. §. vlt. sic q̃ vni dicit, omnib. intelligitur esse dictum, 61. dist. miramur. & de peni. dis. 1. nunc autem.

b ¶ Appetit.] 32. q. 4. origo.

c ¶ Munera.] 14. q. 4. clerici, & c. quicunque, 11. q. 3. nõ licet, & 18. dist. quoniam quidem.

d ¶ Dare.] 14. q. 5. non sane.

e ¶ Conducere.] ad peccandum, qđ non licet 22. q. 4. si ad peccatũ, vel pro seculari quæstu ꝓhibito clericis, quia nec per se, nec per alium licet, 98. dis. negotiatorẽ. & c. fornicari.

f ¶ Lites.] 11. q. 1. tẽ quidẽ, & quia criminibus materiã creare noscuntur. C. de iud. properandũ. in principio.

g ¶ Rixas.] 46. dist. §. 1. & in alijs, per totum.

ADDITIO. Et nota, q̃ secundum Petrum, & Ioannem contentiones in uerbis, lites in iudicijs, & rixæ in factis consistunt.

h ¶ Sæcularibus.] sup. de postulando clerici.

i ¶ Orphanorum.] 88. dist. cap. 1. & in alijs pluribus capitulis.

K ¶ Conductores.] si tamen conductori succedunt, bene possunt in conductione remanere, ff. de decu. l. decurio. I arg.

l ¶ Procuratores.] in negotijs, sæcularibus, sed pro ecclesiasticis possunt. in auth. de sanct. episco. §. aliũ; coll. 9. & 21. q. 3. credo. & c. Cyprianus. & inf. c. proxi.

m ¶ Ioculatorem.] 46. dist. clericum scurrilem.

n ¶ Aleas.] 35. dist. c. 1. & vlt. & in auth. de sanct. episco. §. interdicim⁹. coll. 9. & s̃. de vi. & ho. cler. clerici. 2.

o ¶ Ornamentum inconueniens.] 21. q. 3. c. 1. & 2. & sup. de vita & honest. clerico. clerici.

p ¶ In delicijs.] 35. dist. ecclesiæ principes.

q ¶ Pondera.] s̃. de empt. & ven. vt mẽsuræ.

r ¶ Apostolos.] Paulum scilicet, 21. q. 1. c. 1. in fine.

s ¶ Canes.] i̅f. de cleric. ven. cã. 1. & 2. & 86. dist. qui venatoribus, & c. Esau. & ca. an putatis.

t ¶ Nemo militans.] 21. q. 3. c. 1. 2. & 3. & inf. eod. sed nec.

Sacerdotibus.] Si clerici ministri vl procuratores laicorũ deprehenduntur in fraude, non debet eis ab ecclesia subueniri, hoc dicit. Primò ponit prohibitionẽ. Secundo pœnã transgredientiũ ibi. Quod si. Abb.

CASVS. Quidam clerici publice administrabãt negotia laicorũ, & eorũ ꝓcuratores fiebãt: mãdat Papa diœcesano epõ, vt eis publice denũciet, ne de cætero hoc faciant: q̃ si postmodũ ꝓsumpserint, & in administratione ꝓp causam pecuniariam in fraude deprehẽsi fuerĩt, ab ecclesia non subueniretur eisdẽ, cũ ex hoc scandalũ cõtingat in ecclesia generari. Nota, q̃ clerici nõ dẽnt eẽ ꝓcuratores laicorũ, nec gestores negotiorũ ipsorũ. Itẽ q scandalũ facit, ecclesiæ, eius ꝓsidio se reddit indignum.

u ¶ Procuratores.] sic sup. c. prox. sacris enim Dei sacerdotes vacare oportet assidue. 31. di. sacerdotibus, & ff. de arb. non distingnemus. §. 3.

[Glo. seq. reddit rationem ponit opinionem quam reprobat, & huic litteræ dupliciter respon.]

x ¶ Ab ecclesia.] quia se fecerunt indignos veniendo cõtra ipsius prohibitionẽ, administrationẽ sæcularẽ recipiẽdo, & frustra legis implorat auxiliũ, qui cõmittit in legem. sic sup. tit. prox. c. vlt. Et ex hac littera sumũt quidam arg. q̃ laicus auctoritate huius canonis possit clericum occasione administrationis capere, cessante priuilegio clericali, qđ est falsum: qa prohibiti sunt laici clericos auocare à diuinis officijs 21. q. 3. Cyprian. & 88. di. c. vlt. unde si ꝯfecerint, non dẽnt ex delicto proprio cõmodum reportare, arg. 16. q. 1. legi. & ff. de dona. inter ui. & uxo. l. 3. §. 1. & ff. de reg. iu. non fraudãtur. §.

† al. ita, est eis contradicendum, &c.

† negotiatores.

i Sequitur. qui prohibet cõducere, q̃dam, si tñe successerit in cõductione, remanet in ea. qđ in oĩb. similibus seruandum est. Io. Andr.

2 Cõcor. 1. 3. & ibi gl. C. de reli. ca. fum. fu. & l. 1. 3. §. miles, ff. de remis.

† uel.

† Lucen. Lucæ. Luẽ in omnibus Vaticanis.

† Cap. 8. eod. tit. in 1. cõpi. & post cõci. Lat. sub Ale. iij. p. 16. c. 17. Et uide Federicũ de Sen. cõci. 260. incip. quid si clericus.

nemo.ff.de furt.itaq; fullo.§.sed nemo,& vñ sunt puniendi, priuilegium habere non debent, 24.q.1.didicimus. intelligo ergo, ꝙ tali clerico nó subuenitur ab ecclesia postquã legitime admonitus est, vt hic dicit in princ. cũ pro hoc delicto cõmonitus tertio, ab ecclesia sit alienus, si nõ desistat, arg. j. de sent. exc. in audiẽtia. Vel verius nõ dẽt ei ecclesia subuenire in fraude commissa in administratiõe, nec pecunia, nec alio auxilio, cum alias ecclesia teneatur clericos defendere ab oppressionibus laicorum.

† Eodẽ modo hr̃ in antiquis codicibus, & post conci. Lat. p. 27. c. 2. ꝙ ca. 2. eo. ti. in 1. compil.

NOn magnopere.] diuiditur in tres partes. In prima ponit factu reprehẽsibile. Secundo id fieri ꝓhibet ibi, vnde. in tertia quadruplicem penã imponit: ibi: Si vero. Abb.

† Præter Doctores hic vide Innoc. in c. firmiter, §. de sum. Tri. & fid. cat. & Archid. in c. non dicatis. 12. q. 1. adde citata inf. eo. tit. cap. super specula.

CASVS. Quidam regulares audiũt physicale ꝓfectiones, inde sumentes occasionẽ, vt consulãt fratribus infirmis audiũt ẽt leges, vt negotia ecclesiẽ sciãt melius pertractare; Sed quia huiusmodi regulares mũdanis actionibus ĩuolui ñ dẽt, statuit cõciliũ Turonẽ. vt nullus post factã in aliquo loco professionẽ, ad physicã vel leges mundanas legendas ꝑmittatur exirẽ, ꝙ si fecerit, & inf. duos menses ad claustrũ suũ ñ redierint, sicut excõicati ab omnibus euitentur, & in nulla causa eorum patrocinium admittatur; cum autem redierint, vltimum locum inter fratres in capitulo, & in mensa, & in omnibus alijs habeant, & spem totius promotionis amittant, nisi misericordiam sedis Apostolicæ fuerint consecuti. Nota, quod ipso iure sunt excommunicati regulares, qui physicam & leges audiunt: & cum talibus solus Papa dispensat, vt ad honores promoueantur.

constat in ecclesia scandalum generari.

¶ Alex. 3. ĩ cõcil. Turonẽ. †

¶ Religiosi professi exeuntes ad audiendas leges, vel physicam, nisi inf. duos mẽses ad claustrum redeant, excommunicati sunt, & in nulla causa patrocinari possunt, & in choro, & in capitulo, & ceteris erunt vltimi: & sine dispensatione Papæ non promouentur.

CAP. III.

NOn † magnopere antiqui hostis inuidia, & infra. ¶ Inde nimirũ est, quod ĩ Angelũ lucis se more solito trãsfigurãs, sub obtentu [a] lãguentiũ fratrũ cõsulẽdi corporibus, & ecclesiastica negotia fidelius pertractãdi, regulares quosdã ad legendas leges, & confectiones physicales ponderandas, de claustris suis educit. Vnde ne occasione scientiæ: spirituales viri mundanis rursus actionibus inuoluantur; Statuimus, vt nulli omnino post votum religionis, & post factam in aliquo loco religioso professionẽ, ad physicam leges ve mũdanas legendas permittãtur exire. ¶ Si vero exierint, & ad claustrum suum infra duorum [b] mensiũ spacium non redierint, sicut excommunicati ab omnibus euitentur: & in nulla causa, si patrocinium præstare voluerint, audiantur: reuersi autem in choro, capitulo, mensa, & ceteris vltimi fratrum existant, & (nisi forte ex misericordia [c] sedis Apostolicæ) totius spem promotionis amittant.

¶ Idẽ † in cõcil. Lateranen.

¶ Clericus generalis procurator vel iustitiarius principis sæcularis, deponendus est: & si religiosus est, grauius punietur.

CAP. IIII.

SEd nec procurationes † villarum [d], aut iurisdictiones etiam sæculares,

a ¶ Obtentu.] argumen. quod prætextu sine compensatione boni, malum non est faciendum: 1. quæst. 1. non est putand. 14. quæst. 5. forte. & 27. quæstio. 2. si tu abstines: & infra de vsu. super eod. 32. quæst. 4. sicut sanctius. 22. quæst. 2. primum ne quis arbitretur. argumen. contra. 11. quæst. 3. quod prædecessor. 33. q. 5. tunc saluabitur. sup. de iureiur. peruenit. Solu. multiplex est recompensatio: quandoque enim recompensatur minus malum, vt maius euitetur: & hęc compensatio penitus inhibetur. 14. distin. quod ait. nisi forte in vna & eadem persona 13. distin. capit. 1. & 2. & 33. quæst. 2. si quod verius. Quandoque malum compensatur propter sequelam alicuius non, vt cum quis committit furtum vel rapinam, vt pascat pauperes, 1 vel subtrahit debitum vxori causa continentiæ: vel facit contra votum, vel contra matrimonium, vt aliqua efficiatur Christiana, omnis talis compensatio inhibetur, vt in primis concordan. & 30. q. 1. nosse. 33. q. 5. si dicas, 32. q. 4. sic non sunt. Quandoq; compensatur damnum corporale propter bonum spirituale, & hæc compensatio prohibetur, 55. dist. si Euangelica, 2 quandoq; compensatur damnum corporale propter bonum corporale, vt cum femina amittit florẽ virginitatis, videlicet, vt ei recõpẽsetur in fructu sobolis, hoc non reprobatur, sed laudatur, vt 32. q. 5. tũ salu. bitur. Qñq; relaxatio iuris ecclesiastici recõpensatur per acquisitionẽ aliquorũ: & hoc similiter admittitur, 23 q. 4. ipsa pietas, ver. itẽ si inquiunt Donatistæ. Qñq; illicita cõmunio alicuius recõpensatur per acquisitionem plurium, 2. q. 1. multi. 11. q. 3. antecessor, & c. ꝙ p̃decessor, vel potest dici, quòd primum verum est: Secundum sic exponitur sub cõpensatione boni malum non est faciendũ, id est illud ꝙ est de genere mali, ꝙ alias esset malũ, nisi canonis auctoritate excusaretur, vt patet per contraria signata.

1 Et licet talis nõ habeat animũ lucrãdi, cõmittit furtũ qa species lucri est ex alieno largiri. ff. d̃ fur. si pignore. §. 1. vt no. 14. q. 5. c. forte. Io. And.

2 Vide tñ distinctionẽ, q̃ hic affert. Io. And.

b ¶ Infra duorum.] verba ista habebis j. e. c. vl. vbi de hoc.

[Gloss. seq. signat contrarium, & dupliciter soluit.]

c ¶ Misericordia.] nota, quòd abbates, vel epi cũ talibus dispensare non possunt. arg. contra inf. de sen. excom. cũ illorum in fin. sed hoc ad terrorem aliorum, & cautelam statutum fuit, vel quo ad dignitates hoc intelligitur. 3 Bern.

† Scilicet. Alex. iij. in ꝯcil. Later. c. 12. §. sed nec procurationes, & c. 3. e. ti. in 1. cõpil.

† procuratores.

SEd nec.] Panormitanus intelligit hoc capitulum in pœna excõicationis, & nõ depositionis. Diuiditur; Nam primo ponit prohibitionem, Secunda pœnam transgredientium: ibi, Si quis autem. Abbas.

CASVS. Quidam clerici circa negotia sæcularia, & sub sæcularibus viris plus debito intendebant, & eorum iustitiarij fiebant; statuit concil. Later. quòd nullus clericorum talia de cetero exercere præsumat: Si quis vero contra hoc venire præsumpserit, ab officio ecclesiastico fiat alienus: pro eo quòd ministerio clericali neglecto, vt sæcularibus placeat, fluctibus sæculi se immergit, contra doctrinam Apostoli dicentis: Nemo militans Deo se negotijs sæcularibus implicet. Et si quis religiosorum aliquid prædictorum ausus fuerit attentare, seuerius castigetur. No. quòd clerici iustitiarij sæcularium principium esse non debent. Item admonitio præcedere debet vindictam, vt in prædictis capitulis patet, & hic. Item dignitas personæ aggrauat peccatum.

3 Host. cõtra, cũ expresse & spãliter ꝓhibitũ su. ca. cũ illorũ. verũ est in suo casu, & facit, ꝙ dicã de eo qui furti. or. re. ca. 2. in fi. Io. Andr.

d ¶ Villarum.] 16. q. 1. de præsentium. 21. q. 3. cap. 1. 2. & 3. & supra eod. cap. 1. 2. & 3. cum concordantijs ibi. positis.

a ¶ Nemo.] s. eo. ca. 1. & 21. q. 1. 3. c. 2. & 3.
[Glo. seq. arguit, & remittit.]
b ¶ Districtius. arg. q dignitas psonæ aggrauat peccatum. 42. q. 5. qui viderit. s. de iureiuran. cum quidam. vbi de hoc. & 40. d. homo Christian⁹. & 25. q. nulli fas.

CLericis.] Sunt duo dicta. Secundum ibi. Iubemus. Ab bas. Sicus.

CASVS. Statuit Toletanum Concilium, q clerici iudiciū sanguinis exercere non audeant; vnde & hic phibet Papa, ne clerici p se, vel per alios mēbrorū trūcationes faciāt, nec iudicēt inferēdas: & q cōtra fecerint, honorem & locum amittant. Item null⁹ sacerdos officiū vice comitis, vel secularis pposititi habeat: Si qs ɔtra hæc venire præsumpserit, & commonitus non destiterit, noueritse excōicatū. Not. q clericus iudicium sanguinis exercere non debet. Item admonitio præcedere debet vindictam.

c ¶ Concilio Toletano.] 2. q. vltim. his a quibus. s. eod. sententiam, s. de rapt. in archiepiscopatu & 24. q. 3. illud sane.
[Gloss. seq. docet, quomodo prælati per alios causas sanguinis audiunt. in fine quærit, & soluit.]
d ¶ Aut iudicent.] per se quidem iudicare non debet platus, aut clericus quicunq; qui habet iurisdictionem, vel ipsemet inferre, vel consiliū dare, aut sententiam dictare, necetiam interesse. s. eod. sententiā. in c. sicut di quia efficeretur irregularis, & deponere. s. de exces. prælatorum. c. to. ex litteris, & hic. Debet ergo prælatus habēs iurisdictionem tpalem committere generaliter alicui laico, vt faciat de omnibus malefactoribus vindictā, iuxta illud, Homicidas, & maleficos, nō patiaris viuere. his a qui 23. q. 5. rex debet. si homicidiū. qui malos homicidas. 23. q. 8. quoniā multa licent in genere, quæ non licent in specie. s. de offi ord. si sacerdos. & 8. q. 1. quid autē. de cōsec. dist. 2. non prohibeat, & si ex mādato generali aliquos interficiat, non imputaretur ei, 23. q. 5. de occidēdis, argu 2. q. 8. hortatu, &c. omni tempore. Sed qd si ad eū appellaretur, qui delegauit? iterum deleget alij, quia per se hoc facere non debet, vt hic dicit, & 23. q. vlt. his a quibus. inf. eo. sententiam.

† In Cōc. & codice Bernardi ita vt iustitiarij eorum fiāt.
s. ad Tim 2.
† Videl si vicem habeat ubi nus cum ibi notatis C. de testibus.
† Cap. 6. eo. tit in 1. cōp. & post Cōc. Latera par. 27. c. 4.
Et vide Fel. resse. s. eod. sententiā. gnū. de ho. gularis
† Conc. Toletan. tanum. 1.
s. referunt Gratian⁹ in ca Burchardus li. 1. dec. ca. tor. Iuo par.
5. c. 315. & co,
† Inhibe - mus etiam.

sub aliquibus principib⁹, & secularibus viris, vt iustitiarius eorum fiat, clericorū quisquam exercere præsumat. Si quis autem aduersus hæc venire tentauerit (quia contra doctrinā Apostolici dicētis: Nemo militans Deo, implicet se sæcularibus negotijs, † sæculariter agit) ab ecclesiastico fiat ministerio alienus; pro eo q) officio clericali neglecto) fluctibus sæculi, vt potestatibus placeat, se immergit. Districtius [b] autem decernimus puniendum, si religiosus quisquam aliquid prædictorum ausus fuerit attentare.

¶ Idē Cantuarieñ. archiepiscopo.

¶ *Clericus iudicium sanguinis exercens, ab officio & beneficio deponitur: & excommunicatus est habens officium præpositi sæcularis, si monitus non desistat.*

CAP. V.

CLericis † in sacris ordinibus cōstitutis, ex Cōcilio Toletano, [c] † iudiciū sanguinis agitare non licet. Vnde prohibemus, ne aut per se trūcationes membrorum faciant, aut iudicent [d] inferendas. Qd si quis tale quid fecerit, honore priuetur & loco.

¶ Iubemus † etiam sub interminatione anathematis, ne qs sacerdos officiū habeat vicecomitis, aut pppositi [e] sæcularis. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, & cōmonitus emendare noluerit ex cōmunicationi [f] subiaceat.

¶ Idem Londoñ. † epo.

¶ *Non licet clericis vel monachis lucri causa negotiari. hoc primo. Monachi nequeunt nomine proprio conductas possessiones habere hoc secundo. Laicis non debet ecclesia titulo conductionis concedi, hoc tertio.*

CAP. VI.

SEcundum † instituta pdecessorum nostrorū, sub interminatione anathematis, prohibemus, ne monachi vel clerici, causa [g] lucri negotientur; Et ne monachi a clericis vel laicis suo nomine firmas [h] † habeant: Neque laici [i] ecclesias ad firmam teneant.

¶ Idem eidem.

¶ *Monachi incorrigibiles de monasterio expellētur, & reformabitur monasterium de fratribus alterius ordinis, si de monachis eiusdem ordinis reformari non potest.*

CAP. VII.

RElatum † est nobis, quòd monachi de H.

ADDITIO. Vide pro hac materia c. fi. eo. ti. ho 6. cum ibi notatis.
e ¶ Propositi sæcularis.] s. eo. c. prox. & s. de vit. & honesta clericor. c. clerici.
f ¶ Excommunicationi subiaceat.] & sic videtur, q sit canon latæ sententiæ. s. tit. proxi. c. non minus.

SEcundum.] Tria sunt dicta, & partes patent. Abbas Siculus.

CASVS. Præcipit hic Papa sub interminatione anathematis, ne monachi, vel clerici causa lucri negotientur, & ne monachi firmas habeāt a clericis, vel laicis, nec laici ecclesias ad firmam teneant. Nota, qd clerici, & monachi causa lucri negotiari non debent. Item monachus firmas tenere non debet. Item laicus ecclesias ad firmam tenere non debet.

g ¶ Causa lucri.] sed causa necessitatis possunt. s. eod. c. 1. ad finem.
[Glo. seq. recitetur per obiectionem, & soluit.]
h ¶ Firmas.] quia suspicionem habet cupiditatis; & quasi negotiatio est, arg. s. eo. ca. 1. hoc intellige suo nomine, vt hic dicit, sed nomine monasterij causa necessitatis licitū est. s. eod. c. 1. in fine.
i ¶ Neque laici.] nullam dispositionem de rebus ecclesiasticis laici habere debent, supra de ætat. & quali. ex ratione. quos obsequēdi manet necessitas, non auctoritas imperandi. 16. q. 7. non placuit. & cap. seq. & sup. de consti. ecclesia. vbi de hoc, & e supra, de rebus ecclesiæ non alienandis, capitulo finali.

† London. Londoñ.
† Londonieñ.
† Cap 5. eo. tit. in 1 cōp. & post Cōc. Latera. par. 27. c. 3.
† Firmas. id est, ɔductiones, seu locatiões vbi alibi plen⁹ notatum est.
† Vnde phibet nō solū clericis, vel militib. sed etlaicis militibus seculi. C. de loc. & cōd 1. fi. C. de re mili. milites. & l. militares. li. 2. fm Host. Io. And.
† Cap. 7. eo. tit. in 1. cōp. & post Cōc. Latera. par. 27. c. 7.

RElatum.] Primo excessus, Secundo corrigi mandat. ibi, Ideoque. Abb. Sic.

CASVS. Monachi cuiusdam monasterij de Brusia seculariter viuebant, religione relicta: vñ mandat Papa diœcesano episcopo, quatenus appellatione remota eos compellat ad obseruantiam regularem: quod si contradixerint, inde remoueantur: q si non potest reformari de monachis eiusdē ordinis, fratres alterius ordinis in illud inducat, vt labores impiorum iusti edant, & tandem illi confusi rubore, ad sui ordinis obseruantiā reuertantur. Nota, q monachi compellendi sunt

di sunt ad seruandam regulam sum. Item hic est vnus casus in quo monachi possunt eijci de suo monasterio: scilicet quando nolunt viuere secundum regulam suā. Item semper reformati debet monasterium de hominibus eiusdem professionis, si fieri potest.

a ¶ Appellatione remota.] maxime, quia idem etiam si non apponatur: quia in huiusmodi correctionibus non admittitur appellatio. sup. de appellat. reprehensibilis. & ca. cum speciali, in fi. & c. ad nostram. Ber.

[Gloss. seq. notat quod vniuersitas delinquit.]

b ¶ Eis eiectis.] in pœnam illorum. episcopus enim illud auctoritate sua facere posset i argu. 16. q. 6. de lapsis 18. q. 2 Abbates. Sed si non delinquunt, eos expellere non potest. 16. q. vl. in uentum. 56 distin. satis peruersum. Nec etiam arctiorem regulā potest eis imponere. argu. 12. q. 1. integritas. s. de eccle. ędifi. ad audientiam. 2 Item dr hic quod vniuersitas delinquere potest. Argu. 25. q. 2. ita nos. & 7. q. 1. sicut vir. & ff. quod metus cau. metum. §. animaduertendum.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

c ¶ Inducas.] sed qualiter ibi eruunt? Refert qualiter introducantur, & qualiter expulsi sint, an perpetuū, an ad tempus donec illi corrigantur, & reuertantur. Ar. j. de di uor. gaudemus. C. de pœn. l. seruus. & 81. di. dictum. & hic in fin. dicitur.

d ¶ Impiorum.] 23. q. 7. quicunque. & c. seq.

seculariter viuūt, & alios exemplo suo † corrumpunt. Ideoque mādamus, quatenus eos ad obseruātiam regulæ † appellatione remota a cōpellas; vel † si tibi restiterint ausu temerario, eis eiectis, b fratres alterius ordinis (si non potest præscriptum monasterium in suo ordine reformari) in illud inducas: c vt labores impiorum d iusti edant; & illi tādem rubore perfusi, † ad sui ordinis obseruātiam reuertantur.

¶ Innocētius iij. Esculañ. episcopo.

¶ Clerici in sacris cōpellendi sunt per beneficiorū subtractionem, ut desistāt a tabellionatus exercitio.

CAP. VIII.

Sicut † te accepimus referente. & infra.

¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus clericis in sacris ordinibus cōstitutis, tabellionatus officiū per beneficiorum subtractionem, appellatione postposita, interdicas.

Sicut.] CASVS. Quidam clerici in sacris ordinibus constituti, indifferenter exercebant officium tabellionatus: mandat Papa diœcesano epo, quatenus clericis in sacris ordinibus cōstitutis appellatione remota per beneficiorum subtractionem, interdicat officium tabellionatus Nota, quod clericus in sacris ordinibus constitutus, tabellio esse non debet.

e ¶ Clericis in sacris.] sed quare isti prohibentur exercere officium tabellionatus, dum tñ abstineant a sententijs sanguinis? Dicas quod isti passim vtebantur officio illo in omnibus causis, in quocunq; foro, vt habetur in integra: vel verior est illa ratio, officium illud extraneū est ab officio clericorum saltem in ordine sacro, 20. q. 3. eos qui genus negotiationis est, etiā vt abstinēdo a criminibus, maxime si competentia beneficia habent. arg. sup. de post. c. 1. Sed nūquid in causa ecclesiastica sine spirituali, coram ecclesiastico iudice possunt esse tabelliones? Videtur quod non, quia simpliciter prohibentur, vnde generaliter intelligendū est. arg. 19. distin. si Romanorum, & j. de priuileg. quia circa. ff. de serui. vrba. præd. si seruitus. ar. contra. sup. de proba quoniam 27. q. 2. multorum. Ber.

Sententiam.] Habet multa dicta: ideo cōmode summari non pōt. generaliter potest sic summari: Clericis prohibentur oīa illa, ex quibus sequitur vel sequi pōt vitæ amissio, vel sanguinis effusio, hoc dicit. Et habet quattuor dicta principalia. Secundū ibi, Nec quisquam. Tertium ibi, Nullus. Quartum ibi, Nec quisquam Abb.

¶ Idem in concilio generali †

¶ Clericus nec dictare, nec proferre sententiam sanguinis debet: nec quicquam aliud exercere, per quod ad vindictam sanguinis tendatur, vel purgationi vulgari opem præstare non debet.

CAP. IX.

Sententiam † sanguinis f nullus clericus dictet aut proferat; sed nec sanguinis vindictam exerceat: aut vbi exerceatur, intersit. Si quis autem huiusmodi occasione statuti ecclesijs vel ecclesiasticis personis aliquod præsumpserit inferre dispendiū, per censuram ecclesiasticam compescatur. Nec quisquam clericus litteras dictet, aut scribat pro vindicta sanguinis destinandas. Vñ in curijs, principum g hęc solicitudo nō clericis, sed laicis committatur. Nullus quoq; clericus ruptarijs † vel ballistarijs, aut hmōi viris sanguinum pponatur; nec vllā † chirurgię artē subdiacon⁹

CASVS. Statuit concilium generale, quod nullus clericus sniam sanguinis dictet, vel proferat, nec vindictam sanguinis exerceat, nec vbi exerceatur, intersit. Si autem occasione hui⁹ statuti aliquis ecclesijs aliquod dispendium inferre pšumpserit, per cēsuram ecclesiasticā cōpescatur. Item nullus clericus litteras scribat, aut dictet p vindicta sanguinis destinandas: sed laicis officium in curijs principum committatur. Item nullus clericus ppōnatur ballistarijs, aut huiusmodi viris sanguinum, & subdiaconus, & sacerdos artē chyrurgiæ non exerceant, quæ adustionem, vel incisionem inducat; nec impendant ritum alicuius benedictionis purgationi aquæ frigidæ vel ferri candentis: saluis prohibitionib. de monomachijs, sine duellis, antea promulgatis. Nota, quod iudicium sanguinis clericus exercere non debet. Item litteras vindictam sanguinis continentes scribere, vel dictare non dēt. Item clericus viris sanguinum præesse non debet. Item clericus in sacris ordinibus chirurgiam exercere non debet. Item purgatio aquæ, vel ferri candentis fieri non debet.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

f ¶ Sanguinis.] episcopi non possunt sententias sanguinis ferre. j. de exces. pl. ex litteris. & s. eo. clericis. vbi de hoc nec dare cōsiliū, nec interesse, nec dictare: nec scribere sentētiā, vt hic dicit & 23. q. 4. illud. sed alijs debent vices suas cōmittere, vt dictum est. sup. c. clericis. & arg. pdictæ decre. illud. & 2. q. 7. sicut, licet sm leges nō possit delegare, nisi cum iudex necessariam habeat cā proficiendi. ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. l. 2. Sed si interest tantum, nūquid propter hoc efficitur irregularis, vt propter hoc deponatur? Non videtur quod debeat deponi: sed alias debet puniri, quia interfuit contra præceptum huius canonis.

g ¶ Primum.] sup. eo. clericis. & c. sed nec. Ber.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

a ¶ Adu-

† Dictio suo, deest in pluribus ant qs codice.
† regularem
† & si tibi.
† confusi.
1 Non secularē, sed regulare alterius ordinis vt notat hic. Ioan. And. quē videto.
† Estul. Esculano.
r Ca. p. i eo. tit. in 4. cōp.
2 In antiqua cōpil. initio capitis cita ita hr quos ibidē inuenit pas sim tabellionatus officiū exercentes.
3 De hoc articulo vide plene hic p Doctores. & quid si d clericis āliis cāis ec clesiasticis, dicas quod in cā hæresis e non solū clerici sæculares fedetiā quilibet religiosi tabelliones possunt, c. vt officiū §. a d cōscribēdas de hæret. lib. 6.
† scilicet Lateran. ca. 18. & c 2. e. 11. 5. compil.
† Præter Doctores, hic vide Fel. ic. sicut dignū. de homi. & Manu ali cō fessariorū. ca. 25. tit. de peccatis clericorū quo. ad ordines vero taber narius.
† al. raptarijs.
† al. rotarij vt obseruatur Hosti. sedi oib. Vaticanis vt est impressum.
† al. ita: nec vllā chirurgiæ partem al. ita. nec illā chirurgiæ partem al. ita: nec nō vllā chirurgiæ artem

a ¶ Adustionē.] ex hoc vt, quòd ecclesia pœnā adustionis infligere non debet, & sic est contra illud, & inf. de cri. fal ad audientiā, vbi dicitur, quòd nota cum ferro cēdenti ponitur in fronte, sed illud intelligitur, ita ꝙ ad effusionem sanguinis non procedat.

b ¶ Monomachijs.] i. de pugnis singularib. Dicitur enim monomachia, à monos, quòd est vnum: & mach a pugna: quasi pugna vnius contra alterum.

SVper. Pars hnius, ȷ̃. de magistris, & de priuilegi. specula. Diuiditur in quinq; partes. Primo ponit decisum exordium. Secundo ibi, Contra, relatio Turonen. concilij. Tertio ibi, Verū opiniones variæ circa illud Quarto: ibi, Nos, determinatio. Quinto ibi. Quia vero, constitutionem extendit. Abb.

†Vide conci. Lat. sub Alc. iij. cap. 20. & cōc. Triden. sess. 25. de refor. c. 19.

CASVS. Alexander Papa statuit in concilio Turoneñ. sup. eo. non magnopere contra regulares personas exeuntes ad audiēdas leges vel physicam, vt nisi ȷ̃. duos menses ad claustrum redirent sicut excōmunicati ab omnib. vitarētur, & in nulla causa si patrocinium præstare voluerint, audiātur: reuersi autem ad claustrum, in choro, mensa, capitulo & ceteris, vltimi fratrum existant, & oēm ipsem ꝓmotionis amittant, nisi forte ex misericordia sedis Apostolicæ, Sed qui ā nonnulli pp diuersas opiniones quorundam excusationē assumebant, volens Papa vt de cetero ipso facto sn̄iam excōmunicationis incurrant. mandat, quare nus tam diœcesani epi, quā capitula ipsorum & alij, ī quorum diœcesib. tales commorantur, publice denuncient eos excommunicatos, & prædictis pœnis obnoxios: Verum quia dn̄s Papa theologiæ studium desiderat amphari, vt fides catholica circuncincta sit muro inexpugnabili bellatorum, quibus resistere valeat venientib. ex aduerso: statutum concilij Turonen. extendit ad archidiaconos, decanos, plebanos, præpositos, cātores, & alios clericos personatus habentes, necnon presbyteros: nisi infra spatium præscriptum destiterint: & appellatione post posita præcepit obseruari. No. quòd religiosi non debēt audire leges vel medicinam. Item ipso facto quis excommunicatus. Item constitutio post duos menses à tempore ipsius constitutionis ligat. Item Theologia super omnes scientias est fauorabilis. Item presbyteri, & personatus habentes non debent audire physicam vel leges, aliàs sicut religiosi audientes puniuntur.

† Hæc duo verba: ꝺ claustris, desunt in oib. antiqs & manuscriptis Vaticanç †al. ita, Alex. Papa. p. n. hoc est, Alex. Papa prædecessor noster

c ¶ Leges vel physicam.] C. de epis. & cle. repetita, & l parabolani.

diaconus, vel sacerdos exerceat, quæ adustionē[a] vel incisionē inducit: Nec quisquā purgationi aquæ feruentis vel frigidæ, seu ferri candentis, ritum cuiuslibet benedictionis, aut consecrationis impendat: saluis nihilominus prohibitionibus de monomachijs[b] siue duellis† antea promulgatis.

¶ Honorius tertius.

¶ Constitutio Turonen. concilo puniēs religiosos audientes leges, uel physicam, est canon lata sententia & incidentes in illam debent per ordinarios puniri. hoc primo. Secundo extendit dictam constitutionem ad habentes dignitates, & personatus, & ad presbyteros.

CAP. X.

SVper specula, & infra. ¶ Cōtra religiosas personas (de † claustris) exeuntes ad audiendum leges, vel physicā,[c] Alexander † prædecessor noster olim statuit in cōcilio Turonen. vt nisi infra duorū mensiū[d] spacium ad claustrum redierint, sicut excommunicati ab omnibus euitentur: & in nulla causa (si patrociniū præstare voluerint) audiantur.[e] Reuersi aūt, in choro, mensa, capit. & ceteris, vlt. fratrū existāt, & (nisi forte ex misericordia sedis Apost.) totius spem promotionis amittant,[f] Verū quia nōnulli ex talibus, propter quorundam opiniones diuersas excusationis aliqd assumebant; Nos volētes, vt de cetero ipso facto,[g] sentētiam excommunicationis incurrant, districte † præcipiendo mandam⁹, quatenus tam a diœcesanis, & capitulis ipsorum, quàm à ceteris episcopis, in quorum diœcesibus in huiusmodi student, tales excommunicati, prędictis[h] pœnis obnoxij publicè nuncientur.

¶ Quia † vero theologiæ studium cupimus ampliari, vt dilatato sui tentorij loco funiculos suos faciat longiores, vt sit fides catholica circumcincta muro inexpugnabili bellatorum,[i] quibus resistere valeat ascendentibus ex aduerso: ad archidiaconos, decanos, plebanos, præpositos, cantores, & alios clericos personatus habentes, nec non presbyteros[k]

d ¶ Duorū mensium spatium.] tempore scientiæ huiusmodi cōstitutionis, siue publicationis cōnumerandum, & nisi destiterior, ipso iure sententiam excommunicationis incurrit, vt in l. sequitur. Verba ista quæ hic pouuntur vsq; ibi, verum quia, sunt Turonen. concilij. sup. eo. non magnopere.

e ¶ Audiant.] tamꝙ ipso iure excommunicati: alias etiam monachi, & canonici regulares ab aduocatione repelluntur. ȷ̃. de postulatio. c. 2. & 16. q. 1. alia, & c. placuit, & c. monachi, & c. de præsentium, & 15. q. 6. c. 1. in fi. nisi ꝓ vtilitate ecclesiæ suæ, r Abbate nihilominus imperante, vt in prædicto. c. monachi.

f ¶ Amittant.] dic vt sup. eo. c. non magnopere.

g ¶ Facto.] sic ipso facto negamus Deū 22. q. 5. cauete & ipso facto amittit qs priuilegium suum sic ȷ̃ de vi. & honest. cle. c. vlt. ubi plures con cor. de hoc.

h ¶ Prædictis pęnis.] s. ꝙ promoueri non possunt sine dispensatione Apostolicę sedis, & alijs superius positis.

i ¶ Bellatorum.] i. prædicatorum, qui possunt hæreticis resistere auctoritate diuinæ scripturæ, qui contra nos surgunt, & ex aduerso impugnant nos: quos prælati ecclesiarum de sua diœcesi expellere tenentur intantum, quòd si negligentes extiterint, ab administratione remoueantur, inf. de hæret. ex communicamus, in fi.

†al. ita: districte pcipim⁹ & mādamus

r Vel pauperū ſm Iaco. & Phil. vide qđ dixi ꝺ postu. c. 2. Io. And.

† Vide c. 1. ne clerici vel monachi. 6. & ꝙ statutū est in conc. Latera. sub Leone x. sess. 8. Paulo post principiū, in ꝯst. tu tione inci. Apos. regim.

[Gl. seq. reci. per q. quid de beneficijs curatis, & personatibus non curatis.]

k ¶ Presbyteros.] ad omnes prædictas personas pęna ista extenditur, etiam si huiusmodi personatus curam animarum non habeat; quia idem iudicium est de personatibus curam animarum non habentibus, sicuti de beneficijs curam animarum habentibus annexam, ȷ̃. de electione dudum, & quod habentes curam animarum teneantur patet, quia qui ad curam animarum eligitur, dēt primo promoueri ad ordinem sacerdotij, aliàs fit ab ipso iure priuatus, sup. de præb. extirpandæ,

§. qui

§.qui vero,& in propria perſona deſeruire: niſi in duo bus caſibus,vt ibi dicitur, & idem iudiciũ de perſonatib.& de habentib.curam animarum eſt habendum,vt in prædicta decr.dudum.& de præb.de multa a maior- enim ratio eſt de habentibus curam animarum, quam de perſonatibus non hñtib.curam animarũ, Credo ꝙ nullus archidiaconus, decanus,plebanus,prępoſitus,cantor,& nulli qui habent perſonatus,& qui habent curam animarum, poſſint audire leges,vel phyſicam propter pęnam iſtius conſtitutionis, nulla facta diſtinctione, ex quo tales ſunt, niſi aliam interpretationem ſuper hoc viderent: quia Papa nullam adhibuit interpretationem; ergo nec nos adhibere debemus,2.q.5.cõſuluiſti,& ſup.de transl.inter corporalia. ſufficit. enim quòd ita ſcriptum eſt, vt 6.q.3. ſcriptũ eſt in lege,& ff.qui & à qui.ma.li.1.proſpexit. ADDITIO. Dic tamen,quòd hæc conſtitutio nõ habet locum in hñte curam parochialem,ſi alias non eſt pręſbyter. niſi ſit talis cura, ſiue plebania, quæ habeat ſub ſe capellam,vel capellas,in quib. clerici perpetuo inſtituantur,c.1.eo.tit.lib.6.

† hæc, pro hoc in multis vaticanis.

(niſi ab his [a] infra ſpacium [b] præſcriptum deſtiterint) hoc [c] † extendi volumus [& † mandamus] & appellatione poſtpoſita firmiter obſeruari.

† Hæ duo verba,& mãdamus, deſunt in omnibus antiquis codicibus.

a ¶ Ab his.] ſ.legib.vel phyſica, de quibus præmiſſum eſt ſupra Ber.

[Gl.ſeq. principium reci.pet quæſtio.finis quærit,& ſoluit.]

b ¶ Spacium præſcriptum.] duorum menſum, connumerandorum à tempore publicationis [1] huius conſtitutionis;quia ante publicationem nemo tenetur, ſup. de conſti.c.2.ex quo enim conſtitutio publice promulgata eſt & publicata, quilibet tenetur ad eius obſeruantiam poſt duos menſes, in auth. vt fac.no.conſ[illegible] circa prin coll.5.16.diſt.quod dici[illegible] ſup.de poſtu.præla.c.1.ſed ante non,arg.32.q.4.dixit Sarra.82.diſtin.propoſuiſti,ſed cum iſta cõſtitutio ſit iam diu publicata.nullus hẽt excuſationem. Sed nunquid epiſcopi poſſunt tales abſoluere? Credo ꝙ ſic,quia conditor huius conſtitutionis non retinuit ſibi abſolutionem,& ideo alijs relicta videtur.inf.de ſent,excom.nuper.inf.de cri.fal.dura. & ſup.de præben.de multa,in fi.

1 De materia huius gloſſæ vide Deciũ,& Doctores in ca. cognoſcẽtes, [illegible] cõſt. & Sotum li.[illegible] de iuſtitia.& iu[re] q.1. arg.4.

[Glo.ſeq.rec.pet q. an habentes perſonatus egeant diſpenſatione Papali,ſicut & monachi allega.quò ſic.& hoc tenet in additione. in tertia glo.tenuit contrarium.]

c ¶ Hoc extendi.] ſ.præmiſſas pœnas, de quibus ſuperius facta eſt mentio, ſcilicet quòd ſint excommunicati,& in nulla cauſa patrocinium præſtantes audiantur. Et ita videtur,quòd iſti ſpem præmotionis amittunt, niſi cum eis per ſedem Apoſtolicam fuerit diſpenſatum,ſicut dicitur ſupra de monachis: quia pronomen hoc,oſtendit omnes pœnas ſupradictas. Sed hoc non credo,quòd iſti propter hoc ſine diſpenſatione domini Papæ promoueri non poſſint,& quòd dicit:hoc extẽdi, &c.reſpicit tantum quod dixit ſup.excommunicat. & quòd in nulla cauſa eorum patrocinium admittatur: quia ſi hoc voluiſſet,hoc dixiſſet de iſtis quòd dixit de illis,arg.ſup.de tranſla.inter corporalia.ſup.de deci.ad audientiam,& pœnæ non ſunt ampliandæ ſiue odia, ſed potius reſtringendæ de pæn.d.1.pœnæ.ff.de lib.& poſtu.cum quidam.ff.de hære.inſt.l.1.§.vlt.& illa clauſula; Niſi forte ex miſericordia &c. reſpicit tãtum præcedentia,& non ſubſequentia arg.ſup.de app.inquiſitioni. Tutius eſt dicere, quòd incurrat omnes pęnas prædictas, cum littera hoc expreſſe dicat, dum dicit, hoc extendi, &c. ſupra dum dicit: prædictis pœnis obnoxij. Bernardus.

FINIS LIBBRI TERTII.

LIBER QVARTVS, DE SPONSALIBVS ET matrimonijs.

¶ In præcedenti libro visum est de actib. & gestis spectãtibus ad clericos, merito nũc restat videre de spectantibus ad laicos. Et hæc rubrica habet duas partes. In prima dicit de sponsalibus. In secunda de matrimonijs, Abbas.

De hac materia tractatur 27.q.2. in plerisq; capitib. & 26.q.1. 33.q.2. & 3. & 32.q.1.2. & 3. per totũ. & 30.q.5. §. his omnibus. vsque ad fi.q. & 33.q.2. §. sed quia vsque ad finem quæstionis.

† Ca.39. referũt Burchardus. lib.9. decre.c.67. Ivo par. 8.c.213. & c.1. co.ti. in 2.cõpitat.

De Francia.] Diuiditur. Primo ponit casũ. Secundo diffinit. ibi. Diffiniuit.

CASVS. Quidam iuuenis de Francia, duxit vxorem quandam nobilem mulierem de Saxonia secundum cõsuetudinem Saxonum: iuuenis ille dicebat, quod in matrimonijs cõhẽdis Frãci nõ vtuntur ijsdem consuetudinib. cum illis de Saxonia, & hoc iõ quia desponsauerat eam nõ lege sua, sed Saxonũ. Dimisit ergo illã, & aliam vxorem duxit. In cõcilio quæsitũ est, quid de hoc fieri dẽret? Statuit cõcilium, vt ille transgressor Euangelicæ legis subijciatur pœnitentiæ: & a secunda, vxore separet, & ad primã redire cogat. No. qui in matrimonio cõhendo potius cõsideratur intentio cõhentium, q̃ verba, q.b. mediantib. cõhunt, dummodo animo cõhendi hoc faciant. Item solemnitates non sunt de substantia matrimonij. Item verba debent deseruire intentioni, & non intẽtio verbis. Item ad intentionem recurrendum est.

a ¶ Lege.] id est, consuetudine.

b ¶ Legibus.] id est, consuetudinibus.

[Gl. seq. recitatur per obiectionem, & solutionem.]

c ¶ Francorum lege.] quam putabat esse de substantia matrimonij arg. 30.q.5. aliter. vbi videtur, quod matrimonium omissis solemnitatib. non valeat. sed non est verum, quia illa quæ dicuntur in c. aliter potius ad solemnitates referuntur, quæ tamen seruandæ sunt: sed quãuis non seruentur, tenet matrimonium, quia solus cõsensus facit matrimonium. 27.q.2. sufficiat. I

d ¶ Dimissaque.] quod facere non debuit auctoritate sua, vt 33 q.2. seculares. 35.q.6. multorum, ẽt si impedimentum manifestum subesset, ĩ. de diuortijs. porro.

a Cõcor. tex. in l. nuptias, vbi gloss. & Doct. ff. de reg. iur. & vide oĩno Magist. sen. li.4. d.st.27.§. efficiens aũt. & §. qd aũt. vbi pulchre explicat hoc dictum.

e ¶ Euangelicæ legis.] quã dr, nullus dimittat vxorẽ suam excepta causa fornicationis. 32.q.1. dixit Dominus, ĩ. eo. ex parte.

f ¶ Pænitentiæ.] pro eo quod primam dimisit, & secundam duxit.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.

De sponsalibus & matrimonijs.

¶ Ex concilio Triburiẽsi.

¶ *Matrimonium solo consensu contrahitur, nec inualidatur, si consuetudo patriæ non seruetur.*

CAP. I.

De Frãcia quidã nobilem mulierẽ de Saxonia, lege[a] Saxonũ duxit in vxorem: verum quia non eisdem vtuntur legib.[b] Saxones & Francigenę, causatus est, quod eam non sua, i. nõ Francorum[c] lege desponsauerat: dimissaq;[d] illa, aliam superduxit. Diffiniuit super hoc sancta synodus, vt ille transgressor Euangelicæ[e] legis subijciatur pœnitentiæ:[f] & à secũda cõiuge[g] separetur, & ad priorem redire cogatur.

¶ Innocentius tertius Exoneñ. † episcopo.

¶ *Sponsalia de futuro dissoluuntur, si sponsi se dissoluunt, etiam si fuerint iurata.*

CAP. II.

Preterea † hi, qui de matrimonio contrahẽdo pure & sine omni conditione[h] fidem dederunt, cõmonendi sunt & modis omnib. inducendi,[i] vt prę stitam fidem obseruent. ¶ Si autem se adinuicem admittere noluerint:[k] ne forte deterius[l] inde contingat, vt talem. s. ducat, quam odio[m] hẽt †, vr̃, qđ ad instar eorum, qui societatẽ[n] interpositionde[o] fidei contrahunt, & postea eandẽ sibi remittunt, hac possit patientia tolerari.[p]

¶ Eugenius Papa.

¶ *Si maior septẽnio duxit in vxorem minorem septennio, & eam traduxit ad domum, oritur ex tali contractu publicæ honestatis iustitia. h.d. inhærendo literæ Panormitanus.*

[Gl. seq. supplet, suppletioni signat contrarium, &c.]

CASVS. Augustinus in cap. isto ostēdit, ꝙ fides coniugalis cōtractus duplex est. Est enim fides pactionis, & fides cōsensus: Si aliqs dedit alicui mulieri fidē pactionis, non debet aliā ducere: si autē duxerit, valent; sed agat pænitē iā de fide mētita. Si autē fidē consensus, non debet alia ducere: & si duxerit, dimittat illā & adhærebit priori. Est aūt fides pactionis, qñ aliquis ꝓmittit alicui mulieri ꝙ eā ducet, si permiserit eū rē secū habere, vel etiám pro consensu Fides autē consensus, quādo per mutuum cōsensum de præsenti ad inuicē consentiunt: & mutuo se suscipiūt Not. quòd duobus modis dicit fides, pactionis scilicet, & cōsensus. Itē adueniente fortiori vinculo, rumpitur minus fortius. Itē post sponsalia de præsenti, non debet qs contrahere: & si contrahat, debet redire ad primam.

d ¶ Pactionis.] hoc est dicere: vna est fides despōsationis de futuro, & altera consensus de præsenti.

e ¶ Non debet.] tamen si duxerit, tenet matrimoniū, & agat pænitentiam de fide mentia, vt hic dicit: & sup. de sponsa. si inter. in fin. forsitan triū annorum. 3. 17. distin. si vir.

† Cap. 1. eo. tit. in 1. cōp. Vide Ioanē Maioris, li. 4. sen. di. 27. q. 5. & ibidē Sotū. q 2. ar. 4 ver. tertiū dubium est.

† al. ita aliā ducere vxorem.

f ¶ Sacramentum.] de isto sacramēto habes sup. de biga. debitum quòd dissolui nō debet per spōsalia, quæ sunt minus vinculū. ar. ff. de fideiuss. si debitori.

; Vel arbitrātiū. 26. q 7. tēpora secūdū. Alanū. Io And.

g ¶ Priori.] vxori, non obstante aliqua consuetudine in contrarium. ͂ȷ. eod. ca. vlt.

h ¶ Est autem.] exponit quod dixerat in principio.

[Glo. seq. fortificat textum per locum à diuisione: demum ponit tres lecturas.

i ¶ Si permiserit.] si de fornicario coitu intelligas conditio turpis est; & ideo pro non adiecta debet haberi. infra tit. proxi. & cap. vlti. vnde si postea rem secū habuerit. statim est matrimonium inf. titu. proxi. de illis, & cap. per tuas, si de legitimo intelligas, multo fortius tenet matrimonium, si coitus subsequatur: potius enim videtur hortatio, id est, quod permittat ei rē secū habere; sim. ff. de tutel. muto. §. sub conditione. Ala. T. dixit, quod istud, si, nō tenetur conditionaliter, sed causatiue: quia in omni matrimonio hæc causa, scilicet carnalis 4 copula, dēt interuenire. saltem quo ad propositum. 27. q. 2. ca. beata Maria Et expone si permiserit, id est, quia permiserit. sim. sup. de elect. significasti. in verbo, si diligis me. Lau. dixit ꝙ per hoc quod dicit, si permiserit, &c. notat conditionalem fidem pactionis per hoc quod sequitur; vel etiam pro consensu, notat simplicem & absolutam fidē pactionis, vel per vtrumque notatur conditio Vel potest dici, quod per hoc notatur, quod fides pactionis idest spōsalia sub conditione contracta, duobus modis transit in fidem cōsensus. id est, matrimonium de præsenti; scilicet per carnalem copulam, vel per consensum de præsenti, vt infra titu prox. de illis & c. per tuas.

4 Caute hoc legas, nec putes non esse verum matrimoniū absque carnali copula, qđ et falsū, vt recte explicat Sotus lib 4. sen. dis. 26. q. 2. art. 4.

K ¶ Et si non stringit manum.] forte per annuli immissionem. 30. q. 5 feminæ, cum enim stringit manū, signum dilectionis est, vel forte alludit consuetudini alicuius loci. Ber.

Accepi-

manum, corde tamen & ore cõsentit ducere, & mutuo se concedũt vnus alij, & mutuo se suscipiunt.

¶ Ex Brocardo † lib. 30.

¶ *Ponit pænitentiã illius, qui alterius sponsam de p̃senti sibi accepit in uxorẽ nec unquam in uxorem eã habere potest. h. d. iuxta litteram.*

CAP. II.

ACcepisti illam in vxorem tibi, quam alter sibi desponsatam [a] habuerat, dimitte illam, quia nunquam [b] potest tibi fieri legitima, & quadraginta dies in pane, & aqua (quod carinam [c] † vocant) cum septem sequentibus annis pæniteas.

¶ Alexander iij. Salernitano archiepiscopo.

¶ *Spõsalia de præsenti nõ soluuntur per sequens matrimonium, etiam carnali copula consumatum.*

CAP. III.

LIcet † præter [d] solitũ, & infra.

¶ Consultationi tuæ taliter respondemus, quod si inter virum & mulierem legitimus consensus interueniat de præsenti, ita quidem, quòd vnus alterum in suo mutuo consensu, verbis consuetis expresse † recipiat, vtroque dicente: Ego accipio te in meã, & ego accipio te in meũ, siue sit iuramentum interpositum, siue non, non licet mulieri alij nubere. Et si nupserit, etiam si carnalis copula sit secuta, ab eo separari debet, & vt ad primũ redeat, ecclesiastica districtione cõpelli: Quamuis † aliter à quibusdam prædecessorib. nostris sit aliquando iudicatum. [e]

¶ Idem Genuen. † archiepiscopo.

¶ *Et qui appellat in causa matrimoniali, interdici debet, ne aliud matrimonium contrahat lite pendente, & si contraxerit, debet separari.*

CAP. IV.

TVa † fraternitas nos consuluit, & infra.

¶ De his vero, qui coram te super desponsatione facta per consensum mutuum de præsenti, controuersiam mouent, & appellatione pendente, quã ante sentẽtiam vel cognitionem causæ, ad sedem Apostolicam interponũt, accipiunt alias in vxores: Hoc arbitramur agẽdum, vt si ammodo in tali casu duxerint appellãdum, eis in ecclesia publice interdicas, ne ante decisionem [f] causæ, aliud contrahant matrimonium. Et si † contra interdictũ ecclesiæ publice factum, venire præsumpserint matrimonium tam presumptuose contractum poteris [g] irritare.

ACcepisti.] Alteri desponsatam ducens in vxorem, & cognoscens, nunquàm in vxorem eam habere potest. h. d. secundum vnum intellectum: sed clarius hoc videtur in cap. fin. de eo, qui duxit in matrimonium. Abbas Sic.

CASVS. Si aliquis cõtraxerit cũ aliqua, q̃ sit alteri despõsata p verba de p̃senti, illã dimittat: quia eius vxor esse non põ, & xl. dies peniteat. No. quòd ab initio non valet, tractu temporis non conualescit.

a ¶ Desponsatam.] per verba de præsenti, vt sup. c. proxi. [Gl. seq. ar. al. 4. iura & duo in contrariũ.]

b ¶ Numquã potest tibi.] arg. q ab initio non valet, tractu t pis non cõualescit, sic s̃. de ele. aud tis. & c. dudũ, & ar. 16. q. placuit §. põt. vers. q si primitus, & ff. de reg. iu. l. pen. Arg. contra. s̃. tit. prox. c. 2. & s̃. de ele. quòd sicut.

c ¶ Carinã.] vulgare est Italicorũ, & dr̃ carina † à carẽtia hominũ, vel ẽt cibariorũ, nã illis xl. diebus includũtur ĩ aliquo loco secreto iuxta ecclesiã, vbi non hñt consortium hominũ. B.

LIcet p̃ter.] Sũmatur vt in rubro; sed clarius hoc hr̃ in c. fi. & pen s̃. de spõ. Et diuidit ĩ quatuor partes. Primo ponĩ decisa consultatio. Secundo responsio ibi, Consultationi. Tertio alterius dubij solutio. ibi, Et si nupserit. Quarto obstaculi remotio ibi, Quamuis. Abb. Sic.

CASVS. Dicitur ĩ hoc c. q si aliquis contraxerit cũ aliqua p verba de p̃senti, dicẽdo sic: recipio te in meã & illa, recipio te in meũ (etiã si non iurauerũt) nõ possunt ad alia matrimonia conuolare, & si fecerint, separari dẽnt à secundis, & ad primũ matrimonium redire, quamuis carnali copula sit secuta. Item habes sup. de sponsa. inter. Not. quòd sponsalia de præsenti matrimonium sunt, vnde postea dissolui non possunt.

d ¶ Preter.] qđ dicitur hic habuisti. s̃. de spons. si inter.

e ¶ Iudicatum.] consuetudo fuit olim in Mutinen. ciuitate, sed illa correcta est inf. eo. c. vlt. Ber.

TVa.] Diuiditus. Primo ponitur thema. Secundo, præcipit fidei interdictum, ibi, hoc arbitramur. Tertio dicit quid iuris, si violetur. ibi, Et si contra. Abb. Sic.

CASVS. Aliquis coram suo iudice petit aliquam in vxorem, vel aliqua petit aliquem in virum, quem dicit in eã consensisse per cõsensum mutuũ de præsenti: Ille appellat ad sedẽ Apostolicã, & appellatione pendente ante causę cognitionẽ, siue ante sñiam, aliã duxit in vxorẽ, quæritur q̃d iuris? Rñdet Papa, si aliqs amodo in tali casu duxerit appellandum, iudex interdicat ei publice, ne ante decisionẽ causæ cũ alia contrahat. quod si fecerit, matrimonium tã præsũptuose contractum, debeat irritare & separare abinuicẽ vsque ad decisionem causæ No. q pendente appellatione nihil est innouandum. Itẽ qui contraxit contra interdictum ecclesię debet separari ab illa, quousq; cognoscatur de impedimẽto.

f ¶ Ante decisionẽ.] Appellatione enim pendente nihil innouari debet, 2. q. 6. ca. post appellationem, §. appellatione. & ff. nihil inn. appellatio. pen, l. 1. [Gl. seq. alle. septem. concor. in contrariũ alle. rub. de matrimonio contracto, sol. distinguendo.]

g ¶ Poteris irritare.] sim. s̃. de despon. impu. ad dissoluẽdũ, in fi. Ex qb. colligit̃, q mr̃imonium s̃. inter dictũ eccl. contractũ sit omnino dirimendũ, vt 35. q. 3. contradicim⁹, & 33. q. 4. nõ oportet, 2 & 10. dist. vides, & C. đ legi. nõ dubiũ, & 25. q. 2. imperiali. & C. qui pro sua iurisdõ. l. vni. Argu. contra. j̃. de mat. cõtract. cõtra inter. eccl. c. 1. & 2. & 3. Solutio. 2. cũ matrimonium interdicitur ab ecclesia aut causa p̃hibitionis est perpetua, aut temporalis. Si est perpetua, separatur à cohabitatione quousque cognoscatur de impedimento, quo probato separantur ex toto, lata sententia diuortij inter eos, inf. de matrim. contract. contra interdict. eccl. de muliere, & sic intelligitur c. contradicimus, & c. vides, & l. non dubium, & sic intellige quod dicit hic, & c. ad dissoluendũ, quo non probato, remanebunt simul. Si vero causa prohibitionis fuerit temporalis, puta tẽ-

gus

† Ita in antiqs vt est impressum, sed restituẽdum ita: ex Burchardo li. 19 c. 5. tit. de fornicatione §. re epsti illã tibi, & c. 2. e. tit. in 1. cõp.

† Caren am, Carentenã, Contius in marg.

† Carina vox est corrupta deducta potius à quadragesima, siue quadragena, quã ab hominũ, vel cibariorũ carentia, vt hic putat Ber. & ante ipsum Tan.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cõp. & post conc. Lat. p. 7. c. 8. Vide Sot. li. 4 senr. dist. 27. q. 1. ar. 3.

† expresso.

† Vide Melchiore C. nũ li. 6. c. 8 d lo cis theolog.

† Ianuen. sed idem est.

† Cap. 7. eo. tit. in 1. cõp. & post conc. Lat. pa. 50. c. 41. Et cũ appellat in causis ecclesiast. quid obseruari debeat, vide concil. Trid. ses. 24. de refo. c. 20.

† al. ita, & si contra interdictum ecclesiæ ita publice factũ, &c. 2. Secundum Tãc. & Vinc. Host. idẽ dices vtebatur al. js verbis: s. q aut mr̃imoniũ, ab ecclesia interdicit̃ sine cã aut ex cã: & tũc aut cã ẽ tpalis, aut p petua, aut falsa, aut vera cuius distin. veritas satis patet ex gl. Io. And.

pus in quó matrimonium prohibetur contrahi, pp reuerentiam dierum. vel consensus de futurorum alio: tunc non deberent separari, sed pænitentia debet eis imponi: quia cõtra interdictum ecclesiæ hoc fecerunt, J. de matrimo. contra. contra inter. eccle. c. 2. tamen ne nium non facit sine consensu, vt J. dicitur. sim. sup. de iure pa. cum autē, & ff. loca. in operis. licet hic circa matrimonium non stetur consuetudini: aliàs autem seruatur consuetudo, vt qui legitimus est ad matrimonium, consuetudo facit il legitimum, inf. de cognatione spiri. sup eo.

¶ Innocẽtius iij. Mutinen. episcopo.

¶ *Qui duas per verba de præsenti desponsat, primã desponsatã habebit in uxorem, etiam si prius secundam cognouerit, nec valet contraria consuetudo, & hoc vltimum additur ad c. licet, supra eodem.*

CAP. V.

Tvas † dudum: & infra. ¶ De consuetudine, quæ diu in Mutinen. obtinuit ciuitate, vt † si quis iuraret se aliquam ducturum, & citra carnis copulam desponsasset, si consequenter despõsasset aliam & ẽt cognouisset,[a] primo cognita adiudicaretur viro, non quæ prius extitit desponsata, & infra.

¶ Ne vero turpis [b] sit pars, quæ suo non congruit vniuerso, & ecclesia Mutinen. tenere debeat humiliter, & seruare † quod beati Petri [c] sedem, & suam metropolim sequi viderit & docere: In matrimonijs de cetero contrahendis illud te volumus obseruare, vt postquam inter legitimas personas cõsensus legitimus interuenerit de præsenti, qui sufficit in talibus iuxta canonicas sanctiones, & si solus [d] defuerit, cetera etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur: si personæ iunctæ legitimæ cum alijs postea de facto contrahant, † quod prius de iure factum fuerat, non poterit irritari.

TITVLVS V.

De conditionibus † appositis in desponsatione, vel in alijs contractibus.

¶ Ex concilio Africano.†

¶ *Defectus turpis conditionis in contractu matrimonij appositæ, non vitiat matrimonium, sed vitiatur.*

CAP. I.

Qvicunq; sub cõditionis nomine aliquã despõsauerit, & eam relinquere voluerit; dicimus, quòd frãgatur [e] conditio, & desponsatio irrefragabiliter teneatur

mandatũ iudicis cõtemptibile videatur, si vult, potest eos ad tempus separare, & sic intelligitur capitulum, nõ oportet, & J. de matri. contract. contra inter. ecclesię c. 1. interdictum enim ecclesiæ non est tantæ efficaciæ, vt separetur matrimonium contra illud contractum, nisi subsit causa perpetua: tamen pęnitẽtia dẽt semper imponi, siue causa sit perpetua, siue non, pp contemptum ecclesię, vt patet per iura pa. cta. J. de mat. contract. cõtra inter dicecci. per totum, & sup. tit. prox. c. 3.

Tvas.] Diuiditur in duas partes. In prima ponitur cõsultatio. in secunda responsio: ibi, ne vero. Abb.

CASVS. Olim obtinuit consuetudo in ecclesia Mutinẽ. vt si quis aliquam despõsasset per verba de p̃senti, & ante carnalem copulã aliam acciperet & cognosceret illa sibi adiudicabitur quam primo cognouerat: quia vero turpis est omnis pars, quæ suo nõ cõgruit vniuerso, & ecclesia Mutiñ. tenere debet humiliter & seruare quod Romana ecclesia & sua metropolis seruat. præcipit Papa vt ecclesia Mutiñ. in matrimonijs ꝯhendis illud obseruet, vt postquàm inter personas legitimas, cõsensus legitimus interuenerit de præsenti, si postea cũ alijs de facto contrahant, quod prius de iure factum fuerat, non poterit irritari. Not. quòd turpis est pars, quæ suo non cõgruit vniuerso. Item quòd Romana ecclesia & sua metropolis seruat. subditi seruare debent. Item carnalis copula, non facit matrimonium, sed consensus.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

a ¶ Cognouisset.] videbatur ꝙ secundus ideo esset potior, quia illi tradita esset possessio: sicut est in vẽditione & donatione. C. de rei ven. quoties. & in matrimonio spirituali sup. de iure pa. q. o i autem, & ca. pastoralis, & in obligatione pignoris. ff. q po. ĩ pig. ha. potior. sed non est ita: immo qui prior est tempore. potior est iure. sup. de maior. & obed. cap. 1. quia matrimonium perfectus est per solum consensum: licet cum secundo processum sit ad carnalem copulam: quæ matrimonium non facit

b ¶ Ne vero turpis.] sic 8. dist. quę contra mores, & 11. dist. nolite & 12. dist. c. 2. s̃. de præscrip. cum nõ liceat.

c ¶ Beati Petri sedem & suã metropolim.] hæc verba sunt 11. distin. nolite, & 12. distin. ca. vlt. & sup. de postu. prælat. cap. 1.

d ¶ Et si solus.] solus consensus facit matrimonium. sup. de spon. per totum, & 27. q. 2. sufficiat.

DE CONDITIONIBUS appositis in desponsatione, vel in alijs contractibus.

¶ Quia quandoque sponsalia contrahuntur pure, de quibus visum est s̃. quandoque sub conditione, merito de his post præcedentia submittit. Et quia conditio apponi potest non solum in matrimonio sed etiam in alijs cõtractibus, ideo ne auctor haberet materiã geminandi rubricã, sub breuitate ibi, de conditionibus appositis etiam in alijs contractibus.

De hac materia tractatur. 32. q. 8. & 32. quæstio. 2. soler &c. aliquando, & quæst. 1. cap. vlt. 27. quæst. quarta. vxor.

Qvicunque.] Primo ponitur thema, ex quo resultat tacita quæstio. Secundo responsio, ibi. Dicimus. Abb.

CASVS. Si aliquis desponsauerit aliquam sub conditione, quæ non sit contra substantiam matrimonij, puta contraho tecum, si furtum feceris: si voluerit eam relinquere, quæritur an possit? Respondetur, quòd conditio frangatur, & matrimonium firmiter teneatur Not. turpem conditionem, quæ non sit contra substantiam matrimonij, non impedire matrimoniũ.

[Glo. seq. recitari potest per c. de qua conditione.]

e ¶ Frangatur.] intellige in hoc c. de conditione turpi: quæ tamen non sit contra naturam matrimonij, vt J. inf. eo. c. vlt. per quod intellige hoc c. vt puta si furtum fecerit, si hominem interfecerit, talis conditio nõ impedit matrimonium: immo pro non adiecta debet haberi vt inf. eo. c. vlt. vbi de hoc.

† Ca. vni. eo. ti. in 3. cõp.

† In omnib. manuscriptis ita: vt si quis iuraret aliquã & citra carnis copulã, & c. illa .n. duo verba seductarum, nusquam apparet in antiquis.

† obseruare.

† cõtrahunt.

† Vide Sotũ lib. 4. sent. d. 1. q. 2. per totã, & Couarruuiã paulo post citatũ.

† In cõc. Afr. hoc nõdum inuẽtum est refert Gratianus, siue Palea. 27 q. 2. c. quicumq; & habetur post cõc. Lat. sub Alex. iij. p. 6 c. 5. & c. 1. e. tit. in 1. cõp.

† Hic est cõs intellectus, vt ait Co. in epit li. 4. decretalium pa. 2. c. 3. §. 2.

Cum

CVm sit.] Pertinet ad secundum partem Rubricæ. Diuiditur.primo ponitur thema. Secundo respon- sio ibi,Tu ergo.Abbas.
CASVS. Quidam diaconus manumisit duos seruos sub hac conditione,vt monachi essent,& permanerent in quodam monasterio adijciẽs,vt si ꝯ facerent, iterum subijcerentur seruituti: & vnus illorum recessit à cõdõne, & de monasterio exiuit, & inter clericos seculares cõuersat: vñ q̃dã p̃sbyter illius monasterij de hoc cõquestus est dño Papæ: vñ mãdat dño diœcesano, vt si ita esse inuenerit,cõpellat eum, vt in monasterio permaneat, nec monasteriũ desrat, & voluntas manumittẽtis nõ valeat prateriri. Notã,ꝙ libertas potest sub cõditione dari. Item ex quo quis monachus est,oportet ꝙ monachus p̃seueret. Item voluntas manumittentis seruanda est.

† Lib.7.epistola.36. in dict. 2. registri.

† Ca.2.e.tit. in 1.compil. Vide p̃ alijs hic Præpositum.

[Gl.seq signat contrariũ,ponit opinionem,& soluit.]
a ¶ Hac cõdõne.] arg. cõtra.1.q.2.q̃ pro. & sup.de pactis,pactiones. Dixerunt q̃dam ꝙ libertas est res spiritualis, & ideo põt venire in commutationem cum alio spirituali. arg.s̃. de ser. non ordi.nullus. Vel dic, ꝙ non contradicunt: quia monachatus hic nõ dat sub cõditione, sed libertas dat si voluerint monachari:aliàs nõ erũt isti liberi, nec possent ad hoc compelli.32.q.1.integritas.

¶ Gregorius † episcopo Spoletañ.

¶ Seruus manumissus ea conditione, vt fiat monachus, & monasterio seruiat,aliàs in seruitutem redeat: & si hoc acceptato monachus factus sit, manumittentis voluntatem cogitur obseruare.

CAP. II.

CVm † sit proprium:& inf. ¶ H.presbyter cõquestus est, diaconẽ quendã manumisisse duo mancipia sub hac cõditione, [a] vt monachi fierẽt,& in eo monasterio, vbi ipse fuerat, [b] p̃manerẽt; adijciẽs, vt si quis cõtra faceret,seruituti [c] iterũ subderetur: atq; vnũ ex his (hac cõditione despecta) monasterium deseruisse,& se inter clericos sociasse. Tu ergo, si ita esse repereris, sic te exhibe, vt nec illa monasteriũ deserendi sit facultas,& manumittentis voluntas non valeat p̃teriri.

¶ Alexander tertius Panormitan.archiepiscopo.

¶ Qui iurauit aliquam in vxorem accipere, si centum sibi donauerit, centũ non datis, recipere non tenetur, nisi postea pure consenserit,vel eã cognouerit.

CAP. III.

DE † illis autem: & infra. ¶ Si vero aliquis sub huiusmodi verbis iuramentum alicui mulieri præstiterit:ego te in vxorem accipiam,si tantum [e] mihi donaueris, reus periurij non habebitur, si eã nolentem sibi soluere, qđ sibi dari petijt, non acceperit in vxorem; nisi consensus [f] de præsenti, aut carnalis [g] sit inter eos cõmixtio subsecuta.

¶ Idem.

¶ Res donata ecclesiæ sub modo statim est ecclesiæ, nec reuocatur, modo non seruato, nisi hoc in cõtractu sit expressum. h.d. secundum veriorem intellectum. Et est textus multum notabilis,& valde allegabilis. Abb.

CAP. IV.

VErum † cũ alicui ecclesiæ, possessio quæ- conditione promittuntur vel iurantur, non obligant, nisi à conditione recedatur.

litera cap.coadiuuat ad hoc,s.vt nec illi deserendi,&c. Alia ratio vr̃ fuisse quare iste nõ reuocat in seruitutẽ: quia iste q̃ cito acceptauit cõditionem, fuit liber & monachus,& sic monachatũ vlterius deserere nõ potuit, et si vellet redire in seruitutẽ:immo Papa cum ipso dispẽsare non posset: vt monachus nõ esset s̃.de sta.monachorũ,cũ ad monasteriũ. in fi.vñ dr̃ j. sic te exhibe,vt nec illi deserẽdi monasteriũ sit facultas. ex quo.n.semel fuit monachus, sp̃ erit monachus: & ideo ꝯdõ opposita nõ põt reuocare illũ in seruitutẽ, sed cõpelli dẽt,vt in monasterio p̃seueret: secus circa alios ꝯctus, qui reuocari possunt, si pactũ siue modus appositus non seruetur.j.c.proxi. & secus in his qui promouentur ad clericatum. s̃. de seruis non ordinã.de famulis. & e.nullus.

1 Grauis est hæc controuersia đ qua [illegible] Th. & ibidẽ Caietanus. 2.2. q. 88.ar.11.[illegible] de citatos s̃. de sta. mona.c.cum ad monasteriũ. in si.

† Ca.4.e.ti. de spõsalib. in 1.com. & post concil. Later.par.6. cap.12. Vide Couarruuiã in epitome libr.4. decretalium par.2.c.3.§.3.& Sotũ.li.4.sen. di.29. q.2.ar.1.

DE illis.] Primo ponitur thema. Secundo determinatio.ibi, Reus.Abb.
CASVS. Aliquis iurauit cuidã mulieri sub hac forma verborũ. Ego accipiã te in meã, si tũ mihi donaueris mulier nolebat soluere illud qđ petijt: Quæritur,vtrũ sit periurus, si eã nõ acceperit? Rñdet,non erit p̃iurus si noluerit eã accipere in vxorem, nisi cõsensus de præsenti postea accesserit, vel carnalis copula fuerit subsecuta. Nota, ꝙ conditio honesta potest interuenire in matrimonio.Item ea quæ,sub

† Ca.3.e.ti. in 1.cõpil.& post concil. Lat. par.29. c.3.& c.2.ti. decõsuetudine in 1. cõp.

[Glo.seq.ponit duas lecturas.]
b ¶ Vbi ipse fuerat.] potest intelligi, ꝙ ipse fuerat clericus,vel patronus 20.q.3.præsens. & non monachus: qm̃ monachus libertatem donare non potest, cũ nihil habeat,54.dist.abbati.nec seruum proprium potest habere.21.quæst.1.non dicatis.nisi hoc fecisset in ipso ingressu. Vel quod dicit,vbi ipse fuerat, scilicet ipse presbyter,& sic planum est.

[Glo.seq.recit.per quæstionem,an hæc verba sint efficacia ad libertatem reuocandam, ponit duas opiniones,& subdit suam.]
c ¶ Seruituti iterum subderetur.] sic ergo vr̃,ꝙ in seruitutem redigi possunt,si inde exierint,ex quo hac conditione liberi facti sunt.argu.sup.de ser.non ordinand. de famulis.& cap.nullus.C.de episcopis & clericis.Authentica si seruus, quod quidam concedunt. Lauren. & Tancred. dixerunt, ꝙ hæc verba non fuerunt efficacia ad reuocandam libertatem, & sic remanebit liber, & iudicis officio compelli debet iusta testatoris adimplere. ff.de manumissis testa. Meuia. & l.Imperatores. &

d ¶ Huiusmodi verbis.] statim conditione adiectã: aliàs ex interuallo admitti non debet. C.de dona. quæ sub mo fiunt.l.perfectam.
[Gl.seq.distinguit inter cõdõnẽ dotalẽ & pœnalẽ.]
e ¶ Si tantum.] talis conditio licita est in spõsalibus, vt hic patet: & hoc si patri meo placuerit.j.eo.tit.super eo.& c.per tuas. si tamen in modum pœnæ adijciatur, vt si tecum non contraham, dabo centum:non valet.s̃. de spon.Gemma. & C.de spon.l.vlt. & ff.de verb.obli. Titia.& C.de inut.stip.l.2.
f ¶ Consensus de præsenti.]tunc enim recedit à conditione apposita. & simpliciter intelligitur consentire. sim.sup.de despon.impub.de illis.in fi.
g ¶ Carnalis.]& per hoc vr̃ recessisse à conditione j.e. per tuas.& sic est matrimonium præsumptum, contra quod non admittitur probatio. s̃.de spon. is qui. & sic duob. modis recedit à coditione.j.eo. c.super eo.B.

VErum.Diuiditur in duas partes.primo ponitur dictum. Secundo exceptio.ibi,Nisi.Abbas.

CA-

CASVS. Aliquis donauit aliquam possessionem alicui ecclesiæ sub aliqua conditione, id est, sub modo, vt aliquid fiat, & sic donatio tenuit: ecclesia non seruabat modum in donatione appositum, vñ donator reuocare volebat donationem: quæritur an possit? Rñdet, quòd non potest, nisi tali cõditione, id est, tali pacto donatum sit, ꝙ ea cessante donatio debeat reuocari: tunc enim si nõ fiat quod conuenit donatio reuocatur. Nota ꝙ donator in traditione rei suæ potest apponere pactum siue modum, dummodo non sit contra leges.

libet, [a] interposita conditione, [b] donatur, à donatore donum postea reuocari non potest. Nisi forte tali sit conditione collatum, quod ea cessante debeat [c] reuocari.

a ¶ Quælibet.] id est, aliqua de quibuslibet. sic 15. q. 1. mulier. & 1. q. 7. si quis omnem.

[Gl. seq. ponit differentiam inter modum & conditionẽ.]

b ¶ Conditione donatur.] si aliquis donet aliquod prædium ecclesiæ sub aliqua conditione, puta vt illud restituatur Titio, si consul factus fuerit, vel consimile, statim tenet donatio, vel ꝙ restituatur eidem, qui donauit, vel hæredib. suis donum reuocari non potest, nisi conditione adueniente. sic 12. q. 3. Pontifices. in fi. quilibet enim in traditione suæ rei potest apponere pactum legib. non improbatum. ff. de pact. in traditionib. & C. de contrahen. emp. l. 3. in fi. & sic donatio statim tenet, licet possit per conditionem resolui sicut vẽditio. s. de pigno. illo vos. & ff. de in diem addic. l. 2. sed huic intellectui cõtradicit verbum quod est in fi. ca. ea cessante. vnde expone, interposita conditione, id est, modo vel pacto. Vnde nota differentiam [1] inter donationem sub conditione, & donationem sub modo: Donatio enim sub conditione facta non tenet, nisi adueniente conditione, siue ea impleta. ff. de cond. & dem. qui hæredi. §. vlt. & l. qui sub conditione. sic & venditio. ff. de contrahen. empt. hæc venditio ff. de legat. 3. si tibi relatum. ff. loca. insulam. §. vlt. argum. inf. eo. super eo. cap. per tuas. & de tali nõ intelligitur hæc decre. Donatio sub modo statim tenet, & non reuocatur, quamdiu modus seruatur: modo illo non extante potest reuocari, prout dictum est ab initio, si hoc dictum sit, vt reuocetur, si modus non seruetur, vt dicit in fi. & C. de donat. quæ sub mo. l. 1. & 2. de tali donatione loquitur decret. ista, & huic donationi concor. quod dicit: ea cessante debeat reuocari. Sic ergo expone: conditione, id est modo, vel pacto. hæc expositio probatur. ff. de manu. testamen. l. Mæuia. & fit sic, dono tibi hoc, vt singulis annis hoc facias, vel consimile aliquid siue vt alimenta mihi præstes, alioquin reuocetur donatio. Donatio sub conditione fit sic: dono tibi vel lego si hoc feceris. Vnde versus.

Scito quod, vt, modus est, [2] si conditio; quia causa,

[Gloss. seq. no. legem. & c. alleg. quinque iura in contrarium, alleg. vnam l. & solui, demum quærit, alleg. pro, & contra, ponit duas opiniones, & secundum approbat.]

c ¶ Debeat reuocari.] sic ergo patet, ꝙ lex in donatione dicta seruari debet, aliàs reuocatur. C. de cond. ob cau. da. dicta lege. & l. fi. vt. & C. de reuo. donat. l. 1. & C. de do. quæ sub mo. l. 1. & secunda. Arg. contra. C. de rescin. ven. ea cõditione. Sed ibi nõ fuit dictũ, ꝙ vẽditio non valeret, si non satisfecerit reipublicæ. vnde ibi agit tantum ad interesse, vt fiat quod conuenerit, vt ff. de manu testamen. l. Mæuia. Et ex hoc videtur, quod res tali modo donata, scilicet, vt nõ alienetur, alienari non possit: qđ sit fiat, reuocabitur. Sed pone causam necessitatis alienandi imminere, puta debitum, vel redẽptionem captiuorum, nunquid poterit res ista alienari, vel alia quæ sic tradita est, ne alienetur: alias reuocetur? Videtur ꝙ sic: quia talis conditio, ne liceat alienare rem meam, reprobatur à iure. ff. de pac. l. penult. & casus isti excipiuntur à iure. 10. q. 2. §. hoc ius. Argu. contra expressum est quòd alienari nõ potest, ex quo prohibetur à donatore in Authen. de alie. & emphy. contra. §. sanctissimas. colla. 9. C. de reb. alien. non alie. l. vlt. & C. de pac. inter empto. & ven. l. vlt. T. & alij quidam dicunt, ꝙ in tali casu res tali modo sine cõditione donata ecclesiæ, ne alienetur, bñ potest alienari, dummodo alias possessiones non habeat ecclesia quoniam si alias haberet, non posset alienari propter inhibitionem testatoris siue donatoris: in quo casu dicunt intelligendam dictam Authen. §. sanctissimas. coll 9. quia vt dicit canon, pro captiuorum redemptione res ecclesiæ alienantur. 12. q. 2. aurum. Alij dicunt quod uerius uidetur, quòd res tali modo donata, ne alienetur, alienari non potest etiam pro redemptione captiuorum. ut dicit dicta Authen. §. sanctissimas. quia non inuenitur expressum contrarium in eo casu, ergo illi stabimus. & capit. aurum, non loquitur de talibus rebus, sed uasis tantum loqui uidetur. Ber.

[1] Vt hæc aptius intelligas, uide Syluestrũ in sũma uerbo, cõditio, ubi latissime.

[2] Interdũ tñ vt ponit consecutiue, & non modaliter. 74. dist. consuluit. 1. q. 1. benedictio. ubi de hoc. & c. seq. & c. cũ liquet. 1. q. 6. si quis aũt. Interdũ cãtiue. de appel. ut debitus, cũ cõcor. interdũ necessitatẽ importat. vide in Spe. de dispu. & alle. ante finẽ. Io. An.

¶ Vrbanus Tertius.

¶ Contrahens matrimonium sub conditione non improbata, nõ compellitur matrimoniũ consummare ante conditionis euentum.

CAP. V.

SVper eo vero, quod postulasti, vtrum ille, qui in quandã mulierem consensit, si pater [d] eius suum præstaret assensum, sit ad consummandum matrimonium compellendus: Respondemus, quod cum consensus liber dici non possit, qui in alieno [e] arbitrio reseruatur, ac conditionem ipsam canonica

† Ca. 4. e. tit. in 1. cõp. & post cõc. Lat. sub Alex. iij. par. 6. ca. 21. Præter citatos s. in c. de illis. hoc tit. uide plene p Syluestrũ in uersi. matrimoniũ. 3. q. 4. adde Boeriũ deci. 264. incip. & primo præsuppono.

SVper eo.] Qui per uerba de præsenti cum muliere contrahit sub conditione, si pater consentiret: nisi pater consentiat, ad matrimonium non est cogendus. h. d. Communis diuisio. Secunda ibi, Respondemus & ibi primo soluit: secundo remouet obstaculum ibi, Nã licet. Abb. Sic.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum aliqua mulier sub aliqua conditione, ut si patri eius placeret: Quæritur, utrum sit compellendus ad matrimonium consummandum? Respondet, quòd consensus liber dici non potest, qui in alieno arbitrio reseruatur, & conditio talis non improbatur à iure: ideo nisi uoluntas patris accedat, non est ad matrimonium contrahendum compellendus. Postea respondet Papa decretali Alexandri, quæ uidetur huic rñsio contradicere: Dicit Alexander, sponsalia interposita conditione contracta, licet non sit impleta conditio, si consensus de præsenti intercedat, uel carnalis copula subsequatur, matrimonium illud dissolui non debet: illa decretalis non contradicit huic: quia talis consensus non est de præsenti habendus, quamuis per uerba de præsenti exprimatur, qui in alieno arbitrio habendo consistit. Not. ꝙ matrimonium sub conditione contrahi potest, non tamen tenet nisi conditio extiterit, uel recessum sit à conditione per contrarium factum.

[Glo. sequens no. alleg. unam concor. soluit contrarium.]

d ¶ Si pater.] sic j. e. c. prox. sic ergo matrimoniũ contrahitur sub conditione, sicut & emptio vel alij cõtractus. ff. de cõtrahen. emp. hæc uenditio nec obstat. ff. de reg. iur. actus legitimi: actus enim illi non sunt contractus, sed quasi contractus.

[Gloss. seq. coadiuuat textum, quærit, argum. pro, & soluit.]

e ¶ Alieno arbitrio.] ubi enim substantia contractus confer-

confert in arbitriũ expreſſe perſonæ, nõ ualet ɔ̃ctus, niſi ille arbitret. C. de contrah. empt. ſuper reb. ſed teſtm̃ in alterius uoluntatẽ expreſſe commiſſum non ualet, ut ſi ita dicã: inſtituo te hr̃dem, ſi Titius uoluerit, ff. de hær. inſt. ſi quis Sempronium. & ff. de cond. & demon. non nunq̃. ſic nec legatum expreſſe cõmiſſum in alterius uoluntate, ut ipſe det: ſed ut arbitret bene. ff. de leg. 2. l. 1. 1. Sed pone, iſte ſignificauit hoc patri abſenti, ſed antequã pater conſentiat, mutat uoluntatem, & dicit, ꝙ nullo mõ vult illam, ẽt ſi pater conſentiret: pr̃ hoc ignorans cõſentit, nunq̃d eſt matrimonium inter eos? vr̃ ꝙ ſic. ff. man. ſi mãdaſſem. & s. de reſcri. ex parte, & s. de proc. mandato. dico ꝙ ex quo pater conſenſit, cõpelli dẽt, vt illam recipiat, ar. s. de deſpon. imp. de illis. in fi. non eſt tñ matrimonium inter illos? vñ ſi contrahat cum alia, tenebit, quia non dr̃ conſenſus, niſi ſit tp̃e quo pater conſenſit; quia nec dr̃ hr̃e talẽ ptãtẽ, niſi cui cõceſſa durat, arg. ff. quod cuiuſque vniuer. itẽ eorum, §. quod ſi actor. 2 quia ubi deeſt legitimus conſenſus, nõ eſt matrimonium. Ber.

[Gl. ſeq. ſignat cõntrarium, & ſoluit.]

a ¶ Non improbẽt.] arg. contra. s. ca. 1. ibi loquit̃ de conditione inhoneſta. quę tñ nõ eſt contra ſubſtantiã matrimonij, j. eo. c. ult. Io.

b ¶ Alexander.] s. e. de illis. B.

c ¶ Conſenſus.] de præſenti, ſic s. eo. de illis, & j. c. proxi. 3

d ¶ Nequaquã.] ſic hoc facit ɔ̃dõ appoſita, q̃ ſuſpendit contractum vſque ad tp̃s conditionis ex tantis, vt dictum eſt s. eo. verum.

1 De hoc s. de teſta. cum ſibi. Io. An.

† Marſican. Marſiano Marſitano.

2 Qd loquit̃ de actore dato, q̃ poſtea decreto decurionũ ꝓhibitus ſit. Io. And.

† Ca. uni. e. ti. in 3. cõp. vide B. Bonauenturã in 4. li. ſent. p. 28. & plene p Sylu. in ſum. ver. matrimonium. 3 Adde ad hoc in l. nuptias. ff. de re iu. & Inſti. de nupt. in prin. cum glo.

non improbent [a] inſtituta: niſi volũtas patris poſt modum intercedat, nequaquam cogendus eſt ad matrimonium contrahendum. Nam licet Alexander [b] Papa reſponderit, quòd ſponſalia interpoſita conditione contracta, ipſa non impleta, ſi conſenſus [c] de præſenti intercedat, vel carnalis copula ſubſequatur, diſſolui non debent, ſed firmiter obſeruari: nequaquam [d] eſt noſtræ diffinitioni aduerſum, cum huiuſmodi conſenſus non ſit de præſenti habendus, licet per verba de præſenti euidentius exprimatur: qui in alieno arbitrio non habito, ſed habendo, conſiſtit.

¶ Innocen. iij. Maſican. † epiſcopo.

¶ *Qui ſub honeſta conditione ſponſalia contrahit, & ante conditionis euentum deſponſatam cognoſcit, a conditione recedit.*

CAP. VI.

Per † tuas litteras intimaſti, quòd cum quædam mulier P. nomine N. poſtularet in virum, aſſerens inter ſe mutuum de præſenti conſenſum interueniſſe, & carnalem copulam acceſſiſſe, vir ipſe quãuis contracta ſponſalia, & carnalem copulam non negaret, [e] aſſerebat ſe tamen illam in vxorem ducere nõ teneri, quia ſponſalia inter ipſos ſub hac fuerunt conditione contracta, ſi pater eius & patruus ſponſalibus conſentirent, ſed ipſi quam cito nouerunt, & ſponſo contradixerunt, & ſponſæ. Verum mulier replicabat, quòd licet fides præſtita fuerit ab vtroque ſub conditione præſcripta, non tamen ſibi fuerat a patre viri, vel patruo aliquando contradictum; & ante tempus contradictionis expreſſum a teſtibus, & poſt dicebat inter ſe carnalem copulam acceſſiſſe; & inf.

¶ Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd cum liquido conſtet, quod poſt cõtracta ſponſalia, carnalis eſt inter eos copula ſubſecuta, [f] ꝓ matrimonio eſt præſumendum; [g] quia videtur a conditione appoſita receſſiſſe. Nam & ſi

Per tuas.] Cõis diuiſio. Secunda pars. ibi, Conſultationi. Abbas.

CASVS. Quædam mulier P. nõie, petebat quendã in uirum N. nomine, dicens, ꝙ mutuus conſenſus inter eos, & carnalis copula acceſſit: uir ille non negabat ſponſalia contracta, & carnalem copulam: dicebat tamen ſe non teneri illã ducere in uxorem: quia ſponſalia inter eos conditione contracta fuerunt, ſi pater eius & patruus ſponſalibus conſentirent: Sed ipſi quàm cito ſciuerunt, contradixerunt: Teſtes ſuper hoc recepti fuerunt: teſtib. receptis & publicatis, dicebat mulier, ꝙ licet ſponſalia contracta fuiſſent ſub conditione prædicta, non tamen ſibi fuerat a parte uiri, uel patruo contradictum; & ante tp̃s conditionis expſſum a teſtib. & poſt, dicebat inter ſe os carnalem copulam acceſſiſſe. Iudex dubitans qualr̃ eſſet in hoc negotio procedendum, proceſſum cauſæ ad dominum Papam remiſit: Ipſe inſpectis atteſtationibus reſpondet eidem, & cum manifeſte conſtet, quòd poſt contracta ſponſalia carnalis copula ſit inter eos ſubſecuta, pro matrimonio eſt præſumendum: quia receſſiſſe videntur a cõditione appoſita: qa. & ſi cõſtet per teſtes ꝙ poſtquam pater & patruus viri cõtradixerunt ſponſalibus, idẽ vir carnaliter cognouit eandem, non eſt tñ aliquo modo probatum, ꝙ anteq̃ ipſe cognouiſſet eandem, pater & patruus eius contradicere curaſſent. Not. ꝙ dubia probatio non facit fidem: & quòd aperte & clare debet quis intentionem ſuam probare, prout hic patet.

e ¶ Non negaret.] ſed confitebat ſe illã pluries diuerſis tp̃ib. cognouiſſe; poſt ſpõſalia cõtracta, ex tali confeſſione procedit̃ contra ipſum: quia non probauit cõtradictionem ante carnalem copulam.

f ¶ Subſecuta.] pluries & diuerſis tp̃ib. alias non uideretur bene ſn̄iatum, cum probatum fuerit per teſtes viri, ꝙ poſt contradictionẽ patris eã cognouiſſet, ſim. s. de fi. inſtr. cum Ioãnes. ad fi. & s. de probat. in præſentia, & ita dubia probatio non ſufficit.

[Gl. ſeq. obijcit, & ſoluit. Secundo format. 5. q̃ones ſucceſſiue, & illas ſoluit.]

g ¶ Præſumendum.] ſed quare præſumitur iſtum receſſiſſe à conditione, quia non eſt præſumendum aliquem recedere a iure ſuo, ſup. de renuncia. ſuper hoc, cũ præcedens conſenſus durare intelligatur, argu. s. de baptiſ. maiores, in fi. & ex eo, ꝙ primo & ultimo contradixit, præſumitur, ꝙ medio tempore non conſenſit, 28. diſtin. quia ſunt culpæ & ſup. de celebr. miſſ. cum Marthæ: verſi. ſi tunc igitur in cælum. & 1. q. 1. iudices, in fi. & ꝓcedens uoluntas probatur per ſequentem. 34. q. 1. cum tñ bellicam. Præterea ſi pendente conditione res tradat̃ & poſtea non exiſtat conditio, res tradita repetitur. ff. de cond. indeb. ſub conditione. ff. de peric. & commo. rei vend. ꝙ ſi. Præterea conditionalis conſenſus nullus eſt ante conditionem extantem. ff. de verb. ſig. cedere diem. ſi ergo nullus præceſſit conſenſus, ſolus coitus matrimonium non facit. j. tit. proximo, c. ult. Dicas ergo ꝙ conſenſus præceſſit de futuro, ut patet in fine. quamuis per uerba de præſenti expreſſit. ſupra c. proxim. & ita

ita carnalis copula subsecuta inducit matrimonium præsumptum supra de spon. is qui. & supra eod. de illis, & supra c. proxi. & fauore matrimonij inducta est hæc præsumptio: quia per carnalem copulam ipso facto vr consensum exprimere de præsenti, & à conditione recedere: sic ꝑ purã ꝯdõnẽ recedit a cõdõnali. ff. de cõtrah. emp sed Celsus. §. vl. Sed quid si ante coitum ꝓtestet se nolle ꝑ hoc recedere a cõdõne? necillud ꝓ iest s. de consi. eum M. & s. de app. solicitudinẽ. Itẽ quid si dicat, contraho tecum, si te uirginem inuenero? Vr ꝙ sit matrimoniũ, sup. eo. ca. 1. & j. c. proxi. & 32. q. 2. solet, quia nec talis error dirimit matrimonium 28. q. 2. §. 1. sed nec dirimit emptionẽ, ff. de cõtrah. emp. alioquin, §. j. Dicas ꝙ talis conditio nõ impedit matrimonium. Itẽ quid si contraho cũ aliqua sub ꝯdõne, deinde cũ alia pure? tenet matrimonium 2 Sed pone ꝙ postea existat conditio? vr ꝙ teneat primum: quia perinde vr ac si a principio pure contraxisset, ff. qui po. in pign hab. potior, argu. 1. j. de frigi. fraternitatis, in fi. sed secus est in matrimonio, quia non trahitur retro, vbi ab initio non fuit: quantum tñ ad filios legitimandos retrotrahi vr, inf. q fil. sint leg. tanta. Item quid si contrahitur matrimoniũ sub conditione, quæ omnino extitura est? Videtur idem ac si pure contraxisset, ff. de cond. inde. ꝙ si. & secundum hoc est matrimonium antequam existat conditio. Sed. dic quòd ibi non est matrimonium, 3 sed expectatur euentus condõnis, & tunc primo erit; si medio tpe contraheret cum alia, teneret matrimonium, licet videatur, quod ex futuro euentu pendeat, an sit matrimonium, ut d. xit Io. per decreta inf. de frig. fraternitatis.

† commixtione.

1 De hac q̃one uide Aretinum consi. 82. & oĩno Syluestrũ in summa, uerbo matrimonium. 3. q. 8. ubi optime interpretat sñiam glossę & Doctorũ hic.

2 Idem hic Vin. & Gof. sup. c. px. q. ex cõdõnali oblõne sola spes orit. Inst. de uerb. obl. ex cõdõnali. Io. An.

3 Hæc opinio glossæ cõiter reprobatur, & pter Doct. hic uide omnino Sot. lib. 4. sen. dist. 29. q. 2. artic. 1. ver. hinc col ligitur. Syluest. uerbo mrimoniũ, 3. q. 2. & Couarruuiã in epitome lib. 4. decre. par. 2. cap. 3. §. 2. uers. est, & aliud.

probatum sit, quod postquam pater & patruus viri contradixere spõsalib. [a] idem vir mulierem illam carnali coniunctione † cognouerit, non est tamen aliquo modo probatum, [b] ꝙ antequam ipse cognouisset eandem, pater eius, & patruus contradicere curauissent.

¶ Gregorius nonus.

¶ Si in contractu matrimonij apponitur conditio turpis vel impossibilis, habetur pro non adiecta, nisi sit contra substantiam matrimonij: quia tunc vitiat contractum. h. d. hoc c. notabile, & multum allegabile.

[Gloss. seq. argumentatur a contrario, & rationem reddit.]

a ¶ Sponsalib.] ergo si contraxissent ante carnalem copulam, coitus nihil postea operaretur, quia nihil est ibi purum uel conditionale, quod confirmet uel ducat ad esse talis coitus. sup. tit. prox. c. vlt. in fi arg. inf. de confir. examinata. Bern.

[Gl. seq. notat, allegat concordan. & cãm exprimit.]

b ¶ Probatum.] not. quòd contra eum fit interpretatio, qui testes produxit, cum expresse non probant id ad quod inducuntur, sed obscure, sic sup. de probationi. in præsentia, & quia per confessionẽ utriusque constabat, ꝙ pluries post sponsalia contracta carnalis copula fuit subsecuta, & ideo quia non expresse cõstabat per testes, quod contradictio patris præcessit copulam, fit interpretatio pro matrimonio præsumpto, cum iam esset fundata intentio mulieris.

SI condit. ones.] Diuiditur, quia sunt duæ partes. In prima tractatur de conditione turpi, quæ est contra substantiam matrimonij. In secunda de turpi, uel impossibile: ibi, Licet. Abbas.

CASVS. Aliquis contrahit mrimonium sub condõne, q̃ est ꝯ substantiam mrimonij, hoc mõ: Contraho tecum, si prolem euites, uel donec inueniã aliã digniorem honore uel facultatib. uel si pro quæstu te adulterandam tradas: Quæritur, utrum in talib. casib. teneat matrimonium? Rñdet Papa, quantumcunque matrimonialis sectu, sit fauorab. lis, tñ in casib. pdictis caret effectu: sed si alias aliæ appositæ conditiones in mrimonio, si turpes fuerint, aut impossibiles, deant ꝓ non adiectis habẽri ꝑ fauorem matrimonij. No. ꝙ conditio apposita in matrimonio contra substantiam ipsius reddit matrimonium nullũ. Aliæ uero conditiones pro non adiectis habentur, si apponantur.

CAP. VII.

SI † conditiones contra substantiam coniugij [c] inserantur; puta, si alter dicat alteri; contraho tecũ, si generationem prolis euites, vel donec [f] inueniam aliã honore vel facultatibus ditiorẽ: aut si pro quæstu adulterandã te tradas; matrimonialis contractus quantumcunq; sit fauorabilis, caret effectu. Licet aliæ † conditiones appositæ, si turpes fuerint aut impossibiles, debeant propter eius fauorem pro non adiectis haberi.

c ¶ Contra substãtiã coniugij,[3] qđ dr hic, sumptum fuit de illo canone, 22. q. 2. solet, & c. aliqñ. Not. ergo, ꝙ quædam conditiones apponi possunt in mrimonio licitæ, q̃ a iure admittunt, puta si centum mihi dederis, si patri meo placuerit, ut sup. c. de illis, sup eo. per tuas, hæ õ. n. ꝯdõnes honestæ sunt, nec sunt contra substantiam matrimonij, qa põt esse cũ illis & sine illis: vñ non probat hoc esse, qđ ab hoc contingit abesse, sup. de trãslat. inter corpalia. Est, & alia cõditio honesta, quæ est de substantia matrimonij, ut cum Christianus dicat Iudææ, vel hrticæ, ꝯtraho tecũ, si uis fieri Christiana: sine ista non [4] teneret matrimonium, 28. q. 1. non oportet. Sunt & aliæ condõnes in honestæ, & turpes, de quibus hic fit mentio, & illarum quædam sunt contra substantiam mrimonij, ita ut illis appositis non teneat matrimonium, de quib. hic hẽs in principio, & c. prædictis solet, aliqñ. Sunt & aliæ inhonestæ, turpes, aut impossibiles ut si dicatur; contraho tecũ si furtum feceris, si homicidium feceris: istæ. n. sunt turpes. Idem est si fit impossibilis, vt si dico; contraho tecum si dederis mihi imperium, si digito cęlum tetigeris, ff. de iniu. rup. te sta. l. cum in secundo. huiusmodi condõnes non sunt contra substantiam matrimonij, & de talib. intelligitur, quod dr in fi. si turpes, aut impossibiles, & ideo si apponantur. pro non adiectis haberi debent, ut dicit in fin. & sup. eo. c. 1. quod de huiusmodi condõnib. intelligit, & matrimonium tenet, & sic vr ꝙ omnis conditio, quæ est contra naturam contractus, ipsum impediat, si apponat. Et hæc est rõ cum tria debeat esse bona matrimonij saltem quo ad propositum, s. fides, proles, & sacramentum, 27. q. 2. omne itaque. per illas tres condõnes extinguuntur illa tria bona, quæ in quolibet matrimonio necessario requiruntur, aliter non erit matrimonium, ut hic patet. Sed contra vr 10. q. 1. c. 2. ubi tenet contractus non obstante condõne ꝯtra naturam contractus. Et arg. contra 28. dist. diaconi, ubi tenet ordinario, licet dicat se uelle habere uxorem, quod est contra ordinis substantiam. Idem quod si dicat: profiteor talem religionem ita ꝙ possim proprium hre, & uti matrimonio? Vr quòd tenet monachatus, inf. ti. prox. insinuante. Non credo ꝙ teneat monachatus sub hac condõne: quia illa est ꝯ substantiam monachatus s. de sta. mon. cum ad monasterium. in fi. & ar. sup. de conuer. coniug. dudum. hæc fuit opin. Hug. quam inuenies. 19. q. ulti. c. si qua mulier. §. nunc autem. Alij contradicunt.

d ¶ Si generationem, &c.] ista* conditio est contra bonum prolis.

e ¶ Donec inueniam aliam.] hæc* conditio est contra sacramentum quod debet esse indiuiduum.

f ¶ Aut si pro quæstu.] exemplum* est de conditione, quæ est contra bonum fidei.

[Gl. seq.

† Illustris est hæc decretalis, de cuius intellectu, & materia uid præ alijs Dominicũ Sotũ li. 4. sen. dist. 29. q. 2. ar. 2. & 3. Adrianũ sup 4. q. 7. de matrimonio, & Couarruuiã citatum sup glo. c. præcedentis.

† Licet alias.

4 Diuersa rõ est in Iudæa seu qualibet alia infideli, & in hrtica: nam cum infideli Christianus nullũ contrahit mrimoniũ, ob cultus disparitatẽ, cũ hrtica vere ꝯtrahit, et si non ꝯuertat licet grauiter peccet, B. Thomas lib. 4. sen. di. 39. q. 1. arti. 1. & ibi communiter Theologi. Couarruuias, i epitome. lib. 4. decr. par. 2. c. 6. §. 2. adde Simancã de cathol. insti. ti. 40. de matrimonio.

* Hæ tres glossulæ nõ sunt in antiquis exẽplaribus.

[Gloſſ.ſeq.dat ſimile in vltimis voluntatibus.

a ¶ Impoſſibiles.] ſim.ſupr. de pact.c.vlt.& ſic in teſtamento turpis conditio pro non adiecta habetur. 1 C. de inſti.& ſubſtit.reprehendenda: & ff.de condi.inſti.quidam,& C.de his quæ pæ. nomi.in teſta.re.l.vnica, in fine.& ff de lega.1.turpia.ff de vſu.& habi. ſed neque ſic turpis ſiue impoſſibilis ſtipulatio, cũ in alijs contractib. non obligat.ff. de verb. oblig. generaliter.& l. Seq. & ff.de actio. & obli. non ſolum. Inſtit.de inuti. ſtipulat. §. impoſſibilis.

b ¶ Propter eius fauorẽ.] ſic ergo matrimonium res fauorabilis eſt: vnde propter ipſius fauorem pater & mater in ipſius prærogatiua ad teſtimonium admittuntur, q in alijs ꝯct b. repellũtur.inf. qui matri.accuſ.poſ. vr̃.in fine, & plura alia ſpecialia ibi obſeruantur, vt notatur. ſupr. vt lite non conteſtata. ca. 1.

1 Hæc uera ſm Vincentium ſi apponatur in perſona legatarij. ff. de le. 1.ab omnib. ſecus ſi apponatur in perſona hr̃dis, uel alterius & ſic intelligit Inſtit. de leg. in fin. Ioan. And.

tæ in matrimonio, ſi turpes aut impoſſibiles [a] fuerint, debeant propter eius fauorem [b] pro non adiectis haberi.

TITVLVS VI.

Qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere poſſunt.

¶ Alexander iij. Rhemeñ. archiepiſcopo.

¶ Diaconus vel ſubdiaconus matrimonium contrahere non poſſunt, & ſi contraxerint, etiamſi ſint facti irregulares, debent ſeparari.

QVI CLERICI vel vouentes matrimonium contrahere poſſunt.

CAP. I.

De † diacono, qui in ſabbato ſancto alium diaconum vulnerauit,& vxorem [c] accepit: Hoc tuæ prudentiæ reſpódemus, quod ſi contrito & humiliato [d] corde ad eccleſiam redire voluerit, dimiſſa illa, quã accepit in vxorem,& abſolutione [c] obténta: iniuncta † ſibi pænitentia de vtroq; exceſſu, poſt eam peractam, diſpenſatiue [f] poteris ei diaconatus officium reddere: & ſi perfectæ vitæ,& conuerſationis fuerit, eum in presbyterum ordinare. ſubdiaconum autem, ſiue hominem interfecerit, [g] ſiue, nõ matrimonium non poſſe contrahere, ſacrorum canonũ [h] cenſura demonſtrat.

¶ Supra viſum eſt de vno impedimento ꝯ ſubſtãriam matrimonij, nunc reſtat videre de alijs impedimẽtis. Et aduerte, ꝙ rubrica iſta nihil ponit diſpoſitiue, ſed procedit interrogatiue, ſ. qui clerici vel vouentes matrimonium ꝯhere poſſunt.

De hac materia tractatur.27.di.per totum, & 17.q.1. & q.2.& 27.q.1.per totum.

De diacono.] Habet duo dicta. Secundum ibi, Subdiaconum. Abbas.

CASVS. Quidam diaconus in ſabbato ſancto alium diaconum vulnerauit, & vxorem accepit: Quid ſit agendum de ipſo quæritur, Rñdet Papa, ſi corde contrito & humiliato ad eccleſiam redire voluerit, abſolutione obtenta,& impoſita ſibi pænitentia de vtroque exceſſu, ea peracta poterit epiſcopus ſuus cum ipſo diſpenſare, & officium diaconatus ſibi reddere, & ſi bonæ uitę apparuerit, in presbyterum ordinare. In fine dicit, quòd diaconus, qui homicidium fecerat, ſiue etiam non fecerat, matrimonium contrahere non poteſt. N. quòd epiſcopus poteſt diſpenſare cum his qui in ſacris ordinibus contrahunt matrimonium.

c ¶ Vxorem accepit.] de facto, quia non potuit de iure 2.32.di.erubeſcant,& c.placuit.

d ¶ Contrito & humiliato.] alias non eſt recipiendus, quia uenia non datur niſi correctis.24.q.2. legatur, nec poteſt gaudere ſe correctum, niſi prius doleat ſe fuiſſe peruerſum.32.q.7.quemadmodum. Et dicit lex, delicti enim ueniam pænitentibus indulgemus. C. de hære. Manichæos. C.de ſumma Trini. & fide catho.l.ultim.& de pæ.diſtin.1.neminem, & de conſec.diſt.4.omnis qui. & dixit Salomon: Qui abſcondit peccata ſua, non uidebit lumen in æternum.

[Glo.ſeq.recit.per q.ſ.à quo debeat abſolui:& dupliciter ſoluit.]

e ¶ Abſolutione obtenta.] non dicit à quo debet peti, vnde vr̃ ꝙ à Papa tantũ, 17.q.4.ſi quis ſuadente.& præcipue ꝓpter atrocitatem facti, vnde etiã ſi eſſet monachus, abbas ipſum abſoluere non poſſet. j. de ſent. excom. cum illorum. Vel forte ex iſta indulgentia ſpãli ipſum potuit abſoluere, quod eſt verũ, vt patet in antiqua.

[Glof.ſeq.alle. concor.ſignat contrariũ. ſoluit, ſecundo ſignat contrarium,& ibi remittit.]

f ¶ Diſpenſatiue.] & ita epi̅ poſſunt ẽt diſpenſare cum clericis conſtitutis in ſacris ordinib. ſi contrahãt de facto.ſic s̃.de cler. coniu.ſane.2. Arg.cõtra.s̃.de biga. nuper. ſed illud intelligitur de illo, qui in ſæculari habitu vnã habuit de iure vxorem & in ſacro contraxit: cum illo tanquam cũ bigamo non poteſt diſpenſari.argu.contra, infr.ca.proxi. ſolu.vt ibi.Ber.

Iã qui in ſacris conſtituti matrimonium cõtrahunt, ſuſpecti fiunt de hæreſi. Simãcas de cath. inſt.ti.40.de matrimo.

mus, quòd si tales filij fuerint, per quorum alterum, [a] vel vtrumque parentes ad compaternitatem venerunt, eos coniungi nulla ratione sustineas; & coniunctos Pontificali auctoritate non differas separare.[b] Ceterũ, si per neutrum eorum ad compaternitatem ventum fuerit, de his te volumus consuetudinẽ tuæ metropolitanæ [c] ecclesiæ vel aliarum circumpositarum inquirere, & diligentius imitari ; ita quòd si eiusdem ecclesiæ consuetudo [d] habet, inter eos non sustinere coniugium fieri, nec factum firmitatis robur hãbere; tu simili modo in ecclesia tibi commissa, coniugium huiusmodi fieri non permittas ; & si quos taliter coniunctos inueneris, iuxta earundem ecclesiarum consuetudinem, ipsos separare † ab inuicem non omittas. † Verum si de consuetudine habeatur, vt talia coniugia permittãtur, id in ecclesia tua dissimulare [e] poteris ; ita quòd nec contradicere, [f] nec tuũ videaris pręstare assensum ; quia sicut graue est, antiquam consuetudinem circumadiacentium [g] ecclesiarum super his contemnere ; sic quoque grauius videtur, si propter eam huiusmodi coniugijs tuum indulges assensum, cum posset sic in exemplum assumi. [h]

¶ Clemens tertius.

¶ Inter patrem baptizati, & vxorem leuantis prius ab eo cognitam, contrahitur compaternitas efficax ad matrimonium dirimendum.

CAP. IIII.

MArtinus † Bertham duxit vxorem, Tebergam sibi copulauit Lo-

a ¶ Alterum, uel utrumque.] s. eo. c. 1. & 30. q. 3. sup quib.

b ¶ Separare.] quia cõtra canones cõiuncti sunt: unde separãdi sunt, 10. dis. uides, & C. de leg. non dubium & 35. q. 3. contradicimus.

[Gl. seq. alle. concordat. signat cõtraria, & soluit, & iterũ arguit.]

c ¶ Metropolitanę.] sic 1 12. dist. de his. Sed contra, ꝙ cõsuetudo Romanæ ecclesiæ potius sit sequenda: de consecr. dist. 4. de trina 11. dist. quis nesciat, in fi. cõtraria intellige de forma sacramentorum seruanda, quã quilibet tenetur seruare & credere, prout tenet Romana ecclesia inf. de hęr. ad abolendam 1. rñ. Item est arg. ꝙ prius recurrendum est ad consuetudinem metropolitanæ ecclesiæ, quã aliarum, ad quarum consuetudinem recurrendum est. supra de censi. super eo. demum ad Romanam, arg. ff. de leg. de quibus. uel potius ad ius scriptum.

[Gl. seq. sol. quandam obiectionem, cui solutioni dat simile. ponit demum opinionem, quam reprobat.]

d ¶ Consuetudo.] intellige de tali consuetudine, quæ scandalum generaret, nisi fuerit obseruata. s. eo. ca. 1. in fi. & surgit consuetudo ista ex quadã affinitate cõtracta ex compaternitate unius filiorum, ut etiam alij cõiungi non possint, prout olim obseruabatur ẽm intellectũ Alex. ut sup. eo. c. 1. & 30. q. 3. post susceptum, licet illud immutatum fuerit, ut omnes possint coniungi, præter illas personas, quibus mediantibus compaternitas contracta fuerit. 30. q. 3. super quibus. & s. eo. cap. 1. & sic si scandalum magnum sit in aliquo loco, ꝙ tales coniungantur, uel remaneant coniuncti, adhuc propter scandalum seruabitur ibi illud ius, non obstante coniunctione quæ emanauit postea in contrarium : Vnde forte simili modo potest dici ; si in aliquo loco esset magnũ scandalum, & horror, ꝙ aliqui contraherent in quinto gradu: illud non toleraret, non obstante constitutione illa j. de consang. & affinit. non dẽt, quia pp scandalum

e ¶ Dissimulare.] talis dissimulatio loco probationis tacitæ habetur, & merito, cum nullum subsit impedimentum.

[Gl. seq. de taciturnitate notat tria.]

f ¶ Nec contradicere.] no. qui tacet, 3 neque consensit, neque negat. ff. de reg. iu. qui tacet. Quandoque tamen taciturnitas habetur pro cõsensu. 54. dist. si seruus, s. de præsumpt. nonne & c. quanto pro contradictione. de consecr. dist. 4. cum pro paruulis, ff. de procu. filiusfamilias, §. inuitum, 65. dist. si fortè.

g ¶ Circumadiacentium.] & ita uicinorum locorum non est contemnenda consuetudo : immo seruanda, ne si contrarium fieret : sumeretur inde exemplum: quia cum illa consuetudo satis sit honesta, non debet iste uideri auctor, ut alij recedant ab illa consuetudine: & ita taceant, si sine id scandalo sustineant.

h ¶ Assumi.] ab alijs, qui talia coniugia non contrahunt de consuetudine.

MArtinus.] Duo facit. Primo ponit quæstionem. Secundo eius solutionem. ibi, Nos autem. Abbas.

CASVS. Martinus contraxit matrimonium cum Bertha: & Lotharius cum Teberga : Lotharius filium Martini & Berthæ de sacro fonte leuauit : tandem Lotharius & Bertha mortui sunt, & Martinus contraxit cum Teberga : Quæritur utrum tale matrimonium teneat & ualeat? Respondet, quòd cum vir & uxor per connubium efficiantur una caro, patet ꝙ Teberga non potest

1 De materia huius glossæ uide plene p glossam & doctores in c. consuetudo, dist. 1.

† separari.

† dimittas.

2 Qualiter sit hoc dictũ accipiẽdũ, tradit Panormitanus hic, & plenissime Host. in summa, tit. de cogna. spirit. §. qs sit effect⁹. circa mediũ, quos oĩno videto adde gl. & doctores sup. eo. c. 1.

† Cap. 1. eo. tit. in 2. cõp. Est aũt illustris diffinitio huius decret. de qua vide p alijs Durandũ li. 4. sen. dis. 42. q. 1. & ibidẽ Sotũ q. 1. art. 3. respiciẽdũ tñ semper cõcil. Trid. initio tituli citatum.

3 De hac regula vide late per Felinũ in ca. nonne, s. de psump. & per Barthol. Socinũ in fallentijs regula 484. & seq. uerbo taciturnitas, & tacens.

potest esse vxor Martini, qui fuit compater Lotharij, cũ quo Teberga vna caro noscitur extitisse. Not. quòd compaternitas contracta per virum transit ad eius vxorem, econuerso, cum sint vna caro.

a ¶ Per connubium.] id est, per carnalem copulam 27.q. 2. Aga hosa.

b ¶ Vna caro.] 30.q. 4. suscitat, &c. si quis ex vno.

c ¶ Eius.s. Lotharij. [Gl. seq ponit versus, quos primo exponit.]

d ¶ Cum quo.] s. Lothario. No. ꝙ post matrimoniũ carnali copula cõsummatũ (de quo intellige, qđ dr hic) si alter cõiugũ suscipit filiũ alterius de sacro fonte, ambo cõiuges compatres efficiuntur parentib. infantis: & ita si vir suscipiat filium alterius de sacro fonte, uxor mediante viro cõmater efficitur parentib. infantis, & mater spiritualis efficit illius & ẽ. onuerso. 30. q. 4. suscitatur c. si quis ex uno. si uero cõpaternitas matrimonium præcessit siue carnalẽ copulã; puta, suscepisti filium Berthæ & Martini de sacro fonte, & postea contraxisti cum Teberga, & eã cognouisti, uel licet contraxisti, nondum carnaliter illam cognouisti, quamuis illam postea cognoscas, vxor tua non efficitur commater parẽtibus illius infantis: quia nondũ eras effectus una caro cũ ea: quia per unionẽ carnis sequẽtem compaternitatem, non transitur ad unionem spiritus præcedentem matrimonium, unde te mortuo & mortua vxore Martini, quorum filium antequam haberes Tebergam, de sacro fonte leuaueras, Martinus poterit habere Tebergam in uxorem. 30. q. 4. qui spiritualem, & ca. post vxoris obitũ & sic Teberga potest habere duos compatres, unum post alium: Vnde nota uersus.

Quæ mihi, uel cuius mea natũ fonte leuauit.
Hæc mea cõmater fieri mea nõ valet uxor.
Si qua meæ natum non ex me, fonte leuauit.
Hãc post fata meæ nõ inde vetabor habere.

Sic quandoque facto suo alter coniugum solemnizat uotum alterius puta uir qui uolente uxore ordinem suscepit. 28. dist. quia sunt.

Contracto.] Duo facit. Primo ponit casum. Secundo ibi, Verũ diffiniendum committit: & in cõmissione prius exprimit diffinitionis causam, usq. ibi, Ideoq. Abb. CASVS. Quidam P. nomine contraxit matrimoniũ cum A. muliere: Tandem consanguinei eiusdem A. contra matrimonium obiecerũt, quòd non poterat esse uxor ipsius pro eo quòd eadem A. tenuit filium concubinæ ipsius P. in primo pabulo sacrati salis: Iudex dubitauit: Consultus Papa rñdet, ꝙ si vera constarent esse prædicta, matrimonium contractum non dissolueret: quæ res uix præstaret impedimentũ matrimonium contrahendo: Vnde mandat quatenus præfato P. iudex iniungat, ut dictam A. sicut uxorem pertractat, siue hoc fuerit factum ante contractũ matrimonij, siue post: sed si fraudulenter hoc fecit causa matrimonij separandi: pænitentiam inde accipiat, matrimonio in sua firmitate durãte. Nota quòd per ea quæ præcedunt baptismum, non contrahitur compaternitas.

tharius, qui Berthæ & Martini filium de sacro fonte suscepit. L. vero & B. sublatis de medio, M. cum T. pręfata contraxit.

¶ Nos autem consultationi tuæ duximus respondẽdum, quod cum secundum verbum Domini, vir & mulier efficiantur per connubium [a] vna caro, [b] liquidũ est, Tebergam non posse matrimonialiter copulari Martino, qui cõpater eius [c] fuerat, cum quo [d] vna caro Teberga noscit extitisse.

¶ Idem.

¶ *Compaternitas per catechismum contracta impedit matrimonium contrahendum, sed contractum non dirimit.*

CAP. V.

Contracto † matrimonio inter P. & A. vxorem suam, quidam consanguinei eiusdem A. contra matrimonium obiecerunt, quod eadem in primo sacrati salis [e] pabulo, filium quondam † concubinæ [f] ipsius P. tenuit: & infra.

¶ Verum, si constaret vera esse quæ diximus, nõ ideo tamen contractum matrimonium solueretur, quæ res vix [g] contrahendo matrimonio impedimentum afferret. Ideoque mandamus, quatenus præfato P. auctoritate nostra iniũgas vt memoratã A. sicut vxorẽ maritali affectione pertractet, & carnale debitũ ab ea licenter exigat & persoluat, siue ipsam ante matrimonium contractum cũ P. siue postea cõstiterit hoc egisse: dum tamẽ si in fraudem hoc fecerit causa matrimonij separandi, pænitẽtiam pro præsumptione accipiat, matrimonio in sua firmitate durante.

¶ Innocentius tertius episcopo & archidiacono Linconiẽs.

¶ *Inter patrem baptizati, & leuantem seu tenentem baptizatum, contrahitur cognatio spiritualis valida ad impediendum & dirimendum matrimoniũ post contractum.*

e ¶ Sacrati salis pabulo.] de consec. dist. 4. sal cælestis.

f ¶ Cõcubinæ.] quidam dicunt, ꝙ ille filius tũ erat filius cõcubinæ ipsius P. de alio uiro: dicentes, ꝙ compaternitas cõtrahitur per illud sacramentum sacrati salis, sed ẽm hoc nulla fuisset quæstio. [Glo. seq. recitet per quæst. an, & per catechismũ, &c. & tria al leg. ꝙ non, & duo in ẽrium, ponit tres opiniones, & tertiã improbat, huic decr. rñdens. demum in fi. illam approbat.]

g ¶ Vix contrahendo.] ex hoc 2 uidetur, quod per illa, quæ præcedunt baptismum, non contrahitur compaternitas, argum. 32. di stinct. prætor. §. uerum. in fin. ubi dicitur, quòd baptismus est ianua omnium sacramentorum. Item propter catechismum non fit aliquis aptus contrahere matrimonium. 28. qu. 1. caue. Item si decederet sine baptismo, non prodesset ei catechismus, quin perpetuo damnaretur. de consecr. distin. 4. firmissime. & c, nulla, & sic est adhuc membrum diaboli, ergo non potest esse spiritualis filius. Arg. contra, quòd contrahatur compaternitas per catechismum. 30. q. 1. c. 1. ubi dicitur, ꝙ a primo pabulo sacrati salis usque ad confirmationẽ contrahitur compaternitas ea. causa. q. 4. si quis ex uno. de consecr. dist. 4. in catechismo. nam & Christiana dicitur, postquam est catechizata. 28. qu. 1. caue. Hugo dicit super illo cap. peruenit. 30. qu. 1. quod sicut septem sunt dona spiritus sancti, ita septem dona baptismi: & per quodlibet illorum contrahitur compaternitas, ita, quòd impedit & dirimit matrimoniũ: Primum est collatio sacrati salis, de consecrat. distin. 4. ex hinc. Secundum aurium & nariũ linitio cum sputo dist. ea. postea tanguntur. Tertium in fronte & pectore crucis signatio. distinct. ea. postea signatur. Quantum olei sacri perunct.o.

Marginal notes: nes. 1. tth. 19. or. 6. es. 5. — Ca. 2. eod. in 2. cõp. de citatos ca. proxi. præcedẽ. sed Sot. i. ar. 2. — quendam. — 1 Pabulũ sacrati salis dr dũ inter catechizandũ catechumenum sal ori eius apponitur. — 2 De materia huius gl. uide Theologos scholasticos li. 4. sen. di. 42. & præ alijs B. Tho. & Sotũ. q. 1. art. 2. ubi de opinionibus hic relatis iudicium faciunt.

Line numbers: 10, 20, 30, 40, 50, 60

ctio, dist. ea. deinde. Quintum ablutio baptismi. distinct. ea. venit. Sextum in vertice chrismatis perunctio a sacerdote, dist. ea. postquam ascendit. Septimum confirmatio chrismatis in fronte per episcopum. dist. ea presbyteri. Et illi qui sequitur Hug. dicunt, quòd ille filius non fuit filius Petri, sed tantū concubinæ: & dicunt hanc decre. non tenere, dato quòd fuerit filius Petri. Alij dīt, ꝙ per tria sacramenta tantum contrahitur compaternitas, s. per catechismum, baptismum, & confirmationem, de consec. di. 4. in catechismo. 30. q. 4. si quis ex vno. & hæc mulier nō tenuit illum filium ad totū catechismū. 1 sed tantum ad immissionem salis: quod satis apparet per hāc litteram. Alij dicūt, quòd licet cōpaternitas contrahatur p catechismū: per illam tamen, non dirimit matrimoniū contractum, prout innuitur per hanc litteram, tali ratione, quia baptismus est ianua sacramentorum, vt dictum est in c. præter. §. uerum. 32. distin. & supra de presby. non bapt. ca. 1. & 3. ergo si ianua non est aperta, nullum sacramētum recipitur. Item alia ratione, quia ante baptismum non est filius ecclesiæ, quia sine eo nullus saluatur, vt dictum est: ergo si non est filius ecclesiæ, non est filius spiritualis: & si non est filius spiritualis, nulla per eum est cognatio cōtracta: ergo propter hoc non debet matrimonium separari. Sed certe contra istos, qui dicunt, quod etiam per catechismum non dirimatur matrimonium, manifeste faciunt illa duo ca. si quis ex vno. & ca. in catechismo. quia ibi æquiparantur ista tria, catechismus, baptismus, & confirmatio: Vnde credo, quòd si quis teneat aliquem in toto catechismo, in quo vnus patrinus debet esse, quòd ille sit compater effectus parentibus infantis: sed hæc mulier non tenuit illum filium infantem nisi in primo pabulo sacrati salis: nec expresse dicit littera, quòd fuerit filius P. & ideo dico. quòd catechismus impedit & dirimit. 2 T. dixit, quòd compaternitas per catechismum contracta inualida est ad matrimonium dirimendum, quod satis posset tolerari ratione prædicta.

† Ca. 1. eod. ti. in 3. cōpi. Concor. cōc. Trid. ses. 24. de reforma. matr. c. 2. Ad de citatos in superiorib. † F.

1 Qui ita sētiunt, propriam vocē vñr ignorare, quia catechismus nō est sacramentum, sed sacramentale ita B. Tho. p. ęcitata di. 42. q. 1. ar. 2. in corpore.

† Ca. 2. eod. ti. in 3. compi. De intellectu vide Sot. li. 4. sen. di. 42. q. 1. artic. 3. ver. 2. conclu. circa fi.

2 Hæc opinio glo. iam olim displicebat Theologis lib. 4. sen. dist. 42. vbi B. Th. & Sot. ambo. q. 1. ar. 2. hodie per constitutionem Bonifacij viij. reprobata est in c. 2. de cogna. spirituali. lib. 6. vbi catechismus impedit mřimonium ɔ̄hendum, tñ diri mit iam contractum.

CAP. VI.

Veniens † ad Apostolicam sedem C. † Anglicus: & infra.

¶ Mandamus, quatenus si constiterit H. mulierē prædicti viri filiū de sacro fonte [a] leuasse, antequam [b] eā desponsasset vxorem, vos inter eos diuortium, appellatione postposita, celebretis.

¶ Idem magistro S. canonico Herfordeñ.

¶ Si filij duorum compatrum per quorum alterum deuentum est ad compaternitatē matrimonium contrahant, separantur: & tēpore contractus scientes impedimentum, illud denunciare tenentur.

Veniens.] CASVS. Quidam Anglicus C. nomine, contraxit matrimonium cum H. muliere: dicebatur, quòd mulier susceperat filium prædicti. C. viri sui de sacro fonte: Quærebatur, an propter hoc debeat separari ab ipso. Mandat Papa, quatenus si constiterit dictam H. filium viri sui ante contractum matrimonium de sacro fonte leuasse, omnino separetur, secus esset si post matrimonium contractum. Nota, quòd cognatio spiritualis impedit matrimonium & dirimit, sicut copula carnalis.

[Glo. seq. reci. per quæstionem, de qua remittit.]

a ¶ De sacro fonte.] idem si non tenuisset eum in catechismo, vel in confirmatione, ut supr. c. proxi. dictū est.

b ¶ Antequam.] bene dicit; antequam si post contractū matrimonium hoc fecisset, non separaretur m[illegible] contractum. sup. eod. si vir & 30. qu. 1. ad limina dictum est de eo.

CAP. VII.

Tva † nos duxit discretio consulendos, an natus ante compaternitatem, filiam [f] compatris patris sui, vel commatris sibi possit matrimonialiter copulare? & si contraxerint, † an debeant separari? & an conscij talis matrimonij teneātur illud in publico accusare? Super quo respondemus, quòd huiusmodi personę non possunt matrimonium contrahere: & si contraxerint, possunt [d] abinuicem separari: & qui contractum sciuerint, debent ecclesiæ illud nunciare.

† contraxerint.

Tva nos.] Sūt duæ partes. In prima trimembris consultatio. In secunda cuiq; responsio. ibi, Super quo. Abbas.

CASVS. Aliquis, puta Martinus habebat filium, nato isto filio, Martinus suscepit filiam Petri de sacro fonte: quæritur, vtrum filius iste natus ante compaternitatem cōtractam, inter Martinum & Petrum possit accipere in vxorem filiam Petri, per quam compaternitas illa contracta fuit, & an si contraxerint, debeant separari; & an illi, qui cōscij sunt illius matrimonij, debeant accusari? Respondetur, ꝙ huiusmodi personæ non possunt contrahere & si contraxerint, debent separari, & qui contractum sciuerint, debent illud ecclesiæ nunciare. Nota, quòd persona illa, qua mediante compaternitas est cōtracta, non potest copulari alicui de filijs alterius compatris: siue sit natus ante compaternitatem siue post. Item quilibet tenetur denunciare matrimonia illicite contracta.

c ¶ Filiam.] spiritualem; per quam compaternitas est contracta. sup. eo. c. 1. & c. super eo. in princ.

d ¶ Possunt.] id est debent de iure. sup. eo. c. 1. & c. super eo. in prin.

[Glo. seq. arg. signat contrarium, & remittit.]

e ¶ Nunciare.] Nota argu. quòd denunciatio criminum ad omnes spectat, & non tantum ad prælatos. Item personæ illæ, quæ sciuerunt contrahi matrimonium, non admittuntur ad accusationem matrimonij, aut etiā ad testificationem. infr. qui ma. accus. pos. cum in tua. non tamen repelluntur à denunciatione, vt hic patet. & tamen hic consequitur idem per denunciationem in hoc casu, quod per accusationem: non enim potest pænitere ille cui denunciatur tale crimen, nisi remota vxore. 14. quæst. 6. si res. ar. Item alia via excluditur, & alia admittitur. sic supr. de iureiu. quemadmodum. sup. de despon. impub. ad dissoluendum. Argu. contra. supr. de procur. tuæ. vbi de hoc. Bern.

¶ Gregorius Nonus.

¶ Inter baptizatum & filium baptizantis, oritur cognatio spiritualis impediēs & dirimens matrimoniū inter eos contrahendum, hoc dicit.

CAP. VIII.

Ex † litteris vestris accepimus, quod cum M. mulier coram officiali

† Vide ca. 1. de cogn. spi. li. 6. B. Tho. lib. 4. sen. di. 42. q. 1. ar. 2. & Durandū ea. dis. qu. 1.

Ex litteris.] Diuiditur in duas partes. In prima iudicum consultatio. In secunda mandatum ibi, Mandamus. Abbas.

CASVS. Quædam mulier M. nomine coram officiali Cantuarien. archiepiscopi petijt quendam A. nomine in maritum, dicens se affidatam ab ipso, & carnaliter cognitam: Ad hoc probandum induxit testes: publicatis

catis attestationibus testium, per quos mulieris intẽtio probata erat, dictus A. excipiendo proposuit, ꝙ eã habere nõ poterat in vxorẽ pro eo ꝙ pater eiusdẽ mulieris, qui sacerdos fuerat, ipsum baptizauerit: sed nõ obstãte huiusmodi exceptione, tulit sñiam diffinitiuam pro matrimonio cõtra ipsũ: a qua sententia sedẽ Apostolicam appellauit; Mandat Papa, quatenus, si est ita, eundem A. iudex ab impetitione mulieris absoluat, eidem super hoc silentium imponendo. Not. ꝙ filius sacerdotis spiritualis vel filia, nõ potest copulari ĩ matrimonio filio vel filiæ carnali ipsius sacerdotis.

† al. ita, in maritum.

Cantuarien. Alanum peteret in † virum, & se affidatam ab eo, ac carnaliter cognitam, per testes idoneos probauisset, dictorum tandem testium depositionibus publicatis, idem A. ex cipiendo proposuit, quod eam habere non poterat in vxorem, pro eo, quod ipsum patris mulieris eiusdem, qui sacerdos extitit, † baptizauit. a Sed cum idem officialis exceptione huiusmodi non admissa diffinitiuam tulerit sñiam contra ipsum, & idẽ ad sedẽ Apostolicã appellauerit: Mandamus, quatenus si est ita, eũdẽ A. sup hoc ab ĩpetitione mulieris absoluatis ipsius, eidem mulieri perpetuum silentium imponentes.

† extiterat.

[Gl. seq. fortificat tex. q̃rit, & sol. solutioni rñdet, & dat simile, scdo q̃rit, ar. negatiue. sol. cõtrariũ.] a ¶ Baptizauit.] & ita fuit filius spũalis ipsius sacerdotis. 30. q. 1. omnes quos ubi de hoc. & capit non dẽt, & 30. q. 4. si quis ex vno arg. ergo & 1 filia illius effecta est soror spiritualis uiri, ac si ipsum sacerdos de sacro fonte leuasset, quia tunc illã habere in uxorẽ nõ posset, q̃a ea mediãte cõ paternitas esset cõtracta sup. e. c. 1. & c. super e. & 30. q. 3. super quibus. ergo multo fortius cum sit pater spiritualis illius. Sed quid mouit istum officialem ad sententiandum pro matrimonio? Hæc potuit esse causa: quia edictum de matrimonio prohibitorium est, sup. de spõsa. cum apud, sed hoc non inueniebatur prohibitum expressis uerbis de his qui baptizant, quod filij eorum cum talibus non possent contrahere: sed licet expresse non esset pro hibitum, satis videbatur esse prohibitum, ex quo pater est ipsius spiritualis: quia in eo quod minus est, prohibitio inuenitur, scilicet in filio illius, qui aliam de sacro fonte leuauit, simile est quod dicit Vrbanus; nulla ratione prohibitum inuenitur, ꝙ vir & uxor simul non possint filium alterius de sacro fonte suscipere. 2 30. q. 4. quod autẽ hoc est uerum uerbis expressis: sed in genere prohibitum est, dum prohibetur, quod plures simul non suscipiant puerum de sacro fonte. de consec. dist. 4. non plures, 3 & quia prohibetur commisceri filiæ spirituali, ut cap. non debet. Sed nunquid filius sacerdotis potest contrahere cum filia illius, quam recepit ad pęnitentiam? 3 Videtur, quòd non, q̃a & illa filia spiritualis est sicut illa, quã baptizat 30. q. 1. omnes quos. sed non est ita: quia non contrahitur tanta affinitas in pænitentia sicut in baptismo: quia per pænitentiam non efficiuntur filij sacerdotis affines filijs eorum, quibus pænitentiam iniungunt, nec vsquequaq: inuenitur prohibitũ directè vel indirectè. ergo intelligitur concessum, sup. de spon. cum apud.

Forte legẽdum, ꝙ.

Quod dic t infra eo. a. ult. lib 6. oan. And.

De his filiis spiritualibus, uide Magistrũ li. 4. sen. di. 42. spirituales filij sunt.

DE COGNATIONE LEGALI.

¶ Viso de cognatione spirituali, merito subijcitur de cognatione legali. Et uide ad materiam huius titul. textum cum glo. 30. qõ. 3. cap. 1. & in c. per adoptionem. Et dic quod adoptio legalis est quædam propinquitas, per quam efficitur quis filius, uel nepos, uel deinceps seu frater, uel affinis, qui non est naturam imitans, l. adoptiones, ff. de adopti. Abbas.

TITVLVS XII.

De cognatione legali. †

¶ Nicolaus ad consulta Bulgarorum.

¶ Inter adoptatum & filium adoptantis nõ potest durante adoptione consistere matrimonium.

CAP. VNICVM.

SI qua † p adoptionẽ mihi soror esse cępit, q̃diu b durat adoptio inter me & ipsam, nuptiæ consistere nõ possunt.

I qua per.] CASVS. Pater meus adoptauit aliquem in filiã: quæritur an ego possim illam accipere in vxorem: Dicit Nicolaus, quod quamdiu durat adoptio inter me & illam, matrimonium tenere non potest. Nota, quòd non possum contrahere cum sorore adoptiua, quamdiu durat adoptio. Item cessante causa, cessat effectus.

† Vide Magist. li. 4. sen. d. 42. & ibi S. Tho. q. 2. art. 1. 2. & 3. & Durãdũ. q. 1.

[Glo. seq argumẽtat a contrario, &c.] b ¶ Quamdiu.] 30. q. 3. ita diligere. ergo ea finita cum ea possum cõtrahere. Insti. de nup. §. sed & si qua. Item arg. hic. ꝙ causa cessante cessat effectus. sup. de renunc. post translationem. sup. de iureiur. & si Christus. ad fi. & 61. dist. cap. statuimus, §. his oĩbus. ff. de ritu nup. per adoptionem. Not. ad intelligẽtiã hui⁹ decretalis ꝙ cognatio q̃dã est spiritualis, de qua dr̃ sup. ti. prox. Quædam etiã legalis, de qua hic dicitur. Legalis cognatio fit duobus modis, vel per adoptionem, 1 uel per arrogationem. Dicimur autem arrogare illum, qui sui iuris est, & per arrogationem transit in nostram potestatem, & fit arrogatio principis auctoritate: adoptio autem per quemlibet magistratum. Institu. de adopt. §. 2. & 3. nec transit in potestatem adoptantis. C. de adopt. l. ulti. & institu. eod. tit. sed hodiè remanet in potestate sui patris. Et tam arrogati, quam adoptati dicuntur filij adoptiui siue fratres. Et inter fratres adoptiuos, siue naturales, & legitimos impeditur matrimonium quamdiu durat adoptio, ut hic, & ff. de ritu nup. per adoptionem, & 30. qõ. 3. ita diligere. Sed inter ascendentes, & descendentes, id est inter adoptantem & adoptatum semper impeditur matrimonium. ff. de ritu nuptiarum, adoptiuus, licet soluitur adoptio. ff. eod. titu. quinetiam. Item posset dici, quod filius adoptatus posset copulari filiæ adoptantis, cum adoptatus non transeat in potestatem adoptantis. Instit. de adoptio. §. 2. sic etiam potest dici, quod filius illegitimus potest copulari filiæ adoptiuæ: quia illegitimus non est in potestate patris. Institut. de nup. §. ult. Illegitimus non potest copulari filiæ spirituali. Alij dicunt, quod adoptatus non potest copulari filiæ adoptantis: quia licèt adoptatus non transeat in potestatem adoptantis, acquiruntur tamen ei quædam iura per adoptionem, quæ dissoluuntur per emancipationem. C. de adoption. leg. penultima. §. fin autem, & hoc idem uidetur per decretalem istam, quæ indistinctè loquitur de adoptione, non distinguendo inter arrogatum & adoptatum, & hoc impedimentum desinit per emancipationem alterutrius. ff. de adoptio. in omni. ff. de ritu nuptiarum, per adoptionem. Sed nunquid filij adoptiui possunt contrahere inter se? Dici potest, quod sic

† Ca. vni. eo. ti. in 1. comp.

1 De materia huius gl. qua tenus agit de adoptione, & arrogatione, vide plene p Aretinum, & Docto. Inst. de ado.

sic: quia non inuenitur prohibitum. Item quid si adoptiuus durante adoptione contrahat cum legitima? Dicunt quidam 1. quod non dissoluitur matrimonium, cum illud impedimentum sit temporale. Hug. dicit, quod tenet matrimonium, nec obstat quod temporale sit impedimentum: & inducit simile, hodie non possum contrahere cum illa, quæ habet uirum, tamen cras potero mortuo uiro suo. & hæc decretalis facit pro Hug.

v Hoc placet Guil. in Spec. eod. tit. in princip. & omnino vide quod pro hoc dicto ibi scripsit Io. And.

† Vide quod nouissime accreuit concilii Trident. sessione 24. de reform. ca. 4.

TITVLVS XIII.

De eo † qui cognouit consanguineam uxoris suæ (vel sponsæ. †)

DE EO QVI COgnouit consanguineã uxoris suæ (vel sponsæ.)

† Hæc duo uerba: uel sponsæ. desũt in aliquot antiquis codicibus & in omnib. manuscriptis Vaticanis.

¶ Viso de cognatione spirituali & legali, de carnali uidendum restat: Sed quia ex copula habita cum cõsanguinea uxoris, oritur affinitatis cognatio, de qua poterat dubitari, utrum dirimeret, uel impediret matrimonium, ideo subjicitur hæc rubrica: Et uirtus totius tituli cõsistit in hoc, quod affinitas contracta ex copula cõsanguineæ uxoris, nõ dirimit matrimonium prius contractũ, sed soluit sponsalia de futuro. Item priuat facultate contrahendi matrimoniũ, & exactione debiti in uxore habita, ut patebit in prosecutione tituli. Abbas. De hac materia tractatur. 37. q. 7. in multis capitulis.

† Med. Mantiam. Meldam. sed in conciliis nondum repertum est: sicut pleraque alia.

† Ca. 1. e. tit. in 1. compil. Vide Burchardũ lib. 19. decr. ca. 5. tit. de fornicatione. 2. uersi. fecisti fornicationẽ cum filiastra tua.

† alijs.

¶ Ex conci. apud Metiã. †

¶ *Affinitas superueniens post matrimonium contractum, non soluit matrimonium, sed exactionem debiti impedit, & crimen incestus inhabilitat quo ad matrimoniũ cõtrahendũ.*

CAP. I.

SI † quis cũ filiastra [a] sua scienter [b] fornicatus fuerit. Nec a matre debitũ petere, [c] nec filiã vnquã hẽre põt vxorẽ, nec filiastra, nec ille [d] vllo vnquã tẽpore, alij se poterũt m̃rimonio copulare [e].

S[I quis.] Primo ponitur thema, ex quo triplex elicitur quæstio. Secundo soluit: ibi, Nec a matre. Abb. Sic.

CASVS. Dicitur hic, quod si quis cognouit filiastram suam, non potest petere debitum ab uxore, nec filiastram habere in uxorem, nec unquam filiastra vel ille poterunt se alij matrimonialiter copulare. Not. quod incestuosi contrahere non possunt.

a ¶ Filiastra.] 32. q. 7. quædam, & c. qui dormierit 2 & c. si quis uiduam.

b ¶ Scienter.] secus si ignoranter: 3. q. 2. in lectum. [Glo. seq. cum ultima recitari possunt per quæstiones, uel textualiter, si placet.]

c ¶ Petere.] exactus tamen reddere tenetur inf. eod. tit. transmissæ, non obstante affinitate inique ex post facto contracta: & sine culpa priuari iure suo nemo debet: inf. eod. discretionem, & c. tuæ.

d ¶ Nec ille.] post mortem uxoris.

e ¶ Copulare.] propter incestum, 32. q. 7. qui dormierit, & inf. eod. c. ex litteris, tamen si contraherent, tenet matrimonium, & etiam si essent iuuenes, dispensaretur: cum eis. 33. q. 2. in adolescentia. Bern.

2 Sed caute legendi sunt hi canones, ut optime admonet. Sotus, dum hoc ipsum decretum interpretatur lib. 4. sent. dist. 37. q. 1. art. 2.

V[Eniens.] Primo ponitur de cãsa consultatio. Secundo distinguens responsio: ibi, Inquisitioni. Secundum membrum ibi, Ceterum. Abb. Sic. l.

CASVS. Quidam contraxit sponsalia de futuro cum quadam, & pater ipsius matrem sponsæ accepit in uxorem: Tandem instigante diabolo matrem sponsæ cognouit; tam pater quam consanguinei sui uolebãt, ut matrimonium de præsenti consummaret. sed ipse noluit, donec factum episcopo proponeret, Episcopus consuluit dominum Papam, & ipse respondet, quod si matrẽ sponsæ cognouit, & sponsæ carnaliter non adhæsit, imponenda est ei pœnitẽtia paulo maior, quam pro adulterio, & illa peracta vel parte ipsius, episcopus dispẽset cum eo, ut aliam recipiat (si uoluerit) in uxorem. Si uero spõsam cognouit ante matrem, vel post, aliam non poterit accipere in uxorẽ, propter incestum, sed a sponsa non separabitur: & in hoc non tenet quod dicit, nunquam eam, scilicet sponsam, potest accipere in vxorem. Not. hic pœnam illius, qui matrem sponsæ suæ cognouit.

¶ Alexander. III. Pictauiensi episcopo.

¶ *Affinitas superueniens etiam per illicitum coitum dissoluit sponsalia de futuro, sed non matrimonium: & incestuosus contrahere non potest.*

CAP. II.

VEniens † ad nos præsentiũ lator, & infra. ¶ Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod si matrem [f] sponsæ suæ cognouit, & † sponsæ nunquam carnaliter adhæsit, [g] imponenda est ei pœnitẽtia paulò maior, [h] quã pro adulterio, qua peracta, vel parte [i] ipsius, poterit ex dispẽsatione, [k] cum alia matrimonium contrahere. Ceterum si sponsam cognouit, [l] antequam matrem, vel post, nunquàm eam [m] vel aliam [n] potest accipere in vxorem.

† Cap. 3. eo. ti. in 1. com. & post concilium Lateran. part. 12. cap. 4.

† al. ita: si sponsæ, &c.

f ¶ Matrem sponsæ.] de futuro: vnde affinitate superueniẽte, illam in vxorem habere non poterit solutis spõsalibus, inf. de consang. cap. 2. & infra eodem ex litteris.

g ¶ Adhæsit.] postquam cognouit matrem. [Glo. seq. obijcit, & soluit.]

h ¶ Paulo maior quã pro adulterio.] quare maior pœnitentia imponitur quã pro adulterio, cum nõ publicæ honestatis iustitiam uiolauerit, cum illa esset sponsa de futuro? Dicas quod non solum uiolauit publicæ honestatis iustitiam, sed adulteriũ commisit cum matre sponsæ suæ, quę nupta erat patri suo, vt patet in antiqua: 3 alias si mater sponsę non esset coniugata, non puniretur plus nec etiam tantum, vnde iste multo plus debet puniri, quam pro adulterio, propter tria, videlicet propter honestatis iustitiam, propter adulterium, & incestum etiam, quod perpetrauit cognoscẽdo affinem primi generis, & primi gradus.

i ¶ Vel parte.] arg. quod sufficit aliquid inchoate, & si non sit completum sup. de elect. cum in cunctis. §. inferiora.

k ¶ Ex dispensatione.] incestuosi enim contrahere non debent, & ideo dispensatur cum eo, quia iuuenis erat: alias sine peccato contrahere non posset. 33. q. 2. in adolescentia, tamen si contraheret, citra aliquam dispensationem, teneret matrimonium.

l ¶ Cognouit antequam matrem.] unde statim fuit matrimonium præsumptum. sup. de spon. is qui, & sup. de condi. appo. de illis unde matrem ulterius habere nõ posset, etiam si non esset cognita: & loci idem esset, etiam si nunquam cognouisset ipsam. sup. de spons. sponsam. Bernardus.

m ¶ Eam.] scilicet matrem, ut dictum est. Vel dic, eam, id est sponsam suam, & secundum hoc non tenet. inf. e. discretionem, & c. ult.

n ¶ Aliam.] post mortem istius, quia ex quo eã cognouit ante-

3 Antiquam decretalem integram habes locis citatis initio huius cap.

uit, antequam matrem, non dissoluitur matrimonium, licet postea cognouerit matrem, inf. eo. discretione, &c. penult. & vlti. sed ea mortua cum alia propter incestum contrahere non debet. inf. eod. transmissa, in fin.

De illo.] Primo ponitur consultatio. Secundo responsio ibi, Respondemus. Abbas.

CASVS. Quidam dicebat, quod cognouerat vxorem fratris sui, antequam cum illa matrimonium contraxisset: quritur quid iuris? Respondet Papa, quod propter hoc non sunt separandi, nisi hoc esset notorium, aut per idoneos testes legitime probaretur. Not. quod simplici assertioni alicuius non est credendum.

[Gloss. seq. recitari posset per contrariu.]

a ¶ Occasione.] quia confessio illa sola non praeiudicat, et am si rumor viciniae cōsentiret. inf. eo. super eo. secus esset in matrimonio contrahendo. sup. de spon. propter ea 1. & inf. tit. proxi. cap. 2. Ber.

Transmissae.] Primo consultatio. Secundo responsio, ibi, Quia vero. Abb Siculus.

CASVS. Quidam habebat vxorem, & ea mortua filiam vxoris defunctae cognouit: postmodum aliam accepit, & nihilominus cum priuigna publice delinquebat: Quaesitum fuit a Papa, qualiter in facto isto esset agendum? Respondet, quod vxori legitime cohabitet, & necessaria ei subministret, nec eam cognoscat quamdiu uixerit, nisi ab ea fuerit requisitus: & donec cum ea permanserit, pro incestu & adulterio poenitentiā agat pro arbitrio imponentis: & si superuixerit uxori, fine spe coniugij perseueret. No. quod poenitētiae sunt hodie arbitrariae. Item incestuosi contrahere non debent, tamen si cōtraxerint, tenet matrimonium.

[Glo seq. dat simile, & tradit regulam.]

b ¶ Illicitam rem.] incestui adulterium adiungendo.

c ¶ Legitimae.] sic patet quod incestus non impedit quo minus matrimoniū sit legitimū, licet contrahere nō debeat, sicut uotum simplex sup. qui cle. uel uouentes, rursus, talia enim crimina impediūt matrimoniū cōtrahendū, sed non dirimūt iam cōtractū, nisi in tribus casibus, si machinatus fuerit in mortem alterius, si dedit fidem adulterae, si duxit eā de facto. sup. de eo qui duxit in matri. cum haberet. & c. super hoc.

d ¶ Fuerit requisitus.] & sic intellige sup. eo. cap. 1.

e ¶ Sine spe coniugij.] 32. q. 7. si quis uiduam. & 35. q. 3. de incestis. sup. eod. uenienis. & inf. de poen. & remiss. cap. 2. ubi de hoc.

Margin: c. 2. eo. tit. in 2. comp. — Et ideo dicit tex. illam occasionem, non dicit causam ad hoc q̄ maior. & obsen. solitae. an. And. — Cap. 3. eod. in 2. cōpi. & aliis vide rum lib. 4. ntent. dist. q. 1. art. 3. — Adde cū q. is committur icestus: in §. 1. In. t. de nupt. super rub. de adult.

¶ Idem.

¶ Non separatur matrimonium ad dictum vnius asserentis affinitatem inter coniuges praecessisse.

CAP. III.

De illo, † qui vxoré fratris, antequam ei matrimonio iungeretur, se ꝓposuit cognouisse. Respondemus, qđ nisi hoc publicum & notoriū fuerit, aut idoneis testibus cōprobatum, praedictum matrimonii occasione [a] illa ipsum impetere non permittas:

¶ Celestinus tertius.

¶ Incestuosus matrimoniū contrahere non debet: sed si contrahit, tenet: & tunc tenetur reddere, sed non potest debitum exigere, & non minus tenetur vxori necessaria administrare.

CAP. IIII.

Transmissae † nobis tuę literę demonstrarunt, quod G. vxore sua defuncta, filiam eius, priuignam videlicet propriā, copula carnali cognouit, postmodum aliā accipiens in vxorem, cum priuigna publice tanquam canis ad vomitū rediens, illicitā rem [b] committere nō expauit. ¶ Quia vero super his consiliū requisisti, pręsenti pagina respōdemus, quod legitimae [c] vxori cohabitans, & necessaria subministrans, non cognoscat eam, quādiu vixerit, nisi ab ea fuerit [d] requisitus, & tunc ad ipsam non sine graui cordis dolore accedat, qui etiam pro incestu & adulterio, donec cū ea permanserit, iuxta moderamē tui arbitrij pęnitētiam agens, postmodū si sū peruixerit ei, perpetuo fine spe coniugij [e] permanebit.

¶ Idem.

¶ Non separatur matrimonium ad cōfessionē coniugum, qui dicunt affinitatem praecessisse, etiam si rumor viciniae consentiat. Et est casus multum allegabilis & notabilis.

CAP. V.

Super † eo, quod postulas, vtrū coniugatus, q ante contractum matrimonium, vxoris suae cōsanguineā carnali cōmixtione cognouit, cū id fateat vterq; & aliqua pars vicinae hoc acclamare dicat, sit ab vxore sua iudicio ecclesiae separandus: Tuae fraternitati respondemus, † quod pp eorū cōfessionem [f] tātum, vel rumorem viciniae, separari

Super eo.] Primo ponit quaestionem. Secundo solutionem: ibi, Tuae. Abbas. Siculus.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum aliqua muliere, tandem tam ipse quam uxor confitebatur, quod quandam consanguineam uxoris, suę antequam cum ea contraxisset carnaliter cognouit; & aliquae pars uicinię illud clamabat: quaerit an sint separandi? Respondetur, q̄ propter eorum confessionem tātummodo non sunt separandi, uel ꝓpter rumorem uiciniae, quia multi quandoq; colluderent ad inuicem, & ad confessionem incestus faciliter prosilirent, si per eorum confessionem crederent separari: & rumor uiciniȩ non est adeo ualidus, quod bene coniuncti debeant separari, nisi rationes probabiles accedent. Not. quod confessio coniugum contra matrimoniū, non praeiudicat ipsi matrimonio, propter collusionem. Item rumor uicinae non facit probationem: secus de fama.

[Glo. seq. obijcit, & soluit. distinguendo triplicem confessionis speciem. Iterum obijcit, & soluit.]

f ¶ Confessionem.] Sed uidetur q̄ cōfessioni standum sit: qa confessus in iure, pro iudicato habetur. C. de confes. l. unica. & ff. eo. tit. l. 1. & l. certum. & sup. de cēsi. olim causam. Dicas, quod in casu isto non statur confessioni contra matrimonium, propter rationem quae hic in littera redditur. Et est ratio: quia contra se quisq; testificari potest. pro se vero minime. 14. q. 2. §. 1. & ff. de inter. act. de aetate, §. 1. pręterea iste non confitetur cōtra se, imo pro se: vnde iure communi non prodest ei talis confessio: Nam iste petit separari ab vxore, qui dicit se cognouisse eius consanguineam: si cōfiteretur aliquid contra hoc, propter quod ei praeiudicaretur, tunc videretur standum suae confessioni; sed ut dixi, speciale est in matrimonio, vbi non creditur viro uel uxori in praeiudicium coniugij: sed si confiteatur pro matrimonio contrahendo, bene statur confessioni

Margin: † Cap. 4. eo. tit. in 2. cōp. De mate. uideto. pr. aliis hic p. positum. — † rescribimus.

ſioni: puta ſi petam aliquám in vxorem & ipſa confitea tur matrimonium, præiudicatur ei, licet ipſa nollet me ha bere: quia modo directe confitetur contra ſe: ſecus in confeſſione quæ fit quantum ad tori ſeparationem pro pter adulterium: quia ibi ſtatur confeſſioni. 1. inf. de diuortijs. c. ex litteris. Arg. contra, 35. q. 6. ſi duo. Sol. ibi confitentur conſanguinitatem eſſe inter eos, & fama publica confeſſioni coniugum conſentit, & tunc ſtatur famæ & confeſſioni: ſed hic tantum eſt rumor, & aliud eſt fama, & aliud rumor. vt hic videtur.

non debet, quæ conſcia ſeu particeps huiuſmodi iniquitatis non fuit: cum iure ſuo ſine culpa non debeat defraudari: Alexander tamen in conſimili caſu dixit diſtinguendum, prout ſequitur in litera. Nota, quod ei adulteriũ obijci non poteſt, quæ ad hoc inuita tracta eſt. Item non ſemper propter adulteriũ vir poteſt dimittere vxorẽ. Item affinitas ſuperueniens matrimonio ipſum non diſſoluit. Item nullus debet ſine culpa iure ſuo priuari.

non debent: cum & quandoq; nonnulli inter ſe contra matrimonium velint colludere, & ad confeſſionem inceſtus facile proſilirent, ſi ſuo iudicio crederent per iudicium eccleſiæ concurrendum.[a] Rumor[b] autem viciniæ non adeo eſt iudicandus validus, quod niſi rationabiles † & fide dignę probationes accedant, poſſit bene contractum matrimonium irritari.

¶ Innocentius tertius Prępoſito Magdeburgenſi.

¶ *Affinitas ſuperueniens non diſſoluit ſponſalia de præſenti.*

CAP. VI.

Diſcretionem † tuam: & infra.

¶ Sane ex parte tua fuit propoſitum, quod quidã cum muliere quadam, legitime per verba de præſenti contraxit, quam poſtmodum a ſe incognitam, cuidam conſanguineo ſuo tradidit,[c] in quantum potuit renitentem: Ille vero cum ipſa licet inuita, matrimonij ſolẽnia celebrauit, ſed mulier quam cito fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & ſe priori viro reſtitui poſtulauit.

¶ Nos igitur inquiſitioni tuæ taliter reſpõdemus, quòd & viro pro tã turpi facinore grauis eſt pęnitẽtia iniungenda, & mulier propter publicam[d] honeſtatem, † eſt monenda ſollicite, vt nec primum repetat, cuius conſanguineus, eam licet inuitam, cognouit: nec redeat ad ſecundum, cui non poteſt propter † reatum[e] adulterij commiſceri, ſed in continẽtia maneat, donec prior fuerit viam vniuerſæ carnis ingreſſus. Quod ſi forſan ad id induci nequiuerit, vir prior cogatur redire ad ipſam, & maritali eã affectione tractare: cum adulterium ei non poſſit obiicere, qui eam adulterandam tradidit, præſertim[f] inuitam. Nam & ſi[g] ſecundum Euangelicã veritatem, nunquam niſi propter fornicationis[h] cãm, aut vir vxorem, aut vxor poſſit dimittere virũ, non tamẽ ſemper propter cãm eandẽ vel vxor virum, vel vir dimittere poteſt vxorem: cũ poſſit exceptione

a ¶ Concurrendum.] quod faciendum non eſt propter rationem hic expreſſam; imo ex colluſio puniri debent, 2. q. 3. ſi quenquam, & inf. de collu. c. 1. & 3.

[Glo. ſeq. obijcit, & ſoluit.]

b ¶ Rumor.] Iar. contra ſup. de præſumpt. illud. & cap. 3. vt dixi, aliud eſt rumor quam fama. & illa decre. tertio. loquitur de matrimonio contrahendo, quod ad ſolam famã impeditur 2. ſ. tit. prox. c. ſuper eo.

Diſcretionem tuã.] Communis diuiſio, Secunda ibi, Nos igitur: Et ibi: primo dicit mulierem ad continentiam inducendam. Secundo ibi, Quod ſi. dicit quid iuris ſi ad hoc non poteſt induci. Tertio ſoluit tria obſtacula: ibi. Nam & ſi Abbas.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum quadam per verba de præſenti, & an eq̃ eã cognoſceret, tradidit illã in quantũ potuit renitentẽ, & inuitam cuidã conſanguineo ſuo in vxorẽ, & ille eã accepit, licet, inuitam. Sed mulier quã cito fuit reddita libertati, aufugit ab eo, & primo viro reſtitui poſtulauit: quærebat, an deberet ei reſtitui? Rñdet papa, ꝙ viro pro tã turpi facinore grauis pęnitẽtia dẽt imponi, & mulier monẽda eſt ꝑꝑ publicæ honeſtatis iuſtitiã, vt nec primũ repetat, cuius cõſanguineꝰ eã cognouit, licet inuitã. nec redeat ad ſcm, cui ꝑꝑ adulteriũ cõmiſceri nõ põt; ſed in cõtinentia maneat, donec primus vir viã fuerit vniuerſæ carnis ingreſſus. Si aũt ad hoc induci nõ poterit prior vir cogat̃ eã recipere, & maritali affectione tractare: nec põt ei adulteriũ obijcere, quia eã adulterãdã tradidit, pſertim inuitã: & licet dicat̃ in Euãgelio, ꝙ ꝑꝑ fornicationẽ vir dimittere poſſit vxorẽ; nõ tñ ꝑꝑ eandẽ cauſam vir ſemꝑ põt dimittere; nec vxor virũ, cũ poſſit per exceptionem repelli, vel replicationem, & affinitas ſuperueniẽs matrimonio ei obeſſe

[Gl. ſeq. diſtinguit, an vir tradiderit, vel occaſionem dederit: & ad ſecundum ſignat contrarium.]

c ¶ Tradidit.] & ideo non poteſt illi opponere adulterium arg. 32. q. 5. §. 1. & cap. 1. & 4. nec adulterium dicitur hic commiſiſſe vt ibi dicitur, quia non conſenſit: & hoc patet ex eo, quod quam cito potuit aufugit, vt ſequitur, arg. 1. quæſt. 1. conſtat. ſecus eſſet ſi occaſionem adulterandi ei dediſſet: quia nihilominus imputaretur ei. argum. 27. q. 2. Agathoſa. & c. ſi tu abſtines. inf. de diuor. ſignificaſti. ff. ſol. matri. cum mulier. ff. de adulte. l. 2. 3. Sed contra videtur per capit. prædictum, ſi tu abſtines. & arg. 23. quęſt. 4. Nabuchodonoſor. & in Auth. vt lic. ma. & auiæ. §. quia vero plurimos in fi. coll. 8. vir enim debet eſſe mulieri auctor colẽdi bonos mores ff. de adulte. ſi vxor. §. ſi iudex. & 32. quæſtio. 6. indignantur. alioquin eſſet detrahenda a viri 4 poteſtate. C. de epiſcopal. audi. l. ſi lenones.

d ¶ Publicam honeſtatem.] id eſt, affinitatem, quæ ſic inique contrahitur.

[Glo. ſeq. no. cum ſponſa, & c. allegat tria iura.]

e ¶ Reatũ adulterij] quia primus eſt maritus illius, & non ſecundus. Et eſt hoc notabile, ꝙ adulterium cõmittit cũ ſponſa nondũ cognita a viro: vnde ſi alias commiſiſſet adulterium, poſſet accuſari a ſponſo ff. de adulte. miles, §. quærebatur ſup. de iureiu. quẽadmodum, quia iniuria facta eſt ei. ff. de iniur. item apud §. ſponſum.

f ¶ Præſertim.] id eſt tm̃: quia in talibus quæ ſine peccato mortali cõmitti non poſſunt, mãdatũ non obligat. 32. q. 5. ita ne. & ſupra quod metus cauſa, cap. ſacr. s.

g ¶ Nam & ſi.] reſponſio videtur tacitæ quæſtionis.

h ¶ Fornicationis.] 32. q. 7. omnes cauſationes.

i ¶ Exceptione.] puta, quod ipſe tradidit eam inuitam, vel quia idem ſimiliter fornicatus eſt. inf. de adult. cap. penult. & vlt. 32. q. 6. nihil.

1 Maxime quia tunc remanent coniuges, vñ nõ ſic timetur colludiũ 32. q. 1. dixit. ſecũdum Goffr. Ioan. And.

† Probabiles, legitur ĩ aliquot magis recentib. libris.

† Adde quæ no. Bal. in l. 1. C. de proba. & in l. ea quidẽ. C. de accuſat.

† Cap. 1. eo. tit. in 3. cõp. Vide Couarruuiã, lib. 4. decr. par. 1. c. 5. nõ lõge a principio.

a Dicebat Lauren. Propter rumorẽ nõ diſſoluo ſociatos. Io. And.

† Vide cõcil. Trid. ſeſſ. 24. de refor. ma. cap. 3.

† præter.

3 Ad hoc ff. de ritu nup. palam. §. nõ eſt ignoſcendum. Io. An.

Mat. 19.
Mat. 10.
Luc. 16.

† Vide conc. Trid. ſeſſ. 24 de ſacramento matrimonij in principio & can.

4 Et etiã patris & domini. Io. And.

Gloſſ.

[Gloss. seq. notat contra opinionem, &c. allegat pro eâ duos. §§.]

a ¶ Nec affinitas.] hic reprobatur illorum opinio, qui dicebant, ꝙ per fornicarium coitum non contrahitur affinitas, & infra eo: c. penul. & vlt. arg. 35. q. 3. nec eâ. arg. contra. ff. de gradi. non facile. §. sciẽdũ, & §. affines, sed illa non obstant.

[Glo. seq. arg. legitime factũ, &c. alle. 3. iura in contrariũ, & vnam legem.]

b ¶ Officere.] arg. ꝙ legitime factum est, nõ irritatur, licet de ueniat ad eũ casum, a quo non potuit habere principiũ, ff. de iti. actuque pri. non enim, ff. de post. l. 1. §. casum, & 30. q. 1. ad limina. 2. arg. cõtra. ff. de iud. si a me.

c ¶ Sine sua culpa,] hoc generale ẽ, sim. 1 f. e. c. vl. si qua ɔtraria sũt, casualia sũt.

d ¶ A predecessore.] scilicet Alexandro. sed illa decretalis remota est de hac compilatione.

Fraternitati.] Ex spõsalib. ɔtractis cum puella, quæ nõ dũ compleuit septẽnium, interueniente copulæ attẽtatu, oritur publica honestas impediens matrimonium contrahẽdum cum consanguinea, hoc dicit secundum alium intellectum. Communis diuisio. Secunda: ibi, Diuortij. Abb.

CASVS. Quidam contraxit spõsaliacũ quadã puella septẽ annorũ, quã polluit extraordinaria libidine: Postea ɔ̃xit matrimoniũ cũ sorore ipsius: postmodum vero archiepiscopus Bisuntinen. cum de hoc ad ipsum quæstio esset delata, diuortij tulit sentẽtiã inter eos, quã dominus Papa approbat. Not. ꝙ post cõtracta spõsalia, spõs[9] nullã de consanguinitate sponsæ potest habere vxorem, nec econuerso, nullum de consanguinitate sponsi sponsa potest habere.

[Glo. seq. soluit contrarium.]

e ¶ Contractis sponsalibus,] & sic maritali affectu, cum esset sponsa ipsius, eã polluit, sic sup. de sponsali, iuuenis, & ita non est contrarium. 35. q. 3. extraordinaria.

f ¶ Extraordinaria.] id est, 3. extra naturalia cum nondum esset idonea.

vel replicatione legitima impediri. Sed nec affinitas, [a] quæ post contractum legitime † matrimonium inter virum, & vxorem inique contrahitur, ei debet officere, [b] quæ huiusmodi iniquitatis particeps non existit; † cum suo iure non debeat sine sua culpa [c] priuari, quanquam a quodam prædecessore [d] nostro dicatur in simili casu fuisse distinctum, vtrum incestus vel adulterium manifestũ fuerit: an occultum, alijs asserentibus inter gradum proximum, & remotum esse potius distinguendum.

¶ Idem Bisuntin. archiepiscop.

¶ Copula carnalis habita cum puella septem annorum, dirimit matrimoniũ postea contractum cum consanguinea. hoc dicit secundum vnum intellectum.

CAP. VII.

Fraternitati † tuæ, & inf. ¶ Diuortij sententiam approbamus, quam in eum canonice promulgasti, qui illam sibi postea copulare præsumpsit, cuius antea sororem adhuc septennem, contractis sponsalibus [e] extraordinaria libidine nosci tur polluisse. [f]

¶ Idem episcop. Gerunden. †

¶ Affinitas causata ex copula illicita, rumpit sponsalia præcedentia, & priuat facultate contrahendi matrimonium.

CAP. VIII.

Ex † litteris fraternitatis tuæ accepimus, qđ G lator earum, matrẽ puellæ, quam infra nubiles annos desponsauerat in vxorem, [g] carnaliter sæpe cognouit, & post carnali [h] commixtione puellam tractauit adultam, & infra.

¶ Nos autem eidem viro pænitentiam [i] iniungi fecimus pro peccato, consultationi tuæ respondentes, quod eis abinuicem separatis, [k] mulier alteri viro non nubat, si postquam nouit viri, & matris delictum, ei non erubuit commisceri. Vir etiam, & mater mulieris, nunquam debent [l] ad alias nuptias conuolare, sed semper continentiam seruare tenentur, & enorme deflere delictũ, quod pro tam † nefanda libidine contraxerunt, præsertim si circa personas huiusmodi, de lapsu [m] carnis minime timeatur.

¶ Idem archiepiscopo Magdeburgen.

¶ Idem quo ad titulum dicit quod decretalis supra proxima.

Ex litteris.] affinitas superueniens rumpit sponsalia de futuro. Cõmunis diuisio. Secunda pars: ibi, Nos autem. Abb.

VIr qui.] CASVS. Duo uolunt contrahere matrimoniũ: uir distat a stipite quarto gradu, mulier uero ex alio latere distat ab eodem stipite quinto gradu. Quæritur, an possint contrahere matrimoniũ? Respondet quod sic, secundum regulam illam qua dicitur: Quoto gradu remotior persona distat a stipite, & a quolibet descendentium per aliam lineam ab eodem stipite. Not. quod si unus coniugum distat à stipite quarto gradu, & alius quinto, licite possunt copulari. Item magis consideratur remotus gradus quam propinquus. Item regulæ arboris sunt authenticæ.

nitas temporum non† minuit peccatum, sed auget, tantoque sunt grauiora crimina quanto diutius infelicem [a] animam detinent alligatam.

¶ Gregorius nonus.

¶ Distans à stipite quarto gradu, vel citeriori, cum distãte quinto vel vlteriori contrahere potest: hoc dicit cum glossa.

CAP. IX.

VIr,† qui a stipite quarto [b] gradu, & mulier, quę ex alio latere distat quinto, secundũ regulam approbatam, [c] qua dicitur: Quoto gradu remotior [d] differt† a stipite, & a quolibet per aliam lineam descendentium ex eodem; licite possunt matrimonialiter copulari.

† Vide erratos in c. præcedenti.

† distat.

b ¶ Quarto.] idem esset si tertio uel secundo, secundum regulam frequentem: quia nihil attinet ei, qui est ex alia linea in quinto, licet magis appropinquet communi parenti.

c ¶ Approbatam.] not. quòd regula a magistris tradita, approbatur hic a iure, & sic pro iure seruabimus regulam istam, arg. sup. eo. quod dilectio.

ADDITIO. Et est simile quod de consuetudine dicitur, sup. de cogn spir. c. 1. §. fi. & sic sup. de deci. c. 1. §. fina. & ff. de dam. infe. si ædib. habet autem hoc locum, cum approbatio fit per Papam: alterius enim approbatio parũ prodesset, ut patet, in his quæ no. sup. eo. de infidelibus alias autem consuetudo approbata interpretatur, supra de consue. eum dilectus, §. 2. secundum Host. Io. Andr.

[Glo. seq. docet computare gradus.]

d ¶ Remotior.] si vis 1 scire in quo gradu aliquæ duæ personæ diuersarum linearum sibi attineant, recurre ad communem stipitem siue parentem, a quo descenderunt: descende æqualiter computando per ambas literas, quousque altera illarum primo occurrat: & si ambæ simul occurrant, erunt in eodem gradu primo, secundo, tertio, uel quarto: & istæ personæ quæ æqualiter descendunt, nõ dicuntur distare a gradu, sed potius sunt in gradu æquali descendente a communi stipite æqualiter: & si sunt inf. quartum gradum, non possunt matrimonialiter coniungi: Sed si una primo occurrit quam altera descende per lineam alterius vsque ad illam: & semper post illum gradum, in quo occurrit prima persona, additur gradus pro numero psonarũ; & sic habebis quoto gradu vna distat ab altera: & istę personæ nõ dicuntur esse in gradu, sed distant gradu, sicut istæ personæ, de quibus hic dicitur, cum una distet quarto gradu, & alia quinto a communi parente, quod planum est videre: & quoto gradu remotior persona distat a communi parente, toto distat a quolibet alio descendente per lineam: uerbi gratia. Communis parens istorum fuit Petrus, eius filij fuerunt Martinus & Berta, qui sunt in primo gradu, de Martino descendit Ioannes: de Berta ex alia parte natus fuit Robertus, qui Ioannes & Robertus sunt in secundo gradu æqualiter descendentes a Petro; de Ioanne natus est Stephanus: de Roberto est Albertus natus, qui sunt in tertio gradu, & æqualiter descendunt à Petro tertio gradu: scilicet de Stephano natus est uir iste, de quo hic quæritur: de Alberto natus est Titius, qui est in quarto gradu cum uiro isto, æqualiter distantes à Petro: Primo loco occurrit tibi uir iste, qui quarto gradu distat a Petro, & sic est ultima persona in consanguinitate Petri ex vna linea, & Titius ex alia linea: de Titio nata est hæc mulier, de qua hic quæritur: & distat quinto gradu à Petro & sic exiuit iam consanguinitatem Petri. ergo eodem gradu distat à quolibet alio descendente per aliam lineam, & sic distat quinto gradu à Martino, Ioanne, Stephano, & ab isto viro, videlicet filio Stephani: Ideoque recte potest illum habere in virum; & quemlibet descendentem à Petro per aliam lineam posset accipere, cum omnes illę personæ huic sint in quinto gradu. Hoc in Arbore melius videtur.

1 De materia huius gl. uide plenissime per Hos. in sum. tit. de consang. §. qualiter cõputet, & §. seq.

LOCVS ARBORIS.

DE

DE FRIGIDIS, ET MALEFICIATIS, & impotentia coeundi.

¶Viso de pluribus impedimentis matrimonij, quia frigiditas & maleficiũ, & generaliter impotentia coeundi sunt impedimẽta matrimonij, ideo post rubricas præcedentes subijcitur ista. Abb.

De hac materia tractatur 33. q. 1. & q. 2. per totum.

† De materia huius tit. vide Magistrum sen. li. 4. dis. 34. vbi Doct. & præ alijs B. Thomã ibidẽ, q. 1. per totã q.

TITVLVS XV.

De frigidis, † & maleficiatis, & impotentia coeundi.

¶Ex Brocardico. lib. 18. †

¶Si marito prouocante ad diuortium, & se impotentem asserente, mulier hoc idem fatetur, seruata solemnitate canonica matrimoniũ indistincte dirimitur: sed si decipiatur ecclesia, primum matrimonium reparatur: si verò muliere agente, vir asserat se potentem: nisi per aspectum corporis, uel alio indubitato modo conuincatur, mulier non auditur: sed si vir hoc idem confitetur, vel conuincitur, matrimonium separatur, & mulieri contrahendi licentia datur. h. d. secundum Hostiensem.

Accepisti. Diuiditur, quia habet tria dicta. Secundum ibi, Illa autem. Tertium ibi, Si autem. Abbas.

† Alias 20. & 24. & 10. sed restitue ita: ex Burchardo li. 19. decre. ca. 5. tit. de dissidio cõiugij, vers. accepisti. & c. 1. eod. tit. in 1. compil.

CASVS. Aliquis accepit aliquem in vxorẽ, & cum ea mansit per mensem, uel per tres, uel etiam per annum: postmodum dicit vir, quod est frigidæ naturæ, ita quod cum illa uel alia rem habere nõ potest: dr̃ hic, quod si illa idem affirmat, quod ille dicit, & põt hoc probari per uerũ & rectum iudicium, dẽt separari: ita quod si postmodum aliam acceperit, reus erit piurij, & acta penitẽtia priora cõnubia restaurabuntur. Si uero illa prior post annũ & dimidiũ ad epm̃ proclamauerit dicens, quod ea non cognouit, ille autem contrarium affirmat, ei credendũ est, cum sit caput mulieris: quia si proclamare uoluit, cur tantum tacuit? cito .n. potuit scire, si eã cognoscere potuit: Si uero ab initio post mensem uel duos ad episcopum proclamauerit dicens, uolo mater esse, sed uir, quem ego accepi, frigidæ naturæ est: si hoc probari potest per rectũ iudicium, separẽtur, & mulier alteri si voluerit nubat in Domino. Not. quòd nõ creditur viro vel mulieri confitenti contra matrimonium, sed exigitur probatio. Item uir caput est mulieris. Item ex taciturnitate præsumitur contra aliquem. Item impotentia coeundi impedit matrimonium, & dirimit.

† Vide Durãdum lib. 4. sent. dist. 34. qõ. 2. & plenius ibidem Sotum qõ. 1. art. 2.

CAP. I.

Accepisti † mulierem, & per aliquod tempus habuisti per mẽsem, aut per tres, aut per annum, & nunc primum dixisti te esse frigidæ naturæ, ita ut nõ potuisses coire cum illa, nec cũ aliqua alia, si illa, quæ vxor tua esse debuit, eadẽ affirmat, quæ tu dicis, & probari potest per verum iudicium,[a] ita esse vt dicitis, separari potestis, ea tñ ratione, vt si tu post aliam acceperis, reus periurij dijudiceris,[b] † & iterũ post peractam pænitentiam, priora connubia reparare[c] debebis.

¶Illa autem si prior post † annum, aut dimidium, ad epm̃, aut eius missum[d] proclamãuerit, dicens, ꝙ non cognouisses eam, tu autem contrarium affirmas,[e] tibi credendum est, eo quod caput[f] es mulieris, quia si proclamare voluit, † cur tamdiu tacuit?[g] cito enim & in paruo tẽpore scire potuit, si secum coire potuisses. Si autem statim in ipsa nouitate, post mensem, aut duos, ad epm̃, aut eius missum proclamauerit, dicens; volo esse mater, volo filios procreare, & ideo maritũ accepi, sed vir, quem accepi, frigidæ naturæ est, & non potest illa facere, pro pter quæ illũ accepi, si ꝓbari[h] potest per rectũ iudiciũ, separari potestis. & illa si vult, nubat in Dño.

a ¶ Iudicium.] scilicet quòd uterque iuret cum septima manu propinquorum 33. q. 1. c. 2.

[Glossa sequens not. conuinci mendacium, alleg. tria iura.]

b ¶ Dijudiceris.] nota contrarij operis euidentia mendacium conuinci, sup. de p̃sum. literas, argu. sup. de maio. & obed. legebatur, & 22. quæst. 5. cauete.

[Gl. seq. no. quòd sententia, & c. ponit distinctionem circa fraudem mulieris, quam non approbat, in fi. signat contrarium, & soluit, & arguit.]

c ¶Reparare.] Nota quod sententia contra matrimonium lata, nõ transit in rem iudicatã, cum appareat ex post facto ecclesiã fuisse deceptam. sic supra de re iud. lator. & c. consanguinei, & inf. eo. fraternitatis, quare priora etiam matrimonia restaurantur, et muliere contradicente, si fraudis fuerit cõscia. ff. de adult. si uxor. §. iudex. & §. ult. ut dixit Ala. Si uero conscia fraudis nõ fuerit, poterit repellere eum, si uoluerit, prætextu adulterij. arg. 32. q. 1. de benedicte, & q. 6. nihil, sed non credo quod hoc obstet, quin matrimonia priora debeant restaurari, inf. eo. laudabilem, & c. fraternitatis. Item arg. contra. 33. q. 1. si per sortiarias, sed ibi separantur propter maleficium, non pro pter frigiditatem.

† iudiceris.

† In aliquot manuscriptis ita: post annum & dimidium quã lectionem vi detur plane agnoscere gl. hic in verbo: tacuit.

d ¶ Missum.] simile s̃. de reg. capitulo secũdo, & expone missum, id est, vicarium, qui fungitur vice episcopi, supra de insti. cap. 3.

† Voluerit Burcharddus ita: quia si se proclamare uoluerat.

e ¶ Affirmas.] quod eam cognouisti.

f ¶ Caput.] supra de despon. impub. continebatur, 33. qõ. 1. si quis acceperit, & hoc intellige, nisi ipsa velit se probare viginẽ per aspectum corporis, sup. de prob. proposuisti, & c. causam matrimonij.

g ¶ Tacuit.] ergo vr̃, quòd post annum & dimidium reclamare non poterit, Sed contra videtur, C. de repu. in causis, vbi dicitur, quòd vsque ad duos annos poterit reclamare, immo usque ad triennium, in Auth. de nup. §. per occasionem, colla. 4. & inf. eo. laudabilem. Quod dicitur in istis duabus ultimis concor. tenendum est, & non tenet quod hic dicitur de anno & dimidio. Et est argu. ad præscriptionem, si quis taceat usq; ad completam præscriptionem, quia gesta taciturnitate firmauit, C. de his qui à non dom. in l. ult.

h ¶ Probari.] hoc iõ dicit, quia non est standum eorum confessioni contra matrimonium: & si uterq; confiteatur, non uidetur credendum, ne in fraudem hoc diceretur. sup. de eo. qui cohno. consang. vxo. suæ, super eo. nisi quod

quod asserunt, probauerint cum septima manu propinquorum. 33. q. 1. ca. 2. sed pro matrimonio bene creditur eis sup. de clandesti. desponsatio. c. 2. & quod dr̃ non creditur eis contra matrimonium, verum est quãtũ ad hoc, vt contrahendi facultatẽ acquirãt: sed si vellẽt in cõtinẽtia manere, credit̃ eis. 32. qu. 5. qđ Deo pari.

quæstione prima dixit, & qu. 5. si vxorem. & supr. de coniug. leproso. c. 1. & 2.

d ¶ A natura.] quia erat arcta, vt dixi.

[Glo. seq. signat contrarium.]

e ¶ Medicorum.] inf. eodem, fraternitatis, & ita nõ fuit matrimonium, & intellige quod dicit: nõ poterit adiuuari ope medicorum, sine periculo corporali. alias non deberent separari, immodicam uiolentiam debet sustinere, ut arg. infr. eodem, fraternitatis, & si talis fuit, non habuit propositum reddendi matrimonij debitum exacta, vel exigẽdi, & sic nullũ fuit matrimonium. trigesima secunda quęstione secunda, solet. & c. aliquando, & supr. de condi. appos. c. vlt. & secũdum leges esset in causa redh. bitionis. ff. de ędil. edic. quæritur, §. mulierẽ, argum. contra. infr. c. proxim.

¶ Alexander tertius Ambianen. † episcopo.

¶ Impotens ad copulam, est impotens ad contrahendum matrimonium siue sit impedimentum ætatis, siue naturæ.

QVod sedem.] CASVS. Dr̃ hic, ꝙ sicut puer non est aptus matrimonio, ita nec vir, qui coire non potest. Nota quòd impotentia coeundi impedit matrimonium.

a ¶ Non est aptus.] sup. de spõsa. impub. a nòb. s. arg. eo. ti. puberes, vbi de hoc.

[Glos. seq. obijcit, & soluit.]

b ¶ Impotentes.] hac ratione vr̃, quod senes, qui à naturali calore defecerunt, contrahere non possunt; sed cõtrarium est uerum, C. de nupt. sancimus, 27. q. 1. nuptiarum, quia in senibus dicitur esse legis obsequium, & humanitatis solatium, vt ibi & 31. qu. 1. aperiant, &c. quod si dormierit, sed hic non loquitur de tali impotentia, sed de eo, qui sectus est: & qui perpetuo impotens est: sed senes aliqñ aliquo beneficio mouentur.

CAP. II.

QVod † sedem, & infr. ¶ Sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus a coniugio, sic qui impotentes [b] sunt, minime apti ad contrahenda matrimonia reputãtur.

¶ Idem.

¶ Naturale impedimentum ad coitum, irreparabile arte medicorum, matrimonium impedit.

CAP. III.

EX † litteris tuis accepimus, quòd quidam sexdecim annorum quandam annorũ tredecim duxit vxorem, qui cum debitum reddere non posset, mulier tam grauem infirmitatem cõtraxit, [c] vt omnino vtro sit facta inutilis, & instrumentum eius impeditum, ita quod vir ei commisceri non potest. Respondemus igitur, quod si vitium illud mulier à natura [d] contraxit, nec ope medicorum, [e] poterit adiuuari, viro aliam accipiendi liberam tribuas facultatẽ.

EX litteris.] Communis diuisio, cõsultatio & responsio, Secunda ibi, Respondemus. Abbas.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum quadam, qui cũ debitum reddere non posset, licet vterque legitime fuisset ętatis; mulier tam grauem contraxit infirmitatem, vt omnino inutilis sit facta viro, ita quod nullo modo eam cognoscere potest. Quæritur, an debeant separari? Respondet Papa, si vitium illud a natura cõtraxit mulier, nec ope medicorum poterit ei subueniri, vir poterit aliam ducere in vxorem. Nota quod cum inhabili ad coitum, nullum est matrimonium.

[Glo. seq. soluit obiec. cano. dixit.]

c ¶ Contraxit.] id est, contraxisse apparuit, vel in veritate contraxit, ex eo quod contra naturam vim ei forsan intulit, quia arcta fuit, vnde nullo modo sibi potuit cõmisceri, vnde magis inhabilis reddita fuit, & sic non fuit matrimonium. infr. eod. fraternitatis, si enim non loqueretur de impedimento pręcedente matrimonium, stare non posset, quod dicitur in fi. trigesima secunda

¶ Lucius tertius.

¶ Contrahens sciẽter cum impotenti ad copulam, ab ea non separatur.

CAP. IV.

COnsultationi † tuæ, qua nos consuluisti, vtrum feminæ clausæ, impotentes commisceri maribus, matrimonium possint contrahere, & si contraxerint, an debeat † rescindi? taliter respondemus, quod licet incredibile [f] videatur, quod aliquis cum talibus contrahat matrimonium; Romana tamen Ecclesia consueuit in consimilibus iudicare, [g] vt quas tanquam vxores habere non possunt, habeant vt sorores.

¶ Cęlestinus tertius.

¶ Si de impotentia coeundi constet, statim matrimonium separatur: aliàs cohabitabũt coniuges per triẽnium: & si cum septima manu propinquorũ iurant, quod dederunt operam carnali copula, & non potuerunt coniungi, statim separantur. Ita communiter summatur.

COnsultationi.] Diuiditur: quia primo ponitur consultatio. Secundo responsio. ibi, Taliter. Abbas. Siculus.

CASVS. Aliquæ mulieres ita sunt clausæ & impotentes, quod uiris carnaliter commisceri non possunt, quæritur, an possint matrimonium cõtrahere? Respondet Papa, licet non uideatur credibile, quod aliquis cum talibus contrahat matrimonium; tamen Romana ecclesia consueuit in talibus iudicare, ut si non possunt eas habere ut uxores, habeant eas ut sorores. Nota quod cum arcta matrimonium cõtrahi non potest. Itẽ de similibus simile iudicium est habendum.

f ¶ Incredibile.] quia conditionem corporis sui sciens, non contraheret, de leui; Ala.

[Glo. seq. recit. per quæstio. an sit consilium uel præceptum.]

g ¶ Iudicare.] ergo & nos sic iudicare debemus. supr. de re iudi. in causis, C. de legi. & consti. prin. l. ult. quod uerum est, ubi ipsa sic præcipit iudicandum; argu. 11. qu. 3. nolite. alias non permittitur aliter fieri. 21. distin. quis nesciat, sed hic non præcipit eius consuetudinem esse seruandam, sed potius consilium est. 2 tamen intellige quod hic dicitur secundum illam decr. i infr. eod. fraternitatis, ut dixi, sup. c. proxi.

Laudabi-

Ambien.

Ca. 3. eod. in 1. cõpi. post cõci. sub Ale. ... 50. c. 28. pro intel... textus glossæ ... citatos in præced. c. vide Syluest. in ... verbo, matrimoniũ. 16.

Ca. 1. eod. in 2. cõpi. materia de plene ...

De spadone an cõtrahere possit, ... 32. q. 7. hi qui ... Io. ... & alios ... uide omnino notata ... Aldobrã ... Syluest. in ... uerbo matrimoniũ q. 16. uer. ... ad castra...

† Ca. 2. eod. ti. in 2. cõpi. Vide citatos in pręced. ca.

† debeant.

2 Sed Laur. exponit iudicare, i. tenere: Ioan. Andr.

Laudabilem. Diuiditur in duas partes. Prima loquentur quando vnus coniugum dicit matrimonium cōsummatum, & alter diffitetur. Secunda ibi, Si autem, quando vterque fatetur matrimonium non esse consummatum. Et prima pars subdiuiditur. Nam prima loquitur quando simul esse non consentiunt. Secunda quando consentiunt ibi. Quod si. Abb.

CASVS. Quidam contraxit matrimonium cum quadam: tandem dicitur esse frigidæ naturæ, quæritur, hic quantum tempus dandum sit eis, ad sciendum experientiā copulæ coniugalis: Papa respondet, quòd ab eo tempore, quo celebratur coniugium, & incipiunt simul cohabitare, simul cohabitēt per triennium dando operam carnali copulæ, si ante triennium non possit probari frigiditas: quo elapso si simul cohabitare noluerint, & mulier per iustum iudicium probare potuerit, quòd cum ea dormire non possit, accipiat alium, & si ille aliam acceperit, separentur. Si vero consentiant simul esse, habeat eam vt vxorem. Si autem confiteantur, quòd nunquam adinuicem se cognouerint, cum septima manu propinquorum, vel vicinorum bonæ famæ, si propinqui deficiāt, iureiurādo dicat vterque, quòd nunquam una caro effecti sunt: & tunc mulier potest alium accipere: & si ille aliam acceperit, de periurio notantur, & acta pęnitentia cogantur ad priora connubia redire. Not. quod triennium dandum est ad probandum frigiditatem, & ita non tenet quod dicitur de anno uel dimidio. sup. eod. cap. 1. & idem tempus datur in maleficiato.

† Ca. 3. eod. ti. in 2. cōpi. Et præter citatos in præced. cap. uide Hos. in sum. tit. de frigi. & malefici. §. qualiter, & quando.

† Gregorij ad Ioan. Rauennatem, epm, ut referunt Burch. li. 9. decr. ca. 40. Iuo pa. 8. c. 178. & Panormi. li. 6. tit. de impotentia coeundi. ca. 4. siue ca. 115.

CAP. V.

Laudabilem: & infra. ¶ Requisisti quantum tempus indulgendū sit naturaliter frigidis, ad experientiam copulę nuptialis: & infr. ¶ Nos vero in præsenti consultatione sentimus, vt à tempore celebrati [a] coniugij, si frigiditas [b] prius probari [c] non possit, cohabitent per trienniū: quo elapso, si nec tunc cohabitare voluerint, & iuxta decretum Gregorij, [d] † mulier per iustum [e] iudicium de viro probare potuerit, quod cum ea coire non possit, accipiat alium. si autem ille aliam acceperit separentur. [f] Quod si ambo [g] consentiant simul esse, vir eam, & si non vt vxorem, saltem habeat vt sororem. ¶ Si autem, quod nunquam se inuicem cognouerint, ambo fatentur, cum septima [h] manu propinquorum vel vicinorum bonæ famæ (si propinqui defuerint) tactis sacrosanctis Euangelijs vterque [i] iureiurando dicat, quod nunquam per carnis copulam vna caro effecti fuissent, & tunc videtur, quod mulier valeat ad secundas nuptias conuolare. Verum si ille aliam duxerit, tunc hi, [k] qui iurauerant, rei periurij teneantur, & peracta pęnitentia cogātur ad connubia priora redire. [l]

¶ Innocent. tertius Altissiodoren. episcopo.

¶ Propter arctationem mulieris, si apparet, quòd præter diuinum miraculū absque periculo corporali habilis reddi non potest, separatur matrimonium, redintegratur tamen, si postea appareat ecclesiā fuisse deceptam.

CAP. VI.

Fraternitatis † tuæ litteras recepimus conti-

a ¶ Celebrari.] & à tempore cohabitationis, nec sufficit cohabitare, nisi dent operam carnali operi. 33. qu. 1. requisisti.

[Glossa sequens recit. per quæst. quid de maleficiato.]

b ¶ Frigiditas.] quod hic dicitur de frigido, idem intelligo & de maleficiato, 1 ut usque ad triennium expectet, maxime quia magis sperandum est, quod impedimentum remoueri possit, quod non processit à naturalibus, Laurentius.

1 De hoc ar. præter Doc. hic, uid. Spe. tit. de teste, §. nunc tractandum.

c ¶ Prius probari.] argumentum quòd si prius probari possit impedimētum, non expectabunt per triennium. infr. eod. c. proxi. si uero manifeste non constet: tunc cohabitent simul per triennium continuum; in quo debent dare operam carnali operi, ut hic, & argu. inf. eod. cap. ult. in auth. de nupt. §. per occasionem. colla. 4.

d ¶ Gregorij.] 33. q. 1. quod autem.

e ¶ Iustum iudicium.] id est, per testes, uel aspectum corporis, argum. supra de prob. proposuisti, & infr. eodem cap. ultimo.

f ¶ Separentur.] propter naturalem frigiditatem: secus si propter maleficium. 33. q. 1. si per sortiarias.

[Glo. seq. recitatur per q. an uir frigidus, &c.]

g ¶ Quod si ambo.] vel solummodo mulier, ille enim, qui scienter contraxit, nō uidentur quòd possit contradicere. ar. supr. de eo q. dux. in mat. c. 1. ff. de lege cō. l. 2. uel dicas, & uerius, quod necesse est, ut ambo consentiant, sufficit, quòd ita scriptum est, & si per quam durū est. ff. qui & à quibus manu. li. l. prospexit. & 6. qu. 3. scriptum est, quia cum nullum sit matrimonium, non tenetur alter alteri.

h ¶ Septima manu.] sic infr. eod. ca. vlt. & 33. q. 1. requisisti.

i ¶ Vterque iureiurando.] utetque uir & mulier iurare debent, quòd fide bona dederunt operam copulæ carnali per triē niū, nec una caro effici potuerunt, propinqui iurabūt, quod credunt eos uerum iurasse, argum. inf. de purg. cano. c. quoties.

k ¶ Hi qui.] scilicet uir & uxor. & non alij compurgatores, si bona fide iurauerūt.

l ¶ Redire.] eū propter frigiditatem separātur: secus si propter maleficium. 33. q. 1. si per sortiarias.

†Ca. un. eo. ti. de impotentia coeundi in 3. cōpi. Vide B. Tho. lib. 4. sen. di. 34. q. 1. ar. 2. & citatos in præced. cap. adde omnino Host. in sum. ti. de frig. & mal. & §. qualiter & quando.

Fraternitatis tuæ litteras recepimus.] Primo ponitur qō. Secundo distinguens solutio, ibi. Quāuis. Tertio infert ad alias duas quæstiones, ibi, per hæc. Abbas. Siculus.

CASVS. Quædam mulier contraxit matrimonium cum quodam uiro, & cum eo per plures annos permansit, nec potuit ab eo carnaliter cognosci: Archipresbyter Altissiodorēsis istud negotium significauit episcopo suo: eps uolens super hoc ueritatem inquirere, quasdam matronas ad præsentiam suam uocauit, districte illis iniungens sub periculo animarum, ut illam visitarent, utrum esset idonea ad officium coniugale: quæ tandem ea inspecta dixerunt, quod nunquam poterat esse mater: & ideo inter eos diuortium promulgauit, mulierem inducens, ut religionem intraret, perpetuam continentiam seruatura: Viro autem dedit licentiam contrahendi, qui cum aliā contraxit: Postmodum illa mulier fuit ab alio carnaliter cognita, abiecta continentia, quā promisit, & cuidā G. nomine nupsit: negotium istud Altissiodoren. episcopus significauit domino Papæ, quærens, quid super hoc esset agendū? Rescribit Papa eidem, dicens, quod semiplene ei expressit quomodo mulier promiserit se continentiā seruaturam, vtrum simplici uerbo, an per uotum solemne, & utrum transierit ad religionem sicut promisit: nec dixit etiam qualiter cognita fuerit, utrum artificio medici,

dici, aut concubitu viri, aut alio modo: Vnde Papa considerans, quod impedimentum illius non erat perpetuum, quod remotum fuit sine periculo corporali præter diuinum miraculum, inuenit diuortij sententiam latam fuisse per errorem, licet probabilem, quia ex post facto apparet, quod mulier illa cognoscibilis erat viro, ex quo eius simili commiscetur, & ideo pronũciauit inter ipsam & ipsum matrimonium extitisse: Vnde inter ipsam & G. præfatum pronunciauit matrimonium non fuisse: & eos præcepit ab inuicem separari. Si vero mulier illa transiuit ad religionem, primus vir, qui non cognouit eãdem, remaneat cum illa cum qua ecclesiæ auctoritate cõtraxit: Si vero non transiuit ad religionem, dimittat illam, & redeat ad illam, cum qua primo contraxit, nisi ipsa votum solemne fecerit, quia secundum hoc intelligitur fornicata fuisse cum prædicto G. vel etiã si non fecit votum solemne, fornicatio modo alij se immiscuit: & sic prætextu fornicationis prim⁹ vir eam repellat: Si vero simplici voto promisit seruare continentiam, & postea in facie ecclesiæ prædicto G. nupsit, quamdiu articulus iste dubitabilis erat, præsumi non debet, quod fuerit fornicata, sed amodo non debet remanere cum illo, per ea quæ dicta sunt supta in uersiculo illo, absque periculo corporali. Alia quæstio soluitur, quæ talis est, aliqua est ita arcta, quod non potost commisceri carnaliter, nisi per incisionem, uel alio modo uiolentia inferatur. ut uxoris periculum timeatur: Quæritur de tali, utrum sit apta ad matrimonium contrahendum? Et dicendum est quod non. Similirer ex his, quæ dicta sunt supra, soluitur alia quæstio, quæ talis est, Aliqua nupsit alicui, & ita arcta est illi, quod non potest ab eo cognosci, si ab eo per iudicium ecclesiæ fuerit separata, & nubat alteri, cui arcta non sit, & per freqnentem usum secundi reddatur apta primo, quæritur, utrum debeat redire ad primum. Et dicas quod non, secundum distinctionem superius factam, ubi dicit, absque corporali periculo: De talibus tamen non est facile iudicandum, cum finale iudicium pendeat ex futuro. Nota quod cum in sententia contra matrimonium lata errat ecclesia, quandocumque de errore constiterit, retractatur sententia. Item uotum solemne ante carnalem copulam soluit matrimonium. Item mulier non tenetur subire periculum corporis, ut reddatur apta viro. Item ex futuro euentu, pendet, utrum matrimonium fuerit quandoque inter aliquos.

nentes quod O. mulier, cuidam viro matrimonialiter nupsit; cum quo per multos annos morata, non potuit carnaliter ab ipso cognosci. Licet autem per archipresbyterum tuum super hoc fuisses edoctus, tu tamen volens habere certitudinem pleniorẽ, quasdam matronas [a] suæ parochię prouidas & honestas, ad tuam præsentiam euocasti, districte [b] illis iniungens, sub periculo animarum, vt mulierem ipsam prudenter inspicerent, & perquirerent diligenter, vtrum idonea esset ad viriles amplexus; quæ tandem in fide sua tibi asseruere constanter, quod eadem nunquam poterat [c] esse mater, aut coniux, tamquam, cui naturale deerat [d] instrumentum; vnde inter ipsam & virum diuortium celebrasti, mulierem inducens, vt ad religionem aliquam se transferret, perpetuam continentiã seruatura; & viro licentiam tribuisti, vt vxorem duceret, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem postea, quod mulier inuenit [e] qui seras huiusmodi reserauit, & abijciens cõtinentiam, quam promisit. G. latori præsentium supernupsit. Quamuis igitur semiplene nobis expresseris, quomodo dicta mulier se promiserit continentiam seruaturam, vtrum videlicet simplici verbo, an voto solemni; vtrumve ad religionem trãsierit, vt promisit, an contra promissionem suam †, in domo remanserit; & qualiter seras illas fecerit reserari, vtrum videlicet artificio medici, an concubitu viri seu alio quolibet modo; Nos tamen perspicaciter attendẽtes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum, [f] per opus hu-

[Finis sequentis glossæ teci. per quæstionem.]

a ¶ Matronas.] talibus credendum est, si honestæ sint & peritæ in arte illa, ff. de uent. inspi. l. 1. in princip. & supra de probat. proposuisti. & capitu. causam, & infra capit. proximo. oculus enim obstetricum in talibus sæpe fallitur, 27. quæst. 1. nec aliqua. & in hoc casu non requiritur iuramentum propinquorum, sicut in frigiditate, vt supr. cap. proxim.

[Glos. seq. recitetur per quæstionem.]

b ¶ Districte.] per iuramentum 1 hoc iuramentum non est remittendum istis testibus, ne aliquid in fraudem matrimonij dicerent, supr. de eo qui cognouit cõ. vxo. suæ. super eo. & infr. ca. proximo.

[Gloss. sequ. obijcit, & soluit & remittit.]

c ¶ Poterat esse.] sed qualiter hoc potuit probari, cum sit negatiua? si potuit probari: dicendo, quod hæc mulier caret mẽbro apto ad copulam carnalem. Qualiter negatiua 2 probatur, supra de elect. bonæ. dictum est. Bernardus.

d ¶ Deerat.] nota. quod non dicitur, esse, quod inutile est, supra de transla. inter corporalia, & ff. quod cuiusque uniuer. l. 1. §. & quidam nec dicitur habere actionem, qui habet inutilem. ff. de dolo, nam is, & supr. de restitu. spol. olim nobis argu. sup. de solu. cap. pen.

e ¶ Inuenit.] non dicit quod per medicum uel alium.

Glo. seq. argum. pro opin. dicentium cap. si per sortiarias, non tenere, cui dupliciter respondet, subdens de maleficio.]

f ¶ Diuinum miraculum.] argumen. quod nullum maleficium 3 est perpetuum, cum possit remoueri præter diuinum miraculum, saltem per illum qui ipsum induxit. quia quicquid ligatur, dissolubile est in Authen. de nupt. §. nuptias, collat. 4. & secundum hoc non tenet illud capitul si per sortiarias. 33. quæstio. 1. ut quidam dicunt. Potest dici, quod aliud est cum allegatur impotentia ex parte mulieris, ut hic, aliud ubi ex parte uiri allegatur maleficium, ut in capitu. si per sortiarias. & infra capitul. proxim. & hic allegata fuit falsa causa, ut postea apparuit: unde postea debet restitui uiro. argumen. supra de re iud. c. lator. & capitu. consanguinei. ad hanc causam refertur hæc ratio: attendentes quod impedimẽtum, &c. Vel potest dici, quod maleficium est perpetuũ, ex quo enim mulier cohabitauit uiro per triennium, & dederunt operam copulæ carnali, nec potuerunt commisceri, præsumitur perpetuum, & possunt separari, & alteri nubere, ut in capit. si per sortiarias, quia potest aliquis maleficiatus esse cũ una, & nõ cum alia. & hoc intelligo

1 Hæ vero matronæ nõ debẽt de veritate iurare sed solum de credulitate, dicentes se credere mulierẽ esse aptam, vel non. ita Hostiensis, quẽ sequitur hic Ioan. And.

2 Tractatus extat Francisci Herculani, quo plene dissertitur de modis probandę negatiuę, eum uideto.

† Dictio, suã deest in antiquis exemplaribus.

3 De materia huius gl. & an maleficium sit impedimẽtum dirimens impediensve matrimoniũ vide B. Tho. li. 4. sent. di. 34 q. 1. ar. 3. & ibidẽ late per Sotũ & Doct. adde Syluestrũ in summa uerbo matrimonium. 8. qu. 16. & per alios summistas.

telligo de maleficio quod præcessit matrimonium: nam post matrimonium contractum si superueniat impedimentum, non debent separari. trigesimasecunda quæstione septima, hi qui sani. & quæstio. 5. si vxorem. si vero post separationem eam cognosceret, matrimonium debet redintegrari, vt hic patet: quia impedimentum non erat perpetuum.

manum, absque corporali [a] periculo potuit remoueri, sententiam diuortij per errorem, [b] licet probabilem, nouimus esse prolatam, cum pateat ex postfacto, quod ipsa cognoscibilis erat illi, [c] cuius simili [d] commiscetur; & ideo inter ipsam & primum virum, dicimus matrimoniũ extitisse, quare inter eam & præfatum G. matrimonium non esse censemus, eosque præcipimus ab inuicem separari. Et si prædicta mulier ad religionem transiuit [sicut † asserit promisisse] primus vir, qui non cognouit eamdem; cum ea remaneat, [e] cum qua postmodum ecclesiæ auctoritate contraxit; alioquin [f] ea dimissa, debet ad illam redire, cum qua primo contraxit, nisi se voto [g] mulier illa constrinxerit ad continentiam obseruandam, vt intelligatur per hoc cum præfato G. fornicata fuisse, vel nisi se fornicario [h] modo alii viro miscuerit, vt primus vir prætextu fornicationis, eius velit consortium, declinare. nam si tantum simplici verbo promisit se continentiam seruaturam, & postea in conspectu ecclesiæ nupsit memorato G. quamdiu articulus iste dubitabilis erat, præsumi [i] non debet, quod fornicaretur cum illo, sed amodo [k] non debet cum illo aliquatenus remanere. ¶ Per hæc † autem quęstionem illam noueris est solutam, [l] qua quæritur, vtrum ea, quæ adeo arcta est, vt nulli possit carnaliter commisceri, nisi per incisionem, aut † alio sibi modo violentia inferatur non solummodo leuis, sed forte tam grauis, vt ex ea mortis periculum timeatus, ad matrimonium contrahendum debeat idonea [m] prohiberi. ¶ Similiter [n] illa, quæ viro cui nupserat, adeo arcta est, vt numquam ab eo valeat deflorari: si ab eo sit per iudicium ecclesiæ separata, & nubat alteri, cui arcta non sit,

a ¶ Corporali periculo.] vbi vero graue periculũ timeretur, non est matrimoniũ: sed vbi leui periculo potest remoueri, debet illud pati. infr. eo. c. §. per hoc a contrario sensu.

b ¶ Per errorem.] propter quem excusatur iudex. infr. de senten. excommun. sacro. & intellige, quod error iste interuenit in aspectu corporis, in quo matronæ deceptæ fuerunt: quia manus & oculus obstetricum sæpe fallitur. supr. de probat causam matrimonij, & 27. quæst. 1. nec aliqua. & sic patet, quod sentẽtia per errorem lata, a qua non est appellatum, reuocatur, si error probabilis postea detegatur, infr. de pur. vulg. significantibus, & ff. de condit. sine caus. l. 2. Item habes hic, quod sententia per errorem lata contra matrimonium, nõ transit in rem iudicatam, quo minus possit reuocari, quandocunque apparuerit, ecclesiam deceptam fuisset, vt hic patet. & supra de re iud. lator. & c. consanguinei. & infr. eo. c. proxi. & sup. eod. cap. 1. & cap. proxi.

c ¶ Erat illi.] scilicet primo viro, a quo fuerat separata.

d ¶ Simili.] sic 33. quæstio. 1. requisisti. & innuitur hoc ex eo, quod in fine huius capitu. dicitur, quod si prior vir non possit eam cognoscere sine graui periculo, quod non sit reddenda primo viro, licet ex postfacto per consuetudinem secundi viri reddita sit apta priori, quod bene potest concedi, quia non fuit matrimonium inter eos vt dixerunt Vinc. Io. & Tanc.

e ¶ Remaneat.] quia si ingressa fuit & professa, statim solutum fuit matrimonium, si quod fuit inter eos, supra de conuer. coniug. ex publico. secus si ingressa fuit causa probationis, quia si ista tunc ad seculum rediret, compellitur redire ad virum priorem.

f ¶ Alioquin.] id est si non transiuit cum affectu.

g ¶ Se voto.] solemni scilicet, & tunc debet compelli votum seruare, & per hoc intelligitur fornicata cum secundo, cum ipsa contrahere non potuit post votum solemne.

[Glo. seq. obijcit, & soluit, demum quærit & soluit, secundum Io. & subdit opi. T.

h ¶ Fornicario modo.] quia si legitime contraxisset cum altero, illud ei obijci non posset, nec prætextu talis fornicationis posset repelli a uiro. argum. inf. de diuor. gaudemus: imo videtur, quod nullam fornicationem ei obijcere posset: nullam enim iniuriam fecit, nec intendebat facere viro, quia fornicata fuit tanquam soluta. 15. quæst. 1. illud. ff. locati. si ignorans quis. nam adulterium non committitur sine dolo. 34. q. 2. in lectum, ff. de adult. l. penu. 1 Item si aliqui sint separari per sententiam ecclesię, & post alter eorum fornicetur, minorem iniuriam committit, & minus peccat, 32. q. 7. quemadmodum. Præterea per primam fornicationem nõ fuit apta viro suo, sed forte nec per multas alias, ergo illam solã potest opponere cum reddita fuerit apta primo viro, quæ postea secuta est: quia tunc primum læditur ius matrimonij: argument. supra de donat. Apostolicæ. potest dici, quod sicut ex futuro euentu apparet retro fuisse matrimonium vt dicitur in fine. sic ex futuro euentu apparet retro fuisse factam iniuriam priori viro, ff. de capti. & postl. reuer. in bello. §. 1. & ff. ad Macedo. l. 1. §. 1. Sed quid si post primum coitum cum secundo, prior petit eam? dico, quod est ei reddenda, & si non inuenerit eam aptam, est restituenda secundo, & sic etiam post secundum vel tertium coitum 2 secundi, & sic in infinitum, ut dixit Ioan. Tanc. dixit, quod vsque ad tertiam vicem tantum, & non vltra debet restitui primo. imo remanere debet cum secundo: quoniã duæ tantum sententiæ post primam sunt ferendæ, quia tertio appellare non licet. 2. qu. 6. si quis in quacunque. & supra de appellat. sua nobis. Bern.

i ¶ Præsumi.] sim. 33. q. 2. cum per bellicam, & inf. de diuor. gaudemus.

k ¶ Amodo.] scilicet ueritate reuelata, quod fuerat uxor primi.

l ¶ Solutam.] argum. a contrario sensu sumpto ex illo uerbo sup. eo. ca. 1. ibi: absque corporali periculo, &c. & est argum. ualidum a contrario sensu. sup. de his quæ fin. a præla. cum Apostolica. in fin. & supra. de reg. cum virum.

m ¶ Idonea perhiberi.] & certe non.

n ¶ Similiter.] resume. per hæc noueris quæstionem illam esse solutam, qua quæritur, utrum illa, quæ uiro cui, &c.

† Hæc uerba sicut asserit promisisse desunt in omnib. Vatic. codicib. hñr tũ in alijs paulo recentioribus, & in antiqua cõpilat.

1 Vide ut li. non cõtest. qm̃ sup glo. per famam. Ioan. And.

† al. Per hoc autem.

† al. ita, aut alio simi. modo uiolentia inferatur.

† Hæc periodus in oĩbus antiquis exẽplarib. habetur ita, si ab eo per iudicium ecclesiæ separata nubat alteri cui arcta, &c. sed retẽta est, vulgata, et recepta lectio.

2 Caue ne qd illicitũ, uel inhonestum ex opinionibus hic relatis admittatur.

a ¶ De-

a ¶ Debeat.] quasi dicat non debet, intellige tamen secundum distinctionem præmissam, an sit graue periculum, si reddatur apta, vel non. Vin.
b ¶ De talibus.] simile, ff. de in integ. rest. cū venisset.
c ¶ Non est facile.] quia nescitur, an sit apta viro primo: & hoc al quo iure perpendi non potest, sed potius per experientiā facti: sim. s. de dona. Apostolicæ. cum suis concor.
d ¶ Ex futuro.] sic ff. de reb. di b. qi ædā & ff. si cer. peta. pinde. & ff. qui pot. in pig. ha. l. potior. ff. ad Ma. cd. l. 1. §. 1. Nec intellige, φ matrimonium retrotrahat, sed hoc iō dicit, quia in dubio est, an sit mrimoniū cum primo: nec intelligas, φ tunc primo incipiat esse matrimoniū cū primo, cum incipiat esse apta sibi, sed tūc primo declarat fuisse matrimonium. simile. ff. si ser. vend. sicut §. sed si quæritur, & ff. de acq. re. dom. adeo. §. cū quis in fi. & 33. q. 1. requisisti. ff. qui. testamen. facere pos. hæredes pa- l. m. §. 1. B. r.

& per frequētem vsum secundi, reddatur etiam apta primo: vtrum ad eum redire debeat,[a] cum quo prius fœdus inierat coniugale. De talibus[b] autem non est facile[c] iudicādum cum finale iudicium pendeat ex futuro.[d]

¶Honorius tertius.

¶ Si vxor dicit virum, cui cohabitauit per triennium non habere potentiam coeundi, eis hoc iurantibus cum septima manu propinquorum matrimoniū separatur, hoc dicit inhærendo verbis litteræ.

CAP. VII.

Litteræ † vestræ nobis exhibitæ continebant, quod cum causa matrimonij, quæ inter M. mulierem, & A. eius virum uertitur: uobis fuisset ab I. Papa prædecessore nostro commissa, dicta M. pposuit, quod cū octo annis elapsis dicto A. fuisset matrimonialiter copulata, & diu cohabitasset ei dem, adhuc integra[e] permanebat, eo quod prædictus vir eius non habebat potentiam coeundi? quare petebat diuortiū celebrari. prædictus vero A. fatebatur, quod illam nunquam cognouerat, tamen se habere potētiam cognoscendi[f] alias asserebat? Vos verò, ne id confiterentur in fraudem,[g] à matronis bonæ opinionis, fide dignis,[h] ac expertis in opere nuptiali, dictam fecistis inspici mulierem, quæ perhibuerunt testimonium, ipsam adhuc virginem permanere. Postmodum per presbyterum, de cuius parochia vir extitit, fecistis inquiri; vtrum ipse aliquam cognouisset, nec per inquisitionem ipsam vobis constare potuit, aliquam esse carnaliter cognitam ab eodem. Muliere autem requirente diuortium, & dicēte quod mater esse volebat, & filios procreare; proponente vero viro, quod paratus erat stare consilio ecclesiæ, iniunxistis eisdem, vt agerent pænitentiam de commissis,[i] & † sic forte

Litteræ.] Legitur tribus modis, primo quod loquatur in maleficiato. & secundum hunc intellectum summatur sic: Si vir maleficiatus nunquam potuit cognoscere vxorem, cui per triennium cohabitauit, ipsis cum septima ppinquorū manu hoc iurantib. matrimonium separatur, hoc dicit. Secundo modo legitur sic, quod non loquatur in maleficiato, sed in frigido, vt tenuit Innocentius, cuius lectura communiter non recipitur, se tamen in se vera est, & dicendum ut habuisti in cap. laudabilem, supra eodem. Tertio modo legitur inhærendo verbis litteræ generaliter, cum vxor dicit uirū non habere potentiam secum coeundi: nec exprimit ex qua causa; & sic facit ad tertiam partem rubricæ. Et duo ponuntur, hic primo consultatio. secundo responsio ibi, Quocirca. Abb. Sic.

CASVS. Quædam causa matrimonalis vertebatur inter M. mulierem, & A. virum. causa illa fuit commissa quibusdam iudicibus per sedem Apostolicam, coram quibus ex parte mulieris fuit propositum, quod iam octo annis fuit dicto viro matrimonialiter copulata, & diu cohabitauit eidem, & adhuc integra parmanebat, quia dictus A. non habebat potestatem coeundi, quare petebat diuortium celebrari: prædictus vir fatebatur, quod nunquam eam cognouerat: tamen dicebat se habere potentiam coeundi, & alias cognoscendi: iudices timentes ne istud confiterent in fraudem, fecerunt illam inspici per matronas fide dignas, & expertas in opere nuptiali: quæ perhibuerunt testimonium, illam adhuc verginem permanere, & postmodum fecerunt inquirere per parochiam ipsius viri, si aliquam cognouisset, nec ipsi inuenerunt, φ aliquā cognouisset; mulier instanter diuortium postulabat: vir vero dicebat quod paratus erat stare consilio ecclesiæ: iudices præceperunt eisdem, ut pœnitentiam agerent de commissis, & sic forte Deo volente matrimonium consummarent: Tandem reuersi ad iudices, dicebant se non posse carnaliter commisceri: vnde totum negotium domino Papę per suas litteras intimauerunt, petentes quid sit super hoc agendum? Mandat Papa quatenus si est ita: & eis constiterit, φ infra cēto annos per continuum triennium insimul habitās sent: si iurauerint cum septima manu propinquorum, φ non potuerint carnaliter commisceri, sententiā diuortij proferant inter eos No a, φ qui separant pp frigiditatem siue pp maleficium, simul debēt commorari per triennium continuum secuto postea iuramento, tam principalium personarum, quam se prima manu propinquorum.

e ¶ Adhuc integra.] & intellige φ uiri potens erat hæc quæ vi rum pati poterat: l cet esset virgo dicitur viri potens. ff. de ver. sign. mulieris 1 in prin.

[Glo. seq. ponit differentiam inter frigidum, & maleficiatum.]

f ¶ Cognoscendi alias.] & ita allegabat iste maleficium quantum ad istam, & non quantum ad alias; & non frigiditatem: quia si quis est frigidus quo ad vnam, quoad omnes est frigidus, cum impedimentum à natura procedat. argumen. sup. eod. ex litteris, secus in maleficiato, ut dictum est supra. cap proxi vnde postquam constiterit de maleficiato post triennium 2 debent separari, & ad alia vota transire. 33. quæstio. 1. si per sortiarias. secus in frigido, vt sup. eod. capit. 1. & cap. laudabilem: & 33. q. 1. de his requisisti.

g ¶ In fraudem.] confessioni coniugum contra matrimonium non est credendū: propter collusionē, φ multi facerent. s. de eo. qui cogn. consan. vxo. c. super eo.

h ¶ Fide dignis.] sup. eo. c. proxi. ubi de hoc.

i ¶ De commissis.] quia infirmitas corporalis frequenter prouenit ex peccato: & sic causa cessante forte cessabit effectus. inf. de pen. & remis. cum infirmitas.

1 Verba legis habent ita: mulieris appellatione, etiam virgo viripotens continetur. 2 Vide Sotū initio huius capitis citatum.

† In vno vetustiori Vaticano ita: & si forte placeret Deo, qui matrimonij fuit institutor & actor opus matrimonij consummarent, &c. in aliis ut in textu: excepto quod in nonnullis pro voce, auctor, est actor.

placeret Deo, qui matrimonij fuit institutor [a] & auctor, vt opus matrimonij consummarent, qui post plures terminos ad vestrã reuersi præsentiam, consona voce dixerunt, quod nõ poterant carnaliter commisceri. ¶ Quocirca mandamus, quatenus, si ita est, & constiterit vobis, præfatum virum, & mulierem ĩfra prædictos octo annos, per continuum triennium insimul habitasse, ipsis cũ septima [c] propinquorum manu firmantib. iuramento, se commisceri carnaliter nequiuisse, proferatis diuortij sententiam inter eos.

TITVLVS XVI.

De matrimonio contracto contra interdictum † ecclesiæ.

Alexander iij. Paduañ. episcopo.

¶ *Matrimonium contra interdictum ecclesiæ, vel iudicis factum seu contractum propter hoc solum non dirimitur: imponitur tamen pœnitentia sic contrahentibus, & separantur donec cognoscatur de causa interdicti, hoc dicit in effectu totus iste titulus.*

CAP. I.

Litteræ † quas tua nobis fraternitas destinauit, expresse declarant, quod cum quidam sororem suam iam nubilem, cuidam se daturum in vxorem, [d] ea præsente, & consentiente, [e] præstito iuramento firmasset, & illa non post multos dies, dona [f] & munera viri secũdum morem terræ sponte suscipiens, ipsum tanquam proprium virum [g] sæpe amplexata fuisset, tãdem mortuo fratre, à proprio viri [h] sui fratre, se desponsari permisit, [i] & quod ab † illo cognita fuisset, mẽdaciter asseuerat. Cumque ei prohibuisses [k] publice,

[Glo. seq. recitetur per quæstionem, per quæ verba fuerit matrimonium institutum, & ponit duas opiniones.]

a ¶ Institutor.] simile 32. distin. deinde opponitur, & arg. sup. tit. proxi. de infidelibus. & 32. q. 2. ca. sicut, §. his ita. Et quidam dicunt, quod his verbis 1 fuit institutum matrimonium. Hoc nunc os ex ossib[9] meis, &c. sed illa verba prolata sunt ab Adam, vt sup. de biga. de bitũ, vnde videtur verius, quod per illa verba crescite, & multiplicamini, ab ipso Domino prolata.

1 Qñ, & quibus verbis fuit matrimonium, institutũ, uide Magistrum sen. lib. 4. di. 26. §. coniugij autẽ, & §. seq. & ibi Sotũ q. 1. ar. 2. ubi latissime. adde oĩno cõci. Tri. sess. 24. tit. de sacramento matrimonij ĩ principio.

b ¶ Continuum triennium.] qui enim separantur propter frigiditatem naturalem per triennium cõtinuum debent cohabitare simul, & dare operam carnali operi, sup. eod. laudabilem, & in Authent. de nuptijs, §. per occasionem. colla. 4. idem tempus dico dandum maleficiato, & mulo fortius, cum sit accidẽtale illud impedimentum.

c ¶ Septima manu.] sed quare requiruntur iuramenta propinquorum cum sufficere debeat iuramentum viri, & mulieris cum iuramento illarum, quæ illam virginem asseuerant, ut supr. de probat. proposuisti. & cap. causam matrimonij, vel etiam iuramenta propinquorum sufficiunt, cum vterque id confitebat. 33. quæstion. 1. requisisti, sed hic vterque id confitebatur; sed hoc ideo, quia sæpe fallitur, & manus, & oculus obstetricum. 27. quæstio. 1. nec aliqua ideo iuramenta propinquorum requiruntur: omnis enim cautela, quæ adhiberi potest in talibus, est adhibenda, propter periculum animæ: & ideo circa maiora cautius est agendum, argum. 7. quæstio. 2. cap. vltim. & 42. distinct. quiescamus, & ff. ad Carb. l. 5. §. 2. & 61. distinct. miramur, tamen si alterum omitteretur, nihilominus valeret sententia, ut cap. requisisti, & cap. proposuisti, &c. causam matrimonij.

† Vide cõcil. Trid. sess. 24. tit. de refor. matri. c. 1.

DE MATRIMONIO CONTRACTO contra interdictum ecclesiæ.

¶ Quia interdictum ecclesiæ super matrimonio contrahendo, quandoque impedit ipsum matrimonium, quandoque impedit, & dirimit: ideo post multa impedimenta supra contracta, auctor subijcit hanc rubricam, & vide ad materiam huius rubricę quod no. glo. sup. de spon. duorum, in c. tua. Abb.

De hac materia habetur 33. quæstion. non oportet 2. & supra in rub. de spon. ver. an teneat matrimonium contra.

Litteræ.] Sunt duæ partes. In prima facti narratio. In secunda responsio; ibi, Mandamus. Abbas.

CASVS. Quidam iuuenis iurauit sororem suam iam nubilem se daturum cuidam in vxorem ea præsente, & cõsentiẽte. Postmodum munera, & dona secundum morem terrę recepit ab illo, tanquam proprium sponsum. sæpius eum amplexando; tandem mortuo fratre suo, a fratre sponsi se desponsari permisit, dicens, quod ab eo cognita fuerat: episcopus loci pręcepit eidem; ne alicui illorum nuberet, aut etiam alij, ipsa spreto mãdato episcopi cum alio contraxit: propter quod episcopus ei præcepit, vt ad domum matri rediret: ipsa vero ad sedem Apostolicam appellauit. episcopus factũ significauit domino Papæ: Mandat Papa, quod si est ita, mulierem præfatam ad domum matris redire compellat imposita sibi pænitentia condigna de tanto excessu, ne mandatum iudicis contemptibile videatur, & post mẽsem ad tertium virũ reuertatur. Nota, ꝙ mãdatum iudicis cõtemni non debet; alias punitur contemptor.

† Cap. 2. eo. ti. in 1. cõp. Vide qđ. per hũc textum notat Couarru. lib. 4. decr. par. 1. c. 4. §. 2. ad de oĩno Palaciũ Rubiũ in Rub. de dona. inter vi. & vxo. §. 3. in c. contractis sponsalib. & seq. & cũdẽ sup lege Tauri na 32. & ibi Antoniũ Gome. vbi late de donatis inter sponsos.

d ¶ Daturum in vxorem.] futuram scilicet cum sponsalia tantum contraherentur.

† ab eo.

e ¶ Præsente, & consentiente.] expresse, & hoc agebatur, quod mediante fratre tanquam per procuratorem sponsalia contraherentur, quod fieri potest ff. de spon. l. vlt. alias si per fratrem tantum contraherentur, non valerent, nisi ipsa postea consentiret. 2. frater tantum ad hoc obligatur, ut sororem inducat, vt cum illo matrimonium contrahat. ff. de verb. obliga. in illa stipulatione, & l. quoties quis. alium.

f ¶ Dona, & munera.] differentia est inter donũ, & munus, 3. ff. de verborum significationi. inter donum.

g ¶ Tamquam proprium virum.] spe futuri matrimonij, non rei præsentis: & ita non est matrimonium, & hoc patet per fin. & hoc ipso etiam si ea absente contracta fuissent sponsalia, consentire videntur ipso facto.

h Viri.] id est, sponsi. sic 22. q. genuit.

i Permisit.] & male: quod facere non debuit, supra de sponsa. ad audientiam, & ca. sponsam.

K Prohibuisses.] & bene supr. de spon. duorum, tua, & c. sequenti.

2 Quod di[...] vt inf. de de[...] spon. impu[...] c. vno. in fi[...] li. 6. Io. An[...]

3 Secundum Ala munus ex causa, donum ex causa, & sine causa. Ioan. And.

Alij]

a ¶ Alij. scilicet, tertio.
b ¶ Mandatum. Not. quod remittitur causa ad eum a quo appellatum est, vel quia non tenuit appellatio, vel quia ipsa non fuit prosecuta suam appellationem, & episcopus factū significauit Papæ, vnde mādat ei, vt si est ita, ipsā cōpellat redire ad domū matris, quia ipsa contempsit mādatum ecclesiæ a tertio viro ppea nō separabitur. Et est hic arg. quod mandatū iudicis non est contēnēdū. 34. dis. c. 1. arg. 8. q. 1. sciendū. 11. q. 3. si autem vobis, &c. quādo ergo, & ff. ne quid in lo. pub. l. vl. & puniri debent cōtemptores, vt hic patet, & j. e. c. prox. & l. prædicta. & ar. ff. si quis iurisd. non obl. vn. alias delusoriū videretur edictū iudicis ff. de iud. l. contumacia. §. contumax.
c ¶ Excessu. Jf. de fide violata prioris sponsi. & quia desposare se permisit a fratre sposi, & qa mādatū ecclesiæ contēpsit, & sic patet, quod iudex potest punire contumacem, vt dictum est.

EX litteris. Summatum est, s. ca. px. In prima narrat f. ctū. In scda illud diffiniēdū committit, ibi, Mandamus. Ab. CASVS. Quidam filiam suam M. nomine absentem despon sauit cuidā R. noīe postmodu ot a suspicione, quod R. vellet aliā ducere in vxorē, delata fuit qō super hoc ad arch. ep. Cātuarien. quod sub inter minatione anathe ma tis prohibuit, ne ante quā de ca ista cōstaret, vir acciperet aliā in vxorem, sed ipse non obstante prohibitione, quandā aliam sibi solēniter copu lauit. Sed cum archiepiscop' vellet cognoscere d primon atrimonio, mulier ad se deu. Apostolicam appellauit arch episcopus eius appellationi deferens præcepit eidem mulieri sub pœna excōmunicationis, ne alicui nuberet, donec causa sua m debitum sortiretur; ipsa tamen de appellatione confisa alium in virum accepit: Archiepiscopus negotium illud significauit domino Papæ. Vnde mandat eidem, quatenus si nihil constiterit, quod impediat præter consensum de futuro, qui inter præfatum R. & M. dicitur interuenisse, secundum matrimonium legitimum iudicet, non obstante appellatione & quamuis contra mandatum ecclesiæ contrahere non debuisset non tamen matrimonium debet propter hoc dissolui, pænitentiam tamen imponat illis, pro eo, quod contra prohibitionem ecclesiæ contraxerunt. No. quod matrimonium super ueniens spōsalib dissoluit spōsalia. Item qui contrahit cōtra prohibitionem ecclesiæ puniri debet.

ne cui illorum, vel alicui† se copularet, ipsa spretis monitis tuis alij [a] nubere non expauit. demum cum mulieri præcepisses, vt ad domum matris rediret, ipsa nostram audientiam appellauit, & infra.

¶ Mandamus quatenus, si est ita, præfatam mulierem (ne mandatum [b] tuum cōtemptibile videatur) ad domum matris redire compellas, & imposita sibi de tanto excessu [c] pœnitentia condigna, postquam in domo materna per mensem steterit, ad tertium reuerti permitas.

¶ Idem Vigorien.† & Baronen. episcopis.

Sponsalia de futuro cum vna etiam contra interdictum ecclesiæ contracta, non habent dirimere matrimonium postea contractum cum alia.

CAP. II.

EX † litteris Cantuariē. archiepiscopi ad nos peruenit, quod cum G. de sancto Leodegario M. filiam suam absentem, [d] cuidam R. nomine desponsasset; & infra.

¶ Postea orta suspicione, quod præfatus R. ad alia desideraret vota transire, ad examen fuit dicti archiepiscopi causa perlata, qui sub anathematis interminatione [e] prohibuit: [f] ne antequam de præscripto negotio plene constaret, vir ad secunda vota transiret; sed ipse præscripta prohibitione contempta filiam V. in facie ecclesiæ sibi solemniter copulauit vxorem, & infra.

¶ Cum archiepiscopus vellet de matrimonio primo cognoscere, dicta M. appellationis vocem emisit; cuius appellationi archiepiscopus deferens, eidē sub excommunicationis interminatione districtius [g] interdixit, ne cui nuberet, donec [h] causa ipsa finem debitum sortiretur; ipsa tamen de remedio appellationis confisa, cuidam alij V. nomine nupsit, & infra.

¶ Mandamus, quatenus, si nihil constiterit, quod impediat præter cōsensum de futuro, qui inter præfatos † R. & M. asseritur præcessisse, secunda matrimonio inuiolabiliter obseruanda, sublato appellationis obstaculo, iudicetis. Licet enim contra interdictum ecclesiæ ad secunda vota trāsire non debuerit, non est tamen conueniens, vt ob [i] id solum, sacramentum cōiugij dissoluatur alia † tamen pænitentia eis debebit in poni, quia cōtra prohibitionem ecclesiæ hoc fecerunt.

¶ Idem Paduano episcop.

Si hi, qui dicebantur

d ¶ Absentem. quæ postea cōsensit. alias non tenuissent sponsalia; 1 & ita inter absentes contrahuntur sponsalia, & matrimonium, ff. de spō. l. vl. & 32. q. 2. honorantur.
e ¶ Interminatione. comminatio tantum fuit, non sententia. argum. contra, j. de eo qui fur. or. re. cap. 1. & sup. de locato c. 1.
f ¶ Prohibuit. quod facere debuit. s. cap. prox. & j. c. prox.
g ¶ Districtius interdixit. no. quod licet iudex deferat appellationi: nihilominus mihi potest interdicere, ne faciā id pptet quod appellaui, vel qd ex eo sequitur, nec mirū cū sit ordinari',2 potest et statuere ter minū appellāti, s. d appe. sæpe cōtingit. de causa tamen inuito appellante postquam detulit appellationi, cognoscere non posset quia iam remisit eā ad superiorem 2. q. 1. nomen. & s. de offi. deleg. licet.
Glo. seq. recitetur per quæstionem allegat quatuor iura pro, & vnum contra, & soluit.
h ¶ Donec causa ipsa. hic fertur sententia ipsa sub conditione 63. dist. Salonita ne. 5. q. 1. quidā, 17. quæst. 4. si quis ita. dēte. & sup. de app. præterea 3. arg. contra 2. qu. 6. biduum. Sententia excommunicationis bene pōt ferri sub cōditione, vt in cap. præterea aliæ vero sententiæ non debent ferri sub conditione, latæ tamen tenent, vt in prædicto capitul. biduum.
i ¶ Ob id. sic patet, quod interdictum ecclesiæ non dissoluit matrimonium, vt su. c. prox. quia non est perpetuum impedimentum, vt dixi. su. de spon. du. tua sed pænitentia debet ei imponi, quia mandatum ecclesiæ contempsit sup. c. prox. Ber.

† Alij in recentioribus, sed in antiquis alicui, legit.

† Vuigoren. & Baton. Vigornien. & B. Sed fere in omnib. manuscriptis, ita Vigor. & Baton. eps.

¶ Ca. 3. eo. ti. in 1. compi. & post conc. Lat. sub Ale. 3. p. 6. ca. 28. Et quatenus ad principalē decisionē attinet, vide l. cet, quod per subsequens matrimoniū dirimuntur sponsalia, vide B Th. lib. 4. sent d. 27. q. 2. art. 3. & Sot. ibidem art. 5. adde ci tatos sup. de spon. c. de il lis, & ca. si inter, & ca. sicut.

1 Cōcor. tex. in l. sufficit. ff. de spon. & in l. in potestate. cum l. seq. eod. tit. Io. And.

2 Quasi delegatus hoc nō posset, sed Innoc. dixit hoc ipsū pp animarū periculum, & in fauorem matrimonij, de hoc dixi sup. ad appe. cum teneamur. Io. And.

† præfatum.

† aliqua. in recentiorib. nam in omnib. veterib. alia legitur.

3 Adde de hoc quod nota per Doc. in l. 2. §. biduū. ff. de ver. ob. Sed multum refert, videre quale sit id interdictū.

DE muliere.] CASVS. Quidam volunt cōtrahere matrimonium, dī. ꝙ sunt consanguinei: ecclesia præcipit illis, nè contrahant, donec de consanguinitate cōstiterit: ipsi prohibitione contempta, contrahunt: Quæritur, quid iuris? Rñdet Papa quod debent abinuicem separari, quousque cognoscatur, an de iure possit simul remanere. Not. ꝙ si suspecti de cōsanguinitate cōtrahunt cōtra prohibitionē ecclesiæ, separandi sunt vsque ad finem causæ: alias non essent separandi, quousque de causa plene constaret.

a ¶ Contra interdictum.] quod facere non debuit, vt s. ca. prox. & de spon. duorum, tua. vbi de hoc 33. q. 4. nō oportet.

[Glo. seq. reci. per quæstionem.]

b ¶ Donec separentur.] hæc sententia est ad tempus: vnde ex tempore tollitur sine aliqua absolutione, vt hic videt. arg. sup. de spon. non est vobis, & 81. dist. si qui sunt, sed tutius 1 est, quod etiam post separationem absoluātur, saltem ad cautelam, licet videātur excommunicati tantum dum simul manent.

[Gloss. seq. signat contrarium, & ibi remittit.]

c ¶ Quousque.] arg. contra s. de spō. duorum, tua, in fine. sed ibi soluitur qualiter illud, & ea, quæ in hoc titulo dicuntur, intelligūtur circa huiusmodi separationē.

† Cap. 5. tit. de spōsal. b. §. illos ī 1. cōpilat. & post ācil. Lat. sub Alex. 3. p 6. c. 19. §. illos pars cap. de muliere sup. de sponsa. ibi.

1 Imo necessarium vt a sententia excommunicationis absoluātur, quod hic dicat glossa & alij c. cū desideres, & ca. a nobis 2. inf. de sent. excom.

consanguinei, cōtraxerunt contra præceptum iudicis, debent separari, donec de causa cognoscatur. 10

CAP. III.

DE † muliere: & infra. ¶ Illos autem, qui pro consanguinitate prohibentur coniungi, & post contra interdictū[a] ecclesiæ se receperint, excommunicationi debes subijcere, donec tādiu separētur, [b] quousque [c] legitime cognoscatur, vtrum eorum matrimonium possit, & debeat iure 30 stare.

TITVLVS XVII.

Qui filij sint legitimi.

¶ Alexander tertius. 40

¶ Naturalis ex soluto genitus & soluta, legitimatur per subsequens parentum coniugium, etiam quo ad hæreditatem est legitimus. 50

QVI FILII SINT LEGITIMI.

¶ Supra visum est de multis impedimentis matrimonij, sed quia sæpe filij nascuntur ex matrimonio contracto contra impedimenta ecclesiæ, & dubitari potest, an & quando ipsi filij sint legitimi, ideo subijcitur ista rubrica.

De hac materia habetur 26. dist. deinde 34. distinct. viduam. 7. quæst. 2. nuper. 32. q. 4. dicat 25. q. 7. cap. fin. Abb. Sicul.

COnquestus. Primo ponitur impetrantis querela. Secundo causæ commissio: ibi, Ideoq; Abb. Sic.

CASVS. Quidam H. nomine quandam in vxorem accepit R. patruus ipsius mulieri volebat eam priuare hæreditate paterna, pro eo, quod ipsa nata fuit antequam pater suus matrem suam acciperet in vxorem, dicens eam illegitimam fuisse, vnde prædictus H. conquestus fuit domino Papæ, & ipse mandat, quatenus si est ita, eam iudicet legitimam, prædicto R. prohibēdo ne hac occasione super paterna hæreditate eam debeat molestare, quod si contrafecit, excōmunicetur. Not. quod matrimoniū sequens legitimat filios natos ante matrimonium. Itē legitimationis causa pertinet ad ecclesiā, quia est accessoria matrimonio.

d ¶ Acciperit in vxorem.] & sic legitimata fuit per subsequens matrimonium ī. eo. tanta.

e ¶ Legitimam.] Instit. de nup. §. vltim. 2. in Auth. qui. mod. nat. effic. leg. §. si autem. ... ī. eod. tanta. & 30. q. 5. nullum.

CAP. I.

COnquestus † est nobis H. qđ cum quādam mulierem in vxorem acceperit, R. patruus mulieris ipsam exhæredare conatur, eo quod ante desponsationem matris suæ 20 nata fuerit, licet postea pater mulieris præfatæ, matrem ipsius acceperit, [d] in vxorem. Ideoque mandamus, quatenus, si est ita, eā legitimam [e] iudicetis, prædicto R. inhibentes, ne dictæ mulieri, hac occasione, [f] super hæreditate paterna molestiam inferat, vel grauamen. Si autem contra hoc venire præsumpserit, eum † seueritate ecclesiastica percellatis.

f ¶ Hac occasione.] quia ex quo pronunciata fuerit legitima cessabit occasio ista: vnde si pp hoc vellet eā molestare, potest & debet ab ecclesia excōmunicari. cum cā matrimonij ad ecclesiam spectet: & p consequens legitimatio, q est accessoria, arg. cōtra. ī. eo. cām q. Nō est contra: ibi principaliter cōmittit causā super quæstione spoliationis. q ad Papam non pertinet inter eos, qui nō sūt iurisdictiōis, sed ad iudicem secularē vt ibi patet, & 8. dis. quo iure. hic vero principaliter committebatur causa filiationis, quæ ad ecclesiam pertinet; & ea determinata, determinatur per cōsequēs causa inquietationis, q fiebat huic mulieri, eo quod illegitima dicebatur: & ita cessāte illa causa, patet ꝙ iniusta esset vlterius inquietatio ex illa causa, vnde Papa rōne saltē peccati potest se intromittere s. de iud. nouit. & arg. 2. qu. 1. si peccauerit, vel Papa habebat hic vtrāque iurisdictionem. arg. sup. de app. si duobus. & ita nulla est oppositio.

2 Naturalis, qui non est in patris potestate, redigitur in illam per matrimonium subsecutum. Io. And.

† Cap. 1. eo. ti. in 1. cōpi. post concil. Lateran. sub Alex. 3. p. 33. c. 3. Et de materia vide Antoniū Gabr. li. 6. commu. conclusio. ti. de legitimatione, concl. 1. & Couar. lib. 4. decretalium, p. 2. ca. 8. §. 2.

In vulgatis recentioribus ita ē. eū seueritate ecclesiastica procedatis. sed in omnib. antiquis, vt est impressum.

¶ Idem.

¶ Separato matrimonio in facie ecclesiæ contracto, filij geniti vel concepti, ante sententiam sunt legitimi.

CAP. II.

CVm † inter I. veterem, & T. mulierem diuor-

† Cap. 2. eod. ti. in 1. cōpi. & post ācil. Late. sub Alex. 3. p. 33. cap. 5.

CVm inter.] Primo ponit causam diffinitionis. Secūdo diffinit, ibi Ideoque: Abb.

CASVS. Ioan. contraxit matrimonium cum Teberga in facie ecclesiæ, de qua filios suscepit, tandem cum grauida esset, accusatum fuit matrimonium de consanguinitate, lata fuit sententia diuortij inter eos, dubitabatur, an filij nati ante sententiam, & qui conceptus ante fuerat, essent legitimi. Respondet Papa super hoc consultus, quod filij non debent inde sustinere iacturam, cum parentes in facie ecclesiæ publice cōtraxissent: & ideo statuit Papa, vt filij eorum, quos habuerunt ante sententiam, & qui conceptus fuerat ante ipsam sniam, legitimi habeantur, & in bonis paternis hæreditario iure succedant, & de parentum facultatibus nutriantur. Nota, quod qui in facie ecclesia publice contrahunt, quamuis impedimentum subsit, tamen filij de tali matrimonio nati, secundum antiqua iura legitimi erunt, etiam si postea separentur. Hodie statur super hoc illi constitutioni, scilicet de clandestina desponsatione cum inhibitio.

a ¶ Pu-

a ¶ Publice, scilicet, denunciatione præmissa in ecclesia publice, alias hodie dicitur clandestinum. s. de clandestina desponsatio, cum inhibitio.

b ¶ Sine contradictione. Si quis contrahit non præmissa denunciatione, vel ea pmissa cõtingat matrimonium ex iusta causa interdici, & non obstante cõtradictione cõtrahat: si postea impedimentũ pbetur, filij medio tempore nati, illegitimi erũt, & ideo publice dicit hic: & sine contradictione; & hoc totum habes in ista constitutione, cum inhibitio

[Glo. seq. de tempore cõceptionis spectando alleg. pro & contra & soluit.]

c ¶ Cõcepti fuerant.] sic ergo tempus conceptionis spectandũ est, cum de cõmodo alicuius tractat. ff. de statu homi. Paulus, & quoties de commodo alicuius tractatur, pro iam nato habetur, ff eo qui in vtero est, ff de senato. emancipatũ. verb. si quis conceptus sit & insti. de inge. §. ex cõtrario. arg contra. 15. qõ. 8. cum multæ, & de consecr dist. 4. firmissime Arg. contra. ff. de Decur. l. 2. §. in filijs, & §. seq. pro prima parte facit. 26. q. 4. ig[illegible] in fine. Sol. quod primo dicitur, verum est propter fauorem filiorum, & libertatis: q̃doq; tamen consideratur odium paternum, vt in capitulo, cum multæ, contrarium illud igitur locum habet, vt varietas factorum adaptetur diuersitati horarum.

tij sententia canonice sit prolata, filij eorum nõ debent exinde sustinere iacturam. cum parentes eorum publice,[a] & sine contradictione[b] ecclesiæ, inter se contraxisse noscantur. Ideoq; sancimus, vt filij eorum, quos ante diuortiũ habuerunt, & † qui cõcepti[c] fuerant ante latam sententiam,[d] non minus habeantur legitimi, & quod in bona paterna hæreditario iure succedãt, & de parentum facultatibus nutriantur.[e]

¶ Idem Rothomagen. archiepiscopo.

¶ Statur verbo viri, & mulieris, qui negant aliquem filium, nisi indicijs & testibus probetur contrarium.

[Glo. seq signet contrarium.]

d ¶ Ante latam sententiam. pro iam nato habetur cũ ante sententiam sit conceptus, vt dictum est. Arg. contra C. de liberali causa. l. vlt. sed illi, qui nascuntur post litem contestatam, conditione matris vtuntur.

[Glo. seq. alleg. tres concord. & remittit, quærit, & soluit.]

e ¶ Nutriantur.] 30. dist. si quis reliquerit 1. distinc. ius naturale. inf. de infan. expo. ca. vni. Qualiter filij alẽdi, dicitur. s. de cõuersio. infidelium. c. vlt. & s. de eo qui duxit in matr. cap. cum haberet; sed quid si moueat quæstio alicu puero vel infanti, qd̃ nõ sit filius illius cuius dicitur? Iudex summatim cognoscere debet vt alatur rebus interdũ forsitã alienis. C de Car. edic. l. vl. & ff. de Car edict. l 3 §. causæ, cognitio. Lau

TRansmissæ.] Primo ponitur consultatio. Secundo responsio ibi, Consultationi Abb.

CASVS. Quidam nomine N. nutriuit quendam puerum vsque ad iuuentutem, cohabitante sibi M. vxore sua tũc non desponsata, sed eam postmodum despõsauit, & filios ab ea suscepit. pdictus iuuenis sic nutritus gerẽs se filium, & hæredem, hæreditatem N prędicti poscit, quamuis à vicinia crederetur eorum spurius, ut dicebatur: Sed pdicti, scilicet vir, & uxor negabant illum spurium suum, aut legitimum filium esse, sed dicebant q cũ nutriuerant pietatis intuitu, filij istorum petebant hæreditatem paternam ab illo, ipse verò contradicebat. Quæstio fuit super hoc delata corã archiepo Rothomagen. prædictis iuuenis, quia coram eo citatus venire noluit, fuit excommunicatus: Papa super hoc consultus ab archiepiscopo qd super hoc esset agendum: respondet, q in hoc casu standum est verbo viri, & mulieris, nisi certis indicijs & testibus iuuenem prædictum illorum constiterit esse filium. Nota, quod stãdum est verbo viri, & mulieris, an aliqs sit eorũ filius, nisi expresse ostẽdatur.

CAP. III.

TRãsmissę † nobis tuę litteræ continebant, qd cũ N. vsq; ad iuuẽtutẽ quendã puerum nutriuisse vxore sua M. tunc non despõsata sibi cohabitãte, postmodũ ipsam legitime despõsauit, & filios suscepit ex eadẽ, qbus paternam hæreditatẽ petentibus, pdictus iuuenis cõtradicit † gerens se filium, & hæredem, quamuis à vicinia,[f] quę ipsum filium eorũ esse credebat, spurius[g] diceretur, pdicti verò N. & vxor eius, prefatum iuuenẽ spuriũ suũ, aut legitimũ filiũ esse negabant,[h] sed dicebãt, quod eũ pietatis intuitu nutriuissent. Cum aũt q̃stio coram te mota[i] eẽt, & prædictus iuuenis, pro eo, quod iuri stare nolebat, vinculo sit excõmunicationis astrictus: Cõsul-

† cõtradixit.

f ¶ A vicinia multũ valet in talibus fama viciniæ. s. de pš. illud: & s. de proba. per tuas. 3. q. 4. §. itẽ sæpe, 35. q 6. si duo.

g ¶ Spurius., id est, nõ legitimus, vel naturalis; quia forte susceperat cum de alia muliere, vel ante matrimoniũ, vel durante matrimonio, & ita spurius.

h ¶ Negabant.] talis negatio præsumptionem inducit contra, illum, sed præiudicium non generat: quia licet aliquis negetur filius, nihilominus de inofficioso testamento agere potest. ff. de inofficioso testamen si instituta. §. 1 sicut econuerso licet appelletur filius, nõ tamẽ succedit cum alijs, si probetur, quòd non sit filius. C de testamen. neque professio. & Cod. de hæred. instit. si pater, & C. de probationibus, non nudis.

[Glo. seq. quærit, & soluit, ex his obijcit, & tripliciter soluit.

i ¶ Mota.] Sed quis prouocauit hic ad iudicium? Planum est quia filij legitimi prouocauerunt ut patet per litteram supra, ubi dicit, quibus paternam hæreditatem petentibus, & ex eo quod dicit: noluit stare iuri, fuit excommunicatus. Ipse enim hæreditatẽ possidebat uel partem, unde isti petebant illam dicentes, ipsum non fuisse legitimum, sed quomodo isti poterant agere, cum parentes istorum uiuerent, ut uidetur ex eo quod dicit; standum est verbo viri, & mulieris; quia de hæreditate uiuentis agi uel pacisci non potest. C. de pact. l ult. nec dicitur hæreditas, nisi mortuo eo, cuius fuit, ff. de hæred. vel ac. vend. l. 1. Dicunt quidam, quod illi erant facti monachi. Vel forsitan pater concesserat eis hæreditatem totam, retentis aliquibus fructibus p victu suo, & vxoris: Vel potest dici, quod isti iam mortui erant; & quod dicitur, standum est verbo viri, & mulieris, scilicet quod dicebant illum publice filium suum non esse, dum viuebant, arg. supra de probat. per tuas. Et merito stat verbo illorũ: quia non est verisimile 4 q paterna pietas cõtra illũ mota fuisset, si filius fuisset. s. de pšump. afferte.

4 Hæc glo. est valde singularis, & multũ notãda in hoc articulo.

aff. rte. C. de adop. l. pen. §. si vero. & C. de inoff. test. si mater. 23. q. 4. ea vindicta. circa princip. & nullus affectus vincit paternũ. C. de cura. fur. l. vir. §. 1. & affectio causam suspicionis remouet. ff. de ritu. nup. non solũ. §. de vno. & ideo eis etiam creditur. quia iste nunquã fuit in possessione filiationis, quia viciniæ fama hoc habebat cui in talibus creditur cum verbo viri, & mulieris. argum. supra de præsum. illud. & 35. q. 6. si duo.

[Glo. seq. recit. per q. quæ indicia probent.

a ¶ Indicijs.] per indicia enim fit probatio. C. de rei ven. iudicia. & l. cum super. & C. de fi. instrum. l. 1. & supra de prob. per tuas, & C. fa. ercisc. l. in ipsius, & C. de pac. pactum quod ex quo negatur filius, cum non sit in possessione filiationis, eum oportet probare. ff. de proba. l. 1. & 2. & vlt. Et viderentur sufficere huiusmodi indicia, si probet quod illi tenebãt eũ pro filio, & ille eos pro parentibus, & maxime si fama viciniæ consentiat, vt dicit decr. per tuas, & quia natus est de illorum matrimonio: quia is filius est quem nuptiæ demonstrant. ff. de in ius vo. quia mater & dicit lex, quod debet probare se filium, si negatur filius à patre, vt ff. de libe. & posth. l. si posthumus. §. vl. versi. si quis ita, & ff. de his qui sui vel alie. iur. sunt nepotes. §. filium. argumen. aliàs est lex.

[Glo. seq. arguit. & signat contrarium, soluit. & remittit.]

b ¶ Et testibus.] quibus probantur indicia, quia res ista vere probari non potest, nisi per indicia exteriora vt dictum est, & hic est arg. quod statur præsumptioni. scilicet dicto patris, & matris. donec probetur contrariũ. 1. q. 1. si quis a simoniacis; & quod præsumptio contrariam admittat probationem. sup. de præsũ. quia verisimile non est, & sup. de rer. un. super hoc, & ff. quod met. cau. non est. Ar contra scilicet quia præsumptio præsumptione rescinditur. 11. q. 3 absit. & 34. dis. quorundam, & supra de præsump. cum in iuuentute, & C. de epi. & cler. eum qui. ff. de in integ. rest. diuus. fortiori præsumptioni statur semper. De hac materia dicitur supra de sponsa. is qui.

Causam quæ.] Pone casum prout ponit glo. in cap. causam quæ infra. Vel sic. Dicebatur, quod Agatha de cuius hæreditate agabatur, non erat nata de legitimo matrimonio. Mandat Papa inquiri de hoc, & si cõstiterit, quod Agatha nata fuit de Anelina muliere Radulphi Sauarici eo tempore, quo ipsa Anelina publice morabatur cũ Alano viro suo; vel si constiterit quod prædictus Radulphus Anelinam virum habẽtẽ publice teneret, & eo tempore nata fuerit, pronũcietur illam legitimam non fuisse: quia non potuit esse vxor, quæ viuẽte viro suo, alij se copulare pſumpsit. de hoc plene dicitur inf. eo. causam quæ. Nota quod causa natiuitatis ad ecclesiã spectat. Itẽ si aliqua mulier viuente marito, alteri de facto matrimonialiter se coniungat, proles ex tali matrimonio nata, illegitima iudicatur.

[Glo. seq. quærit, & soluit.]

tationi tuæ respondemus, quod in tali casu standum est verbo viri & mulieris, 10 nisi certis indicijs [a] & testibus [b] tibi cõstiterit, esse † filiũ iuuenẽ memoratũ.

† In aliquot vulgaris, & magis recẽtibus ita: filiũ esse illorũ, & sed in antiquis, vt est impressum.

¶ Idem † Exonien. & Vintonien. episcopis, & Abbati Herforden.

† Exoñ. Et Vinconien. sed rectius vt est impressum.

¶ *Illegitima proles est, quam viro viuente vxor ex adulterio concepit, siue cum adultero siue cum viro moretur.*

CAP. IIII.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. cõp. Reliquę partes ubi sint, docet glossa prima uerbo. muliere.

Causam† quę & infra. ¶ Si constiterit, quod Agatha de Anelina muliere [c] tempore Alani [d] viri sui ipsa cum eo tanquam cum viro suo morãte, vel R. patre dictæ Agathæ, ip- 40 sam A. adhuc habente virum publice tenente, [e] nata fuit, eam non fuisse legitimam eiusdem R. filiã iudicetis, quia nõ potuit esse vxor, quæ viri sui [f] totũ maculãs, alij, [g] dum ille viueret, copulari præsumpsit.

20 ¶ Idẽ Exonin. episcopo, & abbati Herforden.

¶ *Quæstio natiuitatis oppositæ petenti hæreditatẽ coràm iudice sæculari, est ad ecclesiasticũ iudicem transmittenda, hoc dicit, 30 & est textus multum notabilis, & allegabilis.*

CAP. V.

Lator † præsentium R. & infra. ¶ Cum autem idem R. H. coram sæ-

† Cap. 5. eo. tit. in 1. cõp. Et quatenus ex hoc c. colligitur, quod q. spiritualis rem.ttenda est ad iudicem ecclesiasticũ si incidat coram iudice sęculari, vide late per Bart. & Alex. in l. Titia. ff. sol. matri.

c ¶ Muliere.] & de R. prout sequitur in alia clausula. Sed quare quærit modo de natiuitate Agathæ, vtrum nata sit de legitimo matrimonio vel non? Ideo quia de hæreditate patris ipsius Agathæ, quæ successit sibi in hæreditate, agebatur inter R filiũ Agathæ, & F. auũculum magnum ipsius R. qui fuit frater patris Agathæ, & iste F. spoliauit istum R. hæreditate aui sui. vt inf. eo. causam quæ; & iste duæ causam quæ & illa. s. de dolo, & contu. causam quæ; & s. de offi. dele. causam quæ, loquuntur de eodem facto, & olim hæc & illæ duę erant vna decret. in hoc tit. x.

3 Integram adhuc decretalem inuenies c. 4. eo. tit. in 1. cõp.

d ¶ Tempore Alani.] vnde post mortem Alani si R. contraxisset cum Anelina, legitimari non posset per subsequẽs matrimoniũ. J. e. tãta.

d ¶ Publice tenente.] tanquam vxorem.

f ¶ Viri sui.] scilicet Alani. Ber.

g ¶ Alij.] scilicet R. patri Agathæ scienti, quod illa habebat alium virum scilicet Alanum, vnde non posset esse vxor illius etiam post mortem Alani viri quia prius est eam ducere de facto, quam fidem dare supra de eo qui duxit in matri cum haberet, secus si ignorasset illam habere alium virum, ex quo bona fide, & publice 50 cõtraxisset cum illa, filij sic sucepti iudicarentur legitimi, infra eod. ex tenore, & ca. cum ea post mortem mariti remanere posset sup. de eo. qui duxit in matri. c. 1. & c. veniens.

1 Vnde per obstetrices pbabitur filius dñę, iã qualiter probet filiatio vide citatos ĩ c. per tuas sup. de proba. adde oĩno Couarr. lib. 4. decre. p. 2. c. 8. §. 3.

Lator.] Sunt duæ partes. In prima appellantis quæstio. In secunda causæ commissio: ibi, Ideoq; Abbas. Siculus.

CASVS. Quidam R. nomine accessit ad Papam coram ipso proponens, quod auus ipsius duas habuit vxores, de quarum vna patrẽ ipsius, de altera H. pa- 60 truum suum recepit. qui hæreditatem aui sui totam detinebat, nec ei volebat partem debitam exhibere: vnde cum ipse H. patruum suum super parte hęreditatis paternæ coram iudice conuenisset, idem patruus obiecit quod pater eius de legitimo matrimonio natus non fuit, & ideo de hæreditate aui sui nihil poterat vẽdicare successorio iure, tandem fuit tractatũ super quæstione natiuitatis corã episcopo Noruicen. propter tergiuersationem ipsius H. patrui. sui ad sedem Apostolicam appellauit, vnde Papa mandat iudicibus, quatenus causam super quæstione natiuitatis ipsius R. infra duo menses appellatione remota debeant terminare. Si verò infra duos menses dictus H. non probauerit legitime quòd obiecit: ex tunc sæculari iudici coram quo hæreditatis quæstio vertitur, debeant

3 Vel alterius, cui forte secundo nupsit mortuo. Io. An.

debeant intimare, vt pro quæstione natiuitatis non dimittat, quia causam hæredicatis audiat, & decidat. Nota, quod certus terminus agere volentibus statui potest, infra quem si intentionem suam non probauerint, vlterius non audientur. Item causa natiuitatis præiudicialis est quæstioni hæreditatis etiam si quæstio hæreditatis primo sit mota.

1 Vel coniux legitima, & est iste casus in quo quis al j nocet, & sibi non prodest de hoc de cõce. pb. auct. in fi. li. 6. Io. And.

a ¶ Iure successorio.] quod verum est, si es set naturis, ex quo alia proles 1 ei legitima superetat, aliàs enim filius naturalis succedit patri ab intesta. in duabus va. cijs. C. de nat. lib. au then. vt liceat patri. & in auth. quib. mo. nat. effic. legi. §. si qs autem, coll. 6. de quo loquitur. C eo. tit. l. nec igitur, aliàs illegitimi in nihilum succedunt.

b ¶ Quæstione natiuitatis; quæ ad iudicium ecclesiæ tantũ pertinet. j. e. causam quæ, & s. eod. c. 1. tã quam præiudicialis primo debet terminari, antequã intentetur quæstio hæreditatis, supra de or. di. cogni. tuam. Bernardus.

c ¶ Appellatum.] ex parte ipsius, id est, prosequentis appellationem, altera parte eam non prosequẽte. B r.

[Gl. seq. no termi num statui, &c. & alleg. 3. concor.

2. Et de pb licet R. ff. de obt. leg. mã cipiorum, & sup. de fi. instru. accepimus. Io. An.

d ¶ Infra duos.] not. quòd terminus certus statui potest à superiore volenti agere, post quem non auditur iusta causa cessante, sup. de cland. de spõ. cũ inhibitio, 2. & inf. qui matr. accu. non pos. cum in tua. & C. de ingen. ma. l. diffamari, nec istud tempus prorogari po test, præter consensum partium, sup. de offic. deleg. de causis.

[Gl. seq. obijcit de vno canone, & soluit.]

e] Probare legitime.] sed videtur, quod iste potius debet probare patrem suum legitimum: quia præsumitur adulterium, nisi probetur matrimonium, vt 30. q. 5. aliter, sed ibi agitur contra clam coniunctos. vnde præsumitur potius adulterium. hic pater ipsius R. erat in possessione filiationis, quia habebatur pro filio, & possidebat bona paterna, & natus fuerat de ea, quæ credebatur vxor: eo mortuo H. iste cœpit totam hæreditatem possidere.

3 Vie Feder. de Sen. cõsil. 77. & Doct. i l. 2. ff. de off. ei9 cui mãd. est iurisd.

[Gl. seq. obijcit de duabus legibus, & soluit.]

f ¶ Non dimittat.] sed videtur, quòd iudex sæcularis possit cognoscere de quæstione natiuitatis, C. de iudic. quoties, & C. de ord. iu. l. adita, quare ergo non processit iudex iste? Dic quòd cum causa ista sit mere spiritualis principaliter spectat 3. ad ecclesiam, sup. de ord. cogni. tuam: vnde sæcularis iudex non incidenter nec

culari iudice super hæreditate, aut eiusdem R. patris dicti H. traxisse in causam, ille sibi præsumpsit obijcere, quòd pater eius non fuit de legitimo matrimonio natus, & ideo de hæreditate aui sui, nihil posset iure successorio a vendicare, tandem cum super quæstione natiuitatis, b coram. Noruicen. episcopo tractatum fuisset, ad nostram extitit audientiam appellatum, c & infra.

¶ Ideoque mandamus, quatenus causam, super quæstione natiuitatis patris eiusdem R. inf. duos d menses sublato appellationis obstaculo terminetis. Si vero infra duos menses præfatus H non poterit probare legitime e quod obiecit, ex tunc sæculari domino, sub cuius iudicio de hæreditate causa vertitur, intimetis, vt pro quæstione natiuitatis non f dimittat, quin causam super hæreditate audiat, & decidat.

alio modo potest de ea cognoscere. infr. eod. causam, nec de annexo spirituali, sup. de iud. quanto. Ber.

Tanta est uis.] Sunt duæ partes. Secunda ibi, Si autem. Abbas.

CASVS. Aliquis filios suscepit de aliqua muliere, postmodum cõtraxit matrimonium cum eadẽ quæsitum fuit, vtrũ filij ante mrimoniũ suscepti legitimi sint habendi? Rñdet Papa q tãta est vis mrimonij, vt qui ante matrimonium sunt geniti post mrimonium legitimi habeantur: tñ si vir vxore sua viuente aliam cognouerit & ex ea prolẽ susceperit: nihilomin9 spurius filius est habendus & repellẽdus ab hæreditate, licet post mortẽ vxoris cum ea ɔ̃xerit, & præcipue si in mortem vxoris alteruter eorũ aliquid machinatus fuerit. No. arg. q qui ab initio nõ fuit legitim9 tractu temporis legitimus reputatur. Itẽ principium considerandum est.

¶ Idem Exoñ. episcopo.

¶ *Naturales legitimantur per subsequens parentum coniugium: spurij vero non hoc dicit inhærendo verbis litteræ. Et est capitulum famosum, & quotidie allegatur in vtroque foro.*

CAP. VI.

Tanta † est vis matrimonij, vt qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium, legitimi g habeantur. Si autem vir viuente vxore sua, aliam h cognouerit, & ex ea prolem susceperit licet i post mortem vxoris eandem duxerit nihilominus spurius erit filius, & ab hæreditate repellẽdus; k præsertim, si in mortem vxoris prioris, alteruter eorum, aliquid fuerit machinatus.

† Cap. 6. eo. tit. in 1. cõ p. & post conc. Lat. sub Ale. iij. p. 33. c. 1. vbi est integra clausula. Celebris ẽ st decretalis, & cuius intellẽctu, & materiã alijs Ferdinãdus Vasquius lib. 3. ca. 42. cõtrouersiarũ vsu frequentiũs & Ant. Gab. lib. 6. cõium cõclus. ti. de legitimatione conclu. 1

[Gl. seq. alle. 5. cõcĩ quærit. alle. negatiue & contra soluit.]

g ¶ Legitimi.] ecce quanta est vis matrimonij, vt illegitimos faciat legitimos, Inst. de nup. §. vlt. in auth. qũo. natu. eff. sui. §. si qs igit dotalia. col. 7. & C. de natu. li. l. cũ quis. Inst. de hær. quæ ab intest. defe. §. qb. vers. necnon, & s. eo. c. 1. sed nũquid dices tales legitimos quo ad ordines, & honores? 4 Vt q non: quia non sunt nati de legitimo matrimonio, sup. de ele. cum in cunctis & ar. 30. q. 5. qualis, sed credo, quòd legitimi sunt quo ad omnia, quia matrimonium omnia præcedentia purgat, & sic prox. ma. siue etiam præcedens causa turpitudinis sublata est. sim. C. quod me. cau. l. 2. ff. de condi. ob turp. can. si ob turpem.

4 Vide Curtiũ Iuniorẽ consi. 336. & Ruinũ cons. 2. & consil. 211. volu. 1.

h ¶ Aliã.] s. cõsciam adulterij s. e. cãm q. secus si ignoranter. arg. s. eo. cũ inter, arg. j. e. ex tenore, s. de eo, qui dux. in mat. c. 1. contrariũ vr. l. q talis non sit legitim9, quia hic non distinguitur, sed primum verius est. Ber.

[Gl. seq. arg. sig. contrarium, & ibi remittit, secundo arg. & signat hic contrarium.]

i ¶ Licet post mortẽ.] ar. quod licet res deueniat ad eũ casum, a quo incipere potuit, nõ tñ valet. Ar. contra s. de conuer. coniu. placet, vbi de hoc, Item ar. quod ab initio non tenuit tractu temporis nõ valere. 16. q. 3. c. placuit §. potest, ver. quòd si priuatur. Arg. contra. hic in prin.

[Gl. seq. tractat de quadrupli ci filiatione, incidenter signat contrarium, & ibi remittit.

k ¶ Repellendus.] nota, q quidam filij dicũtur legitimi tantum, vt adoptiui siue arrogati, de quib. habes s. de cog. le. c. vni. Alij dicũtur liti, & naturales, ut natũ ex-

ex legitimo matrimonio vero vel putatiuo, siue ab initio siue ex postfacto: isti succedunt parentibus suis, su. eo. cum inter, & intra eo. ex tenore. & sup. eo. c. 1. C. de legit. hær. per totum. Alij dicuntur naturales, & non legitimi, vt nati ex concubinis in domo: isti succedunt in duabus vncijs ab intestato. C. de natu. li. auth. licet patri. Alij dicunt spurij, vt nati ex adulterio, vel vulgo concepti, ff. de sta. ho. vulgo, & isti in nullo succedunt, nec institui pñtà patre, vt in prædicta auth. licet patri, & 32. q. 4. dicat aliquis, nec ali debent de bonis paternis, C. de incest. nup. auth. ex cõplexu Arg. contra s. de eo, qui dux in matri. cum haberet, ibi. soluitur.

in titulo isto aliam. Ber. No. quòd iurisdictio temporalis non pertinet ad Papam. Item Papa non intendit iuri alicuius detrahere. Item de statu alicuius quæritur post eius decessum.

[Gl. seq. pro iurisdictione quod sit distincte alle. 7. iura, in contrarium alle. 4. & ponit opi. Hugo. & contrarium Ala. & Tanc. quam approbat.)

Idem London. & Vigorien. episcopis.

¶ *De causa ciuili inter laicos non cognoscit ecclesia, cognoscit tamen, an quis sit de legitimo matrimonio natus.*

¶ Cap. 7. eo. tit. in 1. cõp. & post cõc. Lat. p. 33. c. 4.

CAP. VII.

ij Causam, † a quæ inter R. & F. sup. eo, quòd mater dicti R. dicit non fuisse de legitimo matrimonio nata, agitari dignoscitur, vobis commisimus terminandam, verum quia litteris nostris inseri fecimus, vt sæpefacto R. possessionem omnium, quorum possessor extitit, quando auus suus proficiscẽdi Hierosolymam iter arripuit, ante principalis causę ingressum faceretis restitui, si eadem possessione fuisset per violẽtiã spoliatus. Nos attẽdentes quòd ad regem b pertinet nõ ad ecclesiã de talibus possessionib. iudicare, ne 10 videamur iuri regis Anglorum detrahere, qui ipsarum iudicium ad se asserit pertinere, Fraternitati vestræ mandamus, quaten' regi possessionum iudiciũ relinquentes, de cã principali videlicet vtrum ma-20 ter c pdicti R. de legitimo sit matrimonio nata, plenius cognoscatis, & cãm huiusmodi terminetis, licet incõgruũ d videatur, vt matrimoniũ genitricis e præfati R. impetatur, quod 30 ea viuente non fuit (vt dicitur) impetitum.

¶ Idem episcopo, & archidiacono Vincentino.

¶ *Si mulier per iudicium ecclesiæ separata à primo, viuente illo contrahit 40 cum secundo, legitima erit proles, quam ex illo suscepit.*

ij Causã.] Primo ponitur cõmissio. Secundo eius forma, & limitatio. ibi, Verum. Abb.

a ¶ Causam.] not. ordinem huius facti: 1 Radulphus, de quo habes, s. eod. causam quæ, & F iste, de quo habes hic. fuerũt fratres. R. iste suscepit Agatham de Anelina muliere vxore Alani: Agatha ista de legitimo mrimonio suscepit istum R. de quo habes hic, & sic Radulphus fuit auus istius. R. Radulphus iste. s. auus iuit vltra mare, & dimisit istum R. & Agatham. matrem ipsius R. filiam ipsius Radulphi in possessione omnium bonorum ipsius, audito quòd Radulphus mortuus esset vltra mare, iste F. statim spoliauit ipsum R. possessione omnium bonorum Radulphi aui sui, in quorum possessione remansit quando iuit vltra mare, quia dicebat Agatham neptem suam matrem ipsius R. non fuisse natam de legitimo matrimonio, vt sup. eo. causã quæ, & sic nec ipsa nec R. eius filius debebat succedere Radulpho fratri eiusd. F. sed ipse F. vnde iste R. sic spoliatus ab F. auunculo suo impetrauit litteras super restitutione sua ad istos episcopos Londõ. & Vigorieñ. & Exonicñ. sub hac forma, vt ante ingressum principalis causæ deberent cognoscere super eo, quod mater ipsius R. dicebatur de non legitimo matrimonio nata, ita tamen vt ante principalis causæ ingressum deberent ei restituere hæreditatem aui sui, sed quia rex turbatus, & motus fuit, quod Papa iudicium possessorium commiserat illis, reuocauit iudicium illud de restitutione, quod pertinet ad regem, & mandat, vt procedant super quæstione natiuitatis ipsius Agathæ, prout patet in littera: postea verò quia isti ep̃i forsitan non procedebant, iste impetrauit eandem causam committi episcopis Exonieñ. Vigorieñ & eisdem Londoñ. & quia F. habebat episcopum London. suspectum, fecit illum remoueri, & loco illius substitui abbatem Herfordeñ. vt s. de offi. dele. causam quæ, & sup. eo. causam, & sic habes hic totam continentiam istarum decretalium, & hæc decretalis deberet præcedere

1 Hæc facti narratio in antiquis codicib. reperitur.

b ¶ Ad regem.] & sic patet, quod iurisdõ spiritualis. & tpalis distincta est, & diuisa, de conse. dist. 3. celebritatem, in fin. & in Auth. de si. instr. circa princ. per viñ columnam, & sic Papa non hẽt vtramq; 2 iurisdõnem, arg. s. eo. lator, & 23. q. 5. regũ. & 8. dist. quo iure. & 33. q. 2. inter hæc, in fin. & 33. q. 4. quæsitum, arg. quòd Papa intromittit se de hæreditate, argum. contra s. eo. c. 2 & 22. q. 3. præsens, in fin. 15. quæst. 6. alius, & 24. quæstio. 1. loquitur. Hug. dixit quod Imperator à solo Deo habet potestatem in temporalibus, Papa verò i spiritualib. & sic diuisa est iurisdictio, prius enim fuit Imperator quàm coronam reciperet à Papa, & gladium ab altari, 93. di. legimus, quia ante fuit imperium, quàm Apostolatus. Sed Alan. & Tan. dixerunt quòd imperator licet imperium à solo Deo dicatur processisse, executionem gladij temporalis recepit ab ecclesia. Ecclesia enĩ est vnum corpus: ergò vnum solum caput debet habe-50 re. Item Deus vtroque gladio vsus est, vt no. de iud. nouit. hic adde quòd ibi dicitur. Item Moyses vtrumque gladium habuit, cuius successor 3 est Papa, præterea Papa ipsum confirmat, & cõsecrat, & coronat, & deponit, sup. de ele. venerabilem, & 15. q. 6. alius, hoc vltimum verius credo.

2 Similis gl. extat s. d iu. c. nouit. verbo, iurisdõnem, ubi de hoc art. plenissi ne scripsit Martin'. Nauarrus, & Turrecremata in c. cum ad verũ 96. di. & in summa de eccl. li. 2. c. 113. & 114. sed tene quod declarauit Bon. viij in Extrauag. vnam sanctam. de maio. & obed.

3 Melius dixisset, Moyses fuisse typum & figuram Papæ.

c ¶ Mater.] scilicet. Agatha.

d ¶ Incongruum.] quia crimina morte extinguntur. C. si reus vel accus. mor. fue. l. 1 & 2. & 3. 23. d it. quorundam, & 33. q. 2. admonere. Et ideo post mortem nul-60 lus accusari potest nisi in tribus casibus, vt de hæresi. 24. q. 2. sane profertur, & forte in crimine læsæ maiestatis propter bona, & filios, argu. 6. q. 1. c. quæro, §. verũ, & c. si quis cum militib. & hic ratione bonorum quæritur de delicto aliquorum post mortem. s. vtrum Agatha fuerit nata de legitimo matrimonio, dicebatur. n. nata de Anelina, & Radulpho. & modo quæritur, vtrũ inter eos fuerit legitimum matrimonium, sic supra e. lator de statu alicuius quandoque quæritur propter bona, C. de liberali causa, principaliter, & C. ne de statu defunctorum, l. quamuis. Ber.

e ¶ Genitricis.] id est matrimonium, de quo nata est Agatha genitrix. præfati R. ut dixi, & non de matrimonio, de quo natus fuit R. quia non agitur de illo.

Perla-

PErlatum est.] sunt duæ partes. In prima facti narratio. In secunda commissio. ibi. Ideoque. Abbas.

CASVS. Quidam H. nomine habens vxorem ad partes Constantinopolitanas se transtulit: vbi per decem annos & amplius moram faciens, ad vxorem suam non rediit: vnde ipsa coram diœcesano epo, aduersus eum querelã deposuit: & qa ipsum vlterius expectare nolebat, eps mandauit parentibus, vt ipsum ad ꝓpria reuocarẽt: cum ergo diutius expectatus fuisset, nec rediret, eps auditis rationib. mulieris, inter eos sñiam diuortij ꝓmulgauit, & dedit mulieri licẽtiam ꝯhendi cũ alio, & sic auctoritate ecclesiæ contraxit cũ alio, de quo filios suscepit: Cõtra filios istos obijcebatur, ꝙ non erant legitimi, & ideo ab hæreditate paterna repellendi: Cõsultus Papa rñdet, & mãdat quibusdam, quatenus si constiterit, ꝙ eps inter eos sñiam diuortij tulerit, filios quos de alio ad cuius copulã auctoritate ecclesiæ transiuit, sustulit, legitimos iudicẽt & hac occasione non patiantur eos ab hæreditate repelli. No. ꝙ filij nati de matrimonio auctoritate ecclesiæ contracto legitimi sunt habendi, licet matrimonium nõ fuerit legitimum.

† Ca. 8. e. tit. in 1. cõp. & post concil. Lat. par. 50. cap. 23.

† rediret.

† Adde ꝙ dicatur esse lõgum tẽpus, no. instit. de vsuc. §. 1. & ĩ l. si. C. de pręscri. lõg. tẽp.

CAP. VIII.

PErlatum † est ad audiẽtiam nostrã, quod cũ H. ad partes Constantinopolitañ. transisset,[a] & ibi moram per decennium & amplius faciẽs, ad I. vxorẽ suam nõ rediens, † ipsa apud bonæ memorię Vincẽtinum epm aduersus eũ querelam deposuit, & qđ eum nõ posset diutius expectare, nihilominus allegauit: eps vero sicut vir prouidus & discretus, parentibus [b] viri mandauit, vt pro eo mitterẽt, & ipsũ ad propria reuocarent, cũque elapso lõgi temporis spatio † vir non remearet ad propria, eps in conspectu ecclesię auditis rõnib. mulieris inter eos sñiam diuortij promulgauit,[c] & mulieri, vt alium duceret, facultatem indulsit.

¶ Ideoque mandamus, quatenus si constiterit qđ eps inter eos sñiam diuortij tulerit, filios, quos sustulit de alio, ad cuius copulam auctoritate prædicti epi migrauit, legitimos iudiceteris, eos hac occasione ab hæreditate non patientes excludi.

a ¶ Transisset.] causa ı vagandi, ƒm Innocentium vel in odium mulieris, vt sic staret impedita: & sic absentia fuit malitiosa, per quod non obstat sed concordat s̄. vt lite nõ contestata, quoniam, §. sin autem & s̄. de sponsalibus. de illius. secundum Host. Io. And.

1 Hæc nota ex lectura Io. And. perperam irrepsit iter glossas. Ber.

b ¶ Parentibus.] & amicis similiter mittere debuit, ff. ex qui. cau. maio. in integ. rest. l. ergo, & edictum publice proponi dẽt, s̄. de dol. & cont. causam, quæ, &c. vlt. sed in hoc casu non est taliter procedendum: nisi se per contumaciam absentasset. sup. vt li. non cont. quoniam. §. porro & §. seq. Ber.

[Gl. seq. quærit, arg. pro & contra soluit respondens ad hoc cap.]

c ¶ Promulgauit.] probato impedimento perpetuo. Sed nunquid episcopus iste legitime processit lite non contestata, arg. ꝙ sic inf. tit. prox. c. 1. & illud factũ videtur ex necessitate, ne ius mulieris periret. Sed contra, s̄. vt lite non contest. cã. quoniã. §. porro, & §. seq. cui hodie stãdum videtur. Sed vtrum eps bene vel male processerit 2 non quærebatur, sed tantum vtrum filij nati de alio viro, cum quo auctoritate episcopi contraxit, legitimi essent. & respondetur quod sic, & non alluditar gum. ff. si quid in frau. pat. l. 1. §. si quid in fraudem, & quia de illo quæsitum non fuit responsum non exstitit. sic sup. de elect. innotuit, ad fi. & ideo filij isti legitimi erat, quia auctoritate ecclesiæ, & publice contraxit. sup. eod. cap. 2. Bern.

2 Hæc latius prosequuntur hic Host. Io. And. & recẽtiores.

¶ Idẽ Beluacen. episcopo.

¶ *Filij nati ex matrimonio clandestino per ecclesiam approbato, sunt legitimi. h. d. inhærendo litteræ.*

CAP. IX.

QVod † nobis, & infra. ¶ Si qui autem de clandestino [d] matrimonio, postmodũ ab ecclesia cõprobato, generati fuerint[e] eos legitimos iudices filios & hæredes.

QVod nobis.] CASVS. Dicitur hic, quod nati de clãdestino matrimonio postea per ecclesiam approbato iudicẽtur legitimi: Nota, quod ab initio non valuit, ex postfacto conualescit. Item ratihabitio retrotrahitur.

d ¶ De clandestino.] quot modis matrimonium dicatur clandestinum, dicitur s̄. de cland. despon. cum inhibitio.

e ¶ Fuerint.] post approbatum matrimonium ab ecclesia, seruata solennitate, quę traditur. s̄. de cland. desponsatione cũ inhibitio, quia legitimi erunt; etiam si postea matrimonium separetur iusta de causa, secus si ante approbationem generati fuerunt de clandestino matrimonio ab ecclesia non approbato, vel non seruata forma prædicta cõtraxerunt: quia filij nõ excusantur, si cõtra matrimoniũ aliquid postea probetur, vt in prædicta constitutione cum inhibitio. tales ergo filij, scilicet de clandestino matrimonio ante approbationem ecclesiæ nati post approbationem legitimi erunt. 32. q. 4. dicat aliquis, & su. eo. tãta. argum. si postea contra matrimoniũ aliquid non probetur, de quib. hoc intelligitur, sup. de clandest. despons. c. 2. cuius pars hæc est, & sup. eo. tanta. Ber.

† Ca. 3. e. ti. de clandestina desponsa. In 1. cõp. & post concil. La. pa. 50. ca. 17. Vide citata in c. curã inhibitio, s̄. de clãdesti. despon.

¶ Celestinus tertius Eboracen. archiepiscopo.

¶ *Nati ex matrimonio cõtracto cõtra publicæ honestatis iustitiam, illegitimi sunt, & ab hæreditate parentum excludendi. et tenementi hũc casum, quia sæpe per ignorantiã accidit.*

CAP. X.

REferente [f] † nobis, & infra. ¶ Fraternitati tuæ taliter respondemus,

† Ca. 1. e. tit. in 2. cõpi. & de impedimento iustitiæ publicæ honestatis, tene qđ diffiniuit ꝯc. Tri. sess. 24. de refor. mat. c. 3. adde citatos in cap. ad audientiã. sup. de sponsal.

REferente.] Scientes inter se impedimentum, matrimonium contrahant, illegitima est proles eorũ. Primo ponitur consultatio. Secundo responsio, ibi, Fraternitati. Abb. Sic.

f ¶ Referente.] Casum 3 pone per illam, sup. de sponsatione impuberum, c. duo pueri, sic: Quidam contraxit sponsalia de futuro cum quadam, tandem illa mutata voluntate contraxit per verba de præsenti cum alio, & sic soluta fuerunt sponsalia priora: Ille vero qui sponsalia cum ea contraxerat, matrimonium cum quadam consanguinea illius, ex certa scientia vtriusque contraxit, de tali matrimonio nati sunt filij. Quærebatur an essent legitimi? & respondetur quod non: quia publicæ honestatis iustitia impediente, non potuit esse matrimonium inter eos, nec ignorantia excusat eos, quia parentes scienter contraxerunt, nec dispensatio ecclesiæ fuit secuta Berna. Nota, quod publicæ honestatis iustitia impedit & dirimit matrimonium. Item paterna ignorantia non excusat filios.

3 Hic casus in antiquis Gregorij codi. ib. reperitur.

a ¶ Sepa-

a ¶ Separari.] sic patet, ꝙ impedimẽtum istud perpetuũ est, ex quo impedit & dirimit matrimonium iam contractum. sic sup. de sponsa. ad audientiam, & c. iuuenis.

[Glo. seq. ponit duas lecturas.]

b ¶ Permissionem.] id est, ecclesia non approbãte tale matrimoniũ, vel per missione id est, dispẽsatione. quia postea ecclesia, cum eis non dispensauit & per dispensatione ecclesiæ approbatur matrimonium causa filiorum sup. de consanguin. & affin. quia circa. ĩ. eo. per venerabilem, & 35. & q. 8. c. 1.

[Gl. seq. ponit tres casus, & primũ moderatur.]

c ¶ Ignorantiã.] paterna enim ignorantia vtriusque vel alterius tũ excusat filios siue legitimat eos, ĩ. eo. ex tenore, & s̃. eo. cap 2. Item subsequens matrimoniũ sup. ex. tanta, & ca. 1. Itẽ legitimatio principis, ĩ. e. per venerabilem, hodie vero paterna ignorantia nõ excusat filios omissa illa solennitate, sup. de clandest. despon. cum inhibitio. Ber.

negatur quin alia pars possit probare cõtrariũ si voluerit, vñ si nihil probat, eo ipso ꝙ parentes istius in facie ecclesiæ ꝯxerunt, & approbante ecclesia simul fuerunt vsq; ad mortem, ꝑsumitur legitimum matrimoniũ inter eos, quare filij legitimi sunt habendi, quousq; contrarium ostendatur. Aliud cõtrarium fortius signatur, s̃. eo. lator, & sup. de or. cog. tuam, ibi ille qui opponit aduersus legitime natum, debet hoc probare, hic contra: qđ videtur iniquum. Potest dici, ꝙ hic nõ constabat de matrimonio parentũ istius viduæ, nec erat communis opinio, ꝙ illi fuissent legitime coniuncti: & ideo mulier dẽt probare narrationem suam, vnde dicit 1 Papa. si est ita, arg. ad prædicta. ĩ. c. proxi.

quod publicæ honestatis iustitia prohibente, matrimonium inter eos contrahi non potuit, & cõtractũ debuit separari [a] ac ꝑ hoc cum filij, nec per ecclesiæ permissionem, [b] nec per paternam ignorantiam [c] excusentur, ad successionem bonorum paternorũ nõ videntur aliquatenus admittendi.

¶ Idem.

¶ Ad docendum prolem illegitimam, non sufficit probare impedimentũ matrimonij si fuit in facie ecclesiæ contractum.

CAP. XI.

PEruenit † sane ad nos ex insinuatione L. viduæ, quod cum inter G. patrem suum, & A. matrẽ illius, matrimonium fuisset legitime celebratũ, & quamdiu vixerunt, quiete permanserunt, † post illorum decessum quidam asserentes eam de non legitimo fuisse susceptam, a paterna hæreditate tãquam illegitimã, amouere conãtur. Mandamus itaq; quatenus si est ita, [d] dictã viduam legitimam nũcietis.

¶ Innocentius tertius.

¶ Statur dicto testiũ, qui probant aliquem legitimum, licet fama viciniæ, & tractatus parẽtum habeat contrarium.

CAP. XII.

3 Et habet id locum etiam si pecuniam datā pro unguentis mulier soluit creditori suo, & mox de tua pecunia emi unguente. Idem si uir pra illis emendis lācem de sua pecunia unguenta emi. Io. And.

sum est, ꝙ ista debent redire ad mulierem & uirum, nisi consuetudo sit in cõtrarium, ut dicitur, hic nisi pactum de dote uel donatione lucranda, uel parte, sit factum inter eos, ut hic dicit, & C. de pac. connen. l. ex morte. auth æqualitas, & in Auth. de æquali. do. §. hoc igitur. et l. S. C. de rei, uxo. act. l. unica. §. illo proculdubio. Et istud pactum debet esse æquale hinc inde, & si nõ sit æquale, maior pars lucri ad minorẽ dẽt reduci, ut legib. pdictis: ex morte. & auth. equalitas, & lége, lconis. C. de pa. conu.

sic & donatio pp nuptias redit ad uirũ, nisi de consuetudine secus obtineat, uel ex pacto de lucranda dote, uel donatione pp nuptias qd æquale sit: cũ hic in contrarium inducat.

TITVLVS XXI.

De secundis nuptijs. †

¶ Alexander tertius.

¶ Secundæ nuptiæ non benedicuntur, & benedicens puniendus est.

CAP. I.

Capellanũ † (quẽ bñdictionẽ cum scda [a] constitetit celebrasse) ab officio, beneficioq; suspẽsum, cũ literarũ tuarũ testimonio, ad sedẽ Apostolicã nullaten[9] destinare postponas.

¶ Lucius tertius uniuersis Christianis in captiuitate Saracenorum positis.

¶ Dubitans de morte cõiugis nisi prius certificetur, contrahere non dẽ: & si contraxit, reddat, sed non exigat debitum, & si postmodum sciat primam uiuere dimittat secundam. Abb. Siculus.

CAP. II.

Dominus, † ac redemptor noster: & infra. ¶ Sane sup matrimonijs, q quidã ex uobis (nõdum habita obeuntis coniugis certitudine) cõtraxerũt, id uobis rñdemus, vt nullus amõ ad scdas nuptias migrare psumat, donec ei cõstet, [b] ꝙ ab hac vita migrauerit cõiux eius. ¶ Si uero aliquis, uel aliqua, id hactenus uõ seruauit, & de morte prioris cõiugis adhuc sibi existimat dubitãdum, ei quæ sibi nupsit, debitũ nõ deneget [c] postulanti, quod a se tñ nouerit nullatenus [d] exigendum. Quod si post hoc de prioris coniugis uita constiterit, relictis adulterinis [e] complexibus ad priorem coniugem reuertatur.

¶ Vrbanus tertius Vigilien. † episcopo.

¶ Si unus ex coniugibus fuit alias bñdict[9] nõ dẽnt cõiuges de nouo benedici.

CAP. III.

Vir † autem uel mulier ad bigamiã transierit, non est benedicendus. ...

† Vide magistrũ & Theologo, libr. 4. sent. dist. 42.

DE SECVNDIS nuptijs.

¶ Quia diuortio facto solẽt hoĩes trãsire ad scdas nuptias. iõ viso de diuortijs merito subijcit de secundis nuptijs. Et scias qd nedũ scdæ nuptię appbant ab eccl'a, sed etiam tertiæ, & vlteriores, vñ nõ solũ qs bigamus, & trigamus, sed etiam octogamus effici põt, ut dicit textus in c. aperiãt, 21. q. 1. Abbas Siculus.

† Cap. vni. eo. ti. in 2. com.

¶ De hac materia tractat, 24. q. 2. & 31. q. 1. in multis, c. 2. q. 2. §. hinc tollit, 3. q. 7. §. tria, prope finem.

Capellanũ.] CASVS. Qdam mulier mortuo viro suo transiuit ad scda uota; quidã capellanus benedixit mulierẽ istam trãseuntẽ ad secũdũ matrimonium. Quia nuptię scdæ benedici nõ debent, qsitum fuit qualiter capellanus iste puniri debeat? Mandat papa episcopo suo, quatenus capellanum illum ab officio & beneficio suo suspendat, & sic suspensum ad Apostolicam sedem transmittat. Not. quod secundæ nuptiæ benedici non debent: & qui eas benedicit, punitur.

[Gl. seq. reddit tres rationes, sed primam reprobat.]

a ¶ Cum secunda.] Secundæ nuptiæ benedicendæ non sunt, inf. eo. uir autem. & secundum accipere secundũ ueritatis rationem uere fornicatio est, 30. q. 1. hac ratione. Sed illud intelligitur prima uiuente: & non debet benedici secundæ nuptiæ, ad exhortationem continentiæ: sic & sacerdos interesse non debet nuptijs clandestine contractis, sup. de cl and. matrim. cum inh; Bitio. §. sane. multo minus debet illas benedicere, & alia ratio est quia sacramentum 1 iterari non debet, inf. eo. uir autem. ubi quæ ratio nota tur.

1 Neq; benedictio illa ẽ sacrm, aut pars sacri, neque matri.

Dominus.] Tria sũt dicta secundum ibi, Si uero. Tertium ibi. Quo d si. Ab. Siculus.

CASVS. Quidam Christiani erant in captiuitate Sarracenorum, quidam de his coniugati nulla certitune habita de morte uxoris, contrahebant secunda matrimonia: Quærebatur, an deberent sic remanere? Respondet Papa, ut nullus præsumat amodo ad secundas nuptias conualere donec constet, quod uxor sua de hac luce decessit. Si uerò aliqs uel aliqua hoc non seruauerit, & du bitet adhuc de morte prioris cõiugis: ei cui nupsit, debitũ nõ deneget postulanti, sed nullaten[9] exigat ab eadẽ: Si uero postea cõstiterit de vita prioris cõiugis: statĩ eã relinquat, & ad priorẽ reuertatẽ. No. qd vir uel mulier cõtrahere secunda matrimonia non dẽt nisi de morte coniugis certum existat.

b ¶ Ei constet.] sup. de spon. ĩ præsentia. vbi notatur qd iuris sit de hac materia. C. de repu. authẽ. hodie. & in Authen. ut liceat matri. & auiæ. §. quod autem, colla. octaua.

c ¶ Non deneget.] Et ita propter dubium præsumitur pro matrimonio, quod fieri dẽt, sup. de spõ. iuuenis, & ar. s. de matr cõtrac. contra interd. ecclef. ca. 1. ff. de reg. iur. in ambiguis. & ff. de inr. do. 1. ambiguis. uisi qñ dubitatẽ, an cõtractũ sit matrimonium: quia clã destinũ est, quo casu potius præsumitẽ ad ulterium, quam matrimonium. 30. q. 5. aliter. & argum. s. de clande. desponsi. capitul. 2.

d ¶ Nullatenus exigẽdũ.] Hoc ẽ ppter cõ scientiam dubiã, ex probabili causa, Similẽ inf. de sent. excom. inquisitioni, in fi.

[Glo. seq. exponit argum. soluit, & dat simile per modum conuersum.

e ¶ Adulterinis.] Hoc intellige, si postquam intellexerit pro certo de vita prioris mariti, cum secundo remaneat: quia statim est adulterium, & non ante. 34. quæst. 2. cum per bellicam. & est argum. quod matrimonium quod ab initio ualuit, tractu temporis infirmatur, ff. de iud. si alter. & l. si a me. Sed non fuit matrimonium ab initio in ueritate, sed nunc primo declaratur matrimonium non fuisse, sicut econuerso, & ex futuro euentu apparet matrimonium ab initio fuisse, sup. de frig. & malef. fraternitats. in fi.

Vir autem.] CASVS. Dicitur hic, quod bigamus uel bigama non debent aliquo modo a sacerdote benedici, cum alias fuerint benedicti. hoc habes 31. q. 1. quemadmodum. Nota mulieres secundo nubentes, nõ esse a presbytero benedicendas.

...monium est ex ijs sacris, q nequeunt iterari. Vide S. Th. 4. sent. dist. 42. q. 3. art. 2.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cõp. huc spectant tradita sup. de spon. c. in præsentia.

† Vigo.

† Vig. sed in Vaticanis, ut est impressum.

† Cap. 1. eo. ti. in 1. compi. & post concil. Lat sub. Alc. iij. par. 9. cap. 1...

¶ Bened

ſiens, non debet à p̃sbytero benedici, [a] quia cũ alia vice benedicti ſint, eorum benedictio iterari [b] nõ dẽt. 10

¶Idem Exonen. Epiſcopo.

¶ *Mulier nubens infra annum lugubrem, infamiam non incurrit h.d. cũ ſequenti. Abbas Siculus.*

CAP. IIII.

SVper † illa q̃ſtione, qua quęſitum eſt, an mulier poſſit ſine infamia nubere infra tempus luct⁹ ſecundum leges diffinitum. † Reſpondemus, quod cũ Apoſtol⁹ dicat mulier viro ſuo mortuo, ſoluta eſt a lege viri ſui: in Dño nubat, [c] cui voluerit: per licẽtiã [d] 30 & auctoritatem Apoſtoli, eius infamia [e] aboletur.

¶Inn. iij. P. nobili mulieri.

¶ *Sũmatur vt præcedẽs.*

CAP. V.

CVm † (ſm Apoſtol.) mulier mortuo viro ſuo, ab eius ſit lege ſoluta, & nubẽdi cui vult [f] tantum in domino liberã habeat facultatẽ, non debet 20 legalis infamiæ [g] ſuſtinere iacturam, quæ licet poſt viri obitum infra tempus luctus (ſcilicet vnius anni ſpatium) nubat, concesſa ſibi tamen ab Apoſtolo [h] vtitur poteſtate, cũ [i] in his p̃ertim ſeculares leges, ñ dedignent ſacros canones imitari.

a ¶ Benedici.] ſupra eod. cap. 1. vbi de hoc.

{Glo. ſeq. ponit rõnẽ prohibitæ iterationis, & duo ſacramenta, q̃ iterant, & de pænitentia ſolẽni ſubdit: conſuetudinem quorundã locorũ, dicẽs, quo caſu excuſet.

b ¶ Iterari.] Sacramenta enim iterari 1 non debent, 1. quæſt. 1. hanc regulam, & c. hi q. ne fiat eis iniuria, 1. q. 1 q̃d quidã. & de cõſe. diſt. 4. oſtẽditur. 33. q. 7. quemadmodũ. & c. ne ſanc. bapt. ite l. 1. & 2. Videcet. n. ꝙ ſacramentum huiuſmodi non fuiſſet collatum, vel quod inefficax fuiſſet omnino, & ſic fieret iniuria ei, 1. q. 1. ſacramenta. Tamen pænitentia bene iteratur, de pæn. diſt. 3. adhuc inſtant. fallit etiam ſecundum quoſdam in extrema vnctiõe. Quid enim impediret hanc iterari, cum non 2 ſit ſacrm̃, ſed oratio ſuper hominem 1. q. 1. manus. & ſolemnis pęnitentia non iteratur. 50. di. quamuis, & c. ĩ capite. Gratianus tamen dicit, ꝙ iteratur ſecundum conſuetudinem quorundam, de pænit. diſt. 3. §. ex perſona. & benedictio iſta cum aliquis ſecundã duxit virginẽ. iterat ſecundum conſuetudinem quorundam locorũ, & hoc ſi Papa ſciat talem conſuetudinem, alias non licet.

SVper illa.] Ponit quæſtionem cui reſpondet, ibi, Reſpondemus. Abbas Sicul.

CASVS. Secundum leges, ſi mulier mortuo viro inf. annum nubat, efficitur infamis: Quæritur, an ſecundũ 40 canones ita ſit? Reſpondet Papa, quod cum dicat Apoſtol⁹: mulier viro ſuo mortuo ſoluta eſt a lege viri: nubat in Domino cui vult: ex licentia Apoſtoli omnis infamia aboletur: nec debet legalis infamiæ ſuſtinere iacturam: quoniam in his ſacrę leges non dedignantur ſacros canones imitari.

c ¶ In Domino nubat.] inf. c. proxi. ergo cum Apoſtolus nullum tempus adiiciat, nec nos adiicere debem⁹, 31. q. 1. ꝙ ſi dormierit, & 2. q. 5. cõſuluiſti. & ſupra de tranſlat. inter corporalia. ſoli ergo honeſtati ſuę cõſulat mulier. quia ſtatim licet, ex quo tempus nõ adiici- 50 tur. Inſtit. de verb. oblg. §. pure.

d ¶ Per licentiã.] quæ intelligitur interuenire, eo ipſo, ꝙ non prohibetur, vt 22. q. 1. ſunt nonnulli.

e ¶ Infamia.] inf. c. proxi.

CVm ſecundum.] Præmiſſa ratione ponit dictũ, & ſoluit obſtaculum. Abbas Siculus.

f ¶ Cui vult.] ſic 7. q. 1. ſicut alterius, & ſup. c. proxi.

{Glo. ſequens inducit legem, & eius cauſam: ſecundo tractat, an canon liberet illam etiam à pœna legali & primo dicit quod ſic: ſecũdo ponit opinionem cõtrariam.

g ¶ Legalis ĩfamię.] quam inflixit lex ei quæ nubit infra annum, ne turbaretur ſanguis, & de prole dubitaretur. 3 C. de repu. conſenſu. §. ſi vero. ff. de his q̃ no. infa. l. liberum. §. 2. Et not. quod canones iſti nõ ſolum talem mulierem liberant ab infamia, ſed omni pœna quam exprimit lex. C. de ſecun. nupt. l. 1. & in authen. iiſdem pœnis. & in Authen. d̃ reſtitu. & ea quæ pa. §. vlt. coll. 4. Nec debet dici infamis in foro ciuili, ex quo per eccleſiam & licentiam Apoſtoli remiſſa eſt, argument. ſupra. q̃ filij ſint legi. per venerabilem. & 2. quęſt. 3. §. hinc colligitur. Quidam tamen dicunt, quòd propterea non euadit pœnã illam, qua priuatur ante nuptiali donatione. Authent. prædi. de reſtitut. & ea quę par. §. vlti. coll. 4. quæ virum ſuum ita velociter dehoneſtauit. vt appareat etiam eo viuente, eam non caſte vixiſſe, vt ibi dicitur: & ideo perdere debet quicquid ex liberalitate vni ad eam potuit peruenire nec eccleſia 40 in hoc potuit 4 pœnam illam tollere: quia quandam ingratitudinẽ videtur mulier commiſiſſe, argum. ſup. de dona. propter nupt. nec eſt hoc contra Apoſtolum, ſup. de diuort. gaudemus.

h ¶ Concesſa ſibi tamen ab Apoſto.] quam alicui auferre non poſſumus, 28. diſt. de his, beneficiũ enim iuris nemini eſt auferẽdum, 5. diſt. ad eius vero. ff. de re iudic. l. 4. §. ſi quis condemnatus. & beneficium principis latiſſime interpretandum eſt, ff. de conſtit. prin. beneficium, & ſic ad omnes mulieres hoc beneficium extenditur.

50 i ¶ Cum in his.] ſ. matrimonijs contrahendis, in quibus ſacræ leges ſacros canones imitantur. in Authẽti. quomodo oportet epiſcop. §. vlti. col. 1. & in Authent. vt cleri. apud proprios epiſcopos. §. vlt. col. 6. & ſup. de iudicijs. at ſi clerici. & in Authent. de eccleſ. titu. circa princ. coll. 9.

1 Hoc verũ de ſacramentis imprimẽtibus charactерem.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. compila. & poſt concil. Late.

† Habetur in l. 1. ff. de his qui no. infa. & in l. 1. C. de ſecũ. nup. 1. Corin. 7. & ad Rom. c. 7.

2 Imo ẽ vnũ de ſeptem eccleſiæ ſacramentis, & cõtrarium aſſerere eſt hæreſis demũ dãnata in concil. Tri. ſeſ. 7. de ſacramentis. canon. 1. & ſeſſ. 14. de ſacramento extre. vnctionis. c. 2. & ibidem eo. tit. cano. 1. adde Sotum lib. 4. ſent. diſt. 23. q. 1. ar. 1. vbi pleniſſime. adde Lindanũ li. 4. c. 28. Panoplię Euangelicæ.

† Cap. vnic. eod. tit. in 2. cõp.

Rom. c. 7. & 1. Cor. 7.

3 Plures alię cauſæ notantur ĩ §. item in Leuitico. 27. quæſt. 2.

4 Imo potuit quicquid hic dicat Berna. cui ſtandum non eſt.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER QVINTVS.

TITVLVS I.

De accusationibus, inquisitionibus, & denunciationibus.

¶ Felix Papa.

¶ *De persona accusatoris prius quærendum est in iudicio.*

CAP. I.

SI † legitim[9] [a] nō fuerit accusator, non fatigetur [b] accusatus.

¶ Idem episcopis per Galliam constitutis.

¶ *A denūciatione repellitur is, qui non præmonuit.*

CAP. II.

SI † quis episcopus ab illis accusatoribus [c] qui recipiēdi sunt, accusatus [d] fuerit, postquā ab eis charitatiue [e] conuentus [f] fuerit, vt causam emendet, & eam corrigere noluerit; nō olim, [g] sed nunc [h] ad primates causæ eius canonice deferantur.

¶ Gregorius † duci Campaniæ.

¶ *Criminatio prælati debet tractari coràm illis, quorum interest.*

CAP. III.

ILla † præpositorum; & infra.

¶ Si vero aliqs est de monasterio [i] pdicti abbatis, q

LIBER QVINTVS.

DE ACCVSATIONIBVS, &c.

¶ Duobus modis potest continuari: Primo ad præcedentia: Secundo ad sequentia. Primo sic: Supra visum est de accusationib[9] ciuilibus, sequit vidare de criminal.b[9] & pœnis eorū. vel sic & secundo ad sequentia: Tractatu[9] auctor in quinto de criminib[9] & pœnis eorū, quia super eis quandoque procedi tur per accusationē, quandoq; per inquisitionem, quādoque per denūciationem: ideo primo de his p mittit. Abb. Siculus. ¶ De hac materia tractatur, 2.q.7.& q.8. & 3.quæst.4.& q.5. & q.9.& q.10.& 11. & 4.q.1.& q.4.& q.5.& q.6.& 15.q.3. per totum.

SI legitim[9] Ad petitionem illegitimi accusatoris reus nō est ad iudiciū trahēdus, h.d. Et nō diuiditur. Abbas. Casus patet No. ꝙ criminosus nō potest alium accusare. [Glo. sequen. ponit & repetit tria, quæ faciunt accusatorem non legitimum.]

a ¶ Legitimus.] legitimus ideo dicit, quia si sit criminosus, nō potest alium accusare, 3.q.7.qui sine & cap. postulatus. & qui trabem gestat in oculo, festucam de oculo fratris non potest eruere. eadem causa. & q.ea.§. tria, ver. porro, in fi.& 1.q.1.multi.& 6.q.1.qui crimē qui enim alium accusat, debet esse bonæ famæ, non suspectus, per iura prædicta: si enim ad denunciandū viles personæ non admittuntur, vt s.de spon. cū in tua. multo fortius nec ad accusandum, itē nec debent esse inimici, inf. eod. cum oporteat, & c. cū P. Manconella. & c. meminimus: Debet enim esse sine crimine, nō inimicus bonæ famæ & opinionis, qui aliū accusat, aliàs non est legitimus accusator: Criminosus enim criminosum accusare non potest, aut etiam denunciare.

ADDITIO. Multæ aliæ sunt personę, quæ accusare non possunt: unde Versus.

Hi nō accusant, quos metra sequētia signāt.
Femina, pupillus, delatus, crimine tentus,
Suspectus, quæstu corruptus, sortilegusq́ue:
Infamis, seruus, pauper, cum milite princeps:
Libertus, socius socium, nec non inimici:
Clericus ecclesiam nullus deferre valebit.

[Glo. sequens exponit litteram, ponit exceptionem, & congruentiam rubricæ.

b ¶ Non fatigetur,] sed repellatur accusator, & absoluatur reus ab obseruatione iudicij, 7.q.vlt.c.accusator, nisi fuerit infamatus: quia tunc debet indici ei purgatio, 1.2.quęst.5.presbyter.2.& 7. de pur.can.capi.cum P. Et hæc decret. pertinet ad primam partem rubricæ.

SI quis episcopus.] CASVS. Dicitur in capitulo isto quod si aliquis, qui dignus sit, voluerit denunciare episcopum suum super aliquibus excessibus suis, debet illum charitatiue admonere, vt se emendet: Si autem se corrigere noluerit, post modum causam eius deferat ad primates, alioquin charitatiua & legitima admonitione omissa, à denūciando repellitur. Nota quòd ad denunciandum non debet admitti, qui legitime non præmonuit, & charitatiue.

c ¶ Accusatoribus.] id est, denūciatorib.

d ¶ Accusatus.] id est denunciatus.

[Gloss. seq. arg. quod accusās, & c. soluit.]

e ¶ Charitatiue.] Arg. ꝙ admonitio sēper est præmittenda ante accusationem, & ante vindictam. 2.12.q.2. indigne.& 16. q.1. quidam monachi. & quæstio.7. omnes decimæ.& vigesima quarta quæstione tertia. de illicita. & infra de sententen. excommunicat. sacro. Cum agitur in modum denunciationis ad pœnitentiam, tunc necessaria est admonitio secundum Euangelicam veritatem, sup. de iud. nouit.& 2.quæst.1.si peccauerit. & inf. de simon. licet Hely. & inf. eo. cap. cum dilectus. in quo casu loquitur hoc capitulum, & ita pertinet ad vltimam partem rubricæ, & vbi dicit, accusatoribus, expone, id est, denunciatoribus: Accusatus, id est, denunciatus: vt dictum est.

f ¶ Conuentus,] id est, admonitus, vt sequens littera indicat.

g ¶ Non olim,] id est, non ante admonitionem admittatur ad denunciandum.

h ¶ Nunc,] id est, post admonitionem debet admitti, vt dictum est.

ILla præpositorum.] Illi debent accusare, quorum intereſt: alias accusatio est nulla. hoc dicit Et primo ponitur decisum factum. Secundo dispositio, ibi, Si vero. Abb.

CASVS. Quidam Abbas infamatus erat apud Papam: vnde mandat duci Campaniæ, quod si aliquis est de monasterio ipsius Abbatis, qui velit aliquid dicere contra ipsum Abbatem accusando, uel denunciando, Papa paratus est audire ipsum cum illis, quorum interest, & causam districte perscrutari, condemnando ipsum uel absoluendo. Nota quod monachi possunt Abbatem suum accusare uel denunciare. Item Episcopus hāc causam debet inquirere cum canonicis suis. Item sententia debet continere condemnationem uel absolutionem.

[Glossa sequens cum ultim. duo notat ex textu, quæ patent.]

i ¶ De monasterio.] Nota quod non debent admitti ad denunciādum, nisi illi quorū interest ut monachi, ut hic,

---

† Cap.1.eo. tit.in 1.cōp. Et vide Bal. in l.damni. §. si alieno. ff.de dā.infe.

1 Vel ex offo suo iudex inquiret. infra eo. qualiter & inf. de col lu. dete. c.1. Ala.Io.And.

† Cap.8.eod. tit. in 1.cōp.

† Vide de materia B.Tho. 2.2.q. 33.ar. 7. Vnde etiā intelliges gl. hic.

† Lib.8.epistola 12. registri.

2 Idque obtinet, siue agatur de correctione inferioris, ut ī canonibus hic allegatis: siue de correctione patris ut hic. uide Ioan. And.

† Cap.5. eo. tit.in 1.cōp. Vide omnino B.Tho.2. 2.q.3.ar.4.

vt hic, aut etiam patroni, 16. quæst. vlt. filijs aut etiam parochiani. 63. dist. vota ciuiũ. & 7. quæst. 1. factus est.
a ¶ Dicere.] id est, accusare inf. eo. ex parte, & 2. quæst. 4. Euphemiũ. Sed potius loquitur in modum inquisitionis siue denunciationis, in quo casu tenentur ad denunciandũ, ut 2. q. 6. qua ꝓpter. & argumen. sup. de cog. spi. tua. ad hoc enim quilibet tenetur etiam si iurasset 1 nõ denunciare, sup. de iureiurand. quemadmodum.
b ¶ Quorũ interest.] scilicet fratrum suorum, 86. dist. si quid.
c ¶ Condemnetur.] Hoc sp det cõtinere diffinitiua snĩa, cõdẽnationẽ vel absolutionẽ, alias ñ tenet. 2. qõ. 6. §. diffinitiua & 23. q. 4. illud ẽt, vł equipollẽs, ĩ. de verbo. sign. in his, & ff. de arbitr. q̃ tñ. §. si arbiter. sic & snĩa, q̃ sine certa quãtitate profertur, nulla est, nec. in aliqua parte actorũ hoc reperit̃, C. de sent. quæ sine cert. quantit. prolata est. l. pen. & vlt. Tã.

1 Faciunt q̃ tradit̃ Beat. Tho. 2. 2. q. 70. art. 1. ad 2. argum.

† Scilicet Gregorius libr. 4. epi. 34. capit. 78. in dist. 13. registri.

† Cap. 6. eo. tit. in 1. cõpi. Vide Anch. in ca. meminimus. inf. eod.

possit dicere, [a] qđ ad culpam reatumque eis pertineat. Nos cũ eis quorum [b] ĩterest, cãm districte volumus perscrutari, vt vel cõdemnetur, [c] vel absoluat̃.

¶ Idẽ † Cõstãtię Augustę.

¶ *Qui de aliquo crimine accusatur vel denũciat̃, interĩ promoueri non põt.*

CAP. IIII.

OMnipotens † Deus, & infra.

¶ Valde graue est, vt vir, đ quo tanta & talia nunciãtur [d] (cum ante requiri & discuti debeant) honoretur. [e]

¶ Paschalis Papa.

¶ *Eps̃ per exceptionẽ criminis illũ ab accusatione sua repellere nõ potest, quẽ ante a sua familiaritate neglexerit separare.*

OMnipotẽs.] CASVS. Dr̃ hic, ꝙ si aliq̃s infamat̃, nõ debet ad honores ꝓmoueri, donecđ hoc ingratur, vel inde se purgauerit. No. quod opinio promouendi ad honores uacillare nõ debet, & sic pendente accusatione promoueri non debet.
d ¶ Nunciantur.] Et sic ad ultimam partem tituli pertinet, cum etiam aliquis accusatur, aut denunciatur uel etiam inquiritur, grauata est statim eius opinio, ut interim non debeat promoueri, 81. distinctione, tantis Daniel. & sup. de testi. capit. ult. C. de procu. re. & ff. de mun. & honor. l. reus. 1. respo. nisi post annum, ut ea. l. reus. §. eum.
e ¶ Honoretur.] id est, ad honorem promoueatur.
NVlli episcoporum.] CASVS. Quidam familiaris episcopi uolebat ipsum episcopum accusare, opponebatur sibi, qđ erat uilis opinionis, & malæ famæ: quæritur, utrum sit admittendus: Respon. Papa, quod nõ licet episcopo illum a sua accusatione repellere, quem a se separare neglexerit antequam accusaret eundem. Nota quod semel approbaui, iterũ reprobare non possum.
f ¶ Repellere.] Iudex tamen ex officio suo potest repellere accusatorem. si non fuerit idoneus. ar. 2. q. 7. alieni. & c. si qui sunt. & c. quęrendum. ff. de postulãdo quos prohibet. & sup. de excep. exceptionem. in fin. & ff. de pe. hære. l. ult.
g ¶ Familiaritate.] Non enim modo potest reprobare etiam mores, quos prius approbauit, ff. de adulter. si uxor. in fine. & 32. quæstio. 5. horrendus, & supra de filijs presbyter. ueniens. ff de neg. gest. Pomponius. sed cõtra. 2. q. 7. alieni. & 3. q. ult. §. si quis ex familiarib. & C. qui accusare nõ pñt. iniquũ. Imo uidetur quod criminosus criminosum accusare possit, 2. q. 7. §. in hoc, & C. de. hęre. quoniã. & C. de inoff. te. in arena, ar. ꝙ nullus criminosus reputat̃ legitima persona ad accusandum, vel ad denunciandum, ut dixi sup. c. 1. arg. C. de adul. qm̃. 32. q. 6. nihil iniquius, & C. de liber. caus. si filium, vel forsitan iste eps̃ accusabatur de crimine excepto, quia & erat malæ famæ, 2. q. 1. in primis. vnde admittebantur uiles personæ contra eũ. Sed dic ꝙ speciale est in ep̃is, & ĩ odiũ ipsorum statutũ, q̃a debent secum habere honestas ꝑsonas, q̃ perhibeãt testimonium de vita eorũ, 2. q. 7. cum pastoris. Et iõ si prauos & viles habent secũ, sibi imputent. alias vilis ꝑsona nõ est audiẽda, ut dixi, s̃. eo. c. 1. Vel forte superior ex officio suo posset tales repellere, vt dicitur in prin. c. & in præcedenti notula.

CAP. V.

NVlli † ep̃orum ab accusatione sua repellere [f] liceat, quos antequã se ab eis impetẽdũ cognosceret, a sua cõi familiaritate [g] neglexerit separare.

¶ Ex cõcil. Moguntino. †

¶ *Absolutus de certo crimine, de eodem iterum accusari non potest.*

CAP. VI.

DE his criminibus, de quibus absolutus est accusatus, non potest accusatio replicari. [h]

¶ Stephanus Papa. †

¶ *Cohabitantes inimicis accusati, ab accusatione repelluntur.*

CAP. VII.

REpellantur ab accusatione cohabitantes [i]

DE his.] Non diuiditur, quia continet vnum dictum. Abb. Sic.
CASVS. Dr̃ hic, ꝙ si aliquis est absolutus de crimine, de quo fuit accusatus, non debet iterum accusari de eodem. Not. ꝙ crimina semel dimissa, iterũ vindicari nõ debẽt.
[Glo. seq. trac. de triplici absolõne criminis. Prima per dispensationẽ. Secunda per sentẽtiam crimine nõ probato. Tertia p pnĩam. prima impedit accusationẽ, & scđa r[illegible] fallit in duob. casib. tertia nõ.
h ¶ Replicari.] q̃a si ꝓbato crimine iudex cũ illo dispẽsauit, si fuit tale crimẽ, qđ potuit dispẽsare, crĩa semel dimissa, iterũ in ultionẽ diuina clemẽtia venire nõ patit̃, de pœn. d. 4. diuina clemẽtia. ad fin. d. & 23. q. 4. si illic. ubi de hoc, & 2. q. 3. §. notandũ. Si vero absolutus est, q̃a accusator non probauit, tutus est, q̃a de delicto vnius hoĩs sępius q̃ri nõ dẽt, ff. nau. cau. licet. §. vlt. & 35. q. 9. veniã, & hoc verũ est, nisi ĩ duob. casib. puta si scđs accusator primũ doceat p̃uaricatũ fuisse, ff. de p̃uari. l. 3. C. de accus. si q̃s homicidij. & de coll. c. 1. Itẽ si suũ dolor ẽ ꝓsequat̃ ignorãs accusationẽ ab alio institutã. ff. de accus. si cui. §. ijsdem. Et hoc intellige, cũ actum est in forma iudicij: Si aũt pnĩam egisset occulte, quo ad Deũ absolutus 2 est, sed accusatio in iudicio faciẽda, nõ cessat propter hoc, 33. q. 2. admonere. V. n.
REpellantur.] Primo ponit statutum. Secundo rationem ibi. Quia. Abb.
CASVS. Dr̃ hic, ꝙ illi, qui morant̃ cũ inimicis meis, a mea dẽnt accusatiõe repelli, cũ mei inimici p̃sumant̃: quia affectio amicitię solet incitare hmõi accusat. No. ꝙ cũ inimicis meis habitãtes, ĩimici mei p̃sumunt̃ itẽ aliq̃d ex cohabitatione p̃sumit̃, qđ alũs non p̃sumeret.
[Glo. seq. coadiuuat tex. per 4. iura signat contrariũ de duob. iuribus, & arg. ex cohabitatione præsumi.
i ¶ Cohabitãtes.] nõ solũ inimici, sed eis cohabitãtes repellant̃, q̃a ex hoc inimici p̃sumunt̃, 4. q. 3. §. itẽ testes, & ĩ. eo. cũ oporteat, C. de inof. test. liber. 93. di. si inimicus. ar. s̃. ff. ꝓ soc. Nã socius socij mei, nõ est socius meus, & 81. d. legit̃, & est ar. ex cohabitatione p̃sumẽdũ ꝓ aliquo, uel c̃ aliquẽ, 18. q. 2. diffinimus, & s̃. eo. nulli. & s̃. de of. dele. ĩsinuãte. 3. q. 5. accusatores.

1 Id est in pœnã ep̃orũ parã curãtiũ honorẽ suũ ut mox subdit glossa.

† Cap. 3. eod. tit. in 1. cõp. refert Gratianus siue Palea. 3. q. 5. ca. nulli episcoporum.

† Sed in concilijs editis nõdũ hoc est inuentũ; refert tñ Burchardus, lib. 16. decr. c. 9. & c. 4. eo. tit. in 1. compil.

† Scilicet primus. in epistol. 2. oĩbus ep̃is & ca. 7 eod. tit. in 1. compil.

2 Hoc est, licet quo ad Deũ absolutus sit, in foro tñ exteriori potest accusari & puniri & hæc sñia glossæ est cõis, vt late dixi lib. 2. cõmen. in Directoriũ inquisitorũ. Schol. 20. §. Rursus altera.

inimicis. Quia infestationes blasphemiæ affectio solet amicitiæ [a] incitare.

¶Ex Brocardico † li.xliiij.

¶ Ponit pœnitentiam accusatoris calumniosi, cū sequitur inde mors, vel membri debilitatio.

CAP. VIII.

ACcusasti aliquem, & per tuā [b] accusationē occisus est, nisi pro pace [c] [hoc feceris,] quadraginta dies ī pane & aqua (quod carina [d] vocatur) cū septē sequētib. annis pęniteas. Si autē per tuā delaturā debilitatus [e] est, per tres debes quadragesimas pænitere.

¶ Augustinus † super Genesi de morte Abel.

¶ Super notorio procedit iudex, nemine accusante.

CAP. IX.

EVidentia patrati sceleris, [f] nō indiget clamore [g] accusatoris.

¶ Alexander iij. Caitur. † electo.

¶ Laici vel inimici clericos accusare nō possunt.

CAP. X.

CVm † P. Manconella ṗsbyter ex vna parte, & Bonus ṗsbyter. & I. Bonus Cocti laic⁹ [h] frater ei⁹ ex altera, in nostra essent præsentia constitui, eundem I. quia laicus erat, in dicti P. accusationē non duximus admittendum. Cumque præfatus B. eundem P. super crimine simoniæ constanti⁹ accusaret: nos eum, quia in testimo-

a ¶ Amicitiæ.] 3.q.3. accusatores. propter amicitiam vel odium humanum iudicium sæpe peruertitur, 11. q.3. quatuor.

ADDITIO. Vnde versus.

Quatuor ista, timor, odium, dilectio, census.
Sepe solent hominum rectos peruertere sensus.

ACcusasti.] CASVS. Dicitur hic, q̄ si accusasti aliquem malitiose, & per tuā accusationē mortuus fuerit, septē annis pęnitere debes in pane & aqua, & xl. diebus: Si aūt p tuā accusationē mēbrū amiserit, per tres quadragesimas pęnitere debes. Not. q̄d qui occasionē dāni dat, dānum dedisse videtur.

† Alias ita: ex Brocardico lib.14. sed restituēdum est ita ex Burcardo lib.19. cap.5. & vide notas huius cap.

b ¶ Per tuam.] tātū accusationē calumniosam, & nō culpa sua: nam si quis iuste accuset criminosum, & crimine probato interficiatur reus, immunis est accusator, 23.q.4. illud. & iudex & minister. 23.q.5. cum homo qui malos. & c. iudex. & c. homicidas. & c. miles. in fi.

c ¶ Nisi pro pace.] nō tenetur proprie illud, nisi, quia si ṗprie, sequeretur, q̄ pro pace p posset q̄s accusare alium iniuste, quod non est verū, quasi simile habes 2.q.1. notū. sed pro pace seruanda licitum est accusare, ut boni quiete uiuant, 23.q.5. non frustra, alias accusare mortale peccatum est, scilicet calumniose. Bernar.

† Hoc habet glossa: interlinearis, Genesis c.4. super illis verbis: Vox sanguinis: fratris tui clamat ad me de terra.

d ¶ Carina.] vulgare est Lombardorum, & dicitur a carentia hominum, quia tales recluduntur solitarij per xl. dies ad agendum pęnitentiam: de qua pęnitentia habes 50. dist. in capite. Ber.

e ¶ Debilitatus.] id est, mutilatus in membris.

1 Vide no. ī. c.2. de spon. duorum.

EVidentia.] CASVS. per se patet. Nota, quod in notorijs iuris ordo non requiritur.

f ¶ Sceleris.] id est, scelus quod notorium est per operis euidentiam; & est unus modus notorij, quem & alios habes sup. de coha. cle. & mulie. cap. vlt.

g ¶ Non indiget clamore.] id est, non indiget aliquo proponente accusationem: quia factum se ostendit, argu. ff. de in integ. restitu. l.1. in confessum enim nullæ sunt partes iudicis. ff. ad leg. Aquil. proinde, nisi quo ad sententiam tantum, & quæ in iudicio publicantur, non requirunt accusationem aut etiam probationem, ff. de adul. leg.2. §. si publico & C. de testibus nullum. sic in quocunque notorio, 2 tantum sententia semper est necessaria. Vin.

2 Vide Iuliū Clarum in prac. crim. §. fin. q.9.

CVm P.] Facit tria: primo repellit vnum accusatorem, quia laicus. Secundo repellit alium: quia inimicus: Tertio repugnationem inducit: Secunda ibi, cumque. Tertia ibi sed utrique. Abb. Sic.

CASVS. P. Manconella presbyter ex una parte, & presbyter Bonus, & Ioannes laicus eius frater ex altera, erant in præsentia Papæ: Ioannes laicus cœpit accusare P. Manconellam de simonia; Papa (quia laicus erat) nō admisit eum ad accusandum dictum P. Manconellam: quo repulso presbyter bonus frater eius, cępit illum statim accusare sup crīe simōię, & Papa eum repulit, pro eo q̄ cū idem Ioan. accusasset dictū P. ṗsbyterum Bonum fratrem suum dixit in testimonium contra ipsum P. Et q̄a etiā frater P. dictum Bonum presbyterū de cā consimili accusauit: ideo neutrum illorum admisit in accusationem dicti P. Sed quia vterq; sup obiectis erāt īfamatus, utrique pp infamiam purgationē ī dixit, vñ mandat Papa, q̄ uterq. illorum cū trib. sacerdotibus dēat se purgare. No. q̄ laici clericos accusare non pñt. Itē mutua accusatio repellit̄ quia præsumitur odiosa. Item q̄ tulit testimonium contra aliquem in cā criminali, non potest illum accusare postea. Itē si q̄s accusauit aliquē, & fuit repulsus eius german⁹, repellitur ab illi⁹ accusatione, quia pręsumitur inimicus.

† Gaientur. † Gaiet. sed fortassis legendum Gaiaceñ. & est parua vrbs in Cāpania.

† Ca.12.e.ti. in 1. cōpil. & post cōci. Late, sub Alex. iij. par.50.c.14.

[Gl. sequens notat laicos nō admittendos, &c. in fin. obijcit ad testimonium, & soluit.]

h ¶ Laicus.] Nota quod laici in accusationē vel testimonium clericorum non sunt admittendi: & hoc regulare est nisi suorum uel suam iniuriam prosequantur. 4.q.6. omnibus. nec tunc ad testimonium: q̄a in facto suo nemo testis idoneus est, sup. de testi. de cetero & 2.q.1. prohibentur, & 4.q.3. §. item omnibus. & hoc uerum est, nisi in criminibus exceptis, vt est crimen simoniæ. hæresis, & lęsæ maiestatis, īf. d̄ simo. tanta. & 2.qō.7. sacerdotes, & cap. oues. 15.q.3. sane. C. de epi. & clericis, si quemquam. & in his casibus & cōsimilibus, admittuntur, si bono zelo & non odio procedant, quia tunc nec ad accusandum, nec ad testificandum admittunt̄, inf. de simo. licet Hely. & cap. per tuas. & inf. eo. meminimus, & c. cum oporteat. Inimici in nullo casu admittuntur. 1 Laici enim bonæ famæ admittunt̄ in huiusmodi exceptis criminib⁹, sed si laici sint malæ famæ, & uiles personæ, tunc distinguitur. Si cleric⁹ sup illo crimine sit īfamatus & malæ opinionis admittuntur laici, & uiles ṗsonæ: Si uero sit bonæ famæ & opinionis non admittuntur, & hoc bene colligit̄ 1. quęst. 2. in primis. ad fin. & inf. de simo. tanta. & c. p tuas. & hoc exceptis conspiratorib. & inimicis, ut dixi, & excipitur particeps criminis, sup. de testi. ueniens. Et test. vilibus sine corporali tormento 2 credi non debet, vt 2.q.1. in primis. ad fi. sed accusator nō torquetur, 4.q.3. §. si autē ea rei, Et sic Ioā iste (quia laicus erat) nō admittitur

1 Hoc ver[...] si sint capi[...]les, de qu[...] dixi lat[...] me li.3. ī [...]rectoriū In[...]quisitorum sch.123.

2 Vide Iu[...] Clar. ī pra[...] crim. §. fi. [...] 21. & qu[...] scripsi lib. [...] ī director[...] sch.121.

mittitur contra clericum. Sed quare repellitur, cum accuſaret illum de ſimonia, quæ eſt crimen exceptum, & quia etiã erat infamatus, ut patet ex eo quod indr̃ purgatio illi? Reſpondeo, quia erant inimici: quod bene colligitur propter mutuas accuſationes, & officia permiſta, ut patet ex ipſa littera.

niũ illius[a] cauſę adductus fuerat. & quia prædictus I. frater eius, ipſum P. corã te prius accuſauerat ab accuſatione repulimus: pręſertim † cum frater P. memoratum, B. antea de cauſa conſimili accuſaſſet, vnde quoniã vnus poſt alterum prædictum P. inſtanti viciſſitudine accuſabãt; neutrũ ad eius accuſationem admiſimus. Sed utrique p̃sbytero de obiectis criminibus, purgationẽ[b] † duximus indicendam. Ideoque mãdamus quatenus, uterque illorum cũ tribus,[c] ſacerdotibus faciat ſe purgare. †

¶ Idem Vigorieñ. epiſco.

¶ *Monachus accuſare poteſt Abbatem, & de bonis monaſterij expenſas litis neceſſarias habebit.*

a ¶ Illius cauſæ.] ſcilicet Ioãnis laici fratris B. Iſte enim Io. pri⁹ accuſauerat forte ipſum P. coram Epiſcopo, & B. fratrem ſuum induxit in teſtem, ut hic uidetur, & ideo ipſe repellitur tanquam inimicus. inf. eodem meminimus.

b ¶ Purgationem.] quia uterque fuerat infamatus, inf. de ſimo. de hoc. & c. inſinuatum. alias non eſſet indicenda purgatio. 15. quæſt. 5. de crimine.

[Glo. ſeq. q̃rit, & ſoluit, iterum quærit & diſtinguit.

c ¶ Cum tribus.] Arbitrari⁹. n. eſt numerus purgatorum, ſecundum arbitriũ p̃ſidentis, & qualitatẽ infamationis, ar. 2. q. 5. omnibus. c. p̃ſbyter. ſimi. infra. de pur. ca. inter ſolicitudines. Nunquid epiſcopus põt diminuere de hoc numero, ex quo præfigitur a Papa? ex quo eſt arbitrarius? Dicas ꝙ nõ, poſtquam Papa ſtatuit, ar. s̃. de offi. deleg. de cauſis, §. ult. Quid ſi non poteſt habere compurgatores. Diſtingue, ſi hoc cõtingat ex eo, ꝙ eſt taliter infamatus. tunc puniri debet tanquam conuictus. infr. de ſimo. inſinuatum, & infr. de purgato. cano. cum P quæ eſt pars huius. Si uero non poteſt habere, quia eſt aduena, poteſt credi ſuo iuramento ceſſante probatione, argumẽ. ſupra de iureiu. cap. ult. & ff. de his qui no. infa. furti. accipe. §. qui iuſſu. uer. ſed & ſi iure. in Authen. ut nulli liceat habere loci ſeru. §. neceſſarium. uerſi. ſi uero crimen, coll. 9. C. de cuſto. & exhib. re. authen. nouo iure. Quid ſi habet bonos laicos? admittuntur, ar. 2. quæſtio. prima in prin. s. Vincent.

EX parte tua.] Tres ſunt partes. Secunda ibi, Licet. Tertia ibi, Quibus. Abbas.

CASVS. Monachi debent Abbati obedientiam & reuerentiam? Dubitabatur, vtrum hoc non obſtante poſſint ipſum Abbatem accuſare? Reſpondet Papa quod monachi non ſunt repellendi ab accuſatione Abbatis, pro eo quod de obedientia & ſubiectione ipſius noſcũtur eſſe, niſi alia rationablis cauſa impediat; quibus debent de bonis monaſterij expenſæ neceſſariæ miniſtrari, vſque ad finem cauſæ, cum proprium non habeant. Nota quod ſubditus poteſt accuſare ſuum prælatum non obſtante obedientia.

d ¶ Alia rationabilis cauſa.] puta ꝙ eſſent excõmunicati, ſup. de except. exceptionem. Vel ſi eſſent inimici vel conſpiratores, infr. eod. meminimus. & ĩ. de ſimo. per tuas. & ĩ. eo. cum oporteat. & in caſu ĩ. eo. veniens, vt dixi. ſup. eo. c. 1. Sed pro eo ꝙ obedientiam promiſit, nõ repellitur ab eius accuſatione: i hoc. n. ꝙ malus eſt, non tenetur obedire ei, imo potius tenetur illũ denũciare ſiue accuſare, cũ eorũ interſit, s̃. eo. illa. & 11. q. 3. nõ ſp. & c. Iulianus. ar. s̃. de maio. & obe. dilecti. in fin. & 2. q. 7. quapp. 10. q. 2. epiſco. 17. q. 4. q̃ſti ſunt. & qa utilitatẽ eccl'æ ꝓcurãt, dẽnt eis expenſę ab eccl'a miniſtrari, ut hic dicit, & ĩ. e. olim. & ipſe Abbas dẽt hẽre expenſas, 1 ut ſe defendat vſque ad finem cãæ.

[Gl. ſeq ponit caſũ exceptum: rationem reddit. text. dicit, qđ determinare poſsũt. ſignat huic contrarium, format q̃õnẽ de monacho, qui eſt in ſcholis, & ſoluit]

e ¶ Licet alios &c.] Alios vero accuſare non poſſunt, niſi interſit monaſterij, de licentia tamen abbatis, 16. q. 1. monachi, cum mortui ſint mũdo, ea. cauſa. q. 1. placuit: & non tantum humanis uocib. ſed diuinis mortui sũt, 2. q. 7. placuit. Funeſta eſt eorum uox, vt ibi dicitur. i. ſemper flere debent, & triſtes eſſe, 16. q. 1. placuit. Denunciare autem poſſunt ad pænitẽtiam quemlibet Chriſtianũ: quia cuilibet dictũ uidetur; ſi peccauerit in te, &c. nulla facta exceptione: maxime ſi dr̃ eſſe præceptum, arg. s̃. de iureiuran. quemadmodũ. Sed contra vr̃ dicere prædictum c. placuit, ubi dicitur, quod monaſterium exire non debet monachus, ſed tanquam mortuus ibi eſſe. Sed pone. monachus eſt in ſcholis 2 de licentia Abbatis: nunquid poteſt accuſare vel aliter agere? Reſpondetur, poteſt, ſi eius intereſt: quia eo ipſo quod monachus de licentia Abbatis eſt in ſcholis, per conſequens omnia ei conceſſa intelliguntur, ſine quibus commode non poſſet uiuere, argum. ſup. de offi. deleg. præterea. cap. prudentiam, §. ſexta, & c. ſuſpicionis: tamen pro alienis debitis intercedere non poſſet, ut per hoc monaſterium obligaret, cum hoc nõ intellexerit abbas, ar. s̃. de fideiuſſ. quod quibuſdam. & s̃. de ſol. ſi quorundam; niſi quantum pertinet ad propriam neceſſitatem, & hoc ſi Abbas ei concedat. T.

f ¶ Expenſæ neceſſariæ.] Ar. aduerſarium aduerſario cõpellendum in expenſis prouidere contra ſe, arg. ff. de in offic. teſtam. ſi inſtituta. §. 3. C. de Carb. edic. l. ult. C. de or. cog. l. ult. §. 1. uer. nam ſi tales. & iſtæ expenſæ neceſſariæ tantum erũt, ſine quib. cauſa explicari nõ põt. De expenſis ſatis habes. s̃. de dolo. & cont. finem litib.

CAP. XI.

EX† parte tua, & infra. ¶ Prudentiæ tuæ taliter reſpondemus, qđ monachi (niſi alia rationabilis[d] cauſa impediat) eo ꝙ de obediẽtia & ſubiectione Abbatis eſſe noſcũtur, ab † eius accuſatione ſunt nullaten⁹ repellẽdi; Licet[e] alios accuſare nõ poſſint. ¶ Quibus ſi qdẽ, cũ ꝓpriũ non hẽant, de rebus monaſterij expẽſę[f] dẽnt neceſſariæ, donec cã debitum finem accipiat, miniſtrari.

¶ Idem. †

¶ *Presbyter ebrioſus Miſſam celebrans, nõ p̃miſſa digeſtione, eccleſia priuari debet, h. d. ut conueniat omnibus lecturis.*

CAP. XII.

SI conſtiterit[g] quod D. Eccleſia non perpetuo

SI conſtiterit.] Poteſt multipliciter intelligi. Diuiditur. Nam primo inſtruit iudicem, quando contra actorem pronunciandum ſit. Secundo quando contra reum: ibi, Ceterum. Abbas.

[Gloſſa ſequens ponit caſum.]

g ¶ Si conſtiterit.] CASVS. Sacerdos iſte petebat eccleſiam ſibi reſtitui, qua dicebat ſe iniuſte ſpoliatum fuiſſe. Dicebatur in contrarium, quod non erat audiendus: quia non fuerat ſpoliatus cum non intitulatã ſed commendatam habebat tantũm eccleſiam. Item ꝙ quaſi ebrius in taberna ꝑnoctauerat, & nulla dormitio

† Præſertim cum frater eiuſdem P. memoratum B. &c.

† Vide Bernardinum Diaz in pra. crim. cano. c. 10. & Horatium in ſum. tit. de purg. can. vnde illuſtrabitur hic textus & gloſſa.

† purgari.

1 Secundum Ala. & Vinc. etiã ſi ſit ab adminiſtratione remotus, alleg. ff. de inoffi. teſta. ſi inſtituta. Ioa. Andr.

† Cap. 13. e. tit. ĩ 1. comp. & poſt conc. Lateran. ſub Alex. 3. par. 50. c. 16.

† Alias ita: ab eius accuſatione non ſunt vllaten. repellendi.

† Idẽ in Ale. 3. ſed in 2. cõpil. c. 1. eo. ti. Cęleſtino 3. alias Clemẽti tribuitur.

Vide notas huius capitis, ibi de uero legitur intellectu.

2 De hoc ar. vide in terminis p Horatiũ Luciũ tra. de priu. ſcholariũ, in priuileg. 84. adde ĩ Deciſ. capellæ Toloſanæ, q. 2[illegible] & q. 88.

3 Hic caſus Bern. eſt, & ĩ antiquis codicibus reperitur.

ne facta illa nocte, in sequenti die mane Missam celebrauit ipse,& ideo iuste priuatus fuit per iudicē suū, coram quo super his fuerat accusatus: & ipse hæc omnia negabat dicēs, quod canonice in ea fuerat institutus,& iniuste spoliatus, & post appellationē. Mandat Papa primo inquiri de pmissis,quæ si vera sunt, imponat ei silentium super ipsa ecclesia: Si uero ipsam habuerit canonice, & nō fuerit cō uictus de crimine, uel post appellationē, fuerit spoliatus, restituatur ei ecclesia. Bern. Nota quod qui ecclesiam habet commendatam,non dicitur eam proprie possidere,quare non dicitur spoliatus, si inde remoueatur vel expellatur per commendatorem.

a ¶ Commendata.] Sic s̄.de ele. dudū.& 21. q. 1. qui plures. Commendare enim est idem, quod deponere,ff.deposit. Lucius Titius Sempronio. & s̄.de depo. c. j.Qui. n.deponit rē penes alium,possessionē intelligitur retinere,ff.depo.licet, & quādocūq; vult, potest depositum; si ue rem commendatā reuocare. sup. de deposi. bona fides.§. 1.ubi de hoc,& ff.de posit.l.1. §. penulti. & ita licite huic pr̄sbytero potuit auferri ecclesia, cum ipse non possideret,& sic non fuit spoliatus.

b ¶ De vinolentia.] id est 1 ebrietate. alias est de uiolentia:quia forte quandam stuprauerat.

c ¶ In taberna.]44. distin. non oportet.

d ¶ Pernoctauerit.] Pernoctare, noctem totam significat, ff. de verborū signi.vrbana.§.pnoctare, & s̄.de spon.ueniēs 2.

e ¶ Dormitione.] vnde non uidetur ieiunus propter indigestionem, sed pransus celebrasse,quod fieri non debet, de consecrat. dist.1 sacramenta & de consecrat.dist.2.liquido.

f ¶ Ante Episcopum.] sup. de confess. cum super. & præsente aduersario, ff.de confess.certum, §.2.ergo si coram alio non suo iudice,non noceret talis confessio, sup.de iud.at si clerici.

g ¶ Sine coactione.]talis confessio sic per coactionem extorta non præiudicat.31.quæst.2.Lotharius.15.q.6. c.1.C.quo.app.non reci.l.2.& 2.q.6.c.f.n.§.sunt etiam quorum.uer.nullus etiam homicidarum.

h ¶ Conuictus.] vnde priuari non debuit sine culpa. 56.dist.satis peruersum.& 16.q.7.inuentum.

i ¶ Post appellationem.] quod enim post appellationem legitime interpositam fit, debet in irritum reuocari,sup.de offi.deleg.super quæstionum,in fin.& sup. de appellatio. bone.

k ¶ Restitui.] cum fructibus perceptis, sup. de restitu.spol. grauis. ubi de hoc.

† violentia.

† dormitatione.

† Aliás ita: Ceterum si eidem fuerit ecclesia ipsa canonice, &c.

† fuerit. debuit.

† Idem scilicet Alexander.3.sic etiā in ueteri cōpilatione, c. 1. eod.tit.

† Hæc glossa nec ē Bernardi,nec hr̄ in antiquis codicibus.

concessa, sed ad tēpus fuerit cōmendata; [a] & de uinolentia,[b] †& quod in taberna[c] pernoctauerit,[d] ita ꝙ altera die nulla pmissa dormitione. [e] † Missam cātasset,& infra.¶ Si de hoc rationabiliter conuictus fuerit in iudicio ante Episcopum [f] suum siue accusatus, vel ad rationem positus, sine coactione [g] fuerit confessus; ei super eadem ecclesia perpetuum sile ntiū imponatis,ipsum ab impetitione † B. desistere compellentes. ¶ Ceterum † si eidem fuit ecclesia canonice concessa & tradita, & postea de crimine aliquo non fuit † cōuictus [h] propter ꝙ de iure debeat † spoliari, uel post appellatione [i] (sicut aliquando allegauit)ecclesia illa fuerit spoliatus,ipsam ei faciatis restitui, [k] & in pace dimitti.

¶ Idem.†

¶ Inimicus etiā à uoluntaria exceptione repelitur

CAP. XIII.

Meminimus tibi mandasse, ut C.Abbatissę,cuius electionē confirmauimus,munus benedictionis impendere procurares. Sed quia H.pro altera[l] parte à te ad nostram audientiam appellauit,ꝓponens quod de simonia accusaret [m] eandem, mandatum nostrum distulisti effectui mācipare. ¶ Quia uero te non decet in hac parte, appellationi eiusdem H.deferre,cum idem illius manifestus fuerit inimicus, [n] † & contra eā testimonium tulerit; [o] Mandamus,quatenus(cū inde fueris requisitus) præfatæ abbatissæ munus benedictionis non differas impartiri.†

¶ Innocentius iij. Archiepiscopo Bisuntino.

¶ Dicens se aliquem accusaturū coram iudice, ante inscriptionem potest sine pœna desistere, & non accusare: sed ei desistenti silentium imponitur in perpetuum. Et secundum hoc summarium iste textus est notabilis. Abbas.

CAP. XIIII.

Licet † in B.Petro,& ī.fra. ¶Sane cum ex litteris B.Decani S.Stephani & T.I.& M.canonicorum ecclesię Bisuntinę ad Apostolicæ sedis audiētiā peruenisset, te varia crimina commisisse, ac ab eis fuisses per easdem litteras super periurio,crimine simoniæ,& incestus † delatus; Clemēs † Papa prædecessor noster; seruata iudicia

Meminimus.] Primo ponit mandatum non executum, & eius causam. Secundo causam, probat,& illud exequi mandat: ibi. Quia uero.Abbas.

CASVS. Quædam monacha C. noīe, fuit electa in Abbatissam cuiusdam monasterij: cuius electionem Papa confirmauit, mandans diœcesano Episcopo, ut ei munus benedictionis conferret: Dum eam benedicere uellet,quidam H. nomine, proposuit ex aduerso dicens, quod eandem de simonia accusare uellet,appellans,ne ipsam benediceret; propter quod eam non benedixit:proponebatur,quod ille non deberet audiri: quia inductus fuerat in testem contra ipsam in causa electionis,quam Papa confirmauit: Significatum fuit hoc domino Papæ: vñ mādat mādat epō quòd ꝓpter appellationem prædicti H. eam benedicere nō postponat, cum fuerit requisitus, quia cum testimonium tulerit contra ipsam, eius præsumitur inimicus. Nota quod inimicus nō admittitur ad accusandum etiam in crimine excepto.

l ¶ Pro altera parte.] id est, pro seipso ex aduerso.

[Glossa sequens recitari potest per obiectionem.]

m ¶ Accusaret.] sed non videtur,quod locum haberet adhuc accusatio, cum nondum habuisset plenum ius, sed potius debuisset excipere contra eam: quod posset concedi. sed quia repellitur ab obtento,potest admitti accusatio.De hoc dicitur infra eod.super his.

n ¶ Inimicus.]ergo si nō fuisset manifestus inimicus. deferendum fuisset appellationi:quia tunc cum crimen simoniæ exceptum sit,eam poterit accusare,ut plene dictum est,de hoc supra eod.cum P.

o ¶ Testimoniū tulerit.] Et forsitan super eadē causa, uel

† Vide Anto. Gomezium tom.3.uaria. resoluti.cap. 12.uersi.Ter tio repellit inimicus.

† impertiri.

† Cap.1.eo. tit.in 3.cōp. altera pars huius c.j. de purg.canon. c.ul. uide Archidiaconū in c.Epiphanium.5.q.6. circa finem.

† Incestu t.

† In mul is antiquis ita C. Papæ N. quod legi potest ita.

† Cęlestinus Papa prædecessor noster.

vel alia cōsimili alio ipsam accusante, & ob hoc solum præsumeretur inimicus. sim. supra eod. cum P. & simile. 4. quæst. 3. §. item criminali, in prin. vbi de hoc Bernardus.

non imponitur silentiū accusatori, quia accusator prius monendus est, vt procedat. C. qui accus. non pos. qui crimen. & ideo isti requisiti fuerunt, si vellent aliquid ꝓponere, r quia si requisitus accusator non procedat, amodo non auditur, vt hic patet, & per iura prædicta.

r Vel requiruntur, quia nondum inscripserant, nec in modum accusationis hoc proposuerāt secundū Hostien. Io.

LIcet.] Ante inscriptionē potest accusator ab accusatione sine pęna desistere; & si ad terminum nō venerit, ei silentium imponitur, h.d. Diuiditur. Nam primo narrat factum. Secūdo ibi, Nos igitur. duo diffinit, & tertium committit. Secundū ibi, Quia vero. Tertiū. ibi. Ne āt. Pars huius c. habetur. j. de pur. can. c. fi. Abb. Sic.

CASVS. Quidam canonici Bisuntini ꝑ suas litteras super crimine periurij simoniæ, & incestus archiepm̄ suum denunciauerunt domino Papæ C. ipse iuris ordine obseruato, archiepō Bisuntino mandauit, vt ad certum terminū ad pręsentiam suam accederet responsurus obiectis: archieps ad terminum sibi præfixum accessit. Inn. C. interim sublato de medio, cū nullus apparuisset, q diceret aliquid ꝯ ipsum, q̄siuit ab I. & O. archidiaconis constitutis in pręsentia sua, si aliquid contra ipsum super præmissis vellent proponere, & legitime ostendere, quòd scripserant contra ipsum; ipsi responderunt, quòd non proposito accusandi illa scripserant: sed quia super quibusdam incorrigibilis videbatur, denunciauerunt illa domino Papæ: & nuncius, qui pro litteris accesserat impetradis, mandati formā excessit: Vnde Papa illis silentium imposuit, ne de cetero super his accusarent, vel infamarent eundem: & quia citra inscriptionem desistere voluerunt, non imputatur eisdem: ne igitur Papa minus canonice in ipsius archiepiscopi absolutione procedere videatur, inquisitionem super fama ipsius committit faciendam. No. quòd licitum est desistere ab accusatione sine pœna ante inscriptionem. Item contra infamatum debet fieri inquisitio, deficiente accusatore. Item prælatus potius debet delectari in bona fama subditorum, quàm in infamia eorundem.

† Aliàs ita: nec vnus appareret, qui te impeteret de prędictis.

ria grauitate tibi certū terminū assignauit, quo rn̄surus obiectis, Apost. te conspectui præsentares. Cum aūt iuxta tenorem citationis ad sedem Apost. accessisses, nec † vllus appareret, qui te ita impeteret de ꝑdictis; ne aliquid de contingentib. omittere videremur, ab I. & O. archi. in nostra ꝑsentia cōstitutis quæsiuimus [a] diligēter, si quid super præmissis aduersus te, pro se, vel pro alijs ꝓponere vellent; & ꝙ scripserāt, legitime demōstrarēt: ipsi aūt, ꝙ nō ꝓposito accusandi hæc scripserāt, rn̄derūt. Sed quia super q̄busdā incorrigibilis videbaris, q̄dā de te Aposto. sedi duxerāt intimāda, sed nuncius, qui ꝓ litteris accesserat impetrādis, mādati formā excessit.[b] ¶ Nos igitur dictis canonicis, super ꝑdictis silētiū duximus imponēdū, ne te de cetero [c] eis super his accusare liceat, vel ēt infamare. Quia vero ꝑdicti canonici citra vinculū inscriptionis [d] desistere voluerūt, de iuris permissiōe id nō duximus imputādū. ¶ Ne autē in absolutione tua minus canonice procedere videamur; quāuis potius in odore bonæ opinionis coepiscoporum nostrorū, quàm eorū infamia delectemur:[e] Cabilonen̄. epi

Sed videtur quod isti d̄buerūt puniri ī expensis, quia fecerūt illum citari ad curiam malitiose, arg. prædictæ. l. qui crimen. & ff. de iud. eū quē temere. sed excusant propter nuncium, qui formam mādati excessit, vnde non tenebantur. Idem videbatur dicendum, vbi etiā de crimine agitur ciuiliter. ff. de iure fis. l. 2. §. senatus: sed in negotijs ciuilib. aliter proceditur contra absentem actorem. C. de Iudicijs. properandum. Ioā. De hoc dictum est supr. de dolo prout.

b ¶ Excessit.] Et ideo non valuit, nec præiudicat eis, ex quo non habent ratum, supra de of. de le. cum olim 1. & s̄. de rescri. cū dilecta.

[Glossa seq. obijcit, soluit, iterum obijcit, & soluit.]

a ¶ Quæsiuimus.] Sed quare Papa quęsiuit ab istis, vtrū vellent aliquid proponere contra ipsum? Si enim accusator non compareret in termino præfixo, amplius nō auditur, nisi probet iustam absentiam, 4. q. 5. quisquis, & C. qui accu. non pos. si ea quæ. & sup. de fide instr. accepimus? Respondeo, non statim debet inde absoluere præsentem, licet accusator sit absens: quia potest esse, quod habeat iustam causam absentiæ: vt supr. vt lite nō conte. quoniam Iudex habere debet rationem viarum & temporis, & alterius etiā impedimēti, ff. de vac. mū. tēpus, ff. quib. ex ca. ma. si cui, §. 1. ff. de da. infe. l. si finita. §. si forte. ff. de iud. si prætor, in fi. & s̄. de re iudi. cū Bertholdus. Et ideo Papa istos requisiuit: quia forte nō credebat quod iusta causa impediti tacerent, arg. 2. q. 7. plerumq;. Et nota quòd liceat absenti restituatur accusatio sua, ff. qui. ex cau. ma. si cui. §. 1. tamen minor nō restituitur ad accusandum, ff. de min. auxiliū. Vel ideo

c ¶ De cetero.] sup. eod. de his, 4. q. 5. ca. 1. & 5. q. 5. illi qui. C. qui accu. non pos. si ea, ff. ad Turpil. qui destitit, nisi iterato crimen committeret argum. 6. q. 1. imitare; nam exceptio rei iudicatæ non obstat, nisi de præteritis commissis. ff. de excep. rei iudic. si rem meam. & l. seq. C. ad exhi. neque, & l. non ignorabit. & sup. de excep. cap. pen.

[Gl. seq. distingnit criminales, & ciuiles actiones.]

d ¶ Citra vinculum inscriptionis.] Et quia ante inscriptionem destiterunt, eis non imputatur: quia nemo compellitur accusare, 2. quæst. 3. si quem, & ca. si quis iratus, post libelli oblationem sine pœna desistere licet, ff. ad Turpil. quæsitum, ff. de in ius vocan. libertus. tamen ille, qui infamauit, tenetur iniuriarum, ff. de iniur. item apud. §. si quis libello. In ciuilibus tamē actionibus bene compellitur agere, post libellum oblatum reo instante, C. quomodo, & quando iudex, auth. qui semel. Io.

e ¶ Delectemur.] Arg. quòd præstantius est priuilegiū bonæ famæ quàm malæ opinionis, arg. infr. de pur. ca. cum in iuuentute.

VEniens.] Qui iurat aliquem non accusare, repellitur ab eius accusatione, h.d. Diuiditur. Nam prima pars narrat factum. Secunda pronunciationem, citationem, & purgationem. Secunda ibi, Cum igitur. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam canonicus Pragen̄. A. nomine. in præsentia Papæ proposuit contra episcopum Pragensem, quòd cum esset filius sacerdotis in Pragen̄. ecclesiam non fuerat canonice ingressus, & contra priuilegium ecclesiæ Pragen̄. duci Bohemiæ homagium præstitisset, sic subijciendo ecclesiam seruituti: vnde Papa citauit eam, vt ad certum terminum compareret coram ipso. Ipse verò in suam excusationem per nuncios allegauit viarum discrimina, consecrationē chrismatis imminentem, & quod filius ducis baptizandus erat tunc temporis per eundem: Papa audiens huius allegationes, eas friuolas reputauit, & ipsū habuit cōtu-

macem: & licet procuratores eius in causa criminali recipi non possent, tñ eis concessit auditores, vt si posset ipsum aliquatenus excusarent; Coram quib. prædictus A. obiecit prædicta contra episcopum, sed ex aduerso fuit ei responsum, ꝙ cum olim super hoc litteræ fuissent impetratæ ad archiepiscopũ Magdeburgẽ. idem A. in probatione deficiens ad pedes episcopi humiliter se prostrauit, veniam postulans ab eodẽ, & confessus fuit, ꝙ calumniose processerat contra ipsum, propter quod iurauit stare mãdatis ipsius, & ipse præcepit ei sub debito iuramenti, vt cõtra ipsum de cetero talia proponere non auderet, quòd totum in præsentia domini Papæ fuit confessus, vnde ipse imposuit ei silentium super impetitione episcopi: tamen quia cõtumax fuit, citat ipsum ad præsentiam suam, & propter infamiã indicit ei purgationem. No. quod in criminali non admittitur ꝓcurator. Item in causa criminali auditur quis allegans excusationẽ. Item qui semel calumniatus est cõtra aliquem, non auditur amplius contra eundem. Item licet quis ad iudiciũ malitiose vocetur, venire debet. alias contumax reputatur.

[Glo. seq. ponit regulam, & 9. casus exceptos. Secundo ponit opinionẽ, quam reprobat.]

a ¶ Criminali.] Habes ergo hic expresse, quod in causa criminali non interuenit procurator, nec ad agendum, nec ad defendendum. 5. qu. 3. in criminalib. & 3. q. 9. absens per alium. ff. de publi. iudic. l. pen. §. 1. & hoc est generale. Fallit tamen in certis casibus. In crimine iniuriarum, vt 3. quæst. 9. c. absens. §. nisi & C. de iniu. l. vltim. sed ad excusandum, vel excipiendum admittitur procurator, vt hic, & 23. quæst. 5. reos, & supra de dolo. cum dilecti. Item cum agitur de crimine non criminaliter interuenit procurator, sup. de proc. tuæ, & ĩ. c. prox. in fi. Itẽ in leuibus criminib. ff. de acc. leuia. arg. Item si crimen nõ excedit pænã relegationis, ff. an per aliũ cau. ap. reddi possint. l. 1. Itẽ in crĩe suspecti tutoris, ff. de procurat. non solum. §. vlt. Item cum quis accusat alium de ingratitudine, ff. de procu. sed & hæ personę, §. 1. Item in actione 3 populari interuenit procurator ad agendum pro ptiuato damno, ff. de procur. licet, sed pro publico non interuenit procurator ad agendũ, sed ad defendendum. ff. de popu. actio. qui populari. Item dñs defendit seruum in crimine, ff. de accu. si cui. §. pe. Melẽdus dixit, quod ex parte rei post litem contestatam semper potest procurator interuenire. 23. qu. 5. reos. Sed illud loquitur in procuratore ad allegandas causas absentiæ 3 quia reipublicæ vtile est, ab sentes à quibuscunque defendi, & quẽ libet pro eo verba facientem audiri, ff. de procurat. seruum quoque. §. publice, & hic isti admittuntur ad excusandum, & sic intelligitur, 22. q. 5. reos.

b ¶ Tale recepisse mandatum.] quod de iure fieri potuit sup. cap. proxi.

[Gl. seq. no. quòd qui iurauit, & c. quęrit an denunciet, argu. quòd sic. sol. contrarium. Item quærit, & remittit.]

c ¶ Silentium. No. ꝙ qui iurauit se nõ accusaturũ aliquẽ, amplius non auditur contra illum, s. de iureiu. quemadmodum, & maxime vbi primo calũniose accusauerit, vt hic, quia p̃sumitur postea, quòd malo animo moueatur, vñ de non est ulterius audiẽdus, ar. 3. q. 1. placuit, vel etiã, simpliciter remisit accusationem, 23. q. 4. si illic: & de pęnit. di. 4. diuina, & eo ipso ꝙ quis dixit se nolle accusare illũ. amplius non audit. ff. de adul. si maritus. 3. § si negauerit. Sed nũquid talis potest ipsum denunciare non obstante iuramento? quod videtur per decr. prædictam, quẽadmodum, quod non est verum, cum primo calumniatus fuęrit, quia calumniose denuncians non auditur, imò punitur de calumnia. inf. tit. proxi. c. 2. Sed nunquid alius potest illum accusare de crimine de quo absolutus est? De hoc dic vt s. eo. de his, qđ habes. 2. q. 1. ꝓhibent. Io.

[Gloss. seq. not, etiam iniuste citatum, & c. quod declarat distinguendo; ponit etiam quomodo citatio nõ tenet

copo, & abbati de Firmitate, inquisitionem famę tuę duximus committendam. 10

¶ Idem Sanctæburgeñ.† archiepiscopo.

¶ Ad prosequendam accusationẽ criminalem nõ admittitur procurator, licet posset allegare causã absẽ 20 tiæ, seu alias exceptiones nõ tangentes crimen propositum, & qui iurauit stare mandato alicuius, non admittitur ad accusandũ illum, si virtute iuramenti sibi fuit iniunctum, vt non accusaret, h. d. & ad hoc solet allegari: & in hoc est valde vulgatum.

CAP. XV.

VEniens † ad sedẽ Apostolicam A. Pragen. canonicus cõtra Pragen. episcopũ inter alia proposuit 40 coram nobis, ꝙ cum esset filius sacerdotis, in ecclesiam fuerat Pragen. intrusus, & contra eiusdẽ ecclesiæ priuilegiũ homagium duci † Bohemiæ præstitisset, sic subijciens Pragẽ. ec 50 clesiam seruituti, & infra. ¶ Vnde prædictũ epũm ad festum resurrectionis dominicæ, peremptorie nos meminimus citauisse. Idẽ verò ad suam excusationẽ viarum discrimina, conse- 60 crationem chrismatis imminentem, & ꝙ filius Bohemię principis esset per ipsum baptizandus tunc temporis, per nuncios, & litteras allegauit. Licet autem excusationes huiusmodi (sicut erant) friuolas æstimantes,† ipsum reputauimus cõtumacem, nec procuratores eius in causa possemus recipere criminali, a eis tamen concessim⁹ auditores, vt possent illum aliquatenus excusarent. Cumque prædictus A. corã eis repetijsset obiecta, fuit ex aduerso responsum, quòd cũ olim 30 super hoc ad Magdeburgen. archiepiscopum litteræ fuerint impetratę, idem A. in obiectorum se vidẽs probatione deficere, ad pedes eius se humiliter prosternens, veniam postulauit, & quòd aduersus eum calumniose processerat, est cõfessus. Ceterum cũ super hoc mandato stare eiusdem archiepiscopi iurauisset, ipse præcepit eidem sub debito præstiti iuramenti, vt contra eundem episcopum de cetero proponere talia non auderet. ¶ Cum igitur nobis ex ipsius A. cõfessione constaret, ipsum iuramentum huiusmodi prę stitisse, ac tale recepisse mandatum, b super impetitione dicti episcopi, silentium c ei duximus im

† Salzeburgeñ.
† Satiburgẽ.
† Selesburgeñ.

† Ca. 2. ẽ. ti. in 3. cõp. Et de materia & intellectu vide late per Ant. Rubeũ trac. de prãte procur. in causis criminalibus.

† In codice Barbatiæ deleta est vox, duci, & alterius manu supra scripta dictio, regi. sed nouẽ Vaticani hẽnt duci. In uno super uerbo duci habent hæc: olim, hodie rex.

1 Si tamẽ interuenerit, & non fuerit obiectum ualet quòd fit cum eo: ut not. infr. de iud. ca. 1. li. 6. & facit quod no. C. de adul. quã uis in dubitati. Io. An.

3 Aliàs, accusatione.

† extimantes,

3 Vel ad exceptiones obijciendas, & ibi no. Io. per hanc decr. & hic idẽ dixit. Ioan. And.

ponendum, propter ᵃ † cõtumaciam tamen eidem epiſcopo citationẽ & purgationem propter infamiam indicentes.

¶Idem Priori ſancti Fridiani & magiſtro B. canonico Piſano.

¶Denunciator criminis nõ ſe inſcribit, quia ad correctionem tendit, accuſator aũt inſcribit, quia tendit ad pœnam, excipiẽs vero inſcribit ad pœnã extraordinariã, ſi per exceptionẽ deijcitur ab obtento: alias ſecus, hoc primo. Secundo dicitur, quod cum diſcutitur de crimine per modum exceptionis, poteſt interuenire procurator.

CAP. XVI.

SVper † his, de quib. nos conſulere voluiſtis, inquiſitioni veſtræ breuiter reſpondemus, quod trib.ᵇ modis valet crimen opponi, denunciando, excipien- 10 do, & accuſando. Quando crimen in modum denunciationis opponit, non eſt inſcriptio neceſſaria, ſed cũ in modũ accuſationis oportet ᶜ inſcribi, quoniã ad depoſitionem inſtruit 20 accuſatio, ſed ad correctionem eſt denũciatio ᵈ faciẽda. Cum autẽ excipiendo fuerit crimẽ obiectum, diſtinguendum eſt, quare opponatur, & quando. Si aũt objicitur, vt † ab accuſatione,ᵉ vel teſtificatione ᶠ ali- 30 quis repellatur, non eſt inſcribi neceſſe, ſed cum opponitur, vt quis a promotione officij, vel bñficij excludat, ſi ante confirmationẽ objicitur, nõ cogitur quiſquam inſcribere, quia cri- 40 men hoc modo probatũ, impedit ᵍ promouendum,

tenet ratione temporis, perſonæ citantis, perſonę citatæ & loci.]

a ¶Propter contumaciam.] Sic patet, quod ſp quis dẽt venire ad iudicẽ ſiue iuſte ſiue iniuſte 1. uocetur, alias puniretur ut contumax, ut hic patet, & ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi eximat. l. antepen. §. item ſi quis. ff. iudi. ſol. ſi reus. Quod verum eſt, cum dubitatur, an citatio teneat ſupra de app. ſi duobus. & c. cõparati. & ff. de iudi. ſi quis ex aliena. Sed ſi euidẽs eſt, ꝙ citatio nõ tenet: non tenetur venire citatus, puta ſi citetur aliquis tempore feriato, ar. 5. q. 2. c. 1. & eſt expreſſũ ſupra de fer. c. vlt. ff. de fer. l. 1. niſi eẽt iuſta cauſa, ut ibidem dicitur, puta res peritura vel rõne criminis: vel niſi pietas vel neceſſitas hoc ſuadeat, qñque non ualet ratione perſonæ, vt 4. q. 3. §. liberti, qñque rõne loci inhoneſti. 1. ff. de arbit. ſi cum dies. §. ſi arbiter. vel ſi eẽt nimis remotus forte ire non teneretur, ſi conſtaret, ꝙ in litteris nõ contineretur illa clauſula, non obſtante conſtitutione de duabus dietis, ſ. de reſcri. nonnulli. ſi euidens ſit, ipſum nõ eſſe iudicem, qui citat, ſup. de offic. delega. ex litteris, uel ſi ordinarius citat illum qui nõ eſt de ſua iuriſdictione, neç ratione criminis, ſeu cõtractus, ſup. de for. comp. c. vlt. ubicunque dubitatur de iuriſd. ctone, debet quis ire, & allegare priuilegium ſuũ alias tanquam contumax poteſt puniri, vt hic patet. Io.

SVper his.] Diuidit in duas partes principales, ſcd̃a ibi, Licet. Et prima ſubdiuiditur, quia primo ponit tres modos opponendi crimen. Secundo illos proſequitur: ibi. Quando. Abb.

CASVS. Quidam electus fuit in epiſcopum Lucañ. quidam canonici opponebant ſe illi electo, quædam impedimenta contra ipſum proponentes. ſ. quod erat malæ famæ, & opinionis, & ꝙ contraxerat matrimoniũ cum uidua, ut ſic repelleret tamquã indignus, ſuper his mandat Papa inquiri: Opponebatur contra illos, qui ſe opponebant, & impetrauerunt de his inqri, quod debebant ſe obligare ad pœnam, ſi deficerẽt in probatione, unde iudices illi ſuper hoc conſuluerunt dominum Papam, & ipſe reſpondit, quod tribus modis poteſt crimen opponi, denunciando, excipiendo, & accuſando, quãdo crimen in modum denunciationis opponitur, non eſt neceſſaria inſcriptio, ſed cũ opponitur in modum accuſationis, tunc debet inſcribi, cum talis accuſatio fiat ad depoſitionem, cum uero crimen opponitur in modum exceptionis, diſtinguendum eſt, quare opponitur, & quando; Si objiciatur, vt aliquis repellatur ab accuſatione, uel teſtimonio, non eſt neceſſe inſcribi. Sed cum opponitur, ut aliquis repellatur a promotione officij & beneficij, ſi ante cõfirmationem opponitur, ſecundum quod hic opponebatur, non debet quiſquam inſcribere, quia crimẽ hoc modo probatum impedit, promouendum, ſed nõ deijcit iam promotum: Si vero objicitur poſt confirmationem, cum electus debet conſecrari, debet objiciens ſe obligare ad pœnam extraordinariam ad arbitrium iudicis, quia deijcit ab obtẽto, & repellit ab obtinendo, quia crimine ſic probato, pdit quod per electionẽ & cõfirmationẽ fuerat conſecutus; & in caſu iſto licet agaẽ de crimine, non tamen eſt quæſtio criminalis, vnde per procuratorẽ poteſt tractari. Not. tres modos objiciendi crimen prout in littera dicitur. Itẽ cum agitur de crimine non criminaliter, poteſt eam tractare per procuratorem.

b ¶Tribus modis.] Quartum 2 modũ habes. ſ. per inquiſitionem ĩ. eo. inquiſitionis. & c. qualiter & quando, & infra de ſimon. licet, exceptis notorijs, vt in c. licet. Et lex ẽt dicit, ꝙ quatuor ſunt gñа cognitionũ, qa aut agitur de capitali crimine, aut de fama, aut de pecuniaria re, aut de honoribus, vel muneribus agendis, ff. de uarijs & extraordi. cog. l. pen.

[Gl. ſeq. ponit quinque caſus, quibus non inſcribitur & ſubdit quid ſit inſcribere.]

c ¶Oportet inſcribi.] Sic inf. de ſimo. licet Hely. niſi in caſibus, primo in crimine abigeatus, C. de abige. l. unica. Item in leuibus, & paruis criminibus, arg. ff. de ac. leuia. Item in his, quæ apparitores referunt, C. de acc. ea quidem. Item in crimine apoſtaſiæ. C. de apoſta. apoſtatarum. Item cum accuſatur Chriſtianus, qui contraxit cũ Iudæo, vel econuerſo, C. de Iudæ. ne quis. Inſcribere eſt obligare ſe ad eandem pœnam ſi non probauerit, q̃ reus debuit pati, ſi probaſſet ipſe accuſator, vt 2. q. 8. quiſquis, & capit qui crimen.

d ¶Denunciatio.] Præcedente legitima admonitione alias repellitur, ĩ. eo. cum dilectus. niſi in caſib. inf. eo. 60 inquiſitionis, 1. reſpon.

e ¶Accuſatione.] Poteſt accuſator repelli, obiecto ſibi maiori crimine pari, vel etiam minori in modum exceptionis, quia criminoſus criminoſũ accuſare nõ debet, ut dixi, ſupra eodem, c. 1. & cap. nulli, & 2. quæſtio. 7. ſi quis, & cap. quęrendum. Sed ab excipiendo non repellitur qs propter crimen, ſed propter excommunicationem, ſupra de exceptio. cũ inter. & cap. dilecti filij, quia cuilibet ſeruatur legitima defenſio, ut ibi dicitur.

f ¶Teſtificatione.] ſup. de ord. cogn. cũ dilectus, & ſu. de teſti. ſuper eo. 1. & c. teſtimonium. & ſup. de excep. denique.

g ¶Impedit promouendum.] Et obſtat etiam in dignitatibus poſtmodũ acquirendis, ſu. de elect. ſuper eo. & arg.

†Secundum vetera & emendata exemplaria hic locus reſtitutus eſt, ut eſt impreſſus cũ perperã in vulgatis legeret ita, propter contumaciam tñ eidẽ epõ canonicã purgationẽ propter ĩfamiã indicentes.

Hoc ideo dicit, qa epiſcopus hic calumnioſe videbaẽ accuſari, & p conſequens calumnioſe citari.

Vel notorie periculo ... vt in cle. paſtora is. ... er. Piſana. ... o. And.

Cap. 3. eo. ... in 3. cõp. Vide B. Th. ... 2. 2. q. 68. ar. ... & Bernar. Diaz in pra. cri. ca. c. 6.

†Sed an hodie inſcriptio ſeu obligatio ad pœnã talionis fieri debeat tradũt pter doctor. hic, Iu. Clar. in prac. cri. §. fi. q. 12. Couarruuias li. 2. uar. reſ. c. 9. & Petrus Duenas reg. 27. inc. accuſans aliquẽ.

† Alias ita, vt ab accuſatione & teſtificatione &c.

2 Alios etiã modos Aegidius Boſſius in prac. cri. & refert ẽt Camilius Cãpegius apud Zãchinum c. 9.

arg.2.q.1.prohibentur.& sup.eo.omnipotens.
a ¶ Non deijcit.]id est, propter hoc non priuatur alijs dignitatibus, seu beneficijs, quia non agebatur ad hoc supra de ordin.cog.cum dilectus, ff.de lib.agno.l.1. in fi. Sed si ex tali probatione grauata sit eius opinio nō promouebit, sup.de testibus testimoniū. & 81.distinctio. tantis Daniel. & supra. eodem. omnipotens. nisi se purgaret.

b ¶ Post confirmationem.]Tunc.n.spirituale vinculum est contractum, sup. de transla. inter corporalia.

c ¶ Arbitrium.]Hoc gñale est, ꝙ ubi certa pœna expressa nō est in iure, arbitrio iudicis relinquitur, sup.de offi. deleg.de causis. ff.de iure delib.l.1.in fi. & a tali pœna imposita pōt appellari, secus a pęna expressa in iure, ff.de uerb.sig.l.ante pen. Sic & ubi ius expressum non est, secundum æquitatē est procedendum, s. de transf.c.ult.

d ¶ Adstringendus.] Licet.n.nō inscribat obligabit se ad extraordinariam pęnam, ad arbitriū iudicis, ut hic patet, & arbitrium iudicis æquū esse debet, vñ si excederet, reducenda esset illa pœna ad arbitrium boni viri.sup.de iureiur.Quintauallis, &c.veniens, ad fi.

e ¶ Criminalis.]Et tamen requiritur in tali causa præsentia plurium 1 episcoporum, ac si esset criminalis. 23.d.illud, & 3.q.6. hæc quippe. & in hac causa testes compellendos credo. De hoc dixi, sup.de test. cog.cap. pen.in fi.glo.

f ¶ Per procuratorem.]sic sup.de procur.tuæ. Sed ubi de crimine agitur criminaliter, non interuenit procurator.sup.eod.c.proxi.ubi de hoc.

sed non deijcit [a] iam promotum. Post confirmationem [b] vero, cum s.ordinādus fuerit aliquis, aut etiā cōsecrandus; qui etiam ab obtinendo repellit, & deijcit ab obtento, ad extraordinariā pœnam secundū arbitriū, [c] iudicis discreti, citra vinculum inscriptionis, est excipiens astringēdus, [d] si defecerit in probando, pro eo ꝙ crimine sit probato, perdit quod ꝑ electionem, & confirmationē ei fuerat acquisitū, sed ob hoc prius habita nō amittit. Licet.n.agatur de crimine, non est tamen hmōi quęstio criminalis, [e] vnde per procuratorem [f] potest rite tractari.

¶ Idem Vercelleñ. episcopo, & abbati de † Tileto.

¶ Generales inquisitores, si nō seruauerunt debitū inquisitionis ordinē, prudenter, & caute se corrigere debent, hoc primo. Secundo ponit formam iuramenti, quam inquisitores exigunt ab inquisitis.

CAP. XVII.

QValiter † & quādo; & infra. ¶ Si circa Nouarieñ. episcopum debitū inquisitionis [g] ordinē obseruastis, discretionem vestram in Domino commēdamus. Si vero qualibet occasione prætermisistis eundem, ad huc ipsum † tpe opportuno volumus obseruari; [h] ne inde nascātur iniuriæ, [i] unde iura nascanť; ideoq; mādamus, quatenus ad conscientiæ vestræ iudicium recurrentes, si contra præscriptum ordinem tanquā hoīes excessistis, nō pudeat vos errorē vestrum corrigere, [k] ueniant congruentem, ne sua vilescat auctoritas, quiā ex his, quæ inordinate sunt acta, non pōt aliquid ordinabiliter agi. Si vero ordinē debitum seruauerunt via regia incedentes, Deum solum habentes præ oculis, in negotio ipso sine personarum acceptione procedant. Formam vero iuramenti, quam a clericis Nouarien. in hoc negotio receperunt, in similibus debeāt obseruare, hoc modo, ut iurent clerici, quod super hsi quæ sciunt, uel credunt in sua ecclesia reformando, tam in capite quam in membris, exceptis criminibus occultis, plenam & meram dicant inquisitoribus ueriratem. Nota, quod in inquisitione ordo iuris seruandus est. Item, vnde iura procedunt, non debent iniuriæ nasci. Item iudex errorem suum reuocare debet. Item ex his, quæ inordinate sunt acta, non potest aliquid ordinabiliter agi. Item in inquisitionibus faciendis, de occultis nec quærendum est, nec dicendum, sed de his tantum, de quibus infamia præcessit.

QValiter.] Diuiditur in duas partes secundum qđ continet duo dicta. Secunda ibi, Formam vero. Prima subdiuiditur. Nam in principio & in fine commendat, & confirmat inquisitores, si bene processerūt, in medio uero.s.in verb. Si uero, instruit, si male processerunt. Abbas.

CASVS. Inquisitores quidam legati Apostolicæ sedis cœperunt facere inquisitionem contra episcopum Nouarien. significatum fuit domino Papę, quod inquisitores ipsi nō seruauerunt debitum ordinem inquisitionis contra episcopum Nouarieñ. vnde Papa super hoc scribit inquisitoribus illis, dicens, quod si ordinem inquisitionis debitum seruauerunt, commendat eos, Si vero nō seruauerunt debitum ordinem inquisitionis, vult, quòd ipsum tempore opportuno debeant obseruare, ne inde nascātur iniuriæ, vnde iura nascuntur; Si autem tamquam homines excesserunt, non pudeat eos errorem suum corrigere, quia qua mensura mensi fuerint, remetietur eis, & aliquam occasionem in-

g ¶ Inquisitionis ordinem.] qui 2 continet duo: Primum, quod regulariter nō fit inquisitio nisi contra infamatum. Secundum, ꝙ ex quo constat de infamia, inquiri debet de veritae. Hostiensis.

[Glo.seq. arguit quod non sit functus. & c.alle.tria iura in contrarium, & soluit.

h ¶ Obseruari.]Argum.quod iudex q male iudicauit. non dicitur functus officio suo, sed iterū debet procedere, & bene iudicare, argum.ff.de arbit.dicere autem, §.sed si de pluribus. Argum.contra, quia siue bene, siue male sententiam dixit, vlterius se intromittere nō potest. ff. de arbitr. quia arbiter, ff. de re iudica. Iudex. & supra de offic. delega. in litteris. secus in, casu isto: quia isti erant generales legati ad inquirendū, unde poterant mutare si errassent, & nondum tulerant etiam sententiam, sed errauerunt in processu.

ADDITIO. Vel punitur ad arbitrium iudicis, argument. infra eodem inquisitionis, 2 responso, in fin.infra eodem.capitul. ultim. argument.infra titu.proxi.cap.ultim.argumen.a cōtrario sensu, & supra titul.proxim.capitu.ultimo, ubi ponitur quod excipit.

i ¶ Nascantur iniuriæ.]C. unde ui. meminerint. & 21.quæstione 3. peruenit, & supra de rescriptis.nonnulli.

[Glossa sequens notat, quod iudex corrigit interlocutoriam, adducit tres concordan. & tria similia.

K ¶ Corrigere.] no.qđ iudex pōt corrigere errorē suū si male

† de Cilito.
† de Cilieto.
† de Tileta.

1 Vide plenius hic Panormitanū declarantem hanc glosā.

† Ca.3.e.tit. in 3.comp. vbi est integra, quæ videnda est, ut melius hoc fragmētum intelligat, abscissum tū est.j. eo.tit. c.qualiter & qñ. a principio vsq; ad §.dēt igitur.
† Alias ita, hunc ipsum.

Matth. 7.

2 Hęc glossula nō est Bernardi, sed ex lect. a Host. collecta, ut & finis indicat.

q. positi estis, vt aliorū corrigatis errores: qm̄ apud iudicē districtū, in qua mēsura mēsi fueritis, remetietur vobis: ita videlicet: vt inueniatis occasionē aliquā cōgruentē, per quā, ne vestra vilescat authoritas, quāto cautius, & prudētius poteritis, supersedeatis ad præsens, qm̄ ex his, quæ inordinate [a] sunt acta, non pōt ordinabiliter agi. Si verò pscriptum ordinem custodistis: omni gratia & timore postpositis, Deum solū habentes præ oculis, via regia [b] incedentes, sine personarum [c] acceptione † in negotio procedatis.

¶ Formā verò iuramenti quā a clericis Nouarieñ. super inquisitione facienda in hoc negotio recepistis, in similib. [d] volumus obseruari: vt videlicet iurēt clerici, q̄ sup his, q̄ sciūt vel credūt esse † in sua ecclesia reformanda, tā in capite, quā in mēbris (exceptis [e] occultis criminibus) meram & plenam [f] dicant inquisitoribus veritatem.

¶ Idē Archiepō Arelaten. & Vallis magnæ abbati.

¶ Si is, contra quem inquiritur, iurauit respōdere tantum ad interrogata, post confessionem auditur volens probare excusationes, quæ confessionem nō perimunt, sed exponunt: secus si iurauerit plenam, & meram veritatem dicere.

CAP. XVIII.

Cvm † dilecti [g] filij Cisterien. abbas, & P. & R. monachi Fontis frigidi Apostolicę sedis legati ad ecclesia Agathen. accessissent vt in ea legationis officiū exercerent, quia de Agath. epō frequentē clamorem [h] multa sibi fuerāt insinuata sinistra, voluerūt descendere, ac videre, si clamorem opere compleuisset, & inf. ¶ Quia verò nobis non cōstitit, sub qua forma epūs cum canonicis Agathen. coram dictis legatis præstiterit † iurm̄, utrum videlicet ita iurauerit, ac super statu ecclesiæ plenam [i] & meram [k] diceret veritatē, an ut ad inquisita veraciter responderet: Mandamus, quatenus eisdem legatis ex parte nostra mandetis, vt sub qua forma iuramentum præstiterit, studeant fideliter intimare, sit si secundū responsionem [l] eorum, sub secunda forma iurauerit, aut ‡ ipse sufficienter probauerit, se sub illa forma iurasse, aut per depositiones testiū, quos produxit, aut etiam aliorum, cum depositiones, illæ non fuerint publicam; nec pductioni testium re-

si male interlocutus sit, ut hic patet, & s̄. de appel cum cessante, & j̄. de sent. excomm. sacro. ff. de re iud. quod iussit, & ecclesia 1 cum errat, mutat sententiam, sup. de frig. & malefi. fraternitatis, & 35. q. 9. cap. loci. §. his ita, & c. sententiam, & graue, & 22. quæstio. 4. magnæ. & testis potest corrigere suum errorem, s̄. de testib. cogen. præterea §. s̄. de vsu pal. nisi 2. Et dicit imperator. Non .n. erubescimus, si quid melius horum, quæ prius ipsi diximus, adinueniamus, competentē priorib. imponere correctionē: ne ab alijs corrigi expectemus, 3 in Auth. de nup. circa prin. per vnam colūnam, colla. 4.

a ¶ Inordinate.] 14. q. 5. neq; .n. si agris, & c. forte, & 1. q. 1. non est putanda.

b ¶ Via regia incedētes.] hoc est, a iustitia non declinantes.

c ¶ Personarū acceptione.] sic s̄. de iu. nouit. & sup. de sta. reg. ea quæ.

d ¶ In similib.] ut s̄. de trāsl. inter corporalia, & s̄. de re iud. in causis, & ff. de legi. l. non possunt.

e ¶ Exceptis occultis.] q̄a sup his inq̄sitio fieri nō dēt, sed sup illis tm̄, de q̄b. infamia pcessit, j̄. e. inquisitionis. §. 1. & ca. qualiter, si testes de occultis dicāt, nō puniunt, vt c. inquisitionis. q̄a super his non iurauerunt.

f ¶ Plenā.] cū iurāt ƒm hanc formam, secus si iurāt, respondere ad interrogata tm̄. inf. c. proxim.

Cvm dilecti.] Primo ponit legatorum inquisitio. Secūdo ibi, Quia, eorū dubiū, pp q̄ fuit facta cōmissio. Tertio, ibi. Mādatū, cōmissionis forma bimēbris. Ab.

[Gl. seq. ponit casum, quem etiam prosequitur.]

g ¶ Cū dilecti.] CASVS. Abbas Cisteren. & P. & R. legati erant Apostolicæ sedis, cum audiuissent per frequentem clamorem multa sinistra de episcopo Agathen. volentes inquirere veritatem, accesserunt ad ecclesiam Agatheñ. & receperunt iuramenta episcopi, & canonicorum, & in illa inquisitione confessus fuit episcopus, quòd commiserat simoniam, dilapidationem, & quod habuerat res naufragij: episcopus timens illas confessiones, voluit se excusare postea contra illas, dicens, q̄ iurauerat respondere tantum ad interrogata: legati dicebant, quod sub alia forma iurauit, s. q̄ plenā & merā diceret veritatē, & quia tunc se nō excusauit, postea non debebat audiri, unde negotium illud delatum est ad Papam, & quod iurauit rn̄dere tātum ad interrogata, apud sedem Apostolicam quosdam testes produxit; sed quia nō cōstitit Papæ sub qua forma iurauit, cū depositiōes illę nō fuerit publicatæ, nec ipse renunciauerat testib. producēdis mādat Papa super hoc inquiri ab illis inq̄sitorib. sub qua forma iurauit, & si ƒm illorū inquisitorum rn̄sionē constiterit, quod iurauit sub secunda forma, aut si epūs ille hoc probauit per depositiones testium, quos produxit, aut ēt illorū, q̄a ƒm illā formā nō tenebatur rn̄dere nisi ad interrogata, admittāt excusationes epi sup cōfessionib. suis: quia accusationes illæ exponunt illas confessiones, & si excusationes probauerit, absoluant illum: Si uero excusationes non probauerit, uel si iurauerit plenam & merā veritatē dicere remoueant illum ab ecclesia Agathen. non obstantibus illis excusationibus. B. Nō. q̄ in inquisitione q̄ examinantur, veritatē, plene, quā sciūt, debent dicere, & nul lum falsum committere idem est in alijs iudicijs. Item ad cām dicti recurrendum est potius, quā ad ipsum dictum. Itē testis singularis siue solus nō valet.

h ¶ Clamorē.] 2. q. 1. Deus oīpotēs, & j̄. c. qualiter, & qn̄, & 86. dist. si quid.

i ¶ Plenā.] s. q̄ nullū verum tacere debet. 3. q. 9. hortamur.

k ¶ Merā.] s. a falsitate. 2. q. 4. nullā. & 3. q. 9. pura, & hoc idē debent facere testes, vt notatur, sup. de testib. fraternitatis & c. licet, & sup. prox. in fi.

l ¶ Responsionem eorum.] simile supra de elec. cum dilecti, creditur ergo istis si confiteantur quòd iurauit, vt ad inquisita respōderet: sed si contrarium dixerint, poterit probare contra dictum illorum 5. vt hic patet, & supra de testi. cum a nobis, quia non creditur iudici in præiudicium alterius, nisi quatenus constat legitima documenti, supra de prob. ... Sed ... supra de elec. cum dilecti, ... ibi de ... q̄a illa īquisitio p alios ... quia soli interrogati fuerūt, pout hic inf. ...

Idest iudex ecclesiasti-s.

Adde an, qn̄ possit ... Bart. in ... postula-it. ff. de ... lt.

Ad hoc s̄. ... fil. sint ... causam. Io. And.

exceptio-.

Verbum, ... deest in ... iquis exemplarib.

Hic casus ... nardi est. In antiqs ... dicib. re-... situr.

† Cap. 5. eo. tit. in 3. cōp.

† Præstitit.

† Hæc periodus in antiquis codicibus legitur, ut est impressa, in recentioribus autem ita, aut ipse sufficienter pbauerit, se sub illa forma iurasse per depositiones testium quos pduxit, aut et aliorum, &c. hæc lectio planior est, quā pro... ... ... pnat.

a ¶ Valent retorqueri.] Vñ in humaniorem partem sunt intelligendæ siue interpretandæ, inf. de reg. esto te. & de transa. c. vlt. ff. de reg. iu. semper in dubijs. & ff. de re. du. l. quoties 2. Tan.

b ¶ Ex câ.] Câ. n. semp cōsideranda est: ex qua câ aliqd sit factum, & ēt tps. s. de trāsf. c. vl. & 5. q. 5. nō oīs, & ī. ī ver. sig. ītelligētia, & 23. q. 8. occidit, & ff. de furt. verum. Bern.

[Gl. seq. signat cō trarium, & soluit.

c ¶ Dilapidatione.] Eps ille pp formam iuri, tria ɔfessus ē ī se simoniā, dilapidationē, & ꝙ habuerat res naufragij, & ī ita admittunt eius excusationes. Potuit se excusare de dilapidatione interrogatus vtrum alienasset bona ecclæ, vel vtrū obligasset ecclesiā? Rñdet, ꝙ sic, pp formā iuri ī istā confessionē bñ poterat se excusare. s. ꝙ debitū imminebat, nec aliūde soluere poterat 10. q. 2. hoc ius, & ita si pp hāc câm alienauit vel obligauit ecclesiā, nō peccauit, & sic iudicari dēt confessio suā ex câ quæ bona, & licita fuit. & ad malū & ad bonū poterat se hre. Vel afr ēt si alienauit cōtra vtilitatē ecclæ, & ipse postea reddidit ecclam indemnē, sufficere videbat, s. de elect. ꝙ sicut, vbi de hoc. Sed illud non sufficit, vt ibi notat, vñ prima excusatio verior est. Interrogatus fuit, an habuerit res naufragij? rñdit ꝙ sic, vñ videbat ppea excōicatus. ī. de rap. excōicationi, & nihilominꝰ furtū cōmittit. ff. de acq. re. do. qua rōne. §. vlt. in fi. pp hoc erat puniēdꝰ, hæc cōfessio poterat se hre ad bonū, vt s. recolligeret res naufragij, vt saluas faceret, & restitueret illis, q passi fuerāt naufragiū, & hoc probare volebat, cū intentio sua fuisset honesta, qa ad alios peruenissent, q nō restituissent illas, sed si illas habuisset vt sibi retineret hoc malū erat. Interrogatus ēt fuerat vtrū ordinasset aliquē per simoniā? Rñdit quod sic, ɔtra hoc se excusare volebat: quia aliquos ordinauit per simoniam eo ignorante, sed ex post facto hoc sciuit, puta p̄sentato receperat pecuniam, vt aliquē faceret ordinari, ī. de simon. ex tuæ, in hoc nō peccauit, vel potes ponere exemplū. ī. de simo. sicut. Ber.

d ¶ Prima forma.] quæ fuit merā & plenam dicere veritatem. & tunc non prosunt illæ excusationes, quia tunc se debuit excusare, prout sequitur. Ber.

† Et cū dubia ad bonū & malū pñt retorqueri, in meliorem sunt interpretanda. B. Tho. 2. 2. q. 60. artic. 3. & ibi plene Caietanus. Et vide plenissime de hoc articulo Io. Roiam tract. de hæret. par. 1. num. 199. & multis seqq. † Alias ita: ut ad bonum uel malum,

nunciare curauerit: qm̄ secundum eandem non teneretur ex debito iuramē ti, nisi ad quæsita solūmodo respondere, vos excusationes suas audire curetis, & si eas probauerit, cum excusationes hmōi confessiones eius non perimant sed exponant, q̄ tales sunt, vt † ad bonum, & malum valeāt retorqueri, [a] † & iō iudicari debent ex causa eum sublato appłonis obstacnlo absoluatis, cū etsi repertus sit culpabilis in quibusdā, ex labore tamē & pudore punitus, quos propter hanc causam incurrit, hmōi leuis culpa leuiter ei valeat indulgere.

¶ Quod si excusationes illas super dilapidatione, [c] naufragio, & simonia, pbare nequerit, aut sub prima forma [d] iurauerit, cū ſm eādem, nec veritatē tacere, nec admiscere debuerit falsitatem, uos (non obstantib. excusationib. quas de nouo proposuit, cū in confessionib. suis nullam oīno de illis fecerit mentionem, q̄uis firmiter asseruerit, ꝙ plures ex illis, legatis prædictis exposuit, cū hoc per se probare nō posset, [e] tanq̄ qui solus examinabatur ab illis) eum ab administrōne Agathē. ecclesię remouere curetis.

¶ Idem archiepō Terraconen. & abbati S. Mariæ de Populeto, & archidiacono Barchinon.

¶ De veritate criminū nō inquirit, nisi prius cōstet d̄ infamia: et tūc nō inimici vel periuri, sed idonei viri ad prosequendam inquisitionem, & ad testimoniū admittuntur: & non probato crimine, indicitur infamatis purgatio.

CAP. XIX.

Cum † oporteat episcopum: & infra.

¶ Sane venientibus ad Apostolicam sedem G. & H. canonicis Vinc. & multa enormia contra Vincē. epm proponentibus corā nobis, quia illa non debebamus sub dissimulatione transire, † vobis inquisitionem illorū duximus committēdā; Verū dictus eps, anteq̄ ad ipsum † vestra citatio peruenisset, ad p̄sentiā nr̄am accedens proposuit ꝙ illi, qui enormia de ipso suggesserant, † typo malitiæ potius, quā iustitię zelo ducti, nobis huiusmodi intimarunt, cum ipsi eius sint inimici manifesti, & cum eius hostibus [f] conuersentur, consangui-

e ¶ Posset.] Et si verū fuisset, ꝙ illas exposuisset coꝛā illis, non valet: cum eas probare nō posset, deficit ergo sibi non ius: sed probatio iuris, 32. q. 5. Christiana, & ff. de test. tu/e. duo sunt Titij, & ff. de reb dub. si fuerit legatum ff. de adi. leg. l. 3. §. si duob. & ff. de hær. insti. in tps. §. 1. Et est simile. s. de elect. bonæ 1. Et est arg. ꝙ testis. q est singularis in dicto suo nō probat, ut dicit decr. bonæ 1. & s. de proba. licet. Ber.

Cum oporteat.] in prima ponit denunciatio epi, & inquisitorum datio. In secunda. ibi, Verū comparatio, & allegatio epi cōtra denūciantes & testes. In tertia ibi Discretioni inquisitorum, triplex instructio secūda ibi. Quod si tertia ibi. Et si nihil. Abb.

CASVS. Quidā canonici Vincēn. ad sedē Apostol. accedentes multa enormia corā Papa ī epm suum ꝓposuerun t: vñ Papa super his inquisitionē cōmisit faciendam: Eps hoc intelligēs, anteq̄ a iudicib. citaret, ad Apostolicā sedē accessit ꝓponēs, ꝙ illi q enormia illa ꝓposuerāt ī ipsū, odio & nō bono zelo duxerāt dño Papę intimāda cū sint eiꝰ inimici manifesti, & cū eius hostib. conuersent & cōsanguineos suos, & cōplices intēdāt ad testificandū ꝓducere ī ipsum, qa non dēnt ad testificādū admitti, cū sint periuri, & alijs crībus irretiti: quo audito. Mandat Papa iudicib. ipsis, quatenus ad inqsitionē nō ꝓcedāt nisi sup̄pdictis cribus dictus eps fuerit infamatus. Si uero ad inquisitionē fuerit procedendū, p̄dictos, uel alios, quos ipsius epi cōstiterit esse inimicos, nec ad ꝓsequendū inquisitionē, nec ad testimonium perhibendū admittant, sed per uiros idoneos ueritatē inquirant, & si nihil ꝓbatum fuerit ɔ ipsū purgationē canonicā indicat eidē. No. quòd inimici nō admittunt ad denunciandum vel testificandū. Item nō est faciēda inquisitio nisi contra infamatum. Item propter infamiam indicenda est purgatio, deficiente probatione.

[Gl. seq. concor. & duo iura in cōtrariū: & in fi. arg.]

f ¶ Hostibꝰ cōuersent.] vñ sūt repellēdi, qa cōuersant cū inimicis 1 & sūt ipsi inimici. De hoc d. s. e. c. 1. art. ad hoc C. de inof. tes. liberi, & s. e. repellat, & arg. de of. pfec. vrb. l. 1. §. cū patronus, & 3. q. 5. c. 3. & de leg. 3. l. 1. §. 1. arg. ī ff. ꝓ soc. nā socij, & 81. dist. legit, & 3. q. 5. c. 3. Et

† Cap. 6. eo. tit. in 3. cōp. De materia vide late per Iul. Clar. in prac. crim. fi. ue §. fi. q. 6.

† præterire

† eum

† subieceră

1 Vide p̄posita in c. accusatores. 3. q. 5. & Bal. in l. liberi, de inof. tes.

a.3.Et est arg.contra aliquẽ ex inhonesta cõuersatione. a ¶ Consanguineosque.] qui in causa criminali non ad mittuntur, vel consueuit notari.3.q.5.c.1.

[Gloss.seq.quærit.arg.ad partem vtrãque soluit, rec. opin.Io.quam reprobat.]

b ¶ Ad denunciandum.] Sed nunquid criminosi 1 & infames repellunt a denunciando? Non vr quia quilibet tenet ad hoc. 2. qu.7. qua propter, & s.de cog. spir.tua nos.Itẽ hæreticus admittitur. 24.q.1.quisquis, & viles personæ admittuntur,sup.de spon. præterea,& qualecũque testimoniũ vr sufficere,22.q.5.hoc vr. Sed contra vr, ꝙ tantum honestę personæ admittuntur. 35.q.6. eps in synodo,& s.de test. cog. præterea, & supr.de spõs.cũ in tua.& ad populares actiones non admittunt personæ non integri status.ff. de popu. act. l. popularis. Credo ꝙ honestæ personæ tm debeant admitti ad denũciandũ ꝑut hic.infr.dr Ioan.dixit, quòd infamis persona admittitur, dum tñ non sit criminosa & irregularis, sed hoc nõ credo de infami.De hoc no.2.q.1. si peccauerit,& supr.de sponſ.cum in tua,& inf.c.proxi. & 3.q.5.c.2.Ber.

c ¶ Famam ipsius.] hoc ideo dicit, quia non est procedendum ad inquisitionem contra aliquem, nisi contra infamatum,infr.eod.inquisitionis,& c.qualiaer.vbi de hac materia apertius explicatur.

[Gl.seq.reci.per q.quę inimicitiæ,&c.& ar.ꝙ capitales & conspirationes tm : alle.in cõtrarium,& soluit.]

d ¶ Inimicos.]Patet hic quod inimii,2 nec ad prosequẽdam inquisitionem,vel testimonium admittuntur, vel ad denunciandum siue accusandum, vt sup.c.1.& infr. c.proxi.sed non determinatur quales inimicitiæ repellant hic ab inquisitione,vel testimonio : & vr qd capitales,& conspirationes tm.inf.de simo.& per tuas 1.& s.c.proxi.& Inst.de excu.tu.inimicitiæ,& §.item si pp inimicitias,& ff.de arbi.l.licet, quia non quilibet,inimicus repellitur,sed ille tantũ qui nimia familiaritate coniunctus est,ff.de ver.sig.latæ.§.amicos. Itẽ propter leues inimicitias non extinguitur legatum, ff. de adi. leg.l.3.§.non solum,in fin.Sed contra vr,ꝙ propter leues etiam repellantur, quia propter ciuilem controuersiam repellitur quis ab accusatione sup.de rest.spol.itẽ cum quis. Illæ dñr graues inimicitiæ,quæ sunt de statu hominis, vel de bonis eius.3.q.5.accusatores, & arg. opti.de don.propter eius ingratitudinẽ, & C.de reuoc. don.l.vlt.ff.de excus.tut.propter litem.Sol.arbitrio iudicis relinquitur, quæ inimicitiæ repellant in talib.ar. in Auth.de testib.§.si vero dicatur, coll.7.& sup.eo.super his,& sup.de off.del.c.causam.Et dicit lex,quod nõ semper repellitur testis propter inimicitias, sed iudex æstimabit, an sit ei credendum, vel non ff.de qu.l.1.§. præterea inimicorum,& §.quęstionem.Io.

[Glos.seq.reci. per q.an repulso illo qui impetrauit, &c.arg.quod sic ponit opin.Io.quam approbat,& contrariam. Tanc quam reprobat.]

e ¶ Per viros idoneos.] Et hoc vr,ꝙ si ille,qui impetrauit inquisitionẽ,remotus sit pp aliq̃ cãm,ꝙ alter possit prosequi eandẽ inquisitionẽ,ar.ff.de inoffi.test.post humus.§.1.non.n.refert, per quẽ preces sint oblata.C.de pci.Imp.of.l.1.& l. vniuersis nec refert vñcũq;crimina claruerit.24. q.3.ecce. Itẽ qa iudex hic ex officio suo ꝓcedit, vñ pp inhabilitatẽ agentis nõ impedit eius officiũ,qd posset cõcedi forte, ubi ex offõ ꝓcedit, sed aliter ñ audiret sed veri⁹ vr, vt dicit Io. ꝙ nõ possit;qa Papa lrãs nõ dedisset, ad petitionẽ illius,si tale se dixisset, & eadẽ rõ ẽt delegatũ mouere debet.s.de rescr.super lrís.in fin. Tãc.dixit,ꝙ bñ poterat iudex procedere. Ioã.meli⁹ dicit, vt mihi vr, ꝙ hic ꝓcedere pñt nõ ex vi primarũ litterarũ, sed secundarum B.

f ¶ Indicatis.]& ita leuia potest leuiter indulgere.s.c. ꝓxi. & ff. de pę. l. respiciendum, 3.in prin.

---

neosq; a suos,ac complices intendãt ad testificandũ ꝓducere cõtra ipsũ,q ad denunciandũ b seu testificandũ admitti nõ debẽt, vtpote iuri ꝑstiti trãsgressores, & alijs criminib.irretiti,& infra. ¶ Discretioni vestrę mãdamus,ꝙ † nisi super ꝓdictis famã ipsius c † læsã esse noueritis, vos ad iquisitionẽ illorum non subito ꝓcedatis. Quod si ad inqsitionẽ fuerit procedẽdũ, ꝑdictos,vel alios quos ipsi⁹ esse constiterit inimcios, d nec ad prosequẽdã inquisitionẽ, nec ad perhibendũ testimonium cõtra ipsum epm admittatis;sed per viros idoneos e super his q̃ gesta sunt, inquiratis diligentius veritatem. Et si nihil graue probatum fuerit contra ipsum, vos purga- 10 tionem canonicam indicatis f eidem.

¶ Idem.

¶ A denunciatione repellitur publicus concubinarius excommunicatus, & conspirator, & is qui non præmonuit.

20 CAP. XX.

Cum†dilectus filius,& inf. ¶ Si vobis constiterit prædictos, quorum noĩe sunt excessus hmõi de epo nunciati publice concubinarios g tunc fuisse,propter ꝙ in eos fuit ex- 30 cõicationis snia promulgata,vel præfatum epm de iã dictis excessib. non fuisse ꝑmonitum h ab eisdem, vel ipsos conspirasse i in eum,

---

Cum dilectus.] Primo instruit 40 indicẽ super declinatorijs,[& eis deficiẽtib.super principali.Secundo inhibitionẽ fieri mãdat.ibi, Eidem.Abb.

CASVS. Quidam clerici super quibusdã excessib. denunciauerunt epm suum,impetrantes contra ipsum in quisitionem coram inquisitorib.proponebatur ex parte epi, quod clerici illi audiendi nõ erant,quia erãt publici concubinarij, & sic indigni ad denunciandum, pp ꝙ fuerãt excõicati:Item non præmonuerant epm.Item erant cõspiratores ꝯ ipsum. Iudices super hoc consuluerunt dñm Papam,& ipse rñdet, quòd si consisterit eos 50 publice concubinarios, vel eos non permouisse ipsum epm de iam dictis excessib. vel eos cõspiratores fuisse ꝯ eum,a denunciatione repellantur: Alioquin audiant, quæ hinc inde proposita fuerint, & eidem epo prohibeant,ne super his, super quib.ad sedem Apost.appellatum fuit ab illis,clericos ipsos aggrauare præsumat,donec causa ꝯm mandatum Apostolicum fuerit terminata. No.quòd criminosus alium denunciare non potest. Item qui non præmonuit item conspirator,item iudex a quo legitime appellatum est, de causa illa se intromit 60 tere non debet, donec appellationis causa sit finita.

[Gloss.seq.ob:jcit,& respondet.]

g ¶ Ccubinarios.]Sed isti prosequebantur suã iniuriã vel seruorum, quare non admittuntur ad denunciãdũ, cum admitterentur ad accusandum, quantumcũque criminosi sint. 4.q.6.omnib. Rñ. non prosequebant iniuriam propriam, vnde cum essent publici concubinarij, non erant admittendi ad aliorum peccata denunciãda, 4.cum suspensi etiam sint.32.d.ca.præter.§. verum,sed viles personæ non admittuntur ad denunciandum, vt sæpius dictum est,sic s.e.c. 1.& supr.de spon.cũ in tua.

h ¶ Præmonitũ.] qui enim non admonuit,repellitur a denunciatione,sup.eo.c.2.& inf.eo. qualiter.§.ad corrigendum,& infr.de simo.licet Hely.

i ¶ Conspirasse.]isti nullatenus sunt admittendi.infra

---

1 De materia vide Iulium Clarũ in practica crim.qu.24. & q.25.

† quatenus † eius.

2 De materia huius gl. vide An.Gomez to.3. varia.resol.ca.2. n.3.adde quę dixi plenissime,li.3.commentariorũ in Directoriũ inquisitorũ schol. 134.

† Ca.1.e.ti. in 1.compi. Vide notatos in pręcedenti ca. & nõnulla huc spectantia ꝑ Bart.in l.diuus.ff. de custo. & exhibi. reorum.

3 In leuibus iudicis ꝑni ad lenitatem in grauibus ad seueritatem, s. cum temperamẽto benignitatis. Io. And.

4 Aduertat ergo iudex ne prætextu pietatis quorumlibet denũciationes facile admittat,sed prius denunciantium qualitatem exploret, vide Ber. Diaz in practi.cri.canon. ca.6.

de simo. per tuas, & sup. de re iud. cum I. & A.

a ¶ Donec causa supradicta.] quia tunc præsumitur, quod ex odio procederet, & merito possent eum recusare tanquam suspectum. arg. supr. de app. proposuit, & c. ad hoc, & c. sicut Ber.

a denũciatione repellatis eosdem, Alioquin audiatis quæ fuerũt† hinc inde proposita, Eidẽ epõ auctoritate nr̃a nihilomin⁹ prohibẽtes, ne super his, super quibus ad audiẽtiã nostrã fuerit† legitime appellatũ, p̃fatos clericos indebite grauare p̃sumat, donec cã supradicta a iuxta formam mandati nr̃i fuerit terminata.

¶ Idem episcopo Geben. & N. Valentiñ.

¶ Crimen probatũ per modum inquisitionis, regulariter pœna ordinaria non punitur, sed si impedit ordinis executionẽ, fit depõ, sicut in accusatione, & si impedit tantum beneficij retẽtionem, fit priuatio a beneficio, nec poterit iudex hãc pœnã moderari, h.d. vsque ad §. tertia. secundum verum intellectum non bene declaratum per scribentes.

C A P. XXI.

INquisitionis† negotium quã de epõ & canonicis Valentin. nobis comisimus terminandam, † & infra.

¶ Secundo quæsistis, quid vobis sit statuendum, si cõtra quẽpiam per iquisitionẽ probatũ fuerit tale crimen, ꝙ deponeret accusatum criminaliter & conuictum. In quo quidem duximus distiguendũ, vtrum sit tale crimen, ꝙ ordinis executionẽ suscepti, aut retentionem beneficij, etiam post peractam pænitentiã impediret, puta si homicidium b commisisset vel adeptus esset ordinem, aut beneficium vitio simoniæ quo casu erit, sicut in accusationis c iudicio, procedẽ

INquisitionis.] Si crimen in modũ inquisitionis probatum impedit, etiam post peractã pœnitẽtiam ordinis executionẽ, vel beneficij retentionẽ, punitur quis sicut in accusationis iudicio, aliàs pœna erit arbitraria, h.d. ẽm cõem summationem vsq; ad §. Tertiæ. Diuiditur quia in prima consultatio. In secũda responsio. ibi, In quo. Abb.

CASVS. Quædam relata fuerunt domino Papæ de episcopo & canonicis Valentiñ. quę non debuerunt sub silentio præteriri. Vnde Papa super his commisit inquisitionẽ faciendam, Inquisitores super quibusdam articulis dubitantes consuluerũt Papam. Secunda quęstio illorũ hæc fuit: ecce per inquisitionem tale crimen p̃batum est, quod si criminaliter accusatus fuisset, deponeretur. Quæsitum fuit qualiter esset puniendus. Super hoc Papa distinguit: vtrũ sit tale crimen, quod impediat executionẽ ordinis aut ẽt retentionem beneficij etiam post peractam pnĩam, puta si homicidium commisisset, vel adeptus esset ordinem, vel beneficium vitio simoniæ. In istis casibus est ita procedendum, sicut in iudicio accusationis. In alijs vero criminib. discretus iudex poterit pœnam moderarĩ ẽm meritũ personę, & qualitatem excessus. Tertio quæsiuerunt, si duo, vel plures iurati affirmant aliquem eis videntibus crimen commisisse, de quo alia infamia non laborat, vtrum illi pœnam debeant infligere. Item ecce aliquis occulte tradit inquisitori cedulam, vel chartam infamationẽ epi cõtinentẽ, quæritur, vtrum sit procedendum ad inquisitionem eorum, quæ ibi continentur: Item aliqui iurauerunt, vt deponant ꝯ illum, de quo fit inquisitio, in secreto examinantur, & interrogantur, vtrum diligant illos, ꝯ quos inquirĩt, vel sint eorum inimici, & ipsi rñdet quod non diligũt illos, vel expresse dicunt, se inimicos illorum aut ẽt ante iur̃m publice confitentur, se inimicos eorũ, sed non ostendunt aliquas inimicitias probabiles, & ad hæc tria rñdet Papa, ꝙ nullus debet puniri propter dicta paucorum, super quo aliqua non laborat infamia, vel clamosa insinuatio non præcesserit, nec super hoc testes sunt recipiendi, cum inquisitio solummodo fieri debeat, de quib. infamia præcessit. Item ad petitionẽ illorum, qui cedulas infamationis porrigũt in occulto ad inquisitionem eorum, quæ continentur ibidẽ, non est procedendum. Item non est adhibenda fides dictis illorũ, q̃ post iur̃m, vel ante, tacite, uel expresse asserunt se inimicos eorũ, nisi forsitã ante iur̃m ĩ fraudẽ hoc dicere p̃sumãt. QVÆSIVISTI. Aliqui ingrũt super excessib. aliquorũ, sed dñt se nihil scire per certã sciẽtiã, sed tm̃ per famã et credulitatẽ: q̃ritur, qdid statui dẽt ꝯ illos. Itẽ duo, vel tres, vel ẽt plures dñt aliquẽ infamatum de aliquo crimine, sed in publico nihil sinistrũ refert̃, quærit̃, vtrũ de crĩe illo debeat reputari infamatus? Ad primum rñdet Papa, ꝙ pp famã & credulitatem deponẽtiũ solũmodo non est deponẽdus, sed infamato purgatio canonica poterit indici, ẽm arbitriũ iudicantis. Ad ẽm rñdet, quòd propter dicta paucorum infamatus dici nõ debet, cuius opinio apud bonos, & graues læsa non existit. No. primo duos casus, in quib. acta pænitentia executionẽ ordinis exercere quis nõ põt, in quibus æque punit̃ aliq̃s siue denũcietur, siue accusetur. item nullus dẽt inquiri, nec puniri pro crĩe, de quo non laborat ĩfamia, nec testis recipi. Itẽ occulte infamantes non sunt audiendi. Itẽ inimicis testib. non est credẽdũ. Itẽ p̃pter famã & credulitatẽ probatã nullus dẽt puniri, sed purgatio propter infamiã dẽt indici. Item dicta paucorum nõ infamant. Item purgationes arbitrarię sunt.

b ¶ Si homicidium.] Hic confirmatur, quod dici consueuit, quòd in nullo occulto crimine impeditur executio post peractam pœnitentiam præterquam in homicidio, & hoc idem probatur de tẽ. ord. quæsitũ, & in simonia. 1 De hoc notari consueuit. 50. dist. de his. Ber.

[Glo. seq. tractat, an in homicidio & simonia denuncians inscribat, vel præmoneat, postea signat contrariũ de decre. dilectus, & dupliciter soluit.]

d ¶Notorium.] dr̃ trib.modis notoriũ, sup.de cohabi. cler.& mu.cap.vlt. & ideo nulla probatio est necessaria sup.de accus.euidentia,& 2.q.1.de manifesta.

[Gl.seq.signat contrarium de Canon.&c.

e ¶Quinta vel sexta manu.] Arg.contra 2. qu.5. presbyter, si.&c.si mala.& c.omnib.Sol.regulare est ꝙ ipse eps dẽt se purgare cum duodecim presbyteris,presbyter cum quinque, diaconus cum tribus. Vnde versus.

Pontificẽ parium manus expurgat duodena:
Quinta sacerdotem: leuitam,tertia pœna.
Maior maiori,minor est adhibenda minori.

† Ca.12.e.ti. in 1.compil. & post conc. Lat.par.2.c. 15. Et Cassadorũ dec.3. tit.de sequestra. poss. & fructuum.

† sit.

3 De hoc ar. p̃ter Doc.hic vide B. Tho. initio c. citatum. & Syluest.in sum. uerbo,simonia q.16.

† sed publica.&c.

† Aliàs ita, ab hmõi beneficijs, &c.

Quan-

Quandoq; tamen sunt pauciores: vt supr. de accus. cum P. 2. q. 5. omnibus. Quandoque plures, inf. de purg. can. inter solicitudines, hodie vero numerus compurgatorum arbitrarius est secundum arbitrium iudicis, supra tit. proxi. inquisitionis, in fine.

[Glo. seq. obijcit, cõcludendo per duo &c.]

a ¶ Perpetuo priues.] No. ꝙ deficiẽs in purgatione puni tur, vt hic patet, & s. eo. de hoc, & inf. de purg. can. cum P. sed purgatio indicit propter probabilẽ præsumptionem ot tam ex fama: ergo videtur quod ex ꝓbabili præsumptione possit diffinitiua sñia ferri, quod non est verũ. Sed ista probabilis præsumptio transit in violentã, ex eo quod non habet testes suæ honestatis. Bernard.

perpetuo priues a eosdem

¶ Idem.

¶ Simoniacum est pretio, vel fauore celare peccatorem, vel reconciliare non pœnitentem, vel digne pœnitentem a reconciliatione remouere.

CAP. XIV.

NEmo † presbyterorũ xenium, vel emolumentum quodlibet [b] temporale, imo spirituale detrimentum, a quocunque publice peccãte accipiat, vt episcopo, vel ministris eius peccatum illius celet, [c] nec pro respectu cuiusq; personę consanguinitatis, [d] aut familiaritatis alienis cõicans [e] peccatis, hoc epi scopo innotescere detrectet: Nec quemquam pęnitentem, vel minus digne pęnitentem, gratia, vel fauore ad reconciliationem adducat, & testimonium reconciliationis [f] ferat eidem, vel quocunque liuore, digne pęnitentem a reconciliatione remoueat, quia simoniacum est vtrumque. [g]

NEmo.] Sũt duæ partes prĩcipales. Secunda ibi, Nec quemquam. Abb.

CASVS. Statuit Alex. ꝙ nullus presbyter aliquod emolumentum temporale receipiat a quocunq; publice peccãte vt epõ vel ei⁹ ministris celet peccatum illius, nec pro respectu alicuius personæ consanguinitatis, vel familiaritatis dimittat, quin peccatũ illud epõ innotescat. Secundo dicit, quòd nullum digne pęnitentem, vel etiam minus digne pœnitentem, propter gratiam, vel fauorem ad reconciliationem adducat, & testimonium reconciliationis ferat eidem, vel propter aliquem liuorem siue odium remoueat a reconciliatione, quia vtrumque simoniacũ est. Not. quòd qui dat temporale pro spirituali, simoniam committit: & qui propter consanguinitatem, vel amicitiam non denunciat episcopo peccatum alicuius, simoniam committit. Item quicunque pœnitentem ꝑpter gratiam, vel fauorem ad pœnitentiam adducit, uel propter odium remouet a reconciliatione, simoniam committit, & sic fauor, uel gratia, siue odium succedit loco pretij.

b ¶ Quodlibet.] id est, aliquid de quibuslibet sim. 15. q. 1. mulier, & sup. de cond. apposit. uerum, & 1. qu. 7. si quis omnem. in primo uersi.

[Gl. seq. notat quod celare sit simoniacum, & sit aliquid facere, signat contrarium, & soluit.]

c ¶ Celet.] Not. ꝙ simoniam committit, qui pro aliquo temporali celat peccatum alicuius, quod peccatum corrigere, uel denunciare tenetur episcopo: sicut simoniacum est aliquid recipere, ut qui ordinandus est non ordinetur: vt electioni quis non consentiat, 1. q. 1. §. q. autem. & capi. seq. ad fi. quæst. Et est hic arg. quòd celare est aliquid facere, sim. 36. dist. si quis vult. Arg. contra. ff. de præscr. uer. solent, & ff. de cond. ob tur. causã, l. 3. §. ult. Solu. illa non tangunt istam materiã, hic loquitur de iudicio, quod fit ad pœnitentiam: ad quod tenetur quilibet, vnde nihil potest quis propter hoc accipere: cum sit spirituale: illud de iudicio, quod fit ad furem capiendum, vel seruum fugitiuum, pro quo potest recipi merces laboris. Bernar.

d ¶ Consanguinitatis.] ergo videtur quod cõsanguinitas simoniam inducat, quia nõ refert an iniustus cordis amor, an sordidæ preces interueniant, 1. q. 1. si quis neque.

e ¶ Alienis communicans.] 78. d. quid est, 86. dist. c. 3.

f ¶ Reconciliationis.] pro reconciliatione, vel absolutione pretiũ exigi non debet, infr. eod. ad aures.

g ¶ Vtrumque.] primum, s. digne pęnitentem, vel minus digne gratia, vel fauore adducere ad reconciliationẽ, aliud est digne pęnitentẽ remouere, a reconciliatione aliquo liuore, & tunc vtrumq; istorum simoniacũ est, & ita respicit istos duos modos tãtum, & quòd primo dixit, simoniacum est, similiter vt dicitur ibi, vel põt respicere oĩa præcedẽtia, vt ista duo vltima quasi pro vno reputentur, & qđ primo dixit celet, & innotescere detrectet qua si idem sunt, & sic illud vtrunque potest respicere illa sic coniuncta. Ber.

¶ Idem Vigor † episcopo, & † Priori de Acra.

¶ Ecclesia emi, vel redimi non potest, hoc dicit quo ad litteram.

CAP. XV.

QVerelã † monachorũ de Acra recepimus, quod cum ipsi quoddã manerium cũ pertinẽtijs suis, & ecclesiã de Geneñ. a monachis de Cardonio, † sub annuo censu quindecim librarum fuissent adepti, & inde chartã ab ipsis monachis habuissent, Prior eorũ capitulo inconsulto, [h] præscriptum † manerium, &

QVerelam.] Primo ponit querelam monachorum. Secundo committit causam, instruendo iudicem in principali, ibi, Vnde quia. Abb.

CASVS. Monachi de Acra quoddam manerium cum pertinentijs suis, & ecclesiam quandam adepti fuerunt a monachis de Cardonio, sub annuo censu. xv. librarũ, & super hoc chartam ab ipsis monachis habuerũt: Post modum uero prior monachorum de Acra capitulo suo incõsulto, chartam ꝑdictã, accepta inde pecunia, dictis monachis de Cardonio resignauit: unde monachi isti de Acra conquerebantur se iniuste grauatos, quare mãdat Papa quibusdam, quatenus partib. conuocatis, causam cõcordia, uel iudicio terminare procurarent, scientes, quòd sicut ecclesia prædicti emi non potuit, ita nec redimi. Si uero monachi de Cardonio legitime citati fuerint contumaces, iudices monachos de Acra inducãt in possessionem eorum, de quibus controuersia uertitur inter eos, nec permittant eos exinde absque iuris ordine molestari. No. quòd ecclesia non potest emi nec redimi, alias simonia committeretur. Item propter contumaciam rei ante litem contestatam actor mitti debet in possessionem rei petitæ, & iudex inductum in possessionem defendere debet. Item delictum prælati capitulo inconsulto non præiudicat ecclesiæ.

h ¶ Inconsulto.] unde non ualet resignatio, 12. q. 2. sine exceptione, sup. de emp. & uend. cum dilecti.

† Vigoriesñ. Vigorniesñ.
† Et in omnibus manu scriptis legitur ita, & Priori de patria nec põt rescribi Priori de Acra, cũ is, & monachi cõquerantur, ut indicat series decretalis. in alio est, & priori de Perna.
† Ca. 14. eo. ti. in 1. compilat. & post con. Lat. pa. 2. ca. 12.
† Cadomo. Cardomo. ea dem varietas ẽ paulo post.
† Alias ita, ꝑ dictũ manerium. Est autem manerium seu mãsus apud Italos, portio terræ, quæ sufficit duobus bob. ad arãdum per totum annũ sed Galli manerium uocẽt domum extra ciuitates cum rusticis & terris adiacentib. quo sępe ꝑfiscicuntur nobiles delectationis gratia, Host. ca. 1. s. de censibus.

Ca. 13. eo. ti. in 1. cõp. ... d intelligẽ ... am præter ... ost. hic, ui ... B. Thom. ... 2. qu. 100. ... 5. unde i... liges qua ... er in his ... ẽplis pos... committi ... monia. ad ... Syluestrũ ... sum. uer... o, simonia, ... 1. 9.

Ad intelli... entiã h... l. uide præ ... hijs hic Pa... orm. uersi... ẽd oppono ... contra glo.

& chartam monachis de Cardonio, accepta pecunia resignauit.

¶ Vnde quia præfati monachi de Acra se conqueruntur iniuste grauatos: Mandamus, quatenus partibus conuocatis, præscriptam causam concordia, a vel iudicio terminetis, scituri, quod sicut emi non potuit, b ita nec redimi ecclesia memorata. Si vero monachi de Cardonio legitime citati, ad vestram præsentiam accedere, & iudicio vestro stare contempserint; vos ipsos monachos de Acra, in possessionem c eorum, de quibus controuersia vertitur, inducatis, nec permittatis eos exinde absque ordine iudiciario, molestari.

¶ Idem.

¶ Pro chrismate ab ecclesijs pecunia exigi non debet, etiam si hoc habeat consuetudo.

CAP. XVI.

EA † quæ de auaritiæ, &c. infra.

¶ Audiuimus, quod nummos, pro chrismate d ab ecclesijs extorquetis, quos nunc cathedraticum, aliquando Paschalem prestationem, interdum episcopalem consuetudinem appellatis: e Quia vero hoc simoniacum esse cognosci tur; Mandamus, quatenus prætextu alicuius consuetudinis f vel prælationis, præscriptos denarios nullatenus exigatis; Pro certo sciturі, quod si hoc præsumpseritis, periculum ordinis, g & dignitatis potestatis non immerito formidare.

¶ Idem.

¶ Pro habendis spiritualibus homagium facere, simoniacum est.

CAP. XVII.

EX † diligenti tua relatione innotuit, quod H. Cant. archidiaconus te induxit, vt ei homagium faceres, & fidelitatem prestares, ita quod ipse tibi beneficium ecclesiasticum annis singulis exhiberet. Vnde † quoniam huiusmodi obliga-

a ¶ Concordia.] 15. quæstion. 2. si primates, & supra de transactio. cap. vltim. vbi plures concordantes inuenies de hoc.

[Glossa sequens obijcit ad rationem dupliciter, primo quod cum vniuersitate, & capitulo, soluit, secundo quod non est sufficiens quo ad manerium fatetur, dicens, &c.

b ¶ Emi nō potuit.] quia nullum spirituale, vel spirituali annexum potest vendi, vel emi, supra, de iure patr. de iure, & sup. de pact. cum pridem, & capitu. vltim. & supra de transactio. super eod. & 16. quæst. 7. decimas. ergo nec redimi. sed hæc ratio non videtur habere locum, quia ecclesia, vel spirituali annexum, potest vendi cum vniuersitate & obligari, supra, de iure patro. ex litteris, & ca. cum sæculum, sed manerium fuit vt videtur, principale in quo erat ecclesia, & ita potuit redimi tāquam accessorium. Dicas, quòd manerium cū pertinentis suis & ecclesia fuerunt monachis concessa: ita quòd neutrum fuit accessorium alteri: & hoc colligitur bene ex littera, vt ibi dicitur in princip. quoddam maneriū cū pertinētijs suis, & ecclesiam, & ita ecclesia nō fuit pertinēs manerij, quia separata fuit a pertinentijs; & ita redemptio quantum ad ecclesiam nulla fuit ipso iure, sed hæc ratio non habet locum in manerio, quod bene potest vendi, & redimi, & ita hac via nō possūt reuocare manerium. Qualiter ergo agent pro manerio? Dicas quod contractus siue redemptio quo ad manerium nullus fuit ipso iure ex alia causa, quia hoc factum fuit irrequisito capitulo. sim. supra de emptio. & venditione, cum dilecti, & 12. quæstio. 2. sine exceptione. & hac eadem ratione non tenuit redemptio ecclesiæ, & ita tamen si ecclesia fuisset accessoria ad manerium, idem esse.

c ¶ In possessionem.] causa rei seruandæ, si lis non fuerit contestata, supr. ut lit. non contesta. quoniam, §. in alijs, & si lis contestata esset, & non liqueret de causa, adiudicaretur eis possessio salua quæstione proprietatis absentibus, supra. de dolo & contuma. prout. vbi de hoc: quam possessionem debent eis defendere iudices, vt dicit in fine: cum remaneant adhuc iudices, de illa re vsque ad diffinitiuam sententiam. supra. de testi. ex part. A. vbi de hoc. Bernardus.

EA quæ.] Primo factum reprehēsibile narratur: Secundo illud fieri prohibetur, ibi: Quia vero. Tertio pœnam comminatur, ibi, Pro certo. Abb.

CASVS. Quidam epi extorquebāt nūmos a clericis pro chrismate, & illos denarios aliqn̄ appellant cathedraticum, aliqn̄ Pasc. haiē præstationem, aliqn̄ appellant illos consuetudinem episcopalem: Sed quia simoniacum est, mandat Papa, quatenus pretextu alicuius cō suetudinis & prælationis, denarios prędictos nullatenus exigant, quod si fecerint, periculum sui ordinis poterūt formidare. No. quod in delictis non excusat consuetudo, & variatio nominis non prodest.

d ¶ Chrismate.] pro chrismate nummos accipere non conceditur, imo simoniacum est, vt 1. q. 3. ca. vlt. & inf. eo. in tantum, & supr. eo. non satis, & c. cum in ecclesiæ, & sup. eo. ad nostram.

e ¶ Appellatis.] similis variatio nominis habetur, ī. eo. in tantum. Sed bona denominatio non excusat malū: quia quodcunque nomē imponas, simonia est sicut in vsura, 14. quęstio. 3. plerique, & ca. esca. Bernardus.

[Gloss. seq. recitetur per quæstionem rationis, vel per obiect.

f ¶ Consuetudinis.] Consuetudo ista quantumcunque longa, non excusat malum, imò magis accusat. sup. eo. non satis, & c. cum in ecclesiæ, & sup. de consuetu. c. vl. cum sit contra ea quæ in veteri testamento prohibita sunt, & in sui natura mala, ut uendere sacramenta. 1. q. 1. qui studet, & c. sicut eunuchus, secus de illa consuetudine, quæ inducta est contra ius positiuum, supr. de consuet. c. vlt. vbi de hoc.

g ¶ Periculum ordinis.] s. depositionem quia pęna simoniacorū est depositio, vt ī. de hoc, & ca. insinuatum. & sup. de accus. inquisitio, 1. respon. Bernard.

EX diligenti.] In prima parte ponitur supplicantis narra-

† Ca. 15. eo. tit. in 1. cōp. De materia et intellectu uide plene p B. Th. 2. 2. q. 100. art. 2. Sotus lib. 9. de iu. q. 6. ar. 1. & Turrecrematam in c. vlt. 1. q. 3.

† Facit ad hoc glo. In l. si quis ī fundi uocabulo ff. de le. 1. & l. unic. C. de muta. not.

† Ca. 19. e. ti. in 1. compil.

† Hæc periodus in codice Barbatiæ hēt ita: Vnde qm̄ hmōi obligatio illicita est; & contra salutem animæ tuæ non & suæ profe ctū existit &c.

narratio, petitio, & obligatio. In secunda petitionis exauditio cum determinatione, & litterarũ datio ibi, Quocirca. Abbas.

CASVS. Archidiaconus Cantuarien. induxit quendam clericum, vt faceret ei fidelitatem. ita ꝙ ipse illi clerico bñficiũ ecclesiasticum annis singulis exhiberet. clericus iste uidens ꝙ hmõi obligatio illicita erat, petijt instanter a dño Papa absolui, dicens, ꝙ de prædicto beneficio nil amplius acciperet: Papa uidens petitionẽ hmõi honestam & fauorabilem, ipsum ab illa fidelitate absoluit, cũ illud contrarium fuerit diuinis legibus & humanis, ita ꝙ a sacerdote discreto pnĩam accipiat, & ne nota infamiæ possit respergi, concedit sibi has litteras, quas possit ostendere in testimonium suæ indulgẽtiæ cõtra infamãtes eundẽ. No. ꝙ fidelitas ꝓ re spirituali acqrenda fieri nõ debet: quia simonia esset.

[Glo. seq. reci. per q. an obligatio, &c.]

...tio [a] illicita, & cõtra tuę salutis, [b] nec nõ & suæ profectum existit, absolui a nobis instãti⁹ postulasti, adijciens, qđ ab eo deinceps nihil oĩno [c] de beneficio acciperes cõstituto. Quo circa nos tuã petitionem honestã, & fauorabilem attendentes, te a p̃fati archidiaconi homagio † & fidelitate (p̃sertim cum hæc taliter p̃stita diuinis [d] & humanis [e] legibus contraire noscantur) absoluimus, [f] ita qđ ab episcopo uel sacerdote discreto, [g] pęnitentiã inde condignam recipias.

¶ Verum ne aliqua propter hoc nota vel ĩfamia [h] possis † respergi, absolutionis nostræ litteras tibi duximus indulgendas, qbus contra latrantium morsus tutus, & præmunitus existas; & quas ĩ testimonium indulgentię nostrę ualeas demonstrare.

¶ Idem Strigonen. archiepiscopo.

Ordinatio uel consecratio nõ cẽsetur simoniaca, licet ordinatori aliqd donatum fuerit, nõ ex pacto.

CAP. XVIII.

ET si † qſtiones tuas de feruore religionis ad nos ꝓferri nullatenus ignoremus, non tamen tibi est ĩ his ultra quã oporteat, dubitandum, cum leges humanę dicant, quod quidam tenui religione [k] sacramenta † etiam necessaria, [l] & legitima exhibere cõtemnunt; tenuem religionem uocantes, quę † in talibus hæsitat, [m] vbi non est aliquatenus hæsitandum.

a ¶ Obligatio.] Obligatio ista turpis fuit & illicita, iõ neq; de iure neque de facto ligat, s̃. de pact. c. ult. & est illud munus ab [illegible] obsequio indebite impenso, unde simoniam inducit, 1. q. 1. sunt nonnulli. & pro spiritualibus homagium exigi non debet, inf. de reg. iur. c. ult.

b ¶ Contra tuæ salutis.] Iuramentum istud uergit in dispendiũ salutis æternæ, quia præstitum est pro re spirituali, pro ecclesiastico beneficio. s. unde non potest seruari. sup. de cond. ap. ca. fi. & s̃. de iureiur. si uero, & s̃. quod met. cau. cum dilectus, & 22. q. 4. si aliquid. Alanus.

c ¶ Nihil oĩno.] Alias certe pnĩam agere non posset. sup. de accu. inquisitionis, quia uenia nõ datur nisi correcto. 24. q. legatur, 22. q. 7. quemadmodum. sed pęnitere non potest, nisi renunciet illud beneficium, ut dixi in prædicta decreta. inquisitionis.

d ¶ Diuinis.] id est, canonicis, sic exponitur 3. qõ. 5. quod suspecti. & 1. q. 2. quam pio. & qõ. 3. si quis obiecerit, & c. saluator. uel proprie, quia hoc est contra uetus & nouum testamentum, 1. q. 1. qui studet.

e ¶ Humanis.] C. de epi. & cle. si queñ. & in Authen. de san. epi. circa prin. §. sed neq; coll. 9. Not. ergo ꝙ crimen simoniæ grauissimum reputat̃, ex quo diuinis, & canonicis, & humanis legibus condẽnatur, art. 1. q. ult. c. ult. Ber.

f ¶ Absoluimus.] ipso iure tamen absolutus erat, unde expone, absoluimus, id est, absolutum ostendimus, & potius factum respicit talis absolutio. Tan.

g ¶ Discreto.] Nota uerbũ istud, ꝙ discretus pnĩarius est quærendus, qui sciat absoluere ac ligare, de pęn. dist. 6. q vult petita & obtenta li centia prius proprij sacerdotis: alias non debet fieri. inf. de pœn. & remissioni. §. 1. Ber.

h ¶ Infamia.] Simonaci. n. infames sunt, 1. q. 3. c. vlt. Et hæc est talis infamia, ꝙ nisi cũ eo dispẽset per principẽ, ad al qđ ecclesiasticũ bñficium admitti non debet quo ad Deum acta pęnitentia tollitur, ar. 2. q. 3. §. hinc colligitur.

i ¶ Demonstrare.] Alias nõ crederet̃ secũ fuisse dispensatum, nisi ostenderet indulgentiã, inf. de schisma, c. 2. Ber.

ET si,] Diuiditur.] In prima quærentis conscientiam a puritate commendat, & scrupulosam curiositatem reprehendit: In secunda, ibi, In hoc factum narrat; distinguendo soluit & concludit soluendo: Secundum ibi, Cum in. Tertium ibi, Si ergo. In tertia principali. ibi. Qđ aũt rñdet auctoritati, ex qua dubitatio ĩsurgebat. Ab. Sic.

CASVS. Quidã electus fuit in archiepm Strigoñ. & confirmatus: Papa ꝑ quendam Cardinalem ꝑ mare euntem transmisit ei pallium. Frater illius electi occurrit obuiam Cardinali: & Cardinalis cum paucas equitaturas haberet, obtulit ei Palefredum, epo electo ignorãte, & recipiente postmodum palliũ ab eodem: postea archiepũs hoc intelligens dubitauit, an esset sibi in aliquo ĩputandũ: consuluit Papã super hoc, & ipse rñdet, ꝙ in his ultra quã oporteat dubitare non dẽt: cum dicant humanæ leges, ꝙ qdam contemnunt sacra etiam necessaria exhibere quadam tenui religione, dicentes tenuem religionem, q̃ dubitat, vbi dubitandũ nõ est, & ideo pro eo ꝙ frater eius Cardinali equum unum illo ignorente; transmisit, nullo modo ipsum dubitare oportet, cum paucas equitaturas ueniens per mare secum haberet, quia in accipiendis, muneribus uel dandis, tria sunt considerãda, s. qualitas dantis, & accipientis & quantitas muneris, & tempus donationis. qualitas personarum, ut a quo, & cui an a paupere diuiti, uel econuerso. quantitas muneris, scilicet an magnum uel paruum sit donum. tempus, an instante necessitate, uel alio tempore donetur. Si prædicta considerentur: non fuit magnum, si frater ille qui unum Cardinali donauit, quem histrioni etiam non petenti donaret; & potius hoc fecit necessitate inspecta. quam alia intentione; quod autem dicit. Beatus qui excutit manus suas ab omni munere, de donis illis dictum est, quæ solent accipientes uel accipientis animum allicere, in alijs, quæ accipientis animum non immutarent, Romana ecclesia interpretari consueuit, accipientem non delinquere uel donantem. Not. quod non debet eps dubitare, ubi dubitandum non est. Item in donis dandis tria considerantur, ut littera dicit. Item modica non præsumuntur aliquem immutare.

k ¶ Tanui religione.] In lege dicitur, ꝙ quidam subtili reuerentia tenti, ut nec uerum iuramentum præstare uelint. C. de fid. instr. l. ult. ad fin. quandoque uidetur verecundia, vel timiditas, ff. de consti. pecu. illud. in fi. ff. de condi. instit. quæ sub conditione.

l ¶ Necessaria.] Hæretici etiam ueritatem nolunt iurare; unde eo ipso tanquam hæretici reputantur, inf. de hæret. excommunicamus. §. adijcimus, uers. si quis uero.

m ¶ Hesitat.] Simile 24. q. 2. sane quod super. in prin. & sup. de rescrip. cum contingat. Ber.

---

hominio.

Alias ita: ... possit in po... rum resper...

De hoc plene B. Tho. 2. 2. q. 100. art. ... & Sotus li. ... de iust. & ... quæst. 7. ... 3.

Quo iure ... simonia sit ꝓ... bita, uide ... plicatum ꝑ ... dominicum ... li. 9. ... iust. & iu. ... art. 2.

Hæc Bern. ... hominio non ... licet hic ... post. quem ... dat. I. A.

† Cap. 30. e. ti. in 1. com. & post conc. Lateran. sub Ale. iij. part. 50. c. 1. Vide Turrecrematã in c. sunt nonnulli. 1. q. 1.

† Vide Host. in c. excõicamus. §. adijcimus. inf. de hæret.

† In trib. Vaticanis ita: qui in talib. hẽsitant, &c.

4 Alij alia afferunt iurisconsulti uerba, sed nemo hactenus ea, quib. hic Pontifex vsus est.

5 Hic error fuit Vvaldensiũ ut refert Eymericus in Directorio inquisitor. par. 8.

[Glo. seq. quatuor facit: ponit differentiam muneris ad donum. ponit per uersus quatuor in muneribus attendenda, psequit demũ septẽ, & recitat apophtegma.]

a ¶ Dandis muneribus.] Aliud est munus & aliud donum, ff de uerbor. significa. inter domum. Muneribus dandis attendas quatuor ista. Qui dans, qui ve petens, quæ res, quæ cã petendi. Lau. considerari debet quid offeratur. 19. dist. c. sm. Quale. 49. dist. c. penul. & a quo etiam art. c. 3. q. 7. in grauibus & pro quo 1. q. 1. dictũ est 2. Item ad quid offeratur de conse. dist. 2. & dixit. Qua intẽtione, 8. q. 1. in scripturis. Quantũ 17. qõ. 1. Ananias. Et hic consideratũ q̃titas ex psona dantis & recipientis; Vñ Seneca; Quidã cynicus petijt a rege Antigono talẽtũ, rñdit rex, ꝙ plus est, quã Cynicꝰ petere dẽat, & sic fuit repulsus: petijt denariũ Cynicus, rñdit rex qđ minus esset q̃ deceret regẽ dare; & ita turpissimã cauillationẽ inuenit, qua neutrũ daret, cum posset dare talẽtum tanquã rex: & denariũ tanq̃ Cynico.

b ¶ Equum.] Quandoque tamen sex solidi simoniam inducunt, inf. eod. ex tuæ.

c ¶ Non petenti.] Et iõ gratius, vñ Seneca, Non gratis accipitur munus, quod petenti donatũ. vñ illud Apostoli Beatius est dare q̃ accipere. 16. q. 1. prædicator. qui. n. donat alium sibi naturaliter obligat, ff. de peti. hæredi. & fi. §. consuluit, & ille, cui donatur, exhibere reuerentiam donator compellitur, & obedire. 8. q. 2. illud quidam. unde versus.

Gratius est donum, qđ uenit añ p̃ces. Vin.

d ¶ Donaret.] quod de iure fieri non debet, quia quod ioculatoribus donatur, arti nequissimæ donatur, 86. dist. donare.

¶ In hoc itaque quod P. presbyter Cardinalis Apostolicæ sedis legatus pro electione tua, & vt palliũ tibi traderet, ad partes illas accessit, & frater tuus eius præsciens necessitatẽ, ei equum vnũ te ignorãte transmisit: quoniã per mare veniẽs, nullas aut paucas secũ equitaturas adduxit, te nullo modo timere oportet: Cũ in accipiẽdis vel † dãdis muneribus[a] tria sunt maxime attendẽda: psonæ, s. dantis, & accipiẽtis qualitas, quantitas muneris, & donationis tẽpus. Qualitas personarũ, ut a quo, & cui, videlicet, an a paupere diuiti, uel ecõuerso siue a diuite locupleti datũ fuerit: æstimatio muneris, & donationis tp̃s, si magni vel minoris pretij res data existat, & an instante necessitate, seu alio tẽpore cõferatur.

¶ Si ergo prædictorum Cardinalis, & fratris tui personam & qualitatẽ pẽsamus, non fuit magnũ ab eodem fratre tuo, Cardinali equum[b] vnum transmitti, quem etiam ioculatori non † petenti.[c] uir tãtus, & tam abũdãs forte donaret[d] verum si temporis necessitatem perpendimus, non alia intentione[e] hoc cõstat factum fuisse,[f] quã vt Cardinali subueniretur in articulo p̃notato, & inf.

¶ Quod aũt scriptũ † est. Beatus q excutit[g] manus suos ab oĩ munere, de illis donis dictũ est, q̃ accipiẽtis animũ allicere, vel puertere solẽt, qm̃ si ipsa ẽt psona electi offerat ordinatori, vel cõsecratori suo electuarium, aut de vino, siue de alijs hmõi, q̃ modici p̃tij[h] fuerint, & q̃ volũtatẽ recipiẽtis ĩclinare uel mouere nõ dẽant nõ tamẽ ecclesia Romana interp̃tari cõsueuit, accipientẽ in his delinquere, vel donãtem.

¶ Idem.

¶ Abbas & maiores de cõuẽtu, si p receptione monachi receperũt pecuniã ex pacto, ab officio & beneficio suspẽduntur, & taliter recepta pecunia restituitur, & in aliud monasterium ita receptus transfertur.

CAP. XIX.

Veniens† ad nos F. p̃sbyter pposuit, qđ abbates & fratres sãcti R. noluerũt eũ in monachum recipere, quousque triginta solidos dare cõuenit, conuentione aũt facta, sequenti die eũ monasticum† habitũ induerũt, & ijdẽ monachi trigĩta solidos, Abbas vero decem, & familia duodecĩ p pastu (asserẽtes hoc esse de cõsuetudine[i] monasterii) postularunt. ¶ Qm̃ ergo factũ hmõi pniciosũ vr̃. Mãdamꝰ, quatenꝰ si ita esse iueneris, Abbatẽ & monachos ad restituẽ

tor. in fi. & quod dicit hic.

f ¶ Constat factum fuisse.] i. præsumitur, & est arg. ꝙ per exteriora præsumitũ de interiorib. sup. de præsum. c. 2. & 3. & ita vr̃ p lr̃am istã a cõtrario, ꝙ si alia ĩtetione equũ Cardinali dedisset, alias non daturus, nisi ut posset faciliꝰ expediri negotiũ fratris, licet eo ignorante, p̃iudicasset ei. 1. q. 5. præsentium, nisi in odium eius hoc fecisset, inf. e. nobis, uel nisi eo phibente hoc fecisset, inf. e. sicut, & reccurẽdũ est in talib. ad intentionem, & ex intentione ista cõsiderantur, & in certis locus est coniecturis, & non in his, quæ certa sunt, ff. de uer. obl. cõtinuus. §. cum ita, in fi. cum enim res certa est, secus fit, ff. loc. sed addes. §. 2. Bernar.

g ¶ Qui excutit.] 1. q. 1. sunt nonnulli.

h ¶ Modici pretij.] q̃ uidelicet ad magnã quantitatẽ non producant, ff. de of. procon. solent in fi. & ff. de offi. præsi. plebiscito. in his. n. interpretatur ecclesia simoniam nõ committi: quia non est uerisimile, quod propter hmõi modica, aliqs moueret ad aliqđ iniq̃ faciẽdũ. B.

VEniẽs.] Prima ponit q̃relã p̃sbyteri: Secunda dat iudicem, cui tria mandet. ibi, Quoniã. Abb. Sicu. CASVS. Quidã p̃sbyter. F. noĩe, uoluit fieri monachus in quodã monasterio, abbas & fratres noluerunt eũ recipere in monachũ, quousq: cõuenit eis dare triginta solidos; facta conuẽtione sequenti die receptus fuit in monachũ; monachi postulauerũt ab ipso xxx. solidos, abbas. x. familia. xij. p pastu, dicẽtes hoc esse de cõsuetudine monasterij: monachus ille accessit ad Papam pponens prædicta corã Papa: unde mandat cuidã, quatenus si est ita cõpellat abbatem & monachos ad restituendam pecuniã p̃sbytero indigne acceptã: & eidem p̃cipiat, ut in alio monasterio in habitu monachali Dño studeat seruire. abbatem, & maiores personas monasterijs ab executione ordinis sui suspẽdens, pro tantæ prauitatis excessu. Not. pecuniam restitui monacho, quam dedit monasterio suo pro sua receptione.

[Glo. seq. ar. per exteriora, & c. secundò a contrario litteræ. arg. quod sic, & c. duos casus excipit.]

e ¶ Intentione.] Hic interpretatur Papa intentionẽ alterius partis per exteriora, aliter non posset diuinare de intentioni alieni cordis: quia nec ẽt Paulus, licet spiritu Dei plenus fuerit, potuit diuinare. 22. qõ. 2. beatus. & sup. ut eccles. benef. ut nostrũ, & ff. ad l. Aquil. si puta-

i ¶ De consuetudine.] In hoc non valet consuetudo ĩ. c. Iaco.

† Vide Caietanum apud B. Tho. 2. 2. q. 115. art. 1.

† Esaiæ c. 33. refert Burcha. lib. 1. c. 113. Iuo par. 5. ca. 86. Ansel. lib. 6. cap. 175. Gratianꝰ in c. sunt nõnulli. 1. q. 1.

† In uno ma nusc. Vatica no ita: quoniam etiam si ipsa perso na, &c.

† Alias ita quæ modici p̃tij fuerũt, ex quo uolũ tatem, &c. Sed nos ue tustiora & emendatiora & omnia Va ticana exem plaria secut lectionẽ im pressam re tinent pars

† Cap. 1. eo ti. in 2. cõpi Vide Turre crematam. i c. statuimu decret. 1. c 1. & B. Tho 2. 2. qõ. 10 art. 3. ad4. a tamẽ. & p ne per Sylu strũ in sun uerbo, sim nia. q. 15. de intellec Couarruui in regula peccatum par. 2. re ctio. §. 2. fin.

† monac lem.

inf.c.Iacobus,& 1.q.3.c.vlt. & talis consuetudo dicenda est potius corruptela,inf.eod.sicut pro certo.
a ¶ Restituendam.]Argum.contra,s̄.eo.de hoc vbi habes quid iuris sit super tali restitutione facienda.
b ¶ Indigne.]simoniace,simile,inf.eod.tua, & sup.de pac. cap.vlt. Bernar.

affectu furandi nō committitur, 14.q.vlt.c.vlt.sic etiam est in simonia,vt dictum est,s̄.eo. & si quæstiones. Ber.
[Glo. sequens signat contrarium de decre.&c. & soluit.
g ¶ Secreto.] 2.q.1.si peccauerit.& 6.q.2.si tantum, & s̄.de temp.ordi.ex tenore.& c.vlt.& inf.eo. Matthæus.

dam [a] † pecuniam præfato F. tam indigne [b] acceptam, compellas: & Abbatem, & maiores personas monasterii pro tantæ prauitatis excessu, ab officii executione suspendens [d] præcipias [e] dicto F.vt in alio monasterio in habitu monastico, Domino studeat deseruire.

¶ Idem.

¶ Si ordinandus præsentatori suo aliquid dedit ex pacto simoniacum est: non tamen deponitur, si est occultum.

CAP. XX.

Ex † tuæ fraternitatis litteris,& ex confessione sacerdotis præsentium latoris accepimus, quod cum ad sacerdotii ordinem non † aliter voluisset eum eius archidiaconus præsentare, sex solidos [f] soluit eidem, & sic ordinem ipsum per eum præsentatus accepit. Vnde tibi sic duximus respondendum, vt si hoc non est publicum,sed secretum, eundem sacerdotem secreto [g] conuenias, monens sine vlla coactione propensius;& inducens, † vt ordinem alicuius religionis assumat, & perpetuo ab officio abstineat, quod illicite acquisiuit; Alioquin non erit tutum (cū sit secretus eius 10 excessus) ipsum inuitū ab eodem officio coercere; [h] cui tamen secretam pænitentiam, [i] secundum quod tibi visum fuerit, iniungere non postponas.

20 ¶ Idem.

¶ Breue est, nec potest breuius summari.

CAP. XXI.

Ad † nostram, & infra. ¶ Discretioni vestræ mandamus, quatenus pro 30 ministerio ecclesiastico [k] exercendo,siue pro vicarijs assignandis, seu pro chrismate,nullatenus pecuniam exigatis.

¶ Lucius tertius.

40 *¶ Cum simoniace ordinato qui simoniacus non est, dispensari potest.*

CAP. XXII.

De † simoniace ordinatis certū tibi non possumus dare responsum, nisi 50 plenius cognoscamus,qualiter fuerint ordinati; cum quidam licet secūdū quandam speciem simonię,vtpote ipsis ignorantibus simo-

c ¶ Maiores.] Quorum consilio Abbas regit, arg.10.q.2.episcopus habeat. vnde grauius puniuntur, quia fuerūt auctores facti, qui debebant hoc prohibere, arg. infr.de cleri.excom.minis.latores 24.q.3 qui aliorū.sim.j.eo. dilectus, vbi de hoc.
d ¶ Suspendens.] De pœna istorū regularium, qui per simoniam recipiuntur, habes,inf.eod.qm.Ber.
e ¶ Præcipias.]Ex eo quod dicit,pręcipias, apparet, ꝙ monachus fuit,alias non præciperet, sed videtur ꝙ non deberet esse monachus, quia istud esset contra substantiā monachatus.argu.s̄.de condi. appo.c.vlt. in text.& in glo.quę incipit.quod dicitur. ad finem.Bernar.

Ex tuę.]Primo ponitur cōsultatio. Secundo respons.ibi. Vnde.Abbas.

CASVS. Quidam cum uellet ad sacerdotij ordinem ascendere ordinem archidiaconū,vt eum pręsentaret ad ordinem sacerdotij: q noluit eum ad ordinem pręsentare,nisi prius sex solidos soluisset eidem, & si ordinem ipsum per eum præsentatus accepit.Episcopus diœcesanus, cui sacerdos hoc in secreto fuerat confessus,quæsiuit à domino Papa, quid de ipso presbytero esset agendum?Respondet Papa: si hoc est secretum, eundem sacerdotem moneat & inducat, vt ordinem alicuius religionis assumat,& perpetuo abstineat ab officio sacerdotis:alioquin non debet ipsum ab officio sacerdotis coercere,cum sit secretus eius excessus, pænitentiam tñ secretam sibi iniungat Not.quod crimen occultum prelatus punire non dēt: quia illud scit vt Deus, nō vt iudex.
[Glossa sequens not. quod quantitas, &c.dat simile, signat contrarium,& soluit.]
f ¶ Sex solidos.]Not.ꝙ quantitas muneris diuersitatem iuris non inducit,14.q.vlt.c.vlt. 1. & 1.q.1. iudices &c. placuit,& 1.q.3.si quis pbendas.sicut in vsura quicquid sorti accedit,vsura est.14.q.3.plerique,& c.esca.alias est sub c.plerique,inf.de vsur.consuluit.Arg.contra.sup.eo. & si qōne. Solu.intentio cōsideranda est. furium.n.sine

h alias phiberi nō potest,ut dicunt iura p̄dicta,& hic. Sed contra. argu. ꝙ coerceri possit, sup. de temp. ord.ad aures. vbi dicitur,ꝙ contra voluntatem prælatorum suorum subditi promoueri non debent: ergo eadem ratione debent abstinere: illud loquitur de regularibus qui ɔtra obedientiam sui prælati promoueri non debent, nec habent titulum, ratione cuius promoueri debeant, hic loquitur de executione ordinis iam suscepti, à qua sine manifesta cā aliquis remoueri non debet.
[Glo.seq.arg.in contrariū. & remittit.]
q ¶ Coercere.] Arg. ꝙ simoniacus nō est ipso iure suspēsus 2. arg.contra, s̄.eo.tanta,& 1.q.1.reperiuntur. De hoc dictum est s̄.eod.accusatum.
[Glo.seq.signat contrarium, & soluit.]
i ¶ Secretam pænitentiam.] Argu.contra, 24. q.2. legati.& 23. q.7. quemadmodum. & arg.supra de accusa.inquisitionis, & inf.eo. Matthæus. in fin.Sol.pęnitentia quantum ad vitam æternam sibi dari nō potest, nisi recedat à peccato: vt dicunt iura prædicta: & de pęnit.distin.3.pęnitentes.& dist.6.falsas.tamen danda est ei, ne indurescat in peccato suo, inf. de pænit. & remiss. quod quidam.& 90.dist.si quis contristatus,argum.quia forsitan 60 timore pęnitentiæ citius renunciabit ad quod tenetur. 1.q.1.si quis neque Bernar.

† Vide Federicum de Senis cons.140. & Geminianum in ca. si pauper. de præb. lib.6.

† Cap.3.eod. tit. in 2.cōp. Vide citatos in ca.cum in ecclesię,& c. veniens,sup. eod.

† De hoc ar. videto latius hic per Ioan. And.& recentiores Doct.

† Cap.18.eo. tit.in 1.cōp. Vide Magist. sent.& ibidē Docto.Theologos lib. 4. dis.25.§. differt, & §. simoniacæ autem hæresis.

Ad nostram.]CASVS. In hoc capitulo dicitur quòd pro ministerio ecclesiastico,& pro vicarijs,& chrismate,nihil omnino accipiatur.Not.quòd pro officijs ecclesiasticis nihil dari debet.
K ¶ Ecclesiastico.] sup.eod.non satis. cū in ecclesiæ.ea q̄.& j̄.eo.i tm̄.in q̄b.habes plene de his,q̄ hic phibent.

De simoniace.]Non diuiditur.CASVS.Quidam ordinati fuerāt simoniace, quæsitum fuit de his quid esset agendum Papa respondet, super hoc certum non possumus dare responsum, nisi primo sciamus qualiter fuerint ordinati:quia s̄m quandā speciem simoniæ quidam licet simoniace sint ordinati, vtpote ipsis ignoran-

tibus simoniaci non sunt, & illi dispensatiue possunt in suis ordinibus remanere. Not. quòd qui simoniace ordinati sunt ipsis ignorantibus, non sunt simoniaci, cum quibus possunt Episcopi dispensare.

a ¶ Remanere.] Dispensatiue, 1 quia de iure renunciare tenentur, postquam hoc sciuerint, vt 1. q. 5. presentium, & inf. eo. de regularibus, & c. ex insinuatione, & c. nobis, & s. de elec. c. pen. Et etiam post liberã resignationẽ põt Episcopus cum talibus dispensare, vt in eisdem ecclesijs recipiantur, vt dicit c. presentium, & j. eo. ex insinuatione. Cũ illis vero, q simoniã commiserunt, vel eis scientibus est cõmissa, episcopi dispensare non pñt, sed solus Papa, inf. eod. nobis. in fi. & c. penult. De hoc plene not. s. de renunc. post translationem. Bernard.

niace ordinentur, possunt (quia simoniaci non sunt) in suis ordinib. remanere. [a]

¶ Idem.

¶ Si contradicens electo, pro pecunia de volũtate electi tradita à cõtradictione cessat, electus postea confirmatus, est simoniacus, & beneficio renunciare tenetur.

CAP. XXIII.

MAtthæus† Cardinalis secreta nobis insinuatione monstrauit, ꝙ cũ fuisses ad ecclesię tuæ regimen de voluntate maioris [b] partis fratrum electus paucis [c] tibi contradicentibus, quidã amicus tuus de cõsciencia tua, & voluntate turbata ei, qui magister discordię videbatur, certæ quãtitatis munus exsoluit, & sic contradictio conquieuit; nunc autem dubitas, quod nõ sis à labe simoniæ prorsus immunis, donec in administratione volueris remanere. ¶ Quia igitur consilium requisisti, quid tibi sit faciendum; respondemus, quod multum tibi cõsulis [d] si administrationem celeriter [e] ac sponte [f] dimittas, illius verbi memor existens; Nihil prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiatur.

¶ Idem.

10 *¶ Pro absoluendo excommunicatum pretium aliquod exigi non debet.*

CAP. XXIIII.

AD† aures nostras peruenisse noueris, ꝙ cũ 20 C. de Seneuilla propter pecuniam, quam debebat, vinculo fuisset excommunicationis astrictus, creditoribus satisfecit, sed ab excommunicatorib. decem libras pro absolutione quærentibus, non valuit absolutionis [g] beneficium obtinere. 30 ¶ Quoniam igitur indignũ est, & ecclesiasticæ rationi cõtrarium, vt absolutionis beneficium redimatur; Discretioni vestræ mãdamus, quatenus si præfatus C. debitũ soluit, ipsum gratis faciatis absolui, si excõicatores id nõ fecerint requisiti. 40

Clemens tertius.

¶ Monachi per simoniã recepti, si sunt simoniaci, ad arctiora monasteria transferuntur: alias post renunciationem in eisdem, uel in alijs monasterijs eiusdem ordinis poterunt collocari. 50

MAtthæus] Communis diuisio. Secunda pars: ibi, Quia igitur. Abbas. CASVS. Quidam electus fuit ad regimen cuiusdam ecclesię de volũtate maioris partis paucis contradicentibus: quidã amicus illius de voluntate electi turbata, quã dam pecuniã soluit illi, qui discordiam faciebat: & sic contradictio quieuit, postea dubitãs ꝙ simoniam commisisset, p Cardinalem istum factum secrete dño Papæ intimauit, petens super hoc consilium salutare: & Papa respondet ei dicens, ꝙ multum consulit sibi, si administrationem sponte dimittat, memor existens illius verbi: Nihil prodest homini, si vniuersum mundum lucretur: animæ uero suæ detrimentum patiatur. Nota quod turbata uoluntas non excusat.

b ¶ Maioris.] Vnde ualere debebat electio sua non obstante aliorum contradictione, nisi aliquod rationabile opponeretur, sup. de his quæ fiunt a maio. par. cap. cum in cunctis, de hoc not. sup. de elect. ecclesia uestra. 2 [Gloss. sequens recitet. per obiectionem, si contradictores erant pauci, ergo iniuste uexabant: licuit igitur redimere, licet pauci; &c.]

c ¶ Paucis.] Licet pauci essent, poterant tamen se opponere, quia forte erant contempti, supr. de elect. quod sicut. & c. uenerabilem, uel aliam exceptionem poterant opponere electo forte, quòd erat maritus corruptæ, & ita ius habebant 2 contradicendi: unde nihil eis dare debuit, & quia eo sciente, & non contradicente pecu- 60 nia data est, simoniacus est non obstante voluntate turbata siue coacta, quia voluntas turbata siue coacta, voluntas est, supr. de electio. cum inter R. nisi ex toto esset mente alienatus, 15. quæst. 1. merito. & ei est imputandum. 14. distinct. quod ait. quia malorum mores infirmitas enim non excusat, C. si aduersus delictum. l. 1. si vero prohibuisset, quam cito hoc intellexerit, non imputaretur ei. infr. eodem sicut. Et est argum. quod turbata voluntas, voluntas est sicut coacta, supra de electio. cum inter. R. [Glo. sequens recit. per qõ. quare Papa non prohibet, &c.]

d ¶ Consulis.] Hoc ideo dicit, qa etiam peccatum occultum erat, vnde illum expresse ñ poterat prohibere, nisi consulendo, sup. de temp. ordi. ex tenore, & cap. vlt. & sup. eo. ex tuæ. vbi de hoc. & licet dicatur, consulis: necessitatem tamen importat. si vult saluari, quia nisi renunciet saluari non potest, vt dixi sup. eod. ex tuæ. in fine, & hoc idem dixit littera in fine, 3 & illud est salubre seu salutare concilium.

e ¶ Celeriter.] i. in cõtinenti, quia quanto rem amplius contrectat, tãto grauius peccat, s. eo. cum in ecclesiæ, sicut fur. qui semp est in mora. ff. de con. fur. in re furtiua. §. 1. & l. vlt. Ber.

f ¶ Sponte.] 1. q. 1. si quis neque.

AD aures.] Primo ponitur querela. Secundo iudicis datio, ibi. Qm̃. Abb. CASVS. Quidam C. nomine propter pecuniam, quam debebat, excõicatus fuit, quia eam ad terminum nõ persoluit: & tandem creditoribus satisfecit: Sed absolutionis beneficium habere non potuit excõicatoribus quærentib. x. li. pro absolutione: conquestus fuit ille Papæ, vnde mandat quibusdam quatenus si p̃dictus C. debitum soluit, ipsum gratis absoluant; si excõicatores requisiti ipsum non duxerit absoluendum. Not. ꝙ absolutio gratis est impẽdenda, cum sit quid spirituale. [Gl. seq. primo reddit cãm: secundo q̃rit & soluit: tertio declarat interesse partis, vel iudicis, hic non prohiberi.]

g ¶ Absolutionis.] Beneficium absolutionis, cũ sit ecclesiasticũ ministeriũ & spũale, nihil est exigendũ pro ipso p̃stando, s. eo. ad nr̃am, & c. nemo, & c. cum in ecclesiæ. & ideo qui pretium pro ipso recipit, simoniacus est. 1. q. 3. nõ solum, & c. quæsitum. Sed potest dubitari, vtrum si dedisset aliquid pro absolutione, simoniam committat:

1 Dispensatione papali, si simonia fuit in ordine, & est manifesta, sed si est occulta dispensat Episcopus secundũ Al. Lau. & Tãc. Arg. supr. eod. ex tuę. secundũ Host. Io. An.

†Cap. 21. eo. tit in 1. cõp. & post cõci. Lateran. sub Alex. 3. par. 40. c. 4.

Matth. 16. Luc. 9.

2 Dicit Inn. ꝙ iusta uel iniusta esset cõtradictio, an te confirmationem dare nõ licuit, & remittit, s. de electio. significasti. Ioan. And.

† Cap. 4. eo tit. in 2. cõp vide B. Tho 2. 2. qõ. 100 artic. 2.

3 Facit quod sup. de ætat. & qualit. aures. in v. glo. Io. An.

ſat: Et poteſt dici, ꝙ non, quia iniuſte abſolutio denegatur ſibi ex quo ſatiſfecit cum vexationem ſuam redimat. 1 inf. eod. cap. dilectus, ubi de hoc, unde non poſſet ab eo legitime appellari, cum graue immineat animæ periculum, ar. ſup. de app. vt debitus. Nihil ergo directe iudici pro abſolutione dari debet, ſecus ſi aduerſarius propter illius contumaciam fecit ſumptus, quia illos ſoluere debet antequā abſoluatur, ſ. vt lit. non conteſt. quoniam. §. in alijs; & idem credo ſi propter hoc iudex feciſſet ſumptus propter contumaciā excommunicati; illos refundere debet antequam abſoluatur, quia non dantur intuitu abſolutionis, ar. j. de ſenten. excō. ſacro. vt puta cum iudex procedit ex officio ſuo, ſ. de appel. cum ſpeciali. ſed ſi iniuſte illum excommunicaſſet, ſine omni difficultate abſolui debet abſque grauamine. ſ. de ſenten. excom. ſacro. Bernar.

a Vide in ſimili Turrec. in ca. quæſitum, 1. q. 3.

† Cap. 7. eo. ti. in 2. cōpi. Vide omnino Turrecrematam in c. ſtatuim⁹ decretum, 1. q. 1. & alios, quos citaui in c. veniens ſup. eod.

CAP. XXV.

DE † regularibus canonicis ſeu monachis nos conſulere voluiſti, qui per ſimoniam ingreſſum ipſis ſcientibus habuerunt. Vnde cum ſuper hoc auctoritates [a] multæ reperiantur expreſſæ, non aliud, quam ſtatutum eſt, reſpondemus, vt locum, quem taliter [b] adepti ſunt, omnino dimittant, [c] & ſolitudines, ſeu alia monaſteria diſtrictiora adeant, in quibus tam execrabilem exceſſum, ſine intermiſſione deplorent. Si autem ignorantibus [d] ipſis pecunia data fuerit, cogas eos ad renunciandum [e] loco eidem, & poſtmodum in ipſum [f] reducere, † (ſi ibi abſque ſcandalo potuerint remanere) vel in alio, qui ſit de ordine ipſo, ad ſeruiēdū Deo, poteris collocare.

DE regularibus.] Primo ponitur conſultatio. Secundo reſponſio; ibi, Vnde. Abbas.

CASVS. Quidam regulares canonici & monachi, ipſis ſcientibus, per ſimoniam ingreſſum in monaſterijs & eccleſijs regularib⁹ habuerunt, quæritur quid de ipſis ſit agendum? Reſpondet Papa, quod cum multæ ſuper hoc auctoritates reperiantur expreſſæ, nihil aliud eſt ſtatuendum, niſi ut locum quem taliter adepti ſunt, omnino dimittant & alia monaſteria diſtrictiora adeant, in quibus pęnitentiam agant. Si autem ignorantibus ipſis pecunia data fuit, compellendi ſunt, ut eidem loco renuncient, & poſtmodum ducantur in eundem, ſi abſque ſcandalo ibi poterunt remanere, uel in alijs eiuſdem ordinis collocētur. No. quod illi, quibus ſcientibus ſimonia eſt commiſſa, in arctioribus monaſterijs ſunt ponendi, alij ignorantes ſimoniam in eiſdem, uel in alijs locis eiuſdem ordinis diſpenſatiue poſſunt remanere.

† Redire, legitur in pleriſque vulgatis, ſed in oī[bus] antiquis reducere, ꝙ agnouit Hoſti. dum ait, reducere poteris, qđ eſt inf. in fi. ſ. diſpenſatiue. hæc ille. uerbum ergo, reducere, reſpicit uerbum, poteris.

a ¶ Auctoritates.] 1. q. 1. ſi quis neque. & c. qui ſtudet, & in multis cap. eiuſdem queſtionis, & per totam illam cauſam.

b ¶ Taliter ſimoniace, ſcilicet.

[Glo. ſeq. quærit, arguit ad negatiuum, & ſoluit.]

c ¶ Dimittant.] Nunquid licet ſimoniaco dimittere eccleſiam ſine licentia ſuperioris? Arg. ꝙ non. ſup. de renunc. niſi cum pridem. §. 1. & capit. poſt tranſlationem §. rurſus, ſed illa loquuntur tantum in epiſcopo; circa regulares tene quod dicitur, inf. eo. quoniam. de alijs vero dic, quod epiſcopi non poſſunt renunciare in manibus prælatorum, ſine licentia domini Papæ, inferiores renunciant in manibus prælatorum ſuorum, arg. ſup. de renunc. admonet, qui ſi nollent recipere reſignationem, nihilominus cedant, quia non dimittitur peccatum, niſi reſtituatur ablatum, 14. q. 6. ſi res, quia furtiuum eſt beneficium, 1. q. 1. ordinationes, & ſemper eſt in mora, ſicut fur. ff. de cond. fur. in re furtiua. §. 1. & vlt.

d ¶ Ignorantib.] iſti non ſunt ſimoniaci, licet ſimoniace ꝓmoti, ut ſ. e. de ſimoniace. & iō pnt ī ſuis ordinib. remanere & poſt renūciationē ſeu reſignationē ad bñficia reſtitui diſpēſatiue, vt ibi dr. & hoc idē dt Tā.

e ¶ Ad renūciādū.] qa aliter agere pnīā nō pōt, de pęn. di. 5. falſas. ar. ſ. de renuncia. niſi cū pridē. §. 1.

f In ipsū.] j. e. qm. B.

¶ Idem.

¶ Si quis canonicatui renuncians ad quem per ſimoniam ignorāter aſſumptus fuerit, poſtea de nouo aſſumptus ad illū: non pōt ex prima receptione ſibi aliquid vendicare.

CAP. XXVI.

EX † inſinuatione tua nobis innotuit, quod pater tuus interueniente [g] pecunia, olim tibi [h] præbendæ beneficium acquiſiuit. Cumque ad annos diſcretionis perueniens, accepiſſes Dominicæ Crucis ſignū dictam præbendam in manu Præpoſiti & fratrum libere reſignaſti: [i] Sed ijdem tibi cōpatiētes, de nouo te in ſuū concanonicū elegerunt, [k] ita videlicet, ꝙ per electionem iſtam, poſtremum locum in choro, & in alijs obtineres, & infra.

¶ Rñdemus † vt indulgētia [l]

† Cap. 2. tit. de renūcia. in 2. cōpi. Et vide B. Tho. 2. 2. qō. 100. ar. 6. ad 3. ar. & Turrecrematam in c. ſtatuimus decretum, 1. q. 1.

† Alias ita: Mandamus quatenus.

EX inſinuatione.] Renūciās bñficio ſimplici, ad qđ per ſimoniā eo ignorante fuerat aſſūptus, pōt ex diſpēſatione in uacatione denuo ad illud aſſumi, nihil tñ ex pria receptione vēdicabit. Cōis diuiſio. Scđa ibi, Rñd. Abb.

CASVS. Quidā pr̄na cupiditate, ipſo tñ ignorāte, ī canonicū cuiuſdā ecclę fuit receptus, poſtmodū ad annos diſcretiōis veniēs, ſignū Crucis aſſūpſit, & p̄bēdā q̄ taliter adept⁹ fuerat, ī manu p̄poſiti, & fratrū ſpōte reſignauit, ſed idē prępoſitus & fr̄es ſibi cōpatientes ipsū de nouo ī canonicū elegerūt, ita videlicet, ꝙ poſt iſtam electionē poſtremū locū ī choro & in alijs obtineret. Iſte q̄ſiuit a Papa vtrū primū locū, quem habuerat ſm primā electionē, valeat recuperare? Rñdet ei Papa, vt indulgentia, q̄ fratres illis miſericorditer ſibi fecerunt contentus exiſtat, & ratione primæ receptionis nihil audeat in ipſa eccleſia uendicare. No. quod capitulum pōt diſpenſare cū eo qui ignoranter in eccleſia beneficium eſt adeptus ut in eadem eccleſia in canonicum admittatur. Item actio ſemel extincta amplius non reuiuiſcit.

g ¶ Interueniēte pecunia.] ex pacto, ſ. eo. de hoc ꝙ eſſe non debet, inf. eo. tua. 2. q. 2. quā pio. & ſup. de pac. c. vl.

h ¶ Tibi.] ignoranti: aliter capitulum vel epiſcopus cum eo diſpenſare non potuiſſet. inf. c. proxim. in fi.

i Reſignaſti.] poſtq̄ intellexit ſimoniā fuiſſe cōmiſſā; qa ad hoc tenebat, ut. ſ. c. ꝓx. & ſic. factū alteri⁹ ei p̄iudicat, & ſic punit̄ ſine culpa, ꝙ eſt cōtra illud gñale, rē q̄ culpa caret, &c. ſup. de cōſt. c. 2. Sed hoc ē ſpāle ī caſu, ī odiū ſimōiacorū, qa ſi ñpuniret̄, nimis freq̄ntaret̄ illud crimē.

K Elegerūt.] diſpēſatiue, & ita hēs hic ar. ꝙ capitulū diſpēſat cū ſimoniaco. Sed p̄t dicit, ꝙ capitulū nō diſpēſat, ſed ipsū eligit p̄ diſpēſat onē ep̄i, nā ep̄s de cōſilio capituli cū talib. diſpēſ. 1 q. 5. p̄ſentiū, & ſ. d. elec. c. pen. obſeruata diſtinctione ibi, circa p̄lationē, ar. j. c. ꝓx. in fi. & ſ. de iud. at ſi clerici, & 1. q. vlt. c. vlt. & 1. q. 1. erga ſimoniacos, ꝯria ītelligunt, qñ ipſimet ſimoniaco cōmittunt, vel cōſentiūt, ſed iſte ſimoniacus ñ fuit ſ. e. d. ſimoniace. & iō nō fuit Idignus mīa, qa alieno vitio laborauit. C. de nat. lib. legē. & iō pp vitium alienum diſpenſatur cū eo.

l ¶ Indulgentia.] Ex hoc notatur, ꝙ capitulum diſpenſauit

fauit cū isto, sed pōt intelligi, ut dictū est in prox. nouu ha; & expone, indulgētia, id est gratia, quia nō tenebā tur cum eligere nisi vellent, & ita gratiam fecerunt ei.
a Primæ.] simile, ff. de pac. do. inter socerū, in fin. ff. de sta. hom. l. liber homo. C. de re. pig. l. vl. in fi. & sup. de re nūc. c. inter P. & ita habes hic, ꝙ actio se mel extincta, amplius nō reuiuiscit, de con se. dist. 4. queris, ff. de sol. qui res. §. aream. & C. de remis. pign. cum ex causa, argu. contra sup. de appel. cum cessante. Bern.

NObis.] Duę sunt partes principales. Secunda, ibi, ad vltimum. Abb.

CASVS. Vacante quoddam Plebanatu, Capitulū eiusdem plebis dedit ptāte eligēdi quatuor, qui eligerēt Plebanū amici illius de cuius electione sperabāt, promiserūt uni d̄ pdictis quatuor, uel ēt oīb. pecuniā se soluturos, eo. tñ igorāte & sic interueniēte hmōi promissione elect⁹ fuit: q̄ritur an talis electio ppa sit imꝓbāda: Rñdet Papa, quod q̄uis illius promissionis conscius non fuit hmōi electio, si de hoc constiterit, est reꝓbāda, nisi constaret illos, q ꝓmissionē fecerunt, fraudulenter id fecisse in dispendiū illius, q fuerat eligendus. Scd̄o alia qō. ponitur: Ecce aliqs est electus in Prelatum alicuius ecclesiæ, illa electio reprobata est pp simoniacā prauitatē, ut di ctū est. Quæritur, utrū epūs cum talib. ualeat dispēsare? & rñdet ꝙ nō Nō ꝙ simo. ab alio cōmissa, alij nocet q culpabilis non fuit: nisi illud factum fue rit in dispendiū electi, quia ei nō nocet, cum fraus alicui pro desse non debeat.
b ¶ Tñ ignorāte.] ratū postmodum haben te, quia tūc ei nocere, inf. eo. sicut. Alia.
¶ Quapropter super his, prauas actiones fieri prohibemus, & pias consuetudines præcipimus obseruari. Statuentes, vt libere conferantur [c] ecclesiastica sacramenta. Sed per episcopũ loci veritate cognita, compescantur, qui maliciose nituntur laudabilem [f] consuetudinem immutare.

¶ Honorius iij. vniuersis Abbatibus, & fratrib. Cistercien. ordinis.

¶ Prohibet Abbates Cistercienses solemniter installari, & ponit formam obedientiæ, quam præstant suis Episcopis.

ex causa permissæ sunt, ut cum permittitur eis præsentare clericum, ipsi volunt eum instituere: uel cum ipsi requiruntur, ut consentiant, ipsi volunt eligere. De quibus habes supra de iure patronat. capitul. præterea, & in pluribus alijs, quod non credo. Sed dic ut prius dictum est. Bernardus.

NE Dei.] Duæ sunt partes. Secunda ibi, Adijcimus. Abb. Sicul.

[Glossa sequens ponit casum litteralem.]

a ¶ Ne Dei.] CASVS: 1 Abbates Cistercien. ordinis consueuerant dare archidiaconis Pa lafrenum in sua installatione, vel aliud æquipollens: quod prohibuit Honorius Abbatibus: & ne de cetero taliter installentur, sed obedientiam faciant suis episcopis, prout dicitur in littera B. Nota, quod episcopus diœcesanus abbatem Cistercien. Ordinis installare non debet: Licet in aliquo instrumento fiat mentio de aliquo alio, non ideo debet illud exhiberi. Item si non exhibetur statutum ordinis contrarium, adstringitur regularis mandato episcopi. Item contra statuta regulæ non debet monachus diœcesano obedire.

b ¶ Solennitates.] Installare Abbates, & Abbatissas in sede ponere, pertinet ad officium archidiaconi, supra de offic. archidiac. cap. ut nostrum. & talis installationis solemnitas non requiritur in Abbatibus Ordinis Cistercien. ut hic patet.

¶ Qualiter hoc cap. spectet ad titu. colliges ex casu, & clarius hic ex Panorm. & alijs.

¶ Installatio fit, quando electus & cõfirmatus in troducitur in stallum, i. in sedē suae locum constitutū in choro, & Abbati deputatum ad sedendū.

1 Hunc casum inuenio in antiquis, & manuscriptis Greg. exemplar. bus.

CAP. XLIII.

NE † Dei [a] ecclesiam: & infra.

¶ Installationis † solennitates [b] in electis Abbatibus ordinis vestri fieri prohibentes: Adijcimus, ut archiepiscopi & episcopi ea sint forma professionis [c] contenti, quæ ab origine vestri ordinis noscitur instituta, quæ talis est. Ego frater Abbas Cisterciēn. ordinis subiectionem, & reuerentiam, & obedientiam a sanctis Patribus constitutam, secundum regulam Sancti Benedicti, tibi domine Episcope tuisque successoribus [d] canonice [e] substituendis, & sanctæ Sedi Apostolicæ saluo ordine [f] meo, perpetuò me exhibiturum promitto.

¶ Gregorius ix. Priori Sanctæ Thomæ Esculañ.

¶ *Recepto in canonicum debetur præbenda, & redditus: consuetudine non obstante, quod non seruauerit prauam consuetudinem de aliquo temporali dando ipsis canonicis.*

c ¶ Forma professionis.] qua profitentur se præstaturos suis episcopis subiectionem, & cetera, quæ sequuntur. sic & archiepiscopi debent esse contenti forma professionis a canonibus constituta, supra de maior. & obedien. dilecti, qua & Papa contentus est, ut ibi dicitur.

d ¶ Successoribus.] & ita postquam fecit obedientiam prædecessoribus, amplius eam facere successoribus compelli non debet, ut supra de iureiuran. ueritatis. & idem in uasallo, ut ibi dicitur.

e ¶ Canonice.] Alias non teneretur, puta si esset intrusus sine consensu clericorum 22. quæst. 2. alienationes. Bernardus.

f ¶ Saluo ordine.] Nam contra regulam obedire non tenentur, ut hic dicitur in his, quæ contra regulam: uel illicita sunt, nullus obedire tenetur, 11. quæstion. 3. si quis episcopus, & cap. non semper, & capitul. si dominus, & capitulo Iulianus. sed bonum quod agitur, quandoque propter obedientiam intermittitur, undecima quæstione tertia. quod ergo, & est simile huic solo, supra de iureiurand. ego. n. Bernardus.

CAP. XLIIII.

IAcobus † canonicus Esculanus exposuit, quod cū ipse in ecclesia Aprutiñ. sit receptus in canonicum & in fratrem, canonici eiusdem ecclesiæ partem prouentuum, ac præbendam sibi assignare recusant, quādam consuetudinem prætendentes, quod prandium habere debeant a canonico recepto de nouo.

¶ Quocirca mandamus, quatenus si est ita, dictos canonicos, vt tali consuetudine [g] non obstante, sibi sicut vni ex alijs, in prouentibus & præbenda prouideant, appellatione remota, compellas.

¶ Idem.

¶ *Qui ordinauit aliquem sub promissione de non petendo ab ipso prouisionem: ordinator per triennium à collatione, præsentator verò ab executione ordinum etiā per trienniū suspensi sunt: ordinatus vero ab ordine perpetuo sit suspensus; & solum per sedē Apostolicam cum eis dispensatur.*

IAcobus.] Prætextu consuetudinis non debet exigi prādium a canonico de nouo recepto hoc dicit. Diuiditur. nam prima pars ponit querelam, secunda dat iudicem, ibi, Quocirca. Abbas Siculus.

CASVS. Iacobus iste Canonicus Esculanus receptus erat in fratrem & canonicum in ecclesia Aprutin. canonici illius ecclesiæ partem beneficij sui sibi assignare nolebant, nisi primo reciperēt prādium ab eodem, consuetudinem prætendentes, vt a canonico de nouo recepto prandium recipiant. Mandat Papa cuidam priori, quatenus si est ita, consuetudine illa nē quaquam obstante, cōpellat canonicos illos, ut præbendam sicut vni ex alijs sibi conferant, & assignent. Nota quod pro spiritualibus nihil dari debet etiam obtentu alicuius consuetudinis.

g ¶ Tali consuetudine.] quæ non excusat, sic supra c. veniens, imo potius simoniam inducit, quia pro pastu uel pastello exigi aliquid non debet pro huiusmodi spiritualibus, supra eodem, capitul. primo, & prima quęstione tertia, si quis præbendas non obstante aliqua consuetudine, ut ibi supra eodem in pluribus capitulis. Bernard.

SI quis.] CASVS. Quia frequenter ordinantur aliqui sine certo titulo, propter quod fiunt promissiones illicitæ: statuit Gregorius, quod si aliquis ordinauerit, seu ad ordinem præsentauerit aliquem, recipiens ab eodem promissionem vel iuramentum, quod super sua prouisione non inquietabit eundem: ordinator a collatione, & præsentator ab executione ordinum per triennium nouerint se suspensos, & ordinatus ab ordine

† Vide Doc. in c. 1. s. eo. ti. B. Th. 2. 2. q. 100. art. 1. & Sy. 1 sum. verb. sim. q. 8. & 6. & 13.

ord.ac sic suscepto nouerit se suspensum, donec dispensationem, per sedem Apostolicam meruerit obtinere Not. quod quis punitur in eo, in quo deliquit. Item solus Papa dispensat cum illis, qui scienter per simoniam ordinant, uel ordinantur.

[Gl. sequens quod hic de iuramento dicitur coadiuuat; demum signat contrarium.]

† Vide Turrecrematã in c. statuimus, & in c. ordinationes 1. q. 1. & Syluestrum citatũ in c. præcedẽti. † inquietaret.

a ¶ Promissionem vel iuramentum.] Pactum tale siue iuramentum turpe est, ideo nullã obligatione inducit supra de pac. c. vlt. & ff. de verbo. oblig. ff. eo. si stipuler, vt id. Et ita habes, quod si principale non tenet, nec iuramentum super hoc factum sim. supra de foro cõpe. si diligẽti. in fi. C. de legi. nõ dubiũ Ar. sup. de iure iu. debitores. & licet talis obligatio nõ tenuerit: 1 punitur ordinator a collatione ordinum; vt in eo puniatur in quo peccauit, supr. de iure. pat. pastoralis, cum suis similibus.

1 Adde quod no. de preb. si eps cui. li. 6. in vlt. glo.

[Gl. seq. recipit per obiect. quod deponi debebant, ex quo, &c. soluit, solutioni obijcit, & respondet. In fine quæ fuit additio, dat verum intellectum.

CAP. XLV.

SI † quis ordinauerit, seu ad ordinem præsentauerit aliquem; promissionem vel iuramentum [a] ab illo recipiens, quod super prouisione sua non inquietet † eundem, ordinator a collatione, præsentator vero ab executione ordinum per triennium, [b] & ordinatus ab ordine sic suscepto, donec dispensationem, super hoc per sedem Apostolicam [d] obtinere meruerint, nouerint se suspensos.[e]

¶ Idem.

¶ Habet duo dicta, secundum ibi: & ad resignationes. Et propter breuitatem & varietatem lecturarũ aliter non summatur.

CAP. XLVI.

MAndato † nostro recepto, vt cum monachis, qui per simoniam dato aliquo, locum in monasterijs sunt adepti, secundum constitutionem generalis concilij[f] dispensare s, & inf. ¶ Consultationi tuæ breuiter respõdentes, dicimus mandatum Apostolicũ, et ad Abbates [g] extendi: Et ad resignationes spiritualiũ & tẽporaliũ, quæ nullo pacto, sed affectu animi [h] præcedente, vtrinque taliter acquirũtur, (in quo casu delinquentibus sufficit per solam pænitentiam suo satisfacere creatori)

MAndato.] CASVS. Quidam recepit in mandatis a Papa, vt secundum constitutionem generalis concilij, supra eodem. quoniam. dispensaret cum monachis, qui per simoniam aliquo dato in monasterijs sunt recepti, nulla de Abbatibus in mandato Papæ habita mentione; consuluit iste Papam vtrum auctoritate illius mandati posset dispensare cum abbatibus? Item aliqui sunt adepti spiritualia nullo dato pretio nullo pacto dandi uel recipiendi præceden. te, sed solo affectu animi antecedente hinc inde; quæritur, utrum isti propter istum affectum teneantur ad resignationem huiusmodi spiritualium. Ad primum respondet Papa, quod mandatum Apostolicum ad Abbates extenditur, & sic constitutio illa quoniam simonia ca continet dispensationem per Papam exhibendam. Ad secundum respondet, quod isti pro huiusmodi simonia non tenentur ad resignationem spiritualium uel temporaliũ, quæ nullo pacto, sed affectu animi præcedente ex vtraque parte taliter acquiruntur; sed sufficit delinquentibus per solam pænitentiam in hoc casu suo satisfacere creatori. Not. quod beneficium principis latissime interpretandum est. Item simonia solo affectu animi non committitur, nec renunciare quis tenetur spiritualia, uel temporalia pro tali simonia, licet alias peccet. Item affectus siue uoluntas punitur.

1 Notabilis, est & difficilis huius ca. diffinitio, de cuius materia & ĩtellectu uide Dominicum Sotũ libr. 9. de iust. & iu. q. 8. ar. 1. ad 6. argu. Mar. Na. in Man. cõfessariorũ c. 23. titu. de simonia ad. de Couarruuiam in reg. l. peccatum. de reg. iu. li. 6. in 2. par. Relecta. in initio, & Romanum consil. 259.

b ¶ Ab executione per triennium.] & ita simoniaci iudicantur, nec tamen deponuntur, nisi quia ad tempus suspenduntur, sed hoc forte ideo est, quia nihil datur vel recipitur pro ordinatione vel præsentatione, quia simonia est 2 studiosa voluntas emendi, vel vendendi spiritualia. art. 1. quæst. 1. studet, sed emptio, vel venditio sine pretio non consistit. Institut. de empt. & venditio. §. pretia autem, & ff. eodem l. 2. §. fine, sed hic nullum pretium datum est. Sed contra; iste remisit ius, quod sibi competeret ex tali præsentatione contra præsentatorem, uel ordinatorem, qui tenebatur sibi ad prouisionem, supra de præbendda cum secundum Apostolum, sed idem est remittere quod dare, supra de restit veniens, & ff. de calum. quin etiam & ita debent deponi. Hic nihil remittitur, quia nihil adhoc debetur sed renunciauit iuri, quod in futurum posset acquiri, si præsentetur debito modo, sed in contrarijs remittitur quod in præsenti debetur, sed si hic fieret talis remissio, deponeretur tam dans, quam recipiens, si conuinceretur, supra eo. de hoc. & cap. insinuatum. ideo minor pœna imponitur propter affectum cum opere subsecuto, supra de biga. nuper. &c. vlti. & hoc intellige, si crimen sit occultum, si uero esset manifestum, semper essent suspensi, & accusarentur & conuincerentur, & deponerentur ex tali promissione uel iuramento. Ber.

2 Vide Beat. Tho. 2. 2. q. 100. art. 1.

c ¶ Dispensationem.] sic supra eod. per tuas nobis.

d ¶ Per sedem Apostolicam.] hic patet, quod cum simoniaco scienter in ordine solus Papa dispensat: idem intelligio in dignitate, & beneficio, ut dixi sup. eod. de simoniace, & supra de renunciatio, post translationem.

e ¶ Suspensos.] ipso iure.

f ¶ Concilij.] supra eod. quoniam.

g ¶ Abbates.] Mandatum fuit alicui, vt dispensaret cum monachis, qui per simoniam monasterium sunt ingressi nulla mentione habita de abbatibus, & tamen hoc extenditur ad abbates, & ita habes hic argum. quod beneficium principis largissime interpretandum est, infra de uerbor. signific. olim. & ff. de constit. princ. beneficium. & supra de donat. cum dilectus in fin. argum. quia in beneficijs, ut ibi dicitur, plena est interpretatio facienda. Item argum. cui conceditur minus, & maius concessum uidetur, ut 16. quæstio. 2. uisis. 3 sed potius contrarium dici consueuit supra de deci. ex parte. sic quod de monachis dicitur, ad regulares extenditur, supra de postulan. ex parte. Bernardus.

3 Concor. l. ad rem mobilẽ & l. legatum, ff. de procu. & l. iuris gẽtiũ. §. adeo. C. de pac.

h ¶ Affectu animi.] Ergo sola uoluntas, siue affectus animi non facit aliquem simoniacum, licet aliter peccet, ut dixi sup. eod. consulere. & est simile. sup. eod. tua. ad finẽ. & simile inf. de usur. in ciuitate, sed secus uidetur in usura, ubi sola spes usurarij usuram inducere uidetur, ut 14. quæstion. 3. capi. primo, & infra de usur. consuluit. Item habes hic, quod affectus siue uoluntas punitur, & merito, quia non ambitione, sed labore ad honorem conuenit peruenire. C. de re mil. contra publicam. lib. 12. & 61. distin. miramur, in fi. & talibus honor est auferendus 8. q. 1. in scripturis. & 1. q. 6. sicut is, & hic. & hæc ambitio sola pœnitentia purgatur sine renunciatione, & huiusmodi leuis simonia potest leuiter indulgeri. sic 68. distinct. si-

cut

est & sup. de accusat. cum dilectus. & ita collige, quod aliquis promouetur cum mortali: nec deponitur, nec dicitur proprie simonia talis affectus animi. Bernardus.

NE PRAELATI VICES SVAS vel ecclesias, sub annuo censu concedant.

eos pro simonia huiusmodi non teneri.

¶ Supra visum est de simonia in genere, nunc submittit de quadam ipsius specie scilicet ne prælati vices suas, &c. Abbas Siculus.

¶ De hac materia tractatur 89. distinct. & prima quæst. quarta, per totum. uigesima prima, quæst. 2. præcipimus.

TITVLVS IIII.

Ne Prælati vices suas vel ecclesias sub annuo censu concedant.

¶ Alexander iij. in concilio Lateran.†

¶ Qui dat pecuniam, vt episcopalem vel spiritualem iurisdictionem exerceat, officio suo priuatur, & sic conferens illud amplius conferre non poterit, & canonice punietur. h. d. cum sequentibus.

Cap. 15. in ... Cum in officijs. §. pr... rea quoniam. & c. 1. tit. de prælatis, ne uices suas, & c. in 1. compil. Et de materia huius ca. & ... seq. præter ...dos pau... post uide ...ylvestrũ in ... verbo simonia, q. 4.

PRæterea.] Primo ponit excessum, quem secundo punit: ibi, Præsenti. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam Episcopi pro certa quantitate pecuniæ vendebant episcopalem iurisdictionem quibusdam, qui Decani uocabantur: statuit concilium Lateranen. quod qui de cetero iurisdictionẽ episcopalem taliter receperint, officio suo priuentur, & episcopi conferendi hoc officium potestatem amittant. Nota ꝙ iurisdictio episcopalis vendi non debet, sed gratis conferri, aliàs puniuntur, ut hic dicitur. Item punitor quis in eo, in quo deliquit.

CAP. I.

PRæterea, quoniã quidã in quibusdã partib9 sub ptio statuũtur, q Decani a vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate b Episcopalẽ iurisdictionem exercent. Præsenti decreto 10 statuimus, vt qui † de cetero hoc præsumpserit, officio suo priuetur, & Episcopus cõferendi c hoc officium, potestatem amittat.

†In cod. Barbatiæ ita vt qui talia de cetero præsumpserint, officio suo priuentur.

¶ Idem in concilio Tu- 20 ronen.

¶ Summatum est supra capitulo proximo.

CAP. II.

QVoniam † in quibusdam partibus decani, vel archipresbyteri, ad agendas vices episcoporum, seu archidiaconorum, & terminãdas causas 40 ecclesiasticas, sub annuo pretio d statuuntur, e quod ad sacerdotum grauamen, & subuersionem iudiciorum non est dubium redũdare, id vlterius fieri prohibemus. Quod 50 si quis de cetero fecerit, remoueatur a clero. Episcopus autem, qui hoc suro & Episcopus, qui hoc sustinuerit, & iudicia ecclesiastica dissimulat peruerti, canonice puniatur.

† Post conc. Lateran. sub Alexand. iij. par. 3. cap. 1. & c. 2. tit. de Prælatis, ne uices suas, &c. i 1. cõp. Et de intellectu & materiã. vide Tur recremat. in c. pcipimus 21. quæst. 2.

QVoniam.] Diuiditur, quia primo ponit excessum, quem expressa causa finaliter prohibet: Secundo pœnam addit, ibi, Quod si quis. Abbas Siculus.

CASVS. Episcopi, & Archidiaconi ad agendas uices suas, & causas ecclesiasticas terminandas, quibusdam Decanis seu archipresbyteris sub annuo pretio committebant, quod in subuersionem iudiciorum, & grauamen Sacerdotum redundabat: statuit cõcilium Turonen. quod istud de cetero non fiat: quod qui fecerit, remoueatur a clero & Episcopus, qui hoc sustinuerit, & iudicia ecclesiastica dissimulat peruerti, canonice puniatur. Not. ꝙ Episcopus gratis iurisdictionem suam impẽdere debet.

a ¶ Decani.] id est, archipresbyteri rurales, qui spiritualem habent iurisdictionem, 50. distin. in capite. sic appellantur, sup. de censibus. cum Apostolus, & sup. de offic. archidiaco. ad hæc. §. ult. Bernar.

[Glossa sequens principium recitat. per distinctionem, aut uicarius dato Episcopo, &c. secundo argumen. signat contrarium, & ibi remittit: tertio dicit de pertinentibus ad titulum.]

b ¶ Quantitate.] data Episcopo pro sua iurisdictione, quam emunt isti Decani: quod non licet, ut hic patet, sed econuerso Episcopus, si committat uices suas alicui, potest & debet ei constituere salarium de camera sua, cum ille ad hoc non teneatur. artic. 12. quæstio. 2. charitatem. & cap. quicunque. 1 Item est hic argumen. quod plebani siue Archipresbyteri non habent iurisdictionem, & hoc satis videtur, nisi habeant ex consuetudine, infra de excessib. prælat. ad hoc. argument. contra, supra de offic. ordi. cum ab ecclesiarum ubi de hoc. & hæc decret. & sequens pertinent ad primam partem tituli, & expone, uices, id est, iurisdictiones. unde consueuit dici, committo tibi uices meas, idest, iurisdictionem meam.

Et sup. de fili. ord. In... corpora... & idem ...mo. Goff. Hostien. ...oan. Andr.

c ¶ Conferendi.] ut in eo puniatur, in quo peccauit, sic supra titul. proxim. capit. penult. & supra de elect. cum in cunctis, & capit. nihil est, prima quæstione prima, si qui Episcopi. & supra de tempo. ordin. litteras. & in pluribus alijs capitulis ibi, & qui recipit, officio suo priuabitur. sic ergo patet quod iurisdictio vendi non potest. infra capitulo proximo. & vigesima prima quæstione secunda, præcipimus, argumen. contra infra eodem capitulo vltimo non est contra, quia ibi non loquitur de iurisdictione, sed de fructibus, qui conceduntur ad firmam. Bernardus.

d ¶ Pretio.] quod non licet, supra capitulo proximo, imo simoniacum est, & ne subditi hac occasione ultra 60 debitum aggrauentur. argumen. 23. quæstio. 1. militare, & ubicunque. Episcopus aliquid gratis facere debet ratione officij, si aliquid exigat, simoniam committere videtur, maxime cum iurisdictio sit spiritualis, ut prima quæstione. tertia. ex multis, & capitu. uendentes, & capit. non solum. T.

e ¶ Statuuntur.] Nunquid Episcopus potest dare ordinarium iudicem? non, sed tantum princeps uel lex. argumen. secunda quæstione sexta, capitu. a iudicibus, §. quod de arbitris, ff. de iurisdictio. omnium iudicum, & quia: sed ab uniuersitate eligendus est, & tunc lex dat ei iurisdictionem ordinariam, argumen. sexagesima tertia distinctione, si in plebibus, in Authen. de defen. ciuita. §. nos igitur, collatione tertia. Si tamen consuetudo est quod Episcopus dat ordinariam, admittenda

est ita ut in perpetuo instituatur, & non sub censu certo. C. de emanc. l. 1. Lau.

a ¶ Canonica percellatur.] vt dictum est supra cap. proxim. quandoque tamen deponitur 81. dist. dictum quan doque uero ad tempus suspenditur. 1. quæst. 1. quicquid, & 21. quæst. 4. præcimus, Episcopi presbyteri. argum.

ij) Quoniam.] Primo narrat cōsuetudinem, quam secūdo prohibet: ibi, Ne id. Tertio causam reddit: ibi, Quia Abb. Siculus.

CASVS. Consuetudo erat in quibusdam locis contra institutiones Sanctorū Patrum introducta, vt sacerdotes sub annuo pretio ad regimen ecclesiarū constituantur: præcipit concilium Turoneñ. ne id de cetero fiat: quia dum sacerdotium taliter venale disponitur, ad præmium retributionis æternæ consideratio non habetur. Nota, quod cura animarum sub annuo censu con stitui non debet.

b ¶ Regimē statuantur.] tanquam prælati: quia simoniacum est, si pro pretio ecclesiarum regimen committatur. 1. q. 3. saluator. sed si iusta causa absens esset, vel alias intendere Episcopus non posset, constituere potest sibi uicarium, qui de suo prouideat, 1 ut dixi. sup. e. c. 1. & talis vicarius habebit curam animarum delegatam, sup. de offic. uicar. c. ult. Lau.

c ¶ Prohibemus.] 21. quæst. 2. præcipimus. & 1. quæst. 3. si quis dator.

d ¶ Sacerdotium.] idest prælatura, & pertinet ad secundam partem tituli. Vel ecclesias, id est prælationes, quæ pretio dari non debent: nec esse debent censuales. 2 sed ecclesia bene posset constitui ab initio censualis, supra de censi. sciētes, & c. prohibemus.

† Alias ita & ecclesiastica iudicia sua, &c.

† Post conc. lateran. sub Alexand. 3. par. 2. c. 2. & c. 3. eod. titu. in 1. comp. Et uide Turrecre. in præcedenti cap. citatum.

2 Ad hoc supra de app. ca. peruenit. de cle. ægro. de rectorib. de cleri. non resid. c. pen. & inf. de cle. cum ex eo. §. porro. lib. 6, per quod videtur, quod epūs hoc facere debeat. Joan. And.

stinuerit, & † ecclesiasticam iurisdictionem sua patitur dissimulatione peruerti, districtione canonica percellatur.[a]

¶ Idem.

¶ *Regimen ecclesiæ sub annuo censu committi non debet.*

C A P. III.

ij) Quoniam † enormis quædam consuetudo in quibusdam locis, contra sanctorum Patrum institutiones inualuit vt sub annuo pretio sacerdotes ad ecclesiarum regimen statuantur;[b] Ne id fiat, modis omnibus prohibemus;[c] Quia dum sacerdotium[d] sub huiusmodi mercede venale disponitur, ad æternæ retributionis præmium consideratio non habetur.

Q Verelam., Primo ponit conductoris querelam: Secundo dat ei iudicem, ibi, Ideoque. Abbas.

C A S V S. G. rector ecclesiæ de Cephalai, prouentus ipsius ecclesiæ concessit ad firmam, seu locauit magistro G. usque ad septennium, certum censum eidem rectori annuatim reddendo. præstita fide ab ipso rectore dicto magistro, quod vsque ad dictum tempus nullam iniuriam uel grauamen super ipsa ecclesia inferret eidem, sed ipse contra fidem præstitam ueniens, ante unius anni spatium ecclesiam ipsi G. auferre præsumpsit: unde idem magister conquestus est domino Papæ, ideoque mandat Papa Episcopo Exoneñ quatenus si ita est, rectorem illum compellat, ut præfatam ecclesiam dicto G. restituat, & usque ad tempus constitutum secundum quod inter eos conuenit, ipsum eandem ecclesiam permittat pacifice possidere. Nota quod ecclesia, id est, obuentiones ecclesiæ possunt ad tempus locari, siue concedi pro certo censu annuatim reddendo.

e ¶ Præstita fide.] Si enim contra fidem uel iuramentum nulla uenisset necessitate compulsus, priuari poterat ecclesia, supra de iureiuran. querelam, & supra de fideiuss. peruenit.

[¶ Glossa sequens quærit, & soluit.

¶ Idem Exoñ. episcopo.

¶ *Fructus ecclesiarum sub annuo censu concedi possunt.*

C A P. IIII.

Q Verelam † magistri G. recepimus, quod cum ecclesiam de Chephalai, † à G. persona eiusdem ad annuum censum tenendam, per septennium suscepisset; ipse antequam eam, per vnius anni spatium tenuisset, auferre præsumpsit; quamquam præstita[e] fide firmauerit, quod vsq; ad statutum terminum,[f] nullam ei exinde molestiam vel grauamen inferret. ¶ Ideoque mandamus, quatenus si constiterit ita esse, eum districte compellas, vt præfatam ecclesiam[g] dicto

f ¶ Statutum terminū.] Sed pone quod interim moriatur G. persona ecclesiæ, quæ locauit nunquid successor 2 tenetur stare contractui? Potest dici si nomine ecclesiæ contraxisset, & pecunia inde recepta in utilitatem ecclesiæ conuersa fuisset, teneretur successor stare cōtractui, supra de sol. cap. 1. 12. q. 2. & c. hęc huius placiti, & c. quicunque suffragio. & 10. q. 2. hoc ius §. & his credit. tor. & supra de deposit. c. 1. 35. dist. ecclesiæ principes. in fi. Si uero non pro utilitate ecclesiæ, sed ut ipse tanquā Prælatus perciperet redditus ad firmam, successor stare non tenetur, sup. de pre. cap. 2. quia ultra tempus suum ecclesiam locare nō potuit: & si soluit aliquid ultra, sibi imputet, quia hoc præuidere debuit. ff. loca. si quis domu m §. 1.

[Glo. sequēs obijcit, & soluit ponendo sex significationes huius uerbi ecclesia. Secundo quærit opponendo, & soluit. Tertio quærit de ratione & respondet.]

g ¶ Præfatam ecclesiam.] Hęc decretalis videtur contraria rubricæ, & sup. c. proxi. vbi ecclesia sub annuo censu concedi prohibetur, & hic promittitur: unde non facit ad titulum istum: Solue per hanc distinctionem, Ecclesia 3 multis modis dicitur: quia dr̃ ecclesia malignantium: unde Psalmista. In ecclesiam malignantium non introibo. Et dicitur ecclesia collectio fidelium de conse. dist. 1. ecclesia. Et dicitur ecclesia murorum ambitus. de conse. dist. 1. de fabrica. Et dicitur ecclesia corpus Christi. 1 q. 1. in ecclesia. & 26. q. 2. sed & illud. Et dicitur etiam ecclesia prælatura ipsius ecclesiæ, ut sup. c. proxi. Item dicitur ecclesia ipsæ obuentiones ecclesiasticæ prouenientes occasione ecclesię, ut hic, & in hac significatione, ecclesia conceditur ad firmam sub annuo censu reddendo, quod licet, quia nullum spirituale locatur, & ideo non contradicit, cap. proxi. neque rubricę. Sed quare ponitur in titulo isto? melius poneretur supra de iureiuran. ubi similis decretalis ponitur, querelam. Sed ideo ponitur, ne uideretur prohibita talis locatio, eo quod simpliciter uidetur prohiberi, quod ecclesia sub annuo censu non concedatur in titulo isto. Sed quare potius prohibetur iurisdictio sub annuo censu concedi? Respondeo quod illi, qui iudicant, nihil debent accipere in Authen. vt iudi. sine quoquo suffrag. colla. 2. cum ex officio suo ad hoc teneantur, & administrationi; cum episcopatus ad hoc eis sint deputati; sed hic locantur ipsi fructus, qui etiam alias possunt uendi & distrahi.

2 De materia huius glo. ui de plene per Ant. Gome. to. 2. varia. resol. c. 3. de locatione, & cōductione.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. cōp. & post concil Lateran. par. 28. ca. 1. E de materia tex. & glo. plenissime Turrecrem. apud Gratia. nam. 1. qō. 3. in princ.

† Cephaia.

† Al. capelly.

3 De varia significatione huius nominis, ecclesia. vide plenissime per Turrecremat. in summa de ecclesia lib. 1. c. 2. ubi plures alias affert significationes.

monstrando. ff. de verb. sig. quib.

c ¶ Competens aliquod beneficium.] sic infra eodem. quia debet ergo doctor beneficiũ habere sui laboris: sic & tutor dat alimenta præceptoribus pupilli, quoniam non tantum præest rebus, sed moribus. ff. de administ. tut. cum plures, §. cum tutor & beneficium ei constitui debet secundum dignitatem, & scientiam suam, sicut aduocatis. ff. de var. & extraordi. cogni. l. 1. §. in honorarijs, argu. supr. de præben. de multa. Vin.

DE MAGISTRIS ET NE ALIquid exigatur pro licentia docendi.

¶ Supra visum est qualiter spiritualia pretio concedi nõ debent; nunc submittit de quibusdam haben tibus instar spiritualiũ: vt de magistris, & licentia docendi: vt in nigro. Abbas. Siculus.

De hac materia tractatur. 37. & 86. dist. det totum. 61. distin. statuimus, & cap. mi serum. 8. quæstio. 1. oportet. 92. distinct. quis dubitet. extra de elect. cum in magistrum.

† conuenit.

† Vides omnino concil. Tri. sess. 5. de refor. c. 1. & sess. 23. de refor. ca. 18.

Voniã.] Diuiditur i tres partes: In prima prouideri mãdat de magistro. In secun da factum reprehensibile inhibet. In tertia pœnam imponit, reddens causam. Secunda ibi, Pro licentia. Tertia: ibi Qui autem. Abbas. Siculus.

† Later. sub Alex. iij. ca. 18. & c. 1. eo. tit. in cõpi. Et præter cõ ci. Trid. procitatũ cõcordat conc. Late. sub Inno. iij. ca. 11. refertur i ca. quia inf. eo vbi hoc statutum robo ratur.

CASVS. Volens ecclesia tanquam pia mater pauperib. scholaribus, qui parentum opibus sustentari non possunt, prouidere, ne legendi opportunitas subtrahatur eisdem. Statuit concilium Lateran. quod per vnam quamque cathedralem ecclesiam, vni magistro competens beneficium assignetur: qui clericos, & scholares eiusdẽ gratis doceat. Secundo dicit, quod pro licentia docendi nullus pretium exigat: vel sub obtentu alicuius consuetudinis ab his, qui docent aliquid petat, nec aliquem qui sit idoneus, petita licentia impediat; qui autem contra hoc venire præsumpserit, ab ecclesiastico beneficio fiat alienus, quia dignum est, ut in ecclesia fructum sui laboris non habeat, qui ecclesiasticum profectum nititur impedire. Not. quod pro licentia docendi nihil debet exigi. Item qui est idoneus admitti debet ad docendum. Item punitur quis in eo, in quo deliquit, vt in fi. dicit.

a ¶ Per vnamquamque.] ut 37. dist. de quibusdam, & infr. eo. quia.

b ¶ Magistro.] nomen hoc dicitur a mouendo, siue a

TITVLVS V.

De magistris, † & ne aliquid exigatur pro licẽtia docendi.

¶ † Ex concilio Lateranẽ.

¶ *Ecclesia cathedralis pro uidere debet magistro de beneficio, qui clericos eiusdem ecclesiæ, & alios pauperes gratis doceat; & vendens licentiam docẽdi, aut interdicens idoneum ad docẽdum, beneficio priuatur.*

CAP. I.

Voniam ecclesia Dei sicut pia mater prouidere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus iuuari nõ possunt, legendi, & proficiendi oportunitas subtrahatur, per vnamquamque [a] cathedralem ecclesiam ma gistro, [b] qui clericos eiusdem scholares pauperes G. restituat, & vsque ad terminum constitutum, secũdum quod inter se conuenerint † ipsum eandẽ permittat pacifice possidere. gratis doceat, competens 10 aliquod beneficium [c] præbeatur: & infra.

¶ Pro † licentia verò docendi nullus pretium exigat, [d] vel sub obtentu alicuius consuetudinis, [e] ab eis, † qui docent aliquid quærat: nec docere quemquam qui sit idoneus, [f] pe 20 tita licẽtia interdicat. Qui autem contra hoc venire præsumpserit, ab ecclesiastico fiat beneficio alienus. Dignum quippe videtur, vt in ecclesia fructum † sui laboris [g] non habeat, qui cupiditate animi, dum vẽ- 3 dit docendi licentiam, ecclesiasticum profectum nititur impedire.

¶ Alexander tertius Vinton. † episcopo.

40 ¶ *Pro licentia docendi nihil exigi debet vel promitti; & exactũ restitui, & promissum remitti debet, & negligente inferiore Prælato ad magistrum constituendum, supplebit* 50 *hoc superior.*

CAP. II.

Prohibeas, † ne in parochia tua pro licentia docendi exigatur aliquid, 60

d ¶ Precium exigat.] quod si exactum fuerit, restituatur. inf. c. proxi. quia gratis est danda docendi licentia, cum donum Dei sit, infra. c. prox. Bernardus.

e ¶ Consuetudinis.] quasi simoniacum reputatur hoc: quia cõsuetudo hic non habet locum, sicut nec in sacramentis ecclesiasticis, supra de simo. cum in ecclesiæ, & in pluribus alijs. c. Bernard.

f ¶ Qui sit idoneus.] No. quod ei, qui idoneus est, non est neganda licentia docendi, quia per consequens denegat doctrinam ignorantib. vt dicitur in fi. quam dispensare alijs tenetur. argum. 16. quæstio. 1. reuertimini. 1 ergo si non est idoneus, potest iuste denegari, quia malorum Doctorum doctrina mala est. 1. qu. 7. conuenientibus, & imperitus matheseos risui patebit. 37. distinctio. qui de mensa. qui alios docet, ab alijs tunc edoceri nõ debet, in Auth. de sãn. episcop. §. damus collatio. 9. pœna vero huius est priuatio ecclesiastici beneficij: vt hic dicit. Bernardus.

g ¶ Sui laboris.] lucrum, & pietatem ex eodem facto vendicare non licet ut hic, & decima septima q. quarta, miror. capit. frater, & coepiscopus. & ff. de mino. auxilium.

† De hoc ar. vide citatos in ca. seq.

† In aliquot Gregorianis. ita: ab eis quos docent: &c.

† fructus.

† Vincon. Vintonieñ. quod est aptius.

1 Adde quæ requiruntur vt dicat idoneus notatur in l. vni. C. de profe. qui in vrbe Constan. l. 9. iuncta. l. magistros. C. de profes. li. 10.

† Ca. 2. e. ti. in 1. compil. & post cõci. Lat. sub Alex. iij. p. 2. ca. 13.

Prohibeas.] Sunt duo dicta: Secundum ibi, Sane. Abbas. Siculus.

CASVS. Quia quidam pro licentia docẽdi pecuniam exigebant, præcipit Papa Vintonieñ. episcopo, vt prohibeat ne pro licentia docendi in parochia sua aliquid exigatur aut etiam promittatur; & si postea solutũ aliquid fuerit, illud faciat restitui: & si aliquid promissum fuerit

rit, faciat remitti promissum: quia scriptū est: gratis accepistis, gratis date. Secundo dicit, ꝙ si aliquis distulerit instituere magistros in locis congruis, liceat huic ep̄o appellatione postposita, ad instructionem aliorum, ibi pręficere viros ad hoc idoneos. Not. ꝙ exactum vel promissum pro licentia docēdi, potest repeti: & promissum facere remitti. Item negligentiā subditorū ep̄s supplere dēt. Itē per negligentiā amittit ius suum. Sed hic nō est appositum tempus: sed posset dici, quòd hoc pōt referri ad arbitriū superioris: vel tantū tp̄s posset dari, quantū datur pro beneficijs vacantibus, s. vt per sex menses expectetur ille qui dēt instituere magistros, quia in tanto tēpore nō est magnū dānū.

[Gloss. seq. obijcit dat sol. Vin. & alium subdit.]

a ¶ Exigatur aliquid aut ēt promittatur.] Ex hoc vř ꝙ turpitudo ex vtraq; parte versatur tāq̄ in spiritualibus: vt 1. q. 1. quos constiterit. Quid est ergo quod dicit solutum restituir, cum in pari causa turpitudinis potior sit cōditio possidētis. ff. de cōd. ob. tur. cau. l. 3. & l. si ob turpē cām? Dixit. Vince. ꝙ subuenitur huic non in fauorem sui, sed in odium exigentis, simile sup. de simo. veniēs. Sed qualiter illud intelligatur, dictum fuit eod. tit. de hoc. Vel potest dici, quòd qui soluit, licet nihil dare debuerit, quia tamen quasi coactus redimit ius suum, non delinquit: vnde sibi potius restitui debet quam remanere penes illum, qui plus peccauit, vt 1. q. 3. si quis dator.

[Glo. seq. dat. duplicem lecturam eius quòd de remissione hic dicitur.]

b ¶ Remitti.] hoc bene notabile est, quòd auctoritate huius canonis non solum habet quis exceptionem, sed etiam liberationis conditionem. simile. ff. de neg. ge. si quis mandato. ff. de contrah. empt. pactū. ff. de lib. le. si ei cui fundum. & ff. de condi. cau. da. causa non secuta. qui se. ff. de condi. sine cau. qui sine causa, ff. quod me cau. metum. §. sed quod prætor, & supr. de iureiur. ex administrationis. inf. de vsu. tua. vel quod dicit remitti, intellige de facto, quoniam turpes promissiones nullæ sunt sup. de pact. ca. vlt. ff. de verb. obl. generaliter. Lau.

c ¶ Gratis accepistis.] 1. q. 3. si quis episcopus, & c. res ecclesiæ.

d ¶ Liceat.] Negligentiam subditorum episcopus supplere debet, 9. q. 3. cum simus, & s̄. de conces. præb. nulla s̄. de supplen. neglig. præla. sicut nobis, &c. dilecto. Ala.

QVanto.] Primo ponit factum damnabile: Secundo pœnam opponit, ibi, Si qui vero. Abbas.

† In codice Barbarię ita, ibi ad aliorum institutionem præficere uiros prouidos, & discretos.

† Ca. 3. eo. ti. in 1. compi. & post cōci. Lateran. sub Ale. 3. p. 2. c. 18. Hoc c. ut ait Vinc. fuit impetratum contra Cancellariū Parisiensem, q marchā unā à quolibet docente exigebat qđ est notādū pro ītellectu huius c. & p̄ce. Mat. 10.

aut etiam promittatur.[a] Si quid vero postea solutū fuerit vel promissum, remitti[b] promissum facias, & restitui appellatione cessante solutum, sciens quod scriptum est; Gratis accepistis,[c] gratis date.

¶ Sane si quis distulerit magistros in locis cōgruis instituere, tibi liceat[d] appellatione postposita, ibi † aliorum instructioni præficere viros prouidos, honestos, & discretos.

¶ Idem.

¶ *Pro licentia docendi pecunia exigi non debet, etiā si hoc habeat consuetudo.*

CAP. III.

QVanto † Gallicana ecclesia, & infra. ¶ Dignos esse animaduersione censemus, qui nomē magistri scholarum, & dignitatem assumunt, & sine certo pretio ecclesiasticis viris docendi alios licētiam non impēdunt. Cum autem hęc praua consuetudo a cupiditatis[e] radice processerit, & decorem admodum ecclesiasticæ honestatis confundat. Mandamus, quatenus (consuetudine ipsa de vestris ecclesijs extirpata) sub anathematis interminatione hoc inhibere curetis, districte pręcipiētes, vt quicunque viri idonei[f] & literati voluerīt regere studia litteratū, sine molestia, & exactione qualibet, scholas regere permittantur.[g] ¶ Si qui vero hmōi ꝓhibitionis vel p̄cepti extiterīt trāsgressores, eos officijs[h] & dignitatibus spolietis.

¶ Inn. iij. in concil. gn̄ali. †

¶ *In qualibet cathedrali ecclesia, vel alia in facultatib. sufficiēti, dēt à Prælato vel capitulo unus magister eligi, cui redditus vnius p̄bendæ dēnt assignari, ī metropolitana uerò ecclesia ēt eligi dēt theologus, & si ad grāmmaticū, & theologū nō sufficit, prouideat ipsi theologo ex redditib. suæ ecclesiæ, et grāmatico faciat ꝓuideri ī aliqua ecclesiarū suæ ciuitatis, vel diœcesis.*[a]

CASVS. Consuetudo erat in ecclesia Gallicana, quòd magistri scholarum sine certo pretio alicui docendi licētiam non concedebant. Papa volens illam prauā cōsuetudinem extirpare, quæ de radice cupiditatis procedit, prohibet sub anathematis interminatione, vt quicunq; idonei fuerint regere scholas, sine molestia vel extractione aliqua permittantur: & si qui hmōi prohibitionis fuerint trāsgressores, officijs, & dignitatib. suis spoliētur. No. pp dignitatē delinquentis crimen grauius puniendum esse. Itē Prælatis ascribitur, ꝙ in subditis laudabile reperit & eis imputatur qđ in eis reprehensibile ꝓbatur. Item nota magistros scholarum dignitatem habere.

e ¶ A cupiditatis.] q̄ est radix omniū malorum. 47. d. bonorū.

f ¶ Idonei.] sic s̄. eo. c. 1. hmōi autem magistri primum moribus, demum facūdia excellere debēt. C. de profes. & medi. magistros libr. 10. bonam enim conuersationē debet habere testem doctrinæ. 63. dist. Valentinianus.

[Glossa seq. quærit, & soluit.]

g ¶ Permittantur.] Quid si vult regere in sua persona, nec licentiat alium nunquid debet compelli? Arg. ꝙ non 93. di. illud: credo quod nihilominꝰ tenetur dare alijs licentiam.

h ¶ Officiis.] sic sup. eod. c. 1. Ber.

† Scilicet Later. c. 11. & c. vnico. eo. ti. in 4. cōpilat. concord. concil. Lateran. sub Ale. 4. c. 18. relatum. 1. vide nouissime decr. in concil. Trid. sess. 5. de reform. c. 1. & ses. 23. de refor. c. 18.

QVia nonnullis.] Primo ponit antiquum concilium, quod secundo innouat, & supplet: ibi, Verum Abbas Siculus.

CASVS. Statuitur in Laterañ. concilio, quòd in vnaquaque cathedrali ecclesia instituatur magister, qui pauperes clericos gratis doceat: sed quia illud male obseruabatur, concilium generale illud præcepit obseruari adijciens, vt non solum in cathedrali ecclesia sed, & in qualibet alia vbi facultates sufficiunt, constituatur magister idoneus, & in metropolitana ecclesia theologus constituatur, qui sacerdotes, & alios in sacra pagina doceat, & in alijs, quæ ad curam pertinent animarum; & cuilibet magistrorum à capitulo assignentur prouentus unius præbendæ: & pro theologo à metropolitano tantundem. non tamen propter hoc efficitur canonicus: Quod si forte metropolitana de duobus grauetur, theologo prouideat, & grammatico faciat in alia ecclesia prouideri. Nota quod magister idoneus debet institui in ecclesia, in qua sufficiunt facultates. Item magister iuxta posse suum debet instruere discipulos suos. Item a capitulo debent assignari magistro prouentus vnius præbendæ. Item aliquis potest habere præbendam sine canonia.

a ¶ Subtrahitur .] 1 quia non habent a quo diſcant unde habent excuſationem:alias non 37. diſt.vlt. & ff. de iur.& fac.igno.l.regula.§.1.ff.de bo.poſ.in bonorũ. & quia quidam expenſas non habent, vnde ſtatuitur, ut beneficia habeant, prout ſequitur.

b ¶ In Latera .] ſup. co.cap.1.

[Glo. ſeq. quærit, ad negatiuam, alleg. tria : ſoluit diſtinguendo.

c ¶ Pauperes.] Sed nũquid a diuitibus põt petere collectam. Videtur ꝙ non, quia ſi vult dici philoſophus, proijciat pecuniam exemplo Socratis 12. q.2. Socrates, alias eſt ſub illo c.gloria epi. Itẽ ſcientia donũ Dei eſt, ergo uendi nõ põt.1.q.3.non ſolum. Itẽ profeſſores iuris licite recipiũt pecuniã, ſed non licite petunt. ff. de var.& extraordin. cogn. l.1. §. eſt enim quidam . poteſt dici, ꝙ iſte cui competens beneficium conſtitutum non eſt a diuitibus põt petere collectã:& hoc nõ prohibetur ex iſta littera, ſed a clericis eiuſdẽ eccleſiæ, & a pauperibus, nihil exigere debet, ſed gratis, docere, quia ꝓpter illos ſtatuit bñficiũ, & nõ ꝓp diuites, ſed ſi ex honeſtate gratis omnibus ſeruiret, honeſte faceret, & laudandus eſſet: alias diuitibus gratis laborem ſuum impendere nõ tenet̃, ſi uero bñficiũ nullũ ſuper hoc conſtitutũ eſt ſicut Bonõ doctoribus, licite exigunt collectã. quia ſuis ſumptibus hoc facere nõ coguntur. ſ. de præſcr.cum ex officij.12.q.2.charitatẽ & c. quicunq; & ca. eccleſiaſticis.& 28. q. 1. iam nunc in fi. ſicut iuriſperitus. conſilium uẽdere poteſt.14.q5.non ſane. Nec obſtant ſi dicas, ꝙ gratis debent docere : quia nihilominus poteſt petere laboris ſui mercedem : ſicut teſtis, qui gratis teſtificatur, licite petit ſumptus 4.q.4.ſi teſtes §.venturis & ſup.de ſim.cum ſit Romana. & iudex petit sũptus qui gratis debet iudicare.ſup.de vi.& ho.cler. cum ab omni. licite ergo poteſt petere collectam, cui beneficium conſtitutum non eſt. Io.

d ¶ Minime obſeruatur. Vnde inſtaurandum eſt & procurandum ut fiat, ut 8.diſt.quæ contra.

[Glo.ſeq.quærit & ſoluit, iterum quærit, alleg.pro & contra & ſoluit, tertio quærit & ſoluit.]

[Hanc gloſ]ſulam, non [i]nuenio in [an]tiquis exẽ[pla]ribus nec [i]n Ber.eſ[t].

† Inſtõne.

† De materia te.& gloſſæ, uide B. Tho. 2. 2.q. 100.art.3.ad 3.argm̃.Sot. li.9. de iuſt. & iure q. 6. ar. 2. ad tertium argm̃. Turrecrema tã in c. non ſolum, in 1. q. 3. Syluestrũ uerbo, Simonia, q. 10. & Horatium Luciũ trac.de priu. Scholarium priuileg.88.

† grammaticæ.

CAP. IIII.

QVia nõnullis propter inopiam, & legendi ſtudiũ, & opportunitas ꝓficiendi ſubtrahitur.[a] Lateranẽ.[b] concilio pia fuit conſtitutione † prouiſum, vt ꝑ vnamquamque cathedralem eccleſiam, magiſtro, qui eiuſdem eccleſiæ clericos, aliosque ſcholares pauperes [c] gratis † inſtrueret, aliquod competens beneficium pręberetur. quo & docentis releuaretur neceſſitas, & via pateret diſcentibus ad doctrinam.

¶Verum qm̃ in multis eccleſijs id minime obſeruatur,[d] Nos prædictum roborantes ſtatutum, adijcimus, vt non ſolum in qualibet cathedrali eccleſia, ſed etiam in alijs, quarum ſufficere poterunt facultates, conſtituatur magiſter idoneus, a Pręlato cum capitulo, ſeu maiori & ſaniori parte capituli eligendus; qui clericos eccleſiarum ipſarum gratis in grammatica † facultate ac alios inſtruat iuxta poſſe.

¶Sane metropolis eccleſia theologum nihilominus habeat, qui ſacerdotes & alios in ſacra pagina doceat, & his præſertim informet, quæ ad curam animarum ſpectare noſcuntur. Aſſignetur aũt cuilibet magiſtrorum a capitulo vnius præbendæ [e] prouentus:[f] & pro theologo a Metropolitano tantundẽ. Nõ quòd propter hoc efficiatur canonicus, ſed tamdiu redditus ipſos percipiat, quamdiu perſtiterit in docendo. Quod ſi forte de † duob. eccleſia Metropolis grauet̃, theologo iuxta modum prædictũ ipſo prouideat: grammatico vero in alia eccleſia ſuæ ciuitatis ſiue diœceſis, quæ ſufficere ualeat, faciat prouideri.

¶Honorius tertius.

¶ Prælati, & capitula ad ſtudia theologiæ ſcholares dociles tranſmittere tenentur, qui in abſentia redditus præbendarum ſuarum, & beneficiorum, per quinquennium integraliter percipiet, & ſi proprij redditus ad ſuſtentationem ſtudios non ſufficiunt debet Prælatus cum capitulo eis prouidere, magiſtri vero donec docuerint integre percipiũt fructus beneficiorum ſuorum.

CAP. V.

SVper † ſpecula, & infra. ¶Volumus & mandamus, vt ſtatutum in

e ¶ Vnius præbendæ.] Quid ſi nõ vacat aliqua præbenda? Expectetur quouſq; vacat. Nũquid canonici tenent̃ aliũ eligere, vt numerus ſit plenus, cum ille magiſter nõ ſit canonicus Vr̃ ꝙ non, ſ. de inſt. in eccleſia. ff. de dec.l generaliter. §. pen.& ſic canonici ad tp̃s iuſta de cauſa retineant fructus ꝑbendæ; nihilominus eligere debent: alias curreret tp̃s, ſ. ut eccl.benefi.nr̃m.maxime ſi numerus certus eſt & iuratus. Sed hoc non vr̃, quia iſte electus nihil perciperet: ſed ſpũalia ſine tpalibus diu eſſe nõ pñt, ſicut nec anima ſine corpore, 1. q. 3. ſi q̃s obiecerit. 2. Et dic, ꝙ canonici eligere non dẽnt aliũ auctoritate huius cõcilij, nec dñt facere cõtra numerũ uel iur̃m nec currit eis tẽpus ad eligendũ bñficio huius cõſtitutionis, q̃diu fuit ibi magiſter, q doceat & ꝑcipiat illud bñficium, q̃a nec dr̃ bñficiũ illud vacare, niſi ab eo tpe, quo magiſter ibi nõ fuerit. ſecus dico cum ex cã retinerent ꝓuẽtus ad tp̃s, q̃a tũc currit tp̃s, ut in ꝑdic. decre. ut nr̃m. q̃a tũc electus modicum tp̃s põt expectare. Itẽ nũquid aliquis magiſter poſſet eligi in canonicũ ſub illa cõditione vt doceret? Nõ credo: q̃a ceſſare dẽt omnis conditio, ſed ſi vacãte aliqua præbenda, ſtatuerunt, ꝙ illud onus eſſet annexum illi præbendæ, non credo quod tunc eſſet ſimonia. argument. ſupra de præbẽ. ſignificatum. imo ſatis licitum. Bernar.

f ¶ Prouentus.] 4 Nõ tamẽ percipient quotidianas diſtributiones, quæ tantum reſidentibus, dari conſueuerunt ſupra de præb.licet. Ber.

2 Et idem canonicatus cẽſeretur duplici iure, vno habente ſpũalia & alio habente temporalia, quod nec debet eſſe. 12. q. 2. cognouimus, ſcd̃m Gof. Io.An.

† Alias ita, de duob.magiſtris.

3 De hoc ar. vide ampli⁹ hic per Hoſ. Io. An. Pan. & Doctor.

† Pars huius c.ſup. tit. nẽ cle.a mon. & inf.de priuil. cap. ſup ſpecula.

4 Hæc gloſſula deeſt in antiquiorib. codicib.

SVper ſpecula .] Primo ponit ſtatutum antiquum quòd ſecundo addendo corroborat. ibi. Statuentes. Abbas.

CASVS. Quod ſtatutum fuit per concilium generale in cap.præcedenti de magiſtris theologis, præcipit Honorius inuiolabiliter obſeruari, ſtatuens, ne propter raritatem magiſtrorum ſe forſan poſſent aliqui excuſare, ut ab eccleſiarum Prælatis & capitulis ad theologiæ ſtudium aliqui dociles deſtinentur, qui cum docti fuerint, alios poſtmodum inſtruant & informent, quibus ſi prouentus eccleſiaſtici non ſufficiunt. Præ-

lati

lati & capitula necessaria subministrēt. In fi.dicit, quod docentes in theologica facultate, & studentes in ipsa integre p annos qnque delicentia sedis Aplcæ, percipiant beneficiorū & præbendarum suarū prouentus, non obstante 5ria cōsuetudine, uel statuto, cū pmio fraudari nō debeāt in vinea Dñi operātes. No. q vna constō confirmat aliā. Item docentes, & studentes in theologia dēp per quīquē niū prouentus bñficiorū suorū percipere. Itē colligitur con suetudo inducta cōtra istud statutum.

a ¶ In concilio generali. s̄.c.prox. Bern.

b ¶ Obseruet.] nec tñ seruat, & ita nullus est fructus illius statuti & aliorum.

c ¶ Propter raritatē.] Qui non habent a quo discant, bñ hñt excusationem, aliàs non. 37.dist.§.vlt. & ff.de iur.& fac.ign.l. regula.§.1. ff. de bo. poss.in bonorum, & quia quidam expensas non habent, unde statuitur, q bñficia hēat, ꝑut sequit.

[Gl. seq. tria dicit principium & finis. de missione & suppletione, medium de superfluitate.]

d ¶ Docibiles.] i.habiles ad docendum, 1 & isti a capitulis pñt eligi, ut mittātur, ut postmodum doceāt: & si propria beneficia illis non sufficiāt de bonis capituli suppleantur, prout sequitur. Sed vt quid etiam membranas occupant? 19.distin.si Romanorum.cum illius constitutionis, quo ad hunc articulum nullus sit effectus, sicut nec præcedentis, leges enim istæ impositæ sunt verbis, & non rebus, cum potius contrarium sit uerum, C.comm.deleg.l.2 in fi. Sed nunquid qui docibiles sunt, possunt petere, ut suppleatur quod eis desit, arg. quod sic, ex hac constitutione. Bern.

e ¶ Prædicti.] s. prælati & capitula. ex hoc est argu. quod possunt ad hoc compelli.

f ¶ Integre.] Non tñ percipiant quotidianas distributiones, quæ tantum residentib. dari consueuerunt, supra de præbendis.licet. ubi de hoc.

[Glo. seq. quærit, respondet alleg. contrarium.]

g ¶ Per annos quinque.] Nunquid determinatio ista determinat omnia præcedentia, non videtur, quod primis aliquod tempus adijciatur, sed docētibus, & alij, quia capitulis non eligentur, & quia illi maius tempus requirunt ad hoc vt doceant. quod satis uī ex hoc §. quia hic non fit mentio de illis. Sed contra. sup. de app. inquisitioni. arg. in fi. quia hæc determinatio in fine ponitur, vt ibi dicitur.

h ¶ De licentia.] scilicet generali, concessa auctoritate huius constitutionis, vnde non est necesse aliam indulgentiam impetrare, sic 80. distinctio. non debere, & 16. quæstio.1. cunctis, & 100. distinctio. quoniam. & sup. de transla. inter corporalia, & ff. de condi. instit. quæ sub conditione.§.vlt. sed executio sola impetrari debet, si capitula hoc non faciant, quia parum valeret esse iura in ciuitate, nisi esset, qui ea exequatur. ff. de orig. iuris, l.2. post originem. Bern.

† theologię.

† Vide in auth. habita C. ne filius pro patr.

† Vide conc. Tri. ses.5. de refor. c.1. circa fi.§. docentes uero. & Hora. Lut. in tract. de priui. scholariū priu. 98. ubi plenissime de materia huius §.

1 Vnde melius dixisset, dociles, quia homo docilis, scientia docibilis qn que tñ sumitur unū pro alio. Vñ Ioā. 6. Et erunt oēs docibiles Dei & simile uerbum. 22. dist. qui ep̄s. secundum Goff. Io. An.

concilio gñali [a] de magistris theologis per singulas metropoles statuendis, inuiolabiliter obseruetur; [b] Statuentes, ut quia super hoc propter raritatem [c] magistrorum se possent aliqui forsitan excusare, ab ecclesiarū Prælatis & capitulis, ad theologicæ † professionis studium aliqui docibiles [d] destinentur, qui cum docti fuerint, in Dei ecclesia uelut splēdor † fulgeāt firmamenti, ex quibus postmodū copia possit haberi Doctorum, qui velut stellę in perpetuas æternitates mansuri, ad iustitiam ualeāt plurimos erudire, quibus si proprij prouentus ecclesiastici nō sufficiunt, prædicti [e] necessaria subministrent.

¶ Docentes † vero in theologica facultate, dū in scholis docuerint, & studētes in ipsa, integre [f] per annos [g] quinque percipiant de licentia [h] sedis Apostolicæ prouentus præbendarum, & beneficiorum suorum, non obstante aliqua alia consuetudine, vel statuto, cum denario [i] fraudari non debeant, in vinea Domini operantes.

i ¶ Denario.] id est, præmio. imo qui uenit extremus, dispēsatore uocante tantundem recipit, quantum qui uenerat ante. argu. supra de constit. cum omnes. Io.

TITVLVS VI.

De Iudæis & Sarracenis, & eorum seruis.

[Gloſſa ſequens circa diſtinctionem habitus ponit quatuor ſimilia.]

Sarracenos habitus diſtinguit[a] diuerſitas, ſed in quibuſdam ſic quædam inoleuit confuſio, vt nulla differentia diſcernatur; † Vnde contingit interdum, quòd per errorem Chriſtiani Iudęorum, ſeu Sarracenorum, & Iudęi ſeu Sarraceni Chriſtianorum mulieribus commiſcentur. Ne igitur tam damnatæ commixtionis[b] exceſſus per velamen† erroris[c] huiuſmodi vlterioris † excuſationis poſſint habere diffugium; Statuimus, vt tales vtriuſque ſexus in omni Chriſtianorū prouincia, & omni tempore, qualitate habitus publice ab alijs populis diſtinguantur. † ¶ In diebus autem lamentationis, & Dominicæ Paſſionis in publicum minime prodeant,[d] eo quòd nonnulli ex ipſis talibus diebus (ſicut accepimus) & ornatius non erubeſcunt incedere, ac Chriſtianis, qui ſacratiſſimæ Paſſionis memoriam exhibentes, lamentationis ſigna prætendunt, illudere[e] non formidant. ¶ Illud autem diſtrictiſſime inhibemus, ne in contumeliam creatoris † proſilire præſumant. Et quoniam illius diſſimulare non debemus opprobrium, qui probra noſtra deleuit. Pręcipimus pręſumptores huiuſmodi per principes ſęculares, condignæ animaduerſionis[f] adiectione compeſci, ne crucifixum pro nobis aliquatenus blaſphemare[g] præſumant.

¶ Idem in † eodem.

¶ *Præponens Iudæum vel paganum publicis officijs, per concilium prouinciale corripitur, & præpoſito denegatur Chriſtianorum commercium, donec depoſuerit officiū, & in vſus Chriſtianorū pauperū reſtituet inde quæſita, ſecundū Epiſcopi prouidentiam.*

CAP. XVI.

Cvm ſit nimis abſurdum, vt blaſphemus[h] Chriſti, in Chriſtianos, vim poteſtatis exerceat, quod ſuper hoc Toletanū † concilium[i] prouide ſtatuit, nos propter tranſgreſſorum audaciam in hoc generali concilio innouamus. Prohibentes, ne Iudæi publicis officijs præferantur, quoniam ſub tali prætextu Chriſtianis plurimum ſunt infeſti. ¶ Si quis autem eis officium tale cōmiſerit, per prouinciale[k] concilium, quod ſingulis annis præcipimus celebrari, monitione præmiſſa diſtrictione, qua conuenit, compeſcatur. ¶ Officiali verò huiuſmodi, tādiu Chriſtianorum communio in commercijs & alijs denegeē, donec in vſus pauperum[l] Chriſtianorum, ſecundū prouidentiam diœceſani Epiſcopi conuertatur, quicquid fuerit à Chriſtianis adeptus occaſione officij ſic ſuſcepti, & officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter aſſumpſit. Hoc idem extendimus ad paganos.

a ¶ Diſtinguit.] ſic per habitum debent diſtingui nouitij a profeſſis, ſupra de ſtatu regularium. capitulo penultimo. & meretrix a matrona, infra de ſentent. excommunicatio. in audientia, & ff. de iniurijs. item apud. §. ſi quis virgines. & maſculi a feminis per crines & veſtes. 30. diſtinct. ſi qua mulier. ſic & liber diſtinguitur a ſeruo per pileum. C. de lati. liber. tollen. l. prima, §. ſed & qui pileati. Ioannes.

b ¶ Commixtionis.] quia nec matrimonium inter Iudæum & Chriſtianam eſſe poteſt, 28. q. 1. caue. Bern.

c ¶ Erroris.] ergo ſi ignoranter commiſceatur Chriſtianus Iudęæ: dummodo nō ſit craſſa ſiue affectata ignorantia, excuſatur in eo quòd Iudęa, argu. 34. q. 2. in lectum. & infra de cleri. excommunica. Apoſtolicæ.

d ¶ Prodeant.] ſupra eod. quia.

e ¶ Illudere.] ſic reddunt nobis pro gratia contumeliam, & contemptum, ut ſup. eod. & ſi Iudæos.

f ¶ Animaduerſionis.] ſcilicet, pecuniaria pœna, uel alia temporali, prout viſum fuerit iudici, ſupra c. proxi. Bernar.

g ¶ Blaſphemare.] ſupra eodem capitulo primo, & inf. cap. proxim. Bern.

Cvm ſit.] Prima pars conſtitutionem innouans, olim inhibitam prohibet, & omnes cās reddit. Secunda punit præponentem. Tertia præpoſitum. Quarta prorogat. Secunda: ibi, Si quis. Tertia: ibi, Officialis. Quarta: ibi, Hoc idem.

h ¶ Blaſphemus Chriſti.] id eſt Iudæus blaſphemans Chriſtum. ſupra eodem cap. 1.

i ¶ Toletanum concilium.] 54. diſtinct. nulla. & infr. eodem ex ſpeciali.

K ¶ Prouinciale concilium.] ſupra de accuſatio. ſicut olim.

[Gloſſa ſequens obijcit, & ſoluit.]

m ¶ In vſus pauperum.] Sic ergo pauperibus reſtituitur, quod iniuſte extortum eſt, ut ſup. de immunit. eccleſ. quia. ſi uero officiū licitum eſt, tunc ſi vellet, poſſet dare pauperibus, quod iniuſte extortum eſt. 14. q. 5. non ſane. Sed contra videtur, quod reſtituendum ſit illis, a quibus eſt extortum, & non pauperibus, infra de homic. ſicut dignum §. cos, & infr. de vſu. cum tu. & ſup. de iureiur. eam te. & s. de decim. tua 2. 18. diſti. quoniam. hoc ideo ſit in hoc caſu: quia neſcitur, à quibus extortum ſit. maior pœna ponitur in ſequenti, cap. illis, qui merces prohibitas portant ad Sarracenos. Ioannes.

CASVS. Statuit concilium Toletanum quod nullus Iudæus ſuper Chriſtianos vllum officium, uel poteſtatem exerceat: Sed quia illud non bene ſeruabatur, concilium generale innouauit concilium Toletanum, prohibens ne Iudæi publicis præficiantur officijs, quia ſub tali prætextu Chriſtianos infeſtant plurimum, & moleſtant, & ſi eis tale fuerit officium cōmiſſum, per prouinciale conciliū annuatim celebrandū, monitione præmiſſa cōpeſcantur, & tali officiali cōmunio Chriſtianorum in cōmercijs & alijs denegetur, donec reſtituerit quicquid ex tali officio habuit a Chriſtianis conuertēdum in vſus pauperum Chriſtianorum ſecūdum Epiſcopi diœceſani prouidentiam: & officium ipſum cum pudore amittat, qđ irreuerenter aſſumpſit, & quod de Iudæis dicitur, extendit ad paganos. Nota quod infideles fidelibus pręponi non debent, nec publicis officijs præferri. Item quod percipitur ex officio, quod habere non licet, reſtitui debet, quia ſi principale non licet, nec eius acceſſorium.

† diſcernatur.

† velamentum.

† vlterius.

† Poſt uerbū diſtinguant, in concilio, & ī antiqua cōpi. adduntur hæc verba: Cum etiā per Moſen, hoc ipſum legatur eis iniunctum.

† Redemptoris, vox eſt ī concilio, & ī ueteri comp.

† Idē Innocent. in concil. Lateran. ca. 69. & c 2. eodē tit. In 4. compil.

† Hoc ſtatuit Toletanum cōcil. 3. c. 14. in concilijs editis, quod apud Gratianum in c. nulla. 54. diſtin. tribuitur cōcil. Toleta. 4.

AD liberandam.] Duæ sunt partes: Secunda: ibi, Et talibus. Abbas.

CASVS. In concilio isto dicitur illud quod legitur. s. eo. ita quorundam hoc adiecto, quod illis qui prædicto modo delinquunt, gremium non aperiatur ecclesiæ, nisi totum quod ex tam damnato cõmercio perceperunt, & tantũdem de suo in terræ Sãctæ subsidium destinauerint, vt in eo puniantur in quo peccauerũt. Quod si soluẽdo nõ fuerint, sic alias delictũ istorũ taliter puniatur, quod alij attentare simi lia pertimescãt. Not. quod qui contra ecclesiam delinquit, in eo punitur, ut ab ea non recipiatur, donec satisfaciat. Item punitur quis in eo, in quo deliquit: Itẽ pęna vnius debet esse metus alterius.

a ¶ Excommunicamus & anathematizamus.] sic et supra eodem. ita & c. quod olim.

b ¶ Priuatione.] hoc totum habes. s. eod. ita.

[Glo. seq. dat simile de vsura, cõcludit tamen quòd hoc grauius.

c ¶ Totum quod ex commercio.] Totum ergo lucrũ, quod ad eos peruenit ex hoc cõmercio, debẽt dare in subsidiũ terræ Sãctæ: in cuius detrimẽtum hoc fecerũt: & simile est crimini vsurarũ, in quo quicquid sorti accedit, vsura est, unde totum debet restitui. j. de vsu. consuluit. & 14. q. 3. putaui. & c. seq. imo videtur quod maius, quia isti videntur fidem Christianã impugnare, vnde plus puniuntur, quia tantundem pro pæna dare coguntur in subsidium terræ sanctæ: nemo dubitat grauius esse commissum, quod est grauius vindicatum, 24. q. 1. non afferamus & in Auth. ut fra. fi. coll. 9. in fin. ubi dicit; in delicto enim æquali proximas eis imminere pœnas iustum putamus.

d ¶ In quo deliquerint.] sic sup. de immun. eccles. c. vlt. & de iure pat. pastoralis. & sup. de temp. ord. literas. & sup. de foro compet. nullus. sim. 12. qõn. 2. de viro. & 17. q. 4. frater & coepiscopus.

e ¶ Sic alias.] quia poterunt subijci verberibus loco pænæ. 14. quæst. 6. si res. & 12. quæst. 2. fraternitas. & 5. q. 6. quia iuxta.

f ¶ Alijs interdicatur.] sic ergo pœna vnius est metus alterius, vt 2. qõ. 7. quapropter. & sup. de offic. ord. irrefragabili. & sup. de transla. cap. 1. in fin. & sup. de sta. reg. ea quæ. sup. de calum. c. 2. ff. de pœn. l. capitalium. §. famosos. ff. deposi. bona fides. 1. responso. in fi.

† Vide Mart. Nauar. citatũ supra hoc tit. in c. significauit.

† lignamina

† &.

† In concilio ita, nisi totum, quod ex substantia tam damnata perceperint, &c.

¶ Idem in eodem.

¶ *Concilium generale repetit concilium Lateranen. sup. eod. ita. & addit pœnam satisfactionis tempore absolutionis impendendum.*

C A P. XVII.

AD † liberandam terram Sanctam, & inf. ¶ Excommunicamus [a] præterea, & anathematizamus illos falsos & impios Christianos, qui contra ipsum Christum, & populũ Christianum, Sarracenis arma, ferrum, & ligamina † deferunt galearum, eos etiam, qui galeas eis vendunt, vel † naues, quique in piraticis Sarracenorum nauibus, curã gubernationis exercent, vel machinis, aut quibuslibet alijs aliquod eis impendunt cõsilium vel auxilium in dispendiũ terræ Sanctæ, ipsosque rerum suarum priuatione [b] mulctari, & capientium seruos fore censemus. Præcipientes, vt per omnes vrbes maritimas diebus Dominicis, & festiuis, huiusmodi sententia publice innouetur. ¶ Et talibus gremium non aperiatur ecclesiæ, nisi † totum, quod ex cõmercio [c] tã dãnato perceperint, & tãtundẽ de suo in subsidiũ terræ Sanctæ trãsmiserint, vt æquo iudicio, in quo deliquerint, [d] puniãtur. Quod si forte soluendo non fuerint, sic alias [e] reatus talium castigetur, quod in pæna ipsorum alijs interdicatur [f] audacia similia præsumendi.

¶ Greg. ix. Astoricẽ. † & Lucẽ. episcopis.

¶ *Iudæi vel Pagani quali eis officijs præficiendi non sunt, & si eis regalia iura vendantur, ad ea colligenda præficiendus est Christianus non suspectus.*

C A P. XVIII.

EX † speciali quam erga illustrem regem Portugalliæ gerimus, charitatis affectu, & infra. ¶ Mandamus, quatenus regem ipsũ solicite inducatis, ne in officijs, publicis iudæos Christianis præficiat, sicut in generali concilio [g] † continetur. Et si forte redditus suos iudæis vendiderit, vel Paganis, Christianum tunc deputet de grauaminib. inferendis clericis, & ecclesijs non suspectum, [h] per quẽ iudæi siue Sarraceni, sine Christianorum iniuria, iura regalia consequantur.

¶ Idem.

¶ *Se ipsum summat.*

EX speciali.] In prima parte ponitur culpa regis, & excusatio. In secũda contra vtrumque prouidetur, ibi, Mandamus. Abbas Siculus.

CASVS. Rex portugalliæ in officiis publicis, Christianis præferebat iudæos cõtra concilium generale. sup. eo. cum sit. vnde mãdat Papa duobus episcopis, quatenus regẽ ipsum moneant & inducant, ne in publicis officijs iudæos præficiat Christianis contra concilium generale, quod si forte redditus suos iudęis vendere voluerit, vel Paganis, aliquẽ Christianum deputet nõ suspectum de grauaminibus clericis & ecclesijs inferendis, & per illũ iudæi & Sarraceni. sine Christianorum iniuria, iura regalia consequãtur: Not. iudæos Christianis non esse præferẽdos. Item officiales suspecti non debent præponi clericis.

g ¶ Generali concilio.] sup. eo. cũ sit. & 54. dist. nulla.

h ¶ Nõ suspectum.] qui fideliter & sine fraude officiũ suum exequatur, ne per hoc fraus fiat Christianis clericis aut ecclesiis: qualis fuit Ioseph. de quo habes. 22. qõ. 2. quod autẽ ait qui fuit dispensator Pharaonis. 1. Bernar.

NVlli.] Diuiditur: Nã tria facit; Primo ponit dictũ: Secundo mercatoribus prouidet: Tertio prouisitionem determinat; Secunda. ibi. Quod si. Tertia, ibi, Si autem Abbas Siculus.

C A S V S. Iudæi tenebant seruos Christianos, & eos in suo seruitio retinebatut, quod fieri non debet, vnde statuit concilium generale, quod non liceat iudæo baptizatum vel baptizati volentem emere, uel in suo seruitio retinere; Secundo dicit, quod si aliquis iudæus causa mercimonij emerit aliquem iam conditum ad fidem conuersum, & postmodum factus fuerit Christianus, uel desideret fieri, dẽtur ab aliquo xij. solidi, & ille ab illius seruitio subtrahatur: Si vero infra tres menses ipsum uenalem non exposuit, si emit eundem ad seruiendum sibi, ipse

† Epatus sũt Hispaniæ, de quib. Vaseus in Annalib. Hispaniæ. cap. 20.

† Vide Marquardũ tra. de iudæis. p. 2. c. 6. & 7.

† In generali concil. Later. sub Inn. iij. cap. 4.

1. Gen. 41.

nec eum postea uendere, nec alius ipsum audeat comparare, sed nullo dato pretio ad libertatem perducatur. Not. quod si iudęus aliquis seruum emerit causa mercimonij, & factus sit Christianus, infra tres menses illum uenalem exponat; Alioquin præsumitur, ꝙ illum emerit causa seruiendi sibi; cōtrà quam pręsumptionem non inducitur probatio, & ita est præsumptio iuris & de iure. Itē fauor fidei priuat aliquem seruo suo.

† Qualiter ecclesia iuste potuerit hęc statuere de rebus iudæorum, tradit luculenter B.Th.2.2.q.10.art.10.

a ¶ Seruitio.] sup.eo. capi.1.& c. iudæi.1. imo quam cito volūtas ipsius fuerit pate facta, quod velit fieri Christianus, in libertatem ab omnibus vendicetur.54. distin.fraternitatem. nisi emptus sit causa mercimonij, ut ibi dicitur, & hic inferius. Bern.

b ¶ Causa mercimonij.] In quo casu nō fraudabitur ex toto iudęus siue Paganus, dummodo infra tres menses illum venalem exponat, ut ca. fraternitatem. Ber.

[Glo. seq. quærit, & soluit. Iterum quęrit & remittit.]

c ¶ Duodecim solidis.] Sed de qua moneta accipitur? Respondetur de illa, quæ est in vsu in loco illo, ar.ff.de leg.3. nummis.ff. de leg.1. si seruus plurium.§. si numerus. Quid si non sit, qui soluat illos xii. solidos? De hoc dictum est s.c.1.

† De materia tituli in genere uide B.Th. 2.2.q. 11.& quos p totum tit. citauimus.

CAP. XIX.

NVlli iudæo, baptizatū vel baptizari volentem, emere liceat, vel in suo seruitio [a] retinere. Quod † si quem nondum ad fidem conuersum causa mercimonij [b] emerit, & postmodum factus sit, vel fieri desideret Christianus, datis pro eo duodecim solidis [c] ab illius seruitio protinus subtrahatur. ¶ Si autem infra tres menses [d] ipsum venalē non exposuerit, vel ad sibi seruiendum emerit eundē, nec ipse vendere, nec alius audeat comparare, sed nullo dato pretio perducatur ad præmia libertatis.

TITVLVS VII.

De hæreticis. †

¶ Stephanus Papa omnibus episcopis.

¶ *Infidelis est, qui non habet certitudinem fidei, & infideli non est credendum in praiudicium alterius.*

d ¶ Si autem infra tres menses.] Eo ipso quod non exposuit ipsum infra tres menses venalem, præsumitur ꝙ non causa mercimonij emerit, sed ad seruiendum sibi, vnde nullo pretio dato perducetur ad præmium libertatis, nec admitteretur probatio in contrarium, cum hic sit præsumptio iuris, ex qua ius statuitur; vt 54. distin. fraternitatem. quod cap. intellige per illud, & istud est quasi glos. & expositio illius, si præsumptio est. sup. de spon. is qui vbi habes præsumptionem iuris. & si alius eum comparet, talis emptio non valeret, & nihilominus erit liber nullo pretio dato, si scienter emit illum: si ignoranter, agat ad pretium siue ad interesse contra iudæum, qui ipsum decepit. ff. de contrahen. emp. liberi hominis. argu. Et nota quod fauor fidei priuat aliquem seruo suo, vt hic patet, item priuat aliquem filio suo. supra, de conuer. in fin. cap. vlt. Item priuat aliquem vxore sua. supra, de diuor. gaudemus. & 28.q.1. si infidelis. Bernardus.

DE HAERETICIS.

¶ Visum est de his, qui non baptizati Deum blasphemant male colendo, merito videndum est de illis, qui iam baptizati incidunt in hæresim. Abbas.

De hac materia tractatur 24. qō. 1. per totum, & q.3. §. quia vero, vsque ad fin. q. & q.7. & 11.q.1. & 23.q.7. per totum, 8. dist. quo iure. 1.q.1. in multis capitulis.

DVbius.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod qui in fide dubitat, infidelis est; nec est credendum testimonio eorum, qui fidem veritatis ignorant. Nota, quod dubius in fide, infidelis est. Item infidelis testis esse non potest.

CAP. I.

DVbius, [e] † In fide, [f] infidelis est. Nec eis omnino credēdum est, [g] qui fidē veritatis ignorant.

¶ Leo Papa.

¶ *Errare in fide conuincitur, qui alios errantes, cum pōt ab errore non reuocat.*

CAP. II.

QVi † alios, cum potest, ab errore non reuocat, [h] seipsum errare demonstrat.

¶ Aug. de fide Catholica.

¶ *Hæreticus perseuerans, æternaliter damnatur: cui nec prodest baptismus, nec eleemosyna, vel martyriū vel aliud quodcunque bonū, quo ad hoc, vt consequatur vitam æternam.*

CAP. III.

FIrmissime † tene, & nullatenus dubites,

e ¶ Dubius.] de fide enim nullus debet dubitare, sed firmiter credere articulos fidei, supra de sum. Trinitat. capitulo primo in princip. aliter saluus esse non poterit, vt in Psalm. Quicunque vult, & 24. distinct. quando episcopus. & 24. quęstio. 1. aperte. nullus enim titubare debet in fide, ut ibi dicitur. Bernardus.

f ¶ In fide.] etiam in tenui 1 articulo. C. de hæret. l.2. in fi. sic ex leui offensa reuocatur libertus in seruitutem. C. de lib. & eor. lib. si manumissus & hoc quo ad articulos fidei, qui continentur in symbolo. Credo in Deū, quibus per fidem sola adhibenda est credulitas; quia fides est de re non visa, de pæniten. distinct. 4. in domo. Cod. de summa Trinitate. l. vlt. non per signa, sed per fidem ueritas est colenda, de consecrat. distinctione quarta venit sacerdos. Laurentius.

†De intellectu uide Palatium Rubium in allegat. de hære. c.5. incip. Et per ista. & Melchiorem Canū. lib.12. dē locis theo. c.9. circa medium.

† Cap.2. eo. tit. in 1. cōpi.

1 De intellectu. l.2. C. de hæret. quam hic citat glo. vide præter Doctores hic, Petrum Godof. in d. l.2. C. dē hęr.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cōp.

g ¶ Credendum est.] ergo dubius in fide, testis esse non potest, 22.q.4. ipsa pietas.

QVi alios.] Casus patet. Nota ꝙ qui alium ab errore non reuocat, seipsum errare demonstrat. & est argum. quod qui tacet, consentire videtur.

[Glo. seq. quærit, & soluit distinguendo.]

h ¶ Non reuocat.] cum potest. ff. ad legem Aquiliam. scientiam, 83. distinct. error. & argum. supra titul. proxi. & si iudæos, & 2.q.7. negligere. Sed nunquid istud pertinet ad omnes? Respondeo de crimine iam commisso soli Prælati tenentur corripere, 2. 23. quæstio. 4. duo ista. & capit. ita plane, a peccato autem committendo quilibet tenetur alium corripere occulte. infra eodem cum ex iniuncto. ubi de hoc argument. 23. quæstio. 4. ipsa pietas, 2. quæstion. 5. hoc videtur, & 93. distinct. diaconi & supra de cog. spir. tua. & 2. quæstio. 7. quapropter, sed istæ duæ ultimæ concordantiæ intelliguntur in denuntiatione. Tanc.

2 De materia huiꝰ glossulæ uide plene p B. Tho. 2.2. q.33. ar. 3. & seq.

FIrmissime.] Duæ sunt partes. Secunda, ibi, Omni homini. Abbas Siculus.

CASVS. Quæsitum fuit ab Augustino, utrum hæreticus, uel schismaticus saluari possit? Respondet Augustinus, firmiter teneas, & nullatenus dubites, ꝙ omnis hære-

hæreticus & schismaticus, cum diabolo & angelis eius, æterni ignis incendio punietur: nisi ante finem vitæ, catholicæ ecclesiæ fuerit reconciliatus, quia nulli hominum de mundo, qui ecclesiæ catholicæ non tenet unitatem, baptismus vel eleemosyna quantumcunque copiosa, aut mors pro nomine Christi suscepta proficere poterit ad salutem. Nota quòd extra ecclesiam catholicam nullus saluatur, quantumcunque bona opera fecerit.

[Glo. sequens ponit septem modos, quibus dicitur hæreticus.

a ¶ Hæreticum.] hæreticus multis modis dicitur: ille dicitur hæreticus, qui peruertit sacramenta ecclesiæ, ut simoniacus. 1. q. 1. eos qui per pecuniã. & 6. q. 1. c. nos sequentes, §. sed licet. Itẽ ille, qui scindit se ab unitate ecclesiæ, 7. q. 1. denique. Item omnis excõmunicatus, 4. q. 1. ꝙ autẽ hi Itẽ ꝗ errat in expositione sacræ scripturæ 24. q. 3. heresis. Itẽ ꝗ confingit nouam sectã, vel confictam sequitur, 24. q. 3. hæreticus. Item ꝗ aliter sentit de articulis fidei, quam Romana ecclesia, 24. q. 1. hæc est fides, & c. quoniam. Vel qui male sentiunt de sacramentis ecclesiæ, inf. eod. ad abolendam, in princ. Tancr.

b ¶ Neque mors.] Vnde Apostolus. Et si tradidero corpus meum, ita ut ardeam. charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest, de pænit. distin. 3. circa fin. capit. si quis, & de consecrat. dist. 4. solet, & 1. q. 1. vide quantum bonum. Bernardus.

c ¶ Ad salutem.] æternam, 1 scilicet, valent tamen ad bona temporalia promerenda, argum. 22. q. 2. si quælibet, in fin. & ad mitius supplicium subeundum, de pœnitẽt. dist. 4. ad finem. § post etiam. Ber.

omnem hæreticum [a] uel schismaticum, cum diabolo & Angelis eius, æterni ignis incendio participãdum; † nisi ante finem uitæ, catholicæ fuerit incorporatus & redintegratus ecclesiæ (& post pauca.) Omni homini, qui ecclesiæ catholicæ non tenet vnitatẽ, neque baptismus, neq; eleemosyna quãtumlibet copiosa, neq; mors [b] † pro nomine Christi suscepta, proficere poterit ad salutem.[c]

Gregorius † Anastasio Antiocheno.

¶ *Damnato auctore, damnantur eius scriptura, & libri, & opera.*

CAP. IV.

Fraternitatis tuę; & ĩfra. ¶ Cum Cęlestius, atque Pelagius [d] in Ephesina synodo sint damnati, quomodo poterunt illa capitula recipi, quorum dãnantur auctores.

F Fraternitatis.] Scripta per hæreticos non habent fidem authenticam. Communis diuisio. Secunda, ibi, Cum Cælestius. Abbas.

CASVS. Cęlestius & Pelagius condemnati fuerunt de hæresi in synodo Ephesina: Antiochenus Patriarcha dubitauit, an scripta ipsorum recipi debeant? Respondet Papa, quod non, quia ex quo auctores damnati sunt, scripta illorum quomodo admitti possunt? quasi diceret, non possunt. Nota ratione auctoris aliquid damnari uel reprobari: qualis enim auctor fuerit, talia eius opera præsumũtur. Item argumen. quod destructo principali destruitur accessorium.

[Glossa sequens signat contrarium, quod dupliciter fortificat, & soluit.]

d ¶ Cælestius atque Pelagius.] isti duo damnati erant in synodo Ephesina de hæresi; dubitabat Patriarcha Antiochenus, an 2 eorum scripta essent recipienda. Et dicitur ꝙ non, quia ex quo condemnatus est auctor: & scripta illius admitti non debent, ut 3. q. 4. nullus, & 16. dist. canones, quamuis aliqua utilia sint ibi, argum. sup. de test. licet. arg. tñ ꝙ ratione etiam bonæ sententiæ recipi possent. 1. q. 1. Dominus declarauit, 37. dist. si quid ueri. sicut & notitia legis abrogatæ necessaria est, dist. 7. Moyses, & Papa etiam argumentatur ex lege Theodosiana abrogata, sup. de iud. nouit. Sed uerum est, ꝙ scripta istorum non valent, etiam si alias bona sint; nec sunt recipienda, infr. eod. excommunicamus. §. credentes. arg. ad hoc. 96. distin. bene quidem. tamen ratione bonæ scientiæ scripta Origenis approbata fuerunt, 16. q. 7. & hoc diximus. qui damnatus fuit post mortem, 24. quæstio. 2. sane profertur, & si approbarentur, valerent: alias non, argu. supr. de sum. Trinita. capit 2. in fin. Item argum. ꝙ destructo principali, destruitur accessoriũ, sicut in cap. prædicto, & hoc duximus. Ber.

¶ Ex concilio Africano. †

¶ *Episcopus hæredem instituens hæreticum cõsanguineum, uel extraneum, vel paganum, etiam post mortem excommunicatus nunciatur. hoc dicit, secundum communem, & veriorem intellectum, & vt faciat ad titulum, potest intelligi, quod ex hoc præsumatur hæreticus.*

CAP. V.

SI quis Episcopus [e] hęredes instituerit extraneos a cõsanguinitate sua, vel hęreticos etiam cõsanguineos, aut paganos [f] pertulerit; † saltem post mortem [g] ei † anathema dicatur; atque eius nomen inter Dei sacerdotes nullo modo recitetur.

SI quis episcopus.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Africano, utrum hæretici possint institui hæredes ab episcopo? Respondet concilium, quod si episcopus instituerit sibi hæredes extraneos à consanguinitate sua, vel etiam instituerit consanguineos hæreticos, uel paganos, post mortem, debet excommunicari: & nomen eius inter sacerdotes Dei nullatenus recitetur. Et idem intellige de omnibus clericis. & hoc dicitur in seq. cap. Nota, quod hæreticus iure hæreditario catholico succedere non debet. Item aliquis potest post mortem excommunicari.

[Glossa sequens recit. per obiectionem, & soluit.]

e ¶ Si quis episcopus.] Sic ordina istam litteram: si quis episcopus instituerit hæreticos hæredes extraneos a consanguinitate sua, uel etiam si instituerit consanguineos hæreticos hæredes, aut paganos pertulerit, saltem post mortem, & c. & sic repete illam dictionem, hæreticos. Et ita nullus debet instituere hęreticum, siue sit consanguineus, siue non: ut hic patet, & inf. cap. proxi. episcopus ergo instituat ecclesiam, ex quo non habet consanguineos catholicos. 12. q. 2. episcopus qui filios, & c. cognouimus, & in Authen. ut cum de app. cog. §. dicimus, & §. si quis colla. 8. quia isti hæretici iam nõn dicuntur filij uel consanguinei, unde dicitur in lege: Si frater tuus, & amicus tuus, & vxor tua deprauare uoluerit ueritatem, fit manus tua super illos, 23. quęstio. 8. legi. & uxor est expellenda, 28. q. 1. uxor, in fin. Hoc intellige, nisi pænituerint isti consanguinei: delicti enim ueniam pænitentibus non negamus, C. eo. Manichæos. Bernardus.

f ¶ Paganos.] & ita idem iuris est in paganis, quod de hæreticis. Et idem est de omnibus, qui catholici non sunt, infra cap. proxim. Bernardus.

[Glossa sequens signat contrarium, & soluit.]

g ¶ Post mortem.] sic 3. 24. q. 2. sane profertur. & arg. C. eod. l. Manichæos. argum. contra, quia crimina morte extinguuntur, 23. dist. quorundam, 23. quæst. 2. ca. 1. & crimen cum pœna fit extinctum. C. si reus uel accusa. mor. fue. l. 2. hoc tamen speciale est in crimine hæresis, in criminis detestationem, ut post mortem possit accusari.

Marginalia: † mancipandum. — † In multis editiis. Greg. 9. legit, sed mendose, id habet Greg. 1. in registro li. 7. epist. 47. indic. 2. & c. 4. eod. tit. in 1. compil. — 1 De articulo huius glossæ uide omnino D Tho. 3. p. q. 89. ar. 4. ad 3. arg. — 2 De materia huius gl. quatenus ag. e de libris hæreticorum recipiendis, uel nõ, uide quę dixi plenissime lib. 2. cõment. 1 Direct. inquisi. schol. 1. — † Adde c. 48. in cõcilijs latinis & 10 synodo Carthaginensi c. 84 apud Theodorum Falsamonem. & cap. eod. tit. in 1. compi. — † pretulerit. † eius. — 3 De materia huius glossæ, pter Doct. hic, uide Gomez. to. 3. uaria. res. ca. 1. nume. 80. & Ioãnem Roiã sing. 134.

sari, & excommunicari, & ne ecclesia oret pro eo, quia non fuit accusatus in vita. Bernardus.

IN eos.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod nullus episcopus uel presbyter transferre debet bona sua in eos, qui catholici non sunt, etiam si consanguinei fuerint: & quod de episcopis, & presbyteris dicitur ad alios clericos extenditur. Nota, quod ubi eadem causa iuris est, idem ius est statuendum.

a ¶ Etiam si consanguinei.] dic ut supra cap. proxim.

b ¶ Nihil conferant.] Non distinguitur in morte uel in uita, ergo nec nos distinguamus, quia nihil capere possunt ex testamento, infra eod. excommunicamus, §. credentes, causa pietatis forte posset eis dari ı ne perirent fame. 86 distin. pasce fame. quia adhuc possunt conuerti ad fidem: quia de nemine desperandum est, de poenit. distin. 7. nemo. & 32. q. 2. ancillam. & a[illegible]m.e iam ad hoc 42. distin. quiescamus. & 1. quæstio. 3. quoniam multos. Bernar.

c ¶ De reliquis.] In hoc omnes pares sunt. argu. 16. q. 1. prædicator. in princ. 24. q. 2. sane profertur. Ber.

CVm Christus.] CASVS. Quidam Theologi ultra quam oporteret subtiliter intelligentes dicebant, Christum non esse aliquid secundum quod homo: Cum igitur Christus perfectus Deus & perfectus homo sit, mandat Papa Remen. Archiepiscopo, quatenus sub anathemate interdicat, ne aliquis de cetero Christum non esse aliquid secundum quod homo, quia sicut est uerus Deus, ita est uerus homo, ex natura rationali, & humana carne subsistens. Nota quod Christus est uerus Deus, & uerus homo.

d ¶ Sub anathemate.] Quicunque ergo contrarium dixerit, est excommunicatus, quia hoc dicere hæreticum est, & hæretici omnes sunt excommunicati, inf. eodem ad abolendam. & cap. excommunicamus, & quod Christus uerus sit homo ex humana carne subsistens, habes supra de summa Trinita. cap. 1. & est articulus fidei nostræ, de quo habetur in prædicta constitutione, & de alijs, quos scire quilibet. 2 Christianus tenetur per fidem. ar. ad hoc de consecratio. dist. 4. ante xx. & c. baptizandos,

† In concilio Africano hoc nodum reperi, sed habetur in concilio Carthaginensi c. 3. 1. c. 13. & apud Theodorum Balsamonem in synodo Carthag. cap. 25. & c. 9. eo. tit. in 1. compil.

1 De hoc dubio vide gl. ibidem. Archid. & Tur. recrema. 50. dist. c. 1. & in leg. b 9 septi partitis Hispaniæ, par. 1. tit. 24. l. 8.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. compil. & post concil. Lateran. sub Alex. iij. par. 49. c. 20. vnde facili intelliges hoc fragmentum.

† Laterane. sub. Alex. iij. ca. 27. & c. 6. eod. tit. in 1. compil.

2 De materia huius glo. vide B Thom. 2. 2 q. 2. ar. 5. & 6. Eymerici in Direct. inquisi. p. 1. q. 7. & q. 12.

¶ Ex eodem.

¶ *Loquitur de eadē materia cum pcedēti, & extēditur qđ ibi dictum fuit de Episcopis ad presbyteros, & alios clericos.*

CAP. VI.

IN eos, qui catholici non sunt, etiam si consanguinei [a] fuerint, Episcopi vel presbyteri nihil conferant. [b] denique hoc, qđ de episcopis & p̄sbyteris dictum est, dēt de reliquis [c] clericis exaudiri.

¶ Alexand. iij. Remeñ. Archiepiscopo.

Christus fuit uerus Deus, & uerus homo, sentiens oppositum, hæreticus est, & excommunicatus.

CAP. VII.

CVm † Christus perfectus Deus, & p̄fectus sit homo; Mandamus, quatenus sub anathemate [d] interdicas, ne quis de cetero audeat dicere, Christū nō esse aliquid secundum qđ homo; quia sicut Christus verus est Deus, ita verus ē homo, ex aīa rationali, & humana carne subsistens.

¶ Ex concilio Lateraň.

¶ *Hæretici, receptatores, & fautores eorum, excommunicati sunt; & decedētes in hoc peccato, in cœmeterio ecclesiæ sepeliri non debent, nec pro eis orari.*

CAP. VIII.

SIcut ait B. Leo, [e] & inf. ¶ Quia in partibus Tholosanis, hæreticorum, quos alij Catharos, alij Patarenos, & alij alijs nominibus vocant, inualuit damnanda peruersitas: eos & defensores, [f] & receptatores eorum, anathemati decernimus subiacere; Et sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere, vel fouere, aut negotiationem cum eis exercere p̄sumat. Si autē in hoc peccato decesserit, neq; sub priuilegiorum nostrorum quibuscunq; indultorum obtentu, [g] neq; sub alia quacunque occasione, oblatio [h] p eo fiat: aut inter Christianos accipiat sepulturam. †

¶ Lucius tertius.

¶ *Hæreticus male sentiēs, vel male docens de sacramentis ecclesiæ, excommunicatus est, & conuictus, nisi se correxerit, & errorem abiurauerit: si clericus est, degradetur, & curiæ seculari tradatur per quam etiam laicus punietur. Eadem etiam est pœna suspectis de hæresi, si se non correxerint: & relapsis omnino audientia denegatur: Sæculares principes, qui iurare nolunt*

& cap. primo, ad illos articulos, de quibus tractatur in illa constitutione: firmiter credimus, omnes indistincte tenentur, tam clerici, quam laici: sed clerici magis: qui legem perscrutabiliter scire tenentur, 38. distinct. omnes psallentes, 24. dist. quando Episcopus. Quilibet ergo tenetur credere secundum quod catholica tenet ecclesia, & hoc sufficit in talibus articulis, dummodo nil in contrarium sentiat, infra eodem ad abolendam. Ber.

SIcut.] CASVS. In cap. isto Lateran. concilium excommunicat omnes hæreticos, quibuscunq; nominibus censeantur, & omnes defensores, & receptatores, eorum & præcipit sub interminatione anathematis, ne quis eos in domo, vel in terra sua tenere vel fouere præsumat, aut cum eis negotiationem habere. Si quis autem in hoc peccato decesserit oblatio pro eo non fiat: nec inter Christianos accipiat sepulturam, non obstante aliquo priuilegio quibuscunque indulto. Nota, quòd fautores hæreticorum cum hæreticis æqualiter puniuntur. Item priuilegiū non excusat aliquē à peccato. Item ratione delicti perditur priuilegium: quia priuilegium non extenditur ad illicitum casum, nec tuetur aliquem in malo.

e ¶ Leo.] 23. quæst. 5. res omnes.

f ¶ Defensores.] inf. eod. excōmunicamus. §. credentes. & 79. dist. si quis Papa. arg.

g ¶ Obtentu.] sic ergo ratione delicti perditur priuilegium, infra cap. proxim. in fine, quia priuilegium non extenditur ad illicitum casum. nec tuetur aliquem in malo. infra. de senten. excommunicatio. nulli. & omni priuilegio cessante, mali puniendi sunt. C. ubi de cri. agi opor auth. qua in prouin ia. Ber

h ¶ Oblatio.] quia constat eum decessisse in mortali peccato, 23. quæst. 5. placuit, & est simile infra de vsur. quia in omnibus.

AD abolendam.] CASVS. Lucius Papa in cap. isto excommunicat omnes illos, qui de Sacramento corporis & sanguinis Domini nostri IESV Christi, & de alijs ecclesiasticis Sacramentis aliter sentiunt vel docent, quam sancta

† Vide Alfons. Cast. li. 2. de iusta hę ret punit. ca. 18. & quę di xi. lib. 3. comment. in Direct. inquisi. schol. 102. su per q. 40.

ſancta Romana Eccleſia prædicet, & obſeruet: & omnes illos, quos Romana eccleſia vel ſinguli epiſcopi vel clerici, vacante eccleſia, cũ concilio vicinorum ẽporum hæreticos iudicauerint; Secundo ſtatuit, vt quicunque deprehenſi fuerint manifeſte in hæreſi, ſi clerici fuerint, eis prius degradatis ſeculari poteſtati relinquantur animaduerſione debita puniendi, niſi ſtatim poſt deprehenſionẽ erroris ſponte ad catholicam vnitatẽ redierint, & ad arbitrium ẽpi ſatisfecerint: Si vero laici fuerint, niſi (vt dictum eſt) abiurata hęreſi ad arbitrium ẽpi ſatisfecerint, ſæcularis iudicis arbitrio relinquãtur. Tertio dr̃, ꝙ qui poſt abiuratã hæreſim, uel poſtquã ad arbitrium ẽpi ſe purgauerint, deprehẽſi fuerint in hr̃ſim recidiſſe: ſine ulla audientia ſæculari iudicio relinquantur, Quarto ſtatuit, vt omnes rectores cuiuslibet loci, iuxta commonitionem ẽporũ iuramẽto proprio ꝓmittant, ꝙ cũ ab eis fuerit requiſiti eccleſiã ꝯ hæreticos adiuuabunt bona fide. Si vero id obſeruare noluerint, honore priuẽtur, & ad alios nullatenus aſſumentur: & ipſi excõicentur, & terræ illorũ interdicantur & ciuitas q̃ his inſtitutis duxerit reſiſtendũ, uel punire neglexerit reſiſtẽtes, ẽpali dignitate priuetur, et aliarum careat commercio ciuitatum. Quinto dicit, quod ſi aliqui fuerint exempti à iuriſdictione ẽporũ, & ſoli eccleſię Ro. ſubiecti, nihilominus in his quæ contra hæreticos ſunt inſtituta ſubeant iudicium epiſcoporum; & eis tãquam ſuper hoc a ſede Apoſtolica delegatis, obſequantur, non obſtantib. aliquibus priuilegijs libertatis. Nota primo quod vacante, ſed capitulum obtinet uicem epiſcopi in his quæ pertinent ad iuriſdictionem. Item omnes qui male ſentiunt de ſacramentis eccleſiæ, ſunt excõi [illegible], itẽ arg. ꝙ clericus depoſitus nõ gaudet clericali priuilegio. Item ab errore reuerſus errorem ſuum publice abiurare debet. Itẽ iterata delicta grauius puniuntur. Item lapſis in hæreſim appellatio eſt deneganda. Item ratione delicti amittit quis priuilegiũ libertatis, ſed ẽpi tũc tanq̃ delegati a Papa eos puniunt, & non tanquam ordinarij.

a ¶ Prædicat & obſeruat.] ſim. 24. q. 3. hæreſis, hoc ergo quos Romana eccleſia ſeruat, & mandat ab alijs obſeruari, generaliter eſt obſeruandum. 11. diſt. quis neſciat, quicunque ergo male ſentit de ſacramentis eccleſiæ hæreticus eſt habendus, vt hic patet.

[Glo. ſeq. arg. & remittit.]

de Eccleſia contra hæreticos defendenda, excommunicantur, & terræ eorum ſupponuntur interdicto, ciuitates vero ipſorum reſiſtentes, aliarum commercio, & epiſcopali dignitate priuantur, exempti vero ſubſunt ordinarijs, ſuper his, quæ contra hæreticos inſtituuntur.

CAP. IX.

AD † abolendã, & inf. ¶ Vniuerſos, qui de ſacramento corporis, & ſãguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, vel de baptiſmate, ſeu de peccatorum confeſſione, matrimonio, vel reliquis eccleſiaſticis ſacramentis, aliter ſentire, aut docere non metuũt, quam ſacroſancta Rom. eccleſia ꝑdicat & obſeruat [a] & gñaliter quoſcunque eadẽ Romana Eccleſia vel ſinguli ẽpi per diœceſes ſuas cum conſilio clericorũ, vel clerici ipſi ſede vacante [b] cũ conſilio (ſi oportuerit) vicinorum epiſcoporum, hæreticos iudicauerint, vĩculo perpetui anathematis innodamus, & infra. ¶ Pręſẽti † nihilominus ordinatione ſancimus, † vt quicunq; manifeſte fuerint † in hęreſi deprehẽſi, [c] ſi clericus eſt, vel cuiuslibet religionis obũbratione fuſcatus, totius eccleſiaſtici ordinis pręrogatiua [d] nudetur, & ſic omni officio, & beneficio ſpoliatus eccleſiaſtico, ſęcularis relinquatur [e] arbitrio poteſtatis, animaduerſione debita puniendus, niſi continuo † poſt deprehenſionem erroris, ad fidei catholicæ vnitatem ſponte recurrere, [f] & errorem ſuum ad arbitrium [g] epiſcopi regionis publice conſenſerit abiurare, & ſatisfactionem congruam exhibere.

¶ Laicus [h] autem niſi (prout dictum eſt) abiurata hæreſi, & ſatisfactione exhibita confeſtim ad fidem cõfugerit orthodoxam, ſæcularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris vltionem, & infra.

¶ Qui vero inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad arbitrium epiſcopi, iuxta conſideratio-

b ¶ Clerici ipſi ſede vacante.] habes hic arg. quòd vacante eccleſia, iuriſdictio remanet penes capitulum. ar. 65. diſt. c. vlt. 23. diſt. in nomine Domini. 7. q. 1. Pontifices. De hac materia plene dictum eſt ſup. de maior. & obed. c. his quæ, & c. cum olim.

c ¶ Deprehenſi.] facti euidentia: puta q̃a publice prędicãt hæreſim. arg. ff. de ri. nuptia. palã §. vlt. vel legitima probatione, puta per teſtes: vel ex ſua confeſſione. Ala.

[Glo. ſeq. arg. pro opi. Ala. ſed tenet cõtrarium. Vg.

d ¶ Pręrogatiua.] argu. ꝙ clericus depoſitus non habet priuilegium clericale: & hoc cõcedit. Ala. arg. 54. diſt. ex antiquis, ĩ fi. ꝙ non eſt verũ, q̃a tenetur viuere clericaliter, quãuis ſit depoſitus: vñ ſi hoc faciat, adhuc gaudet priuilegio clericali, 81. diſt. dictũ. Et hoc dixit. Hug. Si verò incorrigibilis eſſet, tũc non ſolũ ꝑderet priuilegium clericale, verum etiã ſæculari curiæ traderetur. ſ̃. de iudi. cum non ab homine, ſed in caſu iſto perdit omne priuilegium niſi reuertatur, vt ſequitur.

[Glo. ſeq. ponit caſus quibus, &c.]

e ¶ Relinquatur.] Tribus eñ caſibus [1] relinquitur aliq̃s curiæ ſeculari ſtatim poſt depoſitionẽ, in crimine hæreſis, vt hic, & ĩ. eo. excõicamus. Itẽ in crimine falſi. infra de cri. fal. ad falſariorũ. Et ĩ alio, cũ ꝑꝑ calumniã vel contumeliam, q̃ contulit ẽpo ſuo aliquis depoſitus eſt 11. q. 1. ſi q̃s ſacerdotũ: aliàs aũt licet clericus ſit depoſit⁹ ñ traditᷣ ſtatim curiæ ſeculari: imo adhuc tenetᷣ viuere clericaliter, & eccleſia eum tuebitur, & gaudet priuilegio clericali, vt dictum eſt in proxima notula. Si vero ſit incorrigibilis, poſtea traditur, ſecũdum quod dicitur ſup. de iud. cum non ab homine. Qualiter debeat tradi, dicitur inf. de verbo. ſign. nouimus. Qualiter puniri debeant hæretici, dicitur. inf. eo. excommunicamus.

[Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.)

f ¶ Sponte recurrere.] Sed videtur quod etiam compelli debeat ſeruare fidem 45. diſt. de Iudæis, poſtquam condemnatus eſt hæreticus, non compellitur [illegible] vul. ſpõte redire, debet recipi abiurato errore. 24. q. [illegible] dicit Apoſtolus, & in perpetuum carcerem ad agendam pœnitentiam intrudi. inf. eo c. per. B. r.

[Glo. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.]

g ¶ Arbitrium epiſcopi.] arg. contra 1. q. 7. ſi quis epiſcopus, illud olim ob [illegible] vt in concilio [illegible] reciperetur, ſed hodie ſufficit quod hic dicit Tanc.

h ¶ Laicus.] Laici enĩ per eccleſiam condemnandi ſunt

† Ca. 11. eo. ti. in 1. cõpi.

† Vide Eymericum in Direc. Inquiſito. 3. p. qu. 91.

† ſtatuimus.

† In vulgatis ita; fuerit in hæreſi deprehenſus, &c. ſed in antiq̃s codicib. vt ẽ impreſſum.

† Qualiter hę voces continuo, confeſtim, & aliæ ſimiles ĩ hac materia accipi debeant, tradit Eymericus in Direc. Inquiſi. par. 3. q. 98. & Simancas in cath. inſt. tit. 47. de pænitentib. & conuerſis.

1 De materia huius gl. vide Bernard. Diaz. in practi. crim. cano. c. 126. & 130. & ſeq.

† Hic. §. vt plurimũ deſideratur ĩ manuſcriptis codicib. vſq; ad illa verba, illos quoque.

2 Vide Simãcam cathol. inſt. [illegible] de abiuratione.

de hæresi: sed iudex secularis illos punire debet, nec traditur laicus curiæ seculari: sed clericus solummodo, infra de ver. si. nouimus. quia laicus semper est de foro seculari, sed in casu isto sententia debet ferri per ecclesiã: executio fit solummodo per iudicem secularem. Qualiter tales puniri debeant, dicetur, inf. eodem excommunicamus. Ber.

[Glos. seq. obijcit, & soluit.]

a ¶ Audientia.] sim. 23. distin. in nomine Dñi. Sed si volunt redire, nonne debent audiri & recipi, quia ecclesia non claudit gremium volentibus redire ad ipsam. C. de sum. Tri. Inter claras, circa fi. & delicti veniam petentibus nõ negamus, dicit Imp. C. eo. tit. Manichæos, de pœn. dist. 3. adhuc instãt? Videtur quod debeant recipi, quia Dñs non vult mortem peccatoris, &c. 26. q. 6. cognouimus, sed vt conuertatur: & in carcerem perpetuum detrudatur infr. eod. cap. penul. sed audientia denegatur quo ad bona etiam si alias vellet se defendere, tamen littera ista contradicit Tãcr. Hodie seruandum est prout traditur infra. eod. cap. penult. §. si qui Ber.

b ¶ Iuramento.] hoc idem dicitur. inf. eo. excommunicamus, §. moneantur. Ber.

c ¶ Honore.] qa hoc ipso cõtra ecclesiam esse videntur: vnde dignitate debent priuari, 24. q. 1. qui contra Ecclesiæ pacem, & sim. 32. q. 5. præceptum. Ber.

d ¶ Ligandis.] sim. inf. e. excommunicamus. §. moneantur.

e ¶ Episcopali.] propter delictum suum, sim. 35. q. 2. ita nos.

† In vulgatis codicibus ita: post abiurationem præfati erroris, &c. verũtñ uox præfati nusquã apparet ĩ antiquis exemplaribus.

† Vide B. Tho. 2. 2. qu. 11. ar. 4.

† Vide Repert. Inquisitorum, verbo. iuramentum, & Eymericum in Directorio. 3. par. q. 32.

nem suspicionis, qualitatemque personæ propriam innocentiam cõgrua purgatione monstrauerint, simili sententię subiacebũt. ¶ Illos quoque qui post † abiurationem erroris; vel postquam se (vt diximus) proprij antistitis examinatione purgauerint, deprehẽsi fuerint, in abiuratam hæresim recidisse, seculari iudicio sine vlla penitus audientia [a] decernimus relinquendos, † & infra.

¶ Statuimus insuper, vt comites, barones, rectores, & consules ciuitatũ, & aliorum locorum iuxta commonitionẽ episcoporum; pręstito corporaliter iuramento [b] † promittant, qđ fideliter, & efficaciter cum ab eis fuerint requisiti, Ecclesiam contra hæreticos, & eorum complices, adiuuabunt bona fide iuxta officium & posse suum. Si verò id obseruare noluerint, honore, [c] quem obtinent, spolientur, & ad alios nullatenus assumantur eis nihilominus excommunicatione ligandis, [d] & terris ipsorum interdicto Ecclesiæ supponendis. ¶ Ciuitas autem quę his institutis duxerit resistendum, vel contra commonitionẽ episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio ciuitatum, & episcopali [e] se nouerit dignitate priuandam, & inf. ¶ Si qui† vero fuerint, qui à lege diœcesanæ iurisdictionis exempti, soli subiaceant sedis Apostolicę potestati: nihilominus in his quę sunt contra hęreticos instituta episcoporum subeant iudicium, & eis in hac parte tãq̃ a sede Apostolica delegatis, [f] (non obstantibus libertatis suę priuilegiis) obsequantur.

¶ Innocentius tertius.

¶ *Bona hæreticorum confiscantur, & in terris ecclesiæ applicantur fisco ecclesiæ, in terris imperij iudicis secularis fisco, & procedit etiam si catholicos habent filios.*

CAP. X.

Vergentis † in senium seculi corruptelam, & infra.

¶ In terris vero temporali nostrę iurisdictioni subiectis, bona hęreticorum statuim' publicari, & in alijs idem pręcipimus [g] fieri,

[Glos. seq. dicit hoc allegari quod ratione delicti, &c. & respondet.]

f ¶ Delegatis.] auctoritate generali huius decre. sim. supra de offic. ord. irrefragabili, §. ceterum, & sic ratione delicti perdant priuilegium: quia priuilegium non dat causam delinquendi. C. de priuileg. schol. l. 2. libr. 12. nec permittas nocentes aliquibus priuilegijs vti ut in Auth. de man. princ. §. quod si delinquentes col. 3. & supra. c. proxim. sic & remissio peccati non dat licentiam delinquendi, 1. quæstio. 7. exigant. Consueuit hic allegari quod ratione delicti perditur priuilegium: quod non est verum, quia si aliqui exempti sunt, & delinquant, non perdunt priuilegium propter hoc, sed puniri debẽt. Nec dicunt proprie recidere in iurisdictionem episcoporum: quia non cognoscunt episcopi iure ordinario, sed auctoritate sibi delegata, vt hic patet, & supra de offi. or. irrefragabili, & perinde est, ac si ipse Papa cognosceret, vel specialiter alijs delegaret: per abusum enim vel per negligentiam perditur priuilegium, infr. de priui. accedentibus, & ca. si de terra, & 11. q. 3. priuilegium. De hoc dicitur infr. de priuileg. ex tuarum. Bern.

Vergentis.] Diuiditur. Nã primo p̃mittit decisum exordium: Secundo ponit statutum de publicatione: quod probat per argumentũ a maiori: Tertio soluit obstaculum. Secunda. ibi. In terris, Tertia. ibi, Nec Abbas.

CASVS. Statuit Dominus Papa quod in terris suæ temporali iurisdictioni subiectis, bona hæreticorum publicentur: & in alijs idem præcipit obseruari per rectores locorum, & si ad hoc negligẽtes extiterint, per censurã ecclesiasticam cõpellantur: nec ad eos bona illa ulterius reuertantur: nisi redierint, & abnegauerint hæreticam prauitatem nisi ex sola misericordia aliquis eis voluerit misereri. ut temporalis saltẽ pęna corripiat, quẽ spiritualis non corrigit disciplina: cum enim secundum leges reis læsæ maiestatis capite puntis bona publicentur, eorum filijs vita solummodo ex misericordia reseruata, multo fortius isti qui aberrantes a fide, filium Dei Iesum Christum offendunt a capite nostro, quod est Christus de bent præscindi, & bonis temporalib. spoliari: quia grauius est æternam quam temporalem lædere maiestatem, nec exhæredatio filiorum catholicorum debet impedire censuram huius seueritatis prætextu alicuius misericordiæ: cum in multis casibus filij pro patribus temporaliter puniantur, & secundum canones quandoque non solũm puniuntur auctores scelerum, sed etiam progenies damnatorum. Not. quod iudex ecclesiasticus potest compellere iudicem secularem ad iustitiam faciendam. Item grauius est æternam, quam temporalem lædere maiestatem. Item in crimine hęresis, non parcitur filijs circa bona paterna, sed in totum priuantur bonis paternis.

[Glossa sequens recitat per q. an Papa posit principare.]

g ¶ Præcipimus.] quod facere potest Papa ratione peccati

† De materia huius. §. vide eũdem Eymericum in Direct. in quis. p. 3. q. 26. & seq. vbi late dixi in commentarijs.

† Habetur integra li. 2. registri. Innoc. iij. epist. 1. & c. 1. eo. tit. in 3. compil. Et de materia & intellectu vide Zanchinum tract. de hæret. ca. 25. & quę copiose dixi lib. 2. commen. in Director. Inqsitio. schol. 6. & libr. 3. schol. 151.

peccati sui de iud. nouit. & pōt eos dignitate priuare, ut sup. cap. proxi. §. statuimus. & propter alias iniquitates, potest etiam Papa remouere eos a dignitate, 15. quæst. 6. alius. & imperium ipse transtulit de loco ad locum, propterea quia non defendebant ecclesiam, sup. de elect. uenerabilem, ut ibi notatur, & iudex sæcularis potest excommunicari, si negligat facere iustitiam 23. q. 5. administratores, & hic expresse dr̄, & sup. cap. prox. §. pen. & inf. de maled. c. 2.

a ¶ Misereri.] De sola ergo misericordia restituuntur bona, ut hic dr̄, & ēt ē pa tus, ut 23. qō. 4. ipsa pietas uers. itē si inquiunt, in fin. & q. 7. quod autem, & 1. q. 7. conuenientibus.

b ¶ Disciplina.] sup. de elec. cū in cūctis, 82. d, plurimos, in fi. & C. de emen. ꝓpin. l. unica. & ar. 50. dist. ut constitueret. Ber.

c ¶ Bona confiscentur.] quod dicit hic, habes. 6. q. 1. ca. quæro. §. uerum. & ca. si quis cum militibus. & C. ad leg. Iul. maie. quisquis.

d ¶ Longe sit grauius.] 17. q. 4. sicut q ecclesiam. & 23. q. 5. si apud. & qā in religionem diuinam cō mittitur, in omnium fertur iniuriam, & publicum crimen cō mittitur. C. eod. titu. Manichæos. vnde grauius est.

[Glossa ista signat contrarium, & soluit.]

e ¶ Exhæredatio.] hic expresse habes, ꝙ bona hæreticorum confiscantur, 1 siue habeant filios, siue non, nec catholicis filijs hæreticorum aliquid relinquendum est, ut hic dicitur. Sed contra dicit l. C. eod. tit. Manichæos. & l. cognouimus, & authen. idē & de Nestorianis. ubi dicitur, quod filij catholici propter hoc hę reditate paterna non priuantur, statur enim hodie huic decret. in odium criminis, sicut in crimine læsæ maiestatis, ubi filij puniuntur, quo ad bona, ut hic dicit, & 6. quæstio. 1. capitu. quæro. §. uerum. & capitu. si quis cum militibus. multo fortius in isto crimine, ut hic dicitur, & hoc est expressum in constitutione Frederici, hac edictali, quæ olim erat in quinta compilatione, eodem tit. & in alio casu etiam filij pro delicto parentum puniuntur, temporaliter usque ad quartam generationem, secundum quod habes infra de poe. in quibusdam, & in hac opinione fuerunt Ioannes & Laurentius.

f ¶ Canonica.] 15. q. 8. cum multæ & 1. q. 4. cum ecclesia. §. item peccato Israelitarum, & sup. de fil. presbyt. per totum.

† In registro ita q̄to magis qui aberrantes in fide Domini Dei filiū Iesum Christum, &c.

Vide Pau. Grillan. tra. de hære. q. 4. & Iul. Clar. li. 5. sent. recep. §. hære sis, vers. & sciās, quod.

† De hoc ar. latissime scri bit Alf. Cast. lib. 2. c. 1. de iusta hæret. punitione, & lo. Roias in singulari bus fidei sin gu. 66.

1 De materia huius gl. uide late per citatos in tex tu.

per potestates & principes sæculares, quos ad id exequendum, si forte negligen tes extiterint, per censurā ecclesiasticam appellatione remota cōpelli volumus, & mandamus. Nec ad eos bona eorum vlterius reuertantur, nisi eis ad cor reuertentib. & abnegantibus hæreticorū cōsortiū misereri [a] aliquis voluerit, vt tpalis saltem pœna corripiat, quem spūalis non corrigit disciplina.[b] Cū .n. secundū legitimas sanctiones; reis læsæ maiestatis punitis capite; bona cōfiscentur [c] eorum, filijs suis vita solūmodo ex misericordia cōseruata, quāto † magis qui aberrantes: in fide Domini Dei filiū Iesum Christum offendunt, a capite nostro, quod est Christus ecclesiastica dēnt districtione præcidi, & bonis temporalib. spoliari, cū longe sit grauius [d] ęternā, quam temporalem lædere maiestatem. Nec huiusmodi seueritatis censuram, orthodoxorum † exhæredatio [e] filiorum, quasi cuiusdam miserationis ꝓtextu, dēt vllatenus impedire, cum in multis casibus ēt ſm diuinū † iudiciū, filii pro patrib. temporaliter puniantur, & iuxta canonicas [f] sanctiones, quādoq; feratur vltio, non solum in auctores † scelerum, sed etiam in progeniem damnatorum.

¶ Idem.

¶ Aduocati, vel notarij hæreticis, vel eorū defensorib. fauentes, aut sub eis litigantibus patrocinantes, & pro eis instrumenta scribentes, infames sunt, & ab illo officio suspensi.

CAP. XI.

SI aduersus nos terra consurgeret, & infra. ¶ Quia plus timeri solet, quod specialiter [g] iniungitur, quam quod generaliter imperat, vobis aduocatis & scriniariis [h] firmiter inhibemus, ne hæreticis, credentibus, fautoribus, vel defensoribus eorundem, in aliquo præstetis auxilium, [i] consilium, vel fauorem, nec eis in causis, vel in factis, vel aliquibus litigantibus sub eorum examine, vestrum patrocinium præbeatis, & pro ipsis publica instru-

SI aduersus.] Primo ponit decisum exordium. secundo prohibitionem. Tertio pęnam. Secunda, ibi, Quia. Tertia, ibi, Quod si. Abb.

CASVS. Quamuis generaliter prohibitum sit, ut nullus consilium, uel auxilium, uel fauorem præstet hæreticis, quia tamē solet plus timeri, quod specialiter iniungitur, quā quod generaliter præcipitur, prohibet Papa aduocatis & notarijs, ne hæreticis, credentibus, fautoribus, uel defensoribus eorundem, in aliquo præstent consilium, auxilium, uel fauorem, nec eis in aliquibus factis, uel causis, uel aliquibus litigantibus sub eis prębeant patrociniū, nec pro ipsis publica conficiant instrumenta, uel scripta, quod si contra fecerint, ab officio suo nouerint se suspensos, & perpetuæ infamiæ subiacere. Not. regulam, ꝙ plus timetur, qđ specialiter præcipitur, quam quod generaliter imperatur. No. aduocatos & notarios esse infames, q aduocant, uel instrumenta conscribunt pro hæreticis, & nihilo minus sunt excōmunicati. Item Papa potest infamiam irrogare.

g ¶ Quod specialiter.] hoc sumptum est ex illo canone. 23. dist. quamquā. ea enim, quę notabiliter fiūt, nisi specialiter notentur, uidentur neglecta. ff. de iniur. item apud Labeonem, §. ait prætor. arg. s̄. de confir. util. bonæ. & sup. de dol. c. 2.

h ¶ Scriniarijs.) i. tabellionibus. sic 25. q. 2. c. dicenti. §. vniuersa.

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit.]

i ¶ Auxilium.] cum sint excommunicati, infra eodem excommunicamus 1. §. credentes, & supra eo. sicut. Sed uidetur saltem si conueniantur, quod non sit auxilium denegandum, aut etiam iusta sententia, supra de excep. cum inter. & in pluribus. c. ibidem. Hoc potest habere locum infra annum, postquam uerò constiterit eos esse tales, anno elapso inter hæreticos computantur, nisi infra annum se correxerint. inf. eod. excommunicamus 1. §. credentes. & sicut hæretici puniuntur. inf. eo. c. pen. vnde nō admittuntur ad aliquam defensionem, cum ipsorum bona debeant confiscari, sicut aliorum hæreticorum imo licite eis auferuntur sua, ut 8. distinc. quo iure 23. quæst. 5. non uos. & q. 7. c. 1. 2. & 3. sed melius est, si auctoritate 2 iudicis hoc fiat. 23. qu. 3. sed sunt & C. de pig. l. 3.

[Glo. seq. not. probat, & signat contrarium.]

† actores.

† Cap. 2. eo. ti. in 3. cōp. Et de materia & intellectu præter Doct. hic vide Matt. de Aff. super cō stōne, incon sutilem, de hæ. notabili 15. ver. Hinc sumpta occasione quęro. adde Simancam cathol. inst. tit. 5. de aduoc.

2 Idē tenet Arch. in c. si nos. 23. q. 5.

a ¶ Ionsa-

a ¶ Infamiæ.] & ita Papa poteſt infamiam irrogare quo ad forum ciuile, quia & tollere eam poteſt ut ſupra qui filij ſint legit. per venerabilem. Arg. contra 2.q.3.§. hinc colligitur. Bern.

ADDITIO. Solu. hoc verum eſt de infamia facti, nõ iuris.

Cvm ex.] Primo ponit triplicem reprehenſionem laicorum, q̃ ſecũdo proſequitur. Primo primam: ibi Deus: Secũdo ſecundam, ibi, Sicut enim. Tertio tertiam: ibi Licet. Abbas.

CASVS. Quidam laici in vrbe Metenſi p̃cipue delinquebant in quibuſdam articulis, faciebant ſibi diuinas ſcripturas exponi, tur, ut ſm eos ſibi aſſumerẽt officiũ prædicandi. Item occulta conuenticula faciebant, vſurpantes ſibi officium prædicandi, ſacerdotum ſimplicitatẽ eludunt & aſpernant eorum conſortium, qui ſibi in talibus non inhærẽt. Primo improbat Papa occulta cõuenticula. Deus enim in tm̃ odit opera tenebrarũ, ut Apoſtolos ſuos p̃dicaturos Euãgeliũ miſſurus, p̃ceperit eis dicẽs: Quod dico uobis in aure, prædicare ſup tecta. Secundo impugnat eorum officium prædicandi, ſicut enim multa membra ſunt corporis, ſed non habent eundem actum itã ſunt plures ordines in eccleſia, ſed non habent omnes idem officium, quia, vt dicit Apoſtolus, Dominus alios dedit Apoſtolos, alios Prophetas, alios Doctores, ſed ordo Doctorum præcipuus eſt in eccleſia & ideo non debet quis indifferenter officium p̃dicationis aſſumere: quia vt dicit Apoſtolus: Non prædicabunt, niſi mittantur & Dominus ẽt dixit Apoſtolis: Rogate dñm meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuã: Sed ſi forte aliquis illorum diceret quod tales inuiſibiliter mittuntur à Deo, poteſt ei rñderi, ꝙ cum illa miſſio ſit occulta, non ſufficit cuiquam dicere, quod ſit, miſſus à Deo, cum hoc quilibet hæreticus aſſeueret, ſed oportet, quod illam inuiſibilium miſſionem aſtruat per operationem miraculi, quod oſtendit duobus exemplis ſcilicet Moyſi, & Ioannis Baptiſtæ.

LICET AVTEM. Hic tertio dicit, quod nullus eludere debet ſimplicitatem ſacerdotum, licet enim neceſſaria ſit ſcientia ſacerdotibus ad doctrinam, non eſt tamen ſimplicibus ſacerdotibus detrahendum, etiam a ſcholaſticis, nedum a laicis, cum in eis debeat ſacerdotale officium honorari, vnde præcipit Dominus, Dijs tuis non detrahes, de ſacerdotibus intelligens, qui propter excellentiam ordinis Deorum nomine nuncupantur, nec aliquis iſtorum defendat audaciam ſuam illo exemplo, quod aſina reprehendit Prophetam Balaam, vel quia Dominus ait: Quis ex uobis arguet me de peccato? quia aliud eſt cum quis occulte reprehendit fratrem ſuum in ſe peccantem ad quod quilibet tenetur ſecundum Euangelicam veritatem, in quo caſu poteſt intelligi quod aſina reprehẽdit Prophetam, & aliud eſt, patrem ſuum delinquentem manifeſte reprehendere, ꝙ nulli licet: Aliud eſt, cũ Prælatus de ſua innocentia confidens ſupponit ſe accuſationibus ſubditorũ, in quo caſu poteſt intelligi verbum Dñi, Quis ex vobis, &c. & aliud eſt qñ ſubditus animo reprehendẽdi ſurgit in Prælatũ ſuũ cum potius ei dẽat obſequi. Sed ſi tanq̃ inutilis dẽat remoueri, tunc agẽdũ eſt ordinate apud epiſcopum ſuũ, ad cuius officium pertinet inſtitutio & deſtitutio ſacerdotum. Not. ꝙ qui male agit, odit lucem. Itẽ laici quãtumcunque idonei, prædicare non dẽnt, nec ẽt clerici, niſi q̃bus ex officio cõceſſum eſt. Itẽ non ſufficit alicui dicere, ꝙ ſit miſſus a Deo, niſi hoc oſtẽdat. Item ſacerdotib. nullus detrahere debet. Item quilibet tenetur illũ in ſe peccantem corrigere ſecreto. Item quilibet tenetur ad denunciandum Item ſicut inſtitutio ſacerdotum pertinet ad epiſcopos, ita eorum deſtitutio.

menta, vel ſcripta facere nullatenus attẽtetis. Quod ſi contra præſumpſeritis, ab officio veſtro ſuſpenſos perpetuæ vos decernimus infamiæ [a] ſubiacere.

¶ Idem in vniuerſis Chriſti fidelibus tam in vrbe Meteñ. quam in eius diœceſi conſtitutis.

¶ *Laici non prædicent, nec occulta cõuenticula faciãt nec ſacerdotes reprehendant.*

CAP. XII.

Cvm † ex iniuncto, & infra.

¶ Licet autem deſiderium intelligendi diuinas ſcripturas, & ſecundũ eas ſtudium adhortandi, reprehẽdendũ non ſit, ſed potius cõmendandum, in eo tamẽ apparent quidam laici merito arguẽdi, quod occulta conuenticula [b] celebrant, officiũ p̃dicationis Chriſti † ſibi vſurpant, ſacerdotum ſimplicitatem [c] eludũt & eorũ conſortiũ aſpernantar, qui talibus nõ inhærẽt. ¶ Deus [d] enim lux uera, quæ omnem hominem venientem in hunc mundnm illuminat, in tantum odit opera tenebrarum, vt Apoſtolos ſuos in mundum vniuerſum p̃dicaturos Euangelium omni creaturæ miſſurus, eis p̃ceperit apte dicens; Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine, [e] † & qđod in aure auditis, p̃dicate ſuper tecta. & infra.

¶ Sicut enim [f] multa ſunt mẽbra corporis, omnia vero non eundem actum habent, ita multi ſunt ordines in eccleſia, ſed non omnes [g] idem habent officiũ, quia ſecundũ Apoſtolum, alios [h] Dominus dedit Apoſtolos alios Prophetas, alios autem Doctores, & cetera. Cum igitur Doctorum ordo ſit quaſi præcipuus [i] in eccleſia, non debet ſibi q̃ſquam indifferenter prædicationis officium vſurpare. Nã ſecundum Apoſto-

† Extat integra lib. 2. regiſtri Inno. 3. & c. 3. eo. ti. in 3. cõp.

† Vox Chriſti, nec in regiſtro, nec in antiquis codicib. reperitur.

Ioan. 1.

Mar. ult.

Matt. 10.

† Luce.

1. Cor. 1.

b ¶ Occulta conuenicula.] ſicut conſpiratores, 11.q.1. conſpirationem. 79. diſt. ſi quis Papa. Iſti enim conſpirãt contra Deum, unde fortius ſunt puniendi, quam ſi conſpirarent contra hominem, ſupra eodem, vergentis ad finem

c ¶ Simplicitatem.] & male, trigeſima octaua diſtinctione. ſedulo.

d ¶ Deus enim.] hic incipit improbare factum iſtorum.

e ¶ In lumine.] hæc eſt improbatio contra occulta conuenticula.

f ¶ Sicut enim.] improbat, quod aſſumebant officium prædicandi.

g ¶ Non omnes.] immo ſingula officia debent eſſe commiſſa. 89. diſt. ſingula.

h ¶ Alios.] ſic ſ. eo. tit. c. ſicut, & 16. q. 1. adijcimus, q nullus audet prædicare niſi ſacerdos, ut ibi dicitur, & inf. eodem excommunicamus. §. quia uero. vel niſi eſſet miſſus, ut ibi. 23. q. 4. diſplicet. arg. ibi, miſſus eſt, ut qualia. &c,

i ¶ Præcipuus.] & priuilegiatus ſupra de ſtatu reg. quod Dei timorem. 1

1 Adde de corũ priuilegio. in iure ciuili habeẽ in l. medicos, & l. leg. C. de profe. & me. li. 10. & in l. 1. C. de profeſ. & Me. in ur. Cõſti. li. 12.

Roga-

lũ,Quomodo prędicabunt, nisi mittant? Et veritas ipsa præcepit Apostolis, Rogate [a] dñm messis, ut mittat operarios in messem suam. Quod si forte [b] quis argute respondeat, quia tales in uisibiliter mittũtur a Deo, etsi non visibiliter mittant ab homine, cum inuisibilis missio multo sit dignior, quam visibilis, & diuina longe melior, quam humana; † potest rationabiliter responderi,quod cum interior illa missio sit occulta, non sufficit [c] cuiquam nude tantum asserere,quod ip se sit missus à Deo,cum hoc quilibet hæreticus asseueret,sed oportet, qđ astruat illam inuisibilem missioné, per operationem miraculi, [d] vel scripturę testimoniũ speciale. Vnde cum Domi nus vellet mittere Moysen in Aegyptum ad filios Israel, vt crederent ei, quod mitteretur ab ipso, dedit ei signum,ut conuerteret virgam [e] in colubrum, & virgam iterum reformaret. Ioannes quoq; Baptista,speciale suę missionis testimonium protulit de scriptura. dicens: Ego vox clamãtis in deserto, dirigite viam Domino, sicut ait Esaias propheta,& inf.

¶ Licet autem [f] scientia sit valde necessaria sacerdotibus ad doctrinam,quia iuxta verbum propheticum, Labia [g] sacerdotis custodiunt [h] scientiam,& legem exquirunt, [i] ex ore eius, non est tamen simplicibus sacerdotibus, etiam a scholasticis detrahendum, cum in eis sacerdotale officium debeat honorari: propter quod Dominus in lege [k] pręcepit: Dijs non detrahes,sacerdotes intelligens:

qui propter excellentiam ordinis, & officij dignitatem,deorum nomine nuncupantur; & infra.

¶ Nec quisquam [l] suæ præsumptionis audaciam, illo defendat exemplo, qđ asina [m] legitur reprehendisse Prophetam, vel quod Dominus ait, Quis ex vobis arguet me de peccato? Cum aliud sit fratrem in se peccantem occulte corripere, quod quisque tenetur [n] † efficere secundum regulam Euangelicam, in quo casu sane potest intelligi,quod Balaam fuit correptus ab asina, & aliud est patrem † suum delinquentem reprehendere manifeste,quod utique nulli licet secundum Euangelicam veritatem; nam qui etiam dicit fratri, fatue, [o] reus erit gehennæ ignis. Rursus aliud est,quòd Prælatus spõte de sua confisus innocentia, subditorum se accusationi supponit,[p] in quo casu præmissum [q] Domini uerbum debet intelligi, & aliud est, quod subditus nõ tam animo reprehendendi, quam detrahendi, exurgit temerarius in Prælatum, cum ei potius incumbat necessitas obsequendi. Quod si forte necessitas postularet, † ut sacerdos tanquam inutilis [r] & indignus,a cura gregis debeat remoueri, agendũ est ordinate [s] apud episcopum, ad cuius officium, tam institutio,[t] quã destitutio sacerdotum noscitur pertinere.

¶ Idem † in concilio generali.

¶ *Excommunicati sunt omnes hæretici quibuscunque nominibus nominentur h. d. vsq; ad 2. damnati*

Rom.10. Matth.9. Luc.10. Exod.7. Ioan.1. Esa.40. Matth.3. Mala.2.

a ¶ Rogate.]21.dist. in nouo: ergo, quia isti non erant missi, nec sacerdotes, prædicare non debebant.

b ¶ Quod si forte.] hic opponit quia posset ei opponi ab alio: & ita statim respondet.

c ¶ Non sufficit.] bñ dicit: quia & si martyres etiam aliqua mandant fieri, statim nõ sunt facienda, sed ante est, vt sciamus illos impetrare à Deo quæ postulãt.50. dis. si quis præpostera.& 42. dist. quiescamus. Ber.

d ¶ Miraculi.] nec istud statim credendum est: quia quãdo que miracula fiunt per malos 11.q.1. te neamus.

† Vide B. Tho. 2.2.q. 7.ar.2.

e ¶ Virgam.]de consecra.d.st.2. reuera.

† Post hæc verba sequitur in registro exemplũ de Ioanne Baptista, quod hic Raymundus, affert autem huic loco.

f ¶ Licet autem.]hic improbat quòd delu debant simplicitatem sacerdotum. Bernardus.

g ¶ Labia sacerdotis. 43.distin. sit rector.& 11.q. 1. sacerdotibus.

h ¶ Custodiũnt.] id est, custodire debent.

i ¶ Exquirunt.] scilicet subditi a scholasticis.38.dist. sedulo. Ber.

k ¶ In lege.] Mosaica.

l ¶ Nec quisquam.] respõdet ad obiectionem quam possent facere isti hæretici.

m ¶ Asina.]ut 2.q.7. secuti sunt, & cap. nos si.§. item cum Balaam.

n ¶ Quod quisq; tenetur.] ad correctionem quilibet tenetur,sicut hic dicit: & hoc intellige de occulta correctione siue reprehensione, arg.23.q. 5. non putes, ut hic dicit: Sed manifeste corripere pertinet ad Prælatos, uel ad illos, qui hẽnt aliquam potestatem in aliquos, 23. qõ. 4. duo ista, & ca. forte. pater.n.filium potest corripere, & plạtus subditũ, & occulte & manifeste: unde Apostolus, Argue, obsecra,increpa,vt 45.dis c.1.& 8.q.1.quod au. tem.sed filius non potest publice reprehẽdere siue corripere patrem, nec subditus Prælatum. vt hic sequitur in littera, & 21.dist.nolite,erubescit.n. lex filios castigaturos parentes in Auth.de nupt.§. sed quod sancitũ est col. 4.versus fi. per vnam col. hæc est canonica correctio secundum Euangelicam ueritatem,ut occulta ad omnes,manifesta ad Prę latos,vel alios aliquã potestatem habentes pertineant, ut hic distinguit. & sic potest intelligi 2.q.1. si peccauerit, & est ad hoc 22. q.5. hoc uidetur. Ad denunciationem vero Euangelicã quę exigit admonitionẽ & probationẽ, vt 40. di. sed illud ver. neq; illud.& sup. de testibus, in omni negotio.& 2.q.1.si peccauerit. quæ fit ad pęnitentiam, videt quod quilibet teneat ar. 2. q.7.qua pp.s. de cogna.spirital.dummodo persona sit honesta, & bonæ famæ, quia uiles personæ non admittuntur ad denunciationem sup. de spõsa. cum in tua. 1.ubi de hoc.

o ¶ Fatue.] 55.dist.si Euangelica.

p ¶ Supponit.] ut 2. q.7.nos incompetenter.

q ¶ Præmissum Domini verbũ.] s. quis ex uobis arguet me de peccato?

r ¶ Inutilis.]Si enim præfatus inutilis aut negligens fuerit, remouendus est. s. de off.custo.c.1.81.dist. dictum.& inf.c.prox. in fi.& 18.quæst.2.si quis abbas,& C. de offic. præfec. præto. orient.si quos.

s ¶ Ordinate.] denunciando, uel accusando, secundum quod traditur.s. de accusa. qualiter. de simo. licet,& est ar. iuris ordinem esse seruandum.

t ¶ Tã institõ, q̃ destitutio.]

Exo.22. Ioan.10. Num.22. Ioan.8.

† De materia text. & glossæ ĩ uerbo, qđ quisque tenetur præter Doctores hic, vide B.Tho. 2.2.q.33.ar. 2.& sequentium. Matth.5.

† Alias, fratrem, in plerisq; Gregorianis codicibus,& in registro, legit patrem.

† Adde quod not.sup. co. tit.cap.2. de hoc dixi supra de iudi. noui.To.Aur.

† Postulauerit.

tutio.] Ad quem pertinet institutio,& destitutio, supra de capel.mo.capit.1.& capit.2.& inf. de priuile. cum &. plantare.§.in ecclesijs,& examinatio pertinet, ad eū, ad quem manus impositio spectat.supra de elect.venerabilē,& c.nihil.& c.cum nobis olim.institutio enim ad episcopum pertinet.16. q.6.nullus.Bern.

CAP. XIII.

Excommunicamus itaque, † & anathematizamus omnem hæresim, excellentem se aduersus hanc sanctam orthodoxam & catholicam fidem, quam superius [a] exposuimus,condemnantes hereticos vniuersos, quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem diuersas habentes, sed caudas,adinuicem colligatas, quia de vanitate † conueniunt in idipsum.

¶ Damnati de hæresi, per sæcularem iudicem puniuntur, & bona laicorum hæreticorum confiscantur & clericorum bona applicantur ecclesijs, vbi beneficiati erant. hoc dicit vsque quidem diuersas habentes,

† Idem.s.In no.iij.in cōcil. generali Lateranen. c.3.& c.2. e. tit.in 4. compilat.

† Dictio.itaque,de est in conc. sed habetur in antiquis codicio.

† Alias, varietate,quod etiam agnouit hic Hostien.

Excommunicamus.] Habet multa dicta, & potest summari: secundum varietatem dictorum per partes, quæ patent per §§.Abb. Sic.

CASVS. In prima parte huius capituli, excommunicat concilium omnes hæreticos, quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem diuersas habētes, sed caudas ad inuicem colligatas: damnati verò de hæretica prauitate præsentibus potestatibus,aut eorum nuncijs relinquantur pœna debita puniendi, clericis,prius à suis ordinib. degradatis, bonis damnatorum publicatis, si laici fuerint, confiscentur.si vero clerici ecclesijs applicentur, a quib. stipendia receperunt.Secundo dicit, quòd si aliqui fuerint sola suspicio ne notabiles, nisi ad arbitrium episcopi se purgauerint, excommunicentur: & si per annum sic steterunt, post annum tanquam hæretici condemnentur.

MONEANTVR. Tertio loco dicitur, quòd Potestates locorum moneantur, & si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam compellantur, quibuscunque fungantur officijs, vt pro defensione fidei præstent publice iuramentum, quòd de terris suæ iurisdictioni subiectis expellant hæreticos ab ecclesia denotatos, & quicūque de cetero in potestatem assumptus fuerit, hoc capitulum teneatur iuramento firmare: Si vero dominus temporalis requisitus ab ecclesia, terram suā hæreticis purgare neglexerit,per metropolitanum; & comprouinciales episcopos excommunicetur,& si satisfacere contempserit infra annum:significetur hoc domino Papæ, vt ex tunc vasallos illius, ab eius fidelitate denunciet absolutos,& terram illius exponat catholicis occupandam,qui exterminatis inde hæreticis,eam possideant,& in fide conseruent:saluo iure domini principalis,dummodo super hoc nullum præstet impedimentum: & idem seruetur circa alios, qui non habent dominos principales. Quarto dicit,quod catholici, qui contra hæreticos istos crucem assumpserint,illa gaudeant indulgentia, & illo priuilegio sint muniti, quæ conceduntur accedentibus in subsidium terræ sanctæ.

CREDENTES. In §.isto excommunicat concilium receptatores,defensores, & fautores hæreticorum: statuens, ut quàm cito quilibet talium fuerit excommunicatione notatus,si satisfacere contempserit infra annū ex tunc ipso iure sit factus infamis, nec ad aliqua officia admittatur seu cōsilia,nec ad alios eligēdos ad huiusmodi,nec admittatur ad testimonium,nec testamentum facere possit, nec capere aliquid ex testamento nullus ipsi respondeat, ipse vero omnibus respondere teneatur, & si iudex fuerit, eius sententia non teneat,nec causæ deferantur ad ipsum,& si fuerit aduocatus,eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta per ipsum confecta nullius sint momenti, sed cum auctore damnato damnentur,& in similibus idem est obseruandum.Si uero clericus fuerit,deponatur,& si aliqui postquam tales ab ecclesia fuerint denotati,euitare contempserit,excōicentur vsque ad debitam satisfactionem.

SANE. Clerici huiusmodi uiris non exhibeant ecclesiastica sacramenta, nec eos sepeliant, nec eleemosynas uel oblationes eorum recipiant: quod si fecerint, officio suo priuentur, ad quod nunquam restituātur sine speciali mandato domini Papæ: & idem faciant regulares,& eadem pœna infligatur eisdem, & illorum priuilegia non seruentur in illa diœcesi, in qua tales excessus perpetrauerint.

QVIA VERO. Hic dicitur, quod nullus prædicationis officiū vsurpare præsumat: quia vt dicit Apostolus. Quomodo prędicabunt nisi mittant, & qui contra hoc fecerint excōicētur, & nisi se correxerint, alia pœna puniātur.

ADIICIMVS INSVPER. In §.isto dicitur, ut quilibet archiepiscopus, vel episcopus per se,vel per archidiaconū suum, vel aliàs honestas personas visitet parochiam suam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, & ibi tres uel quatuor uiros idoneos, aut si expedire videtur totam viciniam iurare compellat, vt si aliquos hæreticos sciuerit, uel aliquos occulta conuenticula facientes, uel si etiam discrepent a vita, & moribus aliorum, episcopo studeant nunciare, & ipse vocet ad præsentiam suam denunciatos. qui si se non purgauerint,uel si post purgationem præstitam relapsi fuerint, canonice puniantur.

SI QVI VERO. Dicitur in §. isto, quòd si qui de prædictis iurare noluerint, ex hoc ipso tanquam hæretici reputentur. Mandat Papa, & in virtute obedientiæ districte præcipit, vt ad hæc efficaciter exequenda episcopi diligenter inuigilent, si canonicam uoluerint effugere vltionem, & si quis super hoc negligens vel remissus fuerit, cum de hoc constiterit, ab episcopali officio deponatur, & in locum ipsius alius instituatur idoneus, qui uelit, & possit hæreticam confundere prauitatem. Not. quòd diuersitas nominum rei substantiam non immutat. Item sola suspicio siue præsumptio purgationem inducit in crimine hæresis. Item transcursus temporis probat crimen. Item iudices sæculares tenentur hæreticos de prouincijs sibi subiectis exterminare. Item si iudex sæcularis in exterminatione hæreticorum negligens fuerit, potest excommunicari. Item dominus Papa principem sæcularem deponere potest propter hæresim. Item argum. quod propter delictum unius alius puniri non debet. Item auctoritate ecclesiæ bellum fieri potest. Item pari priuilegio, & indulgentia gaudent cruce signati contra hæreticos cum illis, qui uadunt contra Sarracenos. Item consentientes, & agentes pari pœna puniuntur. Item nota hic multas pœnas editas contra fautores, & defensores hæreticorum. Item hæreticus cuilibet respondere tenetur, & nemo sibi. Item sententia uel scriptura publice, excommunicati non ualet. Item in similibas simile iudicium est habendum. Item qui in maiori dignitate est, plus punitut, & sic circumstantiæ aggrauant peccatum,& vindictam. Item absolutio, & restitutio excommunicati participantis cum hæretico excommunicato, pertinet ad solum Papam. Item ar. quod vniuersitas præstare potest iuramentum calumniæ. Item deficiens in purgatione punitur.Item qui iurare non vult,pro condemnato habetur. Item per indicia probatur crimen. Item propter negligentiam deponitur vel remouetur prælatus.

a ¶ Superius.] supra de summa Trinita. capitulo primo,& 2.

ad §.qui autem. Abb. Sic.

¶ Damnati, [a] † vero, præsentibus secularibus Potestatibus [b] aut eorum baliuis relinquātur [c] animaduersione debita puniendi, clericis prius a suis ordinibus degradatis, [d] ita quòd bona huiusmodi damnatorum, si laici fuerint confiscentur, [e] si verò clerici, applicentur ecclesijs, a quibus stipendia [f] receperūt.

¶ *Si suspectus de hæresi se non purgat ad arbitrium superioris, excommunicatur, et existens per annum in excommunicatione, vt hæreticus damnatur, h.d. vsq; ad §.moneantur. Abbas Siculus.*

¶ Qui † autem iuuenti fuerint sola suspicione [g] notabiles, nisi iuxta considerationem suspicionis, [h] qualitatemq; personę, propriā innocentiam congrua purgatione mōstrauerint, anathematis gladio feriantur, & vsq; ad satisfactionem condignam ab omnib. euitentur, ita quod si per annum in excōmunicatione perstiterint, ex tunc velut hæretici condemnentur. [i]

¶ *Potestates seculares perpetui, vel temporales, iurare tenentur, vniuersos hæreticos ab ecclesia damnatos pro uiribus exterminare, & temporalis dominus nō purgans terram suam hæreticis, excommunicatur, & si perstiterit in excommunicatione per annum, nunciatur Papæ, qui fideles eius a iuramento absoluet, & eius terrā fidelibus exponet. saluo iure principalis domini, nisi & ipse sit in culpa, hoc dicit usque ad §. catholici. Abbas Siculus.*

¶ Moneantur autem & inducantur, & si necesse fuerit, per censuram ecclesiasticam compellantur seculares † Potestates quibuscūque fungantur officijs; vt sicut reputari cupiunt & haberi fideles, ita ꝓ defensione fidei præstent publice iuramentum, quod de terris suæ iurisdictioni subiectis, vniuersos hæreticos ab Ecclesia denotatos, bona fide, pro viribus exterminare studebunt, ita quod amodo quādocunq; quis fuerit in potestatem, siue † perpetuam siue temporalem assumptus, hoc teneatur capitulum iuramēto firmare. [k] Si vero dominus temporalis requisitus & monitus ab Ecclesia, terram suam purgare neglexerit [l] ab hæretica fœditate, per Metropolitanum, & ceteros comprouinciales episcopos, excommunicationis vinculo innodetur. Et si satisfacere contēpserit infra annum, significetur hoc summo Pōtifici, vt ex tunc ipse vasallos ab eius fidelitate denunciet absolutos, [m] & terram exponat catholicis occupandam, qui eam exterminatis hæreticis, absque vlla cōtradictione possideant, & in fidei puritate conseruent, saluo iure domini [n] † principalis, dummodo super hoc ipse nullum præstet obstaculum, nec aliquod impedimentum opponat, eadem nihilominus lege seruata circa eos, qui

a ¶ Damnati.] s. de hæresi.

b ¶ Potestatibus.] sic inf. de uerb. sig. nouimus. tamen si voluerint redire, in perpetuum carcerem teneantur, inf. eod. excommunicamus.

c ¶ Relinquantur.] Qualiter hoc intelligitur dicitur supra eo. ad abolēdā. B.

d ¶ Degradatis.] inf. ca. proxim. & ca. pen.

e ¶ Confiscentur.] De hoc dictum est. su eod. vergentis.

f ¶ Stipēdia.] si plura stipēdia 1 habuerīt, inter ecclesias diuidantur pro rata. sup. de test. relatum.

g ¶ Suspicione.] id est, pręsumptione. Et nota, ꝙ sola suspicio siue ꝓsumptio purgationem inducit: qđ si non fiat, punitur, vt hic patet. argu. de coha. cle. & mulie. tua nos. & ītellige ꝙ sit probabilis præsumptio siue suspicio: alias non indiceretur purgatio. & sic non obstat. 2. q. 1. primo. & ita hic respicitur infamia.

h ¶ Suspicionis.] Hoc semper est attendendum, vt secundū qualitatem infamiæ & personæ indicatī purgatio. 2. q. 5. oīb. & ī. de purgat. can. inter.

[Gl. seq. signat contrarium de decr. litteras. & soluit. iterū signat ꝯriū de c. cōuenientib. & soluit.]

i ¶ Condemnentur.] Videtur hic, quòd aliquis sit condemnandus de hæresi, licet non videatur violenta præsumptio cōtra ipsum Argu. contra. supr. de præsumptio. litteras. ibi dicit, ꝙ licet sit vehemens pręsumptio, non vult Papa illum condemnare de tam graui crimine. hæc violentissima 2 est pręsumptio, cum primo probabilit fuerit propter infamiā: & quia noluit se purgare, fuit excōmunicatus: & quia ꝑ annum stetit in excōmunicatione pro cōuicto habetur. 11. q. 3. rursus, &c. quicunque secus in alijs criminibus, quia si bona alicuius contumacis propter crimē annotata sunt, si infra annum nō venit, bona deuoluuntur ad fiscum: sed quoad crimen non obest, quin post annum possit probare innocentiam suam. ff. de requiren. reis. annus. Sed quid est quod dicit, quod statim est condemnandus, cum sæpius est admonendus, vt redeat. 1. q. 7. conuenientibus? Rñdeo nō contradicit, quia licet sit condemnandus, monendus est, vt redeat, vt 34. q. 1. quæ dignior in fi. vbi dicitur, qđ post admonitionem est vitandus hoc est uerū in hoc quod non sūt ei secreta nostræ fidei exponenda. 43. dist. in mandatis, vt impugnet nos, ut ibi. Nec intelligas, quod si pro alio crimine seu contumacia steterit per annum in excommunicatione, qđ habendus sit hæreticus, sed tantum excōmunicatur per suspicionem hæresis.

k ¶ Iuramento firmare.] sic su. e. ad abolēdam. §. statuimus, & non solum hoc iurare tenetur, sed hoc iurare debet, quod ipse idem catholicus sit in Authen. iusiuran. quod præstat ab his qui administra. acci. circa prin. colla. 2.

l ¶ Neglexerit.] iudex, qui negligit facere iustitiam, excōmunicatur, 23. qu. 5. administratores, & facit litem suam. cap. causa. & qu. 2. dñs. & 3. qu. 7. qui sine. arg. & in Auth. vt diffe. iu. §. pen. & vlti. col. 9. & 2. q. 7. sicut.

m ¶ Absolutos.] inf. eodem cap. ultim. & ita Papa potest propter hæresim deponere omnes tam laicos, quàm clericos a dignitatibus suis, vt supra eodem ad abolendam. §. statuimus. & supra eod. vergentis. ubi de hoc.

n ¶ Saluo iure domini.] arg. quòd propter delictum unius alius puniri non dēt, qm̄ pæna debet tenere suos, auctores, sup. de his quæ fiunt a maiori par. cap. quæsiuit. c. de pęn. sancimus, & iniquum est aliquē alterius odio prægrauari. C. de inoffic. test. si quis in suo. Ar. contra supr. eod. vergentis.

† De materia, Eymericus in Directorio inquisitorū. 3. pa. q. 101. & q. 112. ubi dixi plene.

† Vide quæ plenissime scripsi in cō mētarijs ad Directo. lib. Schol. 153.

† perceperūt in concilio.

† Eymericus in Direct. inquisitorum p. 3. q. 87. & q. 124. & Simancha. de Cathol. inst. ti. 1. de abiuratione & tit. 56. de purg. canonica.

† De gradib. præsumptionum in crimine hæresis, inde Eymeric cum in Directorio inquisitorū pa. 2. q. 55. & Simancam. cath. inst. ti. 50. de præsumption.

† sæculi.

† In cōcilio ita, siue spiritualem siue temporalem assumptus., &c. quasi nō solum principes seculares sed etiā ecclesiastic. quos per potestatem spiritualē possumus intelligere, hoc teneātur pręstare iuramē tum.

† dominum.

a ¶ Ac-

non habent domino principales.

¶ Cruce signati ad exterminationem hæreticorum gaudent priuilegio concesso cruce signatis in subsidium terræ Sanctæ, h.d. vsque ad §. credentes. Abb.

¶ Catholici† vero, qui crucis assumpto charactere, ad hæreticorum exterminium se accinxerint, [a] illa gaudeant indulgentia, illoque sancto priuilegio sint muniti, quæ accedentibus in terræ Sanctæ subsidium conceduntur.

¶ Ibi ponitur pœna credentium, receptatorum, & defendentium hæreticos, primo laicorum, secundo clericorũ, vsq; ad §. quia. Abb.

¶ Credentes † præterea, receptatores, [b] defensores, & fautores hæreticorum, excommunicationi decernimus subiacere; Firmiter statuentes, vt postquam quis† talium fuerit excommunicatione notatus, si satisfacere contempserit infra annum, ex tunc ipso iure sit factus infamis, † nec ad publica officia, seu consilia, nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi nec ad testimonium admittatur; Sit etiam intestabilis, [c] vt nec testandi, liberam habeat facultatem, nec ad hæreditatis successionem accedat. Nullus præterea ipsi super quocunq; negotio, sed ipse alijs respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatẽ, nec causæ aliquæ ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumẽta confecta per ipsum nullius sint momenti, sed cum auctore † damnato dãnentur: [d] Et in similib. idẽ præcipimus obseruari. Si vero clericus fuerit, ab omni officio, & beneficio deponatur, vt in quo maior est culpa, grauior exerceatur [e] vindicta. Si qui autem tales postquam ab ecclesia fuerint denotati, euitare contempserint, excommunicationis sententia, vsq; ad satisfactionem idoneam percellantur.

¶ Sane clerici † non exhibeant huiusmodi pestilẽtibus ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsumant tradere sepulturæ, nec eleemosynas, aut oblationes eorum percipiant, alioquin suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulto sedis Apostolicæ speciali, [g] similiter quilibet regulares, [h] quibus etiam hoc infligatur, vt eorum priuilegia [i] in illa diœcesi non seruentur, in qua tales excessus præsumpserint perpetrare.

¶ Nullus debet sibi officium prædicandi assumere, nisi super hoc sibi a iure vel a sede Apostolica, vel a diœcesano episcopo licentia concedatur, alias excõmunicatur, & nisi resipuerit, alia pœna imponitur. hoc dicit vsque ad §. adijcimus. Abb.

¶ Quia † vero nõnulli sub specie pietatis, virtutem eius (iuxta quod Apostolus ait) abnegantes, auctoritatem sibi vendicant prædicandi, cum idem Apostolus dicat, Quomodo prædicabunt, nisi mittantur; [k] omnes, qui prohibiti, vel non missi præter auctoritatem ab Apostolica sede, vel catholico epõ lo-

a ¶ Accinxerint.] Argu. ꝙ auctoritate ecclesiæ bellũ 1 fieri põt 23.qu.8. igitur, & ca. hortatu, 15. qu.6. auctoritatẽ. 53. dist. Hadrianus. quod uerum est cõtra inimicos fidei, & ꝯ illos, qui ecclesiam impugnant.

b ¶ Receptatores, defensores.] sine quib. hæretici manere diu non possunt, ar. ff. de offi. præsi. congruit. ff. de recepta. l. 1. vnde merito isti sũt puniendi, imo grauius delinquunt, qui aliorum errores defendunt, & acrius puniri debent; 24. q. 3. qui aliorum. & ideo simili pęna cum hęreticis puniuntur. 11. qu. 3. q consentit. & ĩ. eo. ca. pe. in fin. & C. de his qui latro. occul. l. 1. ẽt si essent consanguinei. arg. 27. q. 1. de filia. & sup. eod. si quis epũs. vbi de hoc. Bern.

c ¶ Sit etiam intestabilis.] Isti enim (vt hic patet) a quolibet actu legitimo repelluntur, nec donare, nec vendere, nec contrahere possunt, ꝓut hęc omnia tradũtur. C. eo. manichæos.

d ¶ Cum auctore dãnato damnẽtur.] Sic s̃. eo. fraternitatis vbi de hoc simi. supr. de testib. licet. sic ẽt scriptura, vel sñia publice excõicati nõ valet, sup. de re iudicata. ad probandum. & s̃. de exception. exceptionẽ. nec rescriptũ. su. de rescr. dilectus. 1. & hoc est quod sequit̃: idem in similib. præcipim⁹ obseruari. Tñ de rescripto impetrato ab excommunicato secus: quia rescriptum non sumit auctoritatem ab impetraute, sed a concedẽte: De quo dic vt sup. de exce. pia. in notula, sed mirum. Ber.

ADDITIO. Hodie rescriptum ab excõmunicato impetratũ, suppressa excommunicatione, est ipso iure nullum, nisi in certis casibus. c. 2. de rescrip lib. 6.

e ¶ Grauior exerceatur.] vt 50. dist. quia tua. hic habes argu. ꝙ qui in maiori dignitate est, plus punitur, & ita circumstantiæ aggrauãt uindictam. arg. 32. q. 5. qui uiderit, & 25. quæst. 1. nulli fas. & 40. di. homo. Christianus. crimen enim augetur per dignitatem. ff. de re mili. omne delictum. §. 1. 19. dist. nulli, & qui magnus sine comparatione creatus fuit, sine uenia damnatus est. de pęni. dist. 2. ca. principium enim, & supr. de iureiu. cum quidam. ibi hoc soluitur. Ber.

f ¶ Percellãtur.] qui participat excõicato scienter, & non se corrigit, excommunicandus est, infr. de sent. excom. quod in dubijs. 11. q. 3. qui excommunicauerit.

g ¶ Apostolicæ speciali.] Hic reseruat sibi Papa absolutionẽ siue restitutionem taliũ, ergo ꝑ hoc, alijs prohibuisse vr̃. sim. sup. de præb. de multa, in fi. & c. graue. in fin. sic econuerso, ex quo sibi non reseruat, alijs indulgere uidetur. infr. de sent. exc. nuper, & est ad hoc ar. ꝙ epĩ dispensare põt, ubi Papa nõ reseruat sibi dispensationem. Quare ergo Papa sibi specialiter reseruauit talẽ restitutionẽ, nisi ut alijs prohiberet. Et licet epũs ipsũ restituere ad officiũ suũ non possit, tñ reconciliare põt ipsum ecclesiæ. sup. eo. ad abolendã. §. 1. ubi de hoc.

h ¶ Quilibet regulares.] Repete, 2 non exhibeant ecclesiastica sacramenta, alioquin, &c.

i ¶ Eorũ priuilegia.] prætextu priuilegiorũ participare excõicatis nõ põt. ĩ. de sẽ. exc. nulli. & in hoc casu põt ab epõ loci tanquam a delegato a Papa puniri. sup. e. ad abolendam, in fi. ubi de hoc.

k ¶ Nisi mittãtur.] s̃. eo. c. ꝓx. vbi de hoc

a ¶ Alia

a De hoc ar. vide B. Tho. 2. 2. q. 40. ar. 1. & Alfonsum Castrũ li. 2. de iusta hę. Punit. c. 14.

† De materia huius. §. uide citatos in c. ex multa sup. de uoto & uoti redem. & Eymericum in Directorio inquisitorũ. p. 5. q. 29.

† De his late Eymericus ĩ Directorio inquisitorũ. par. 2. 50. 51. 52. 53. & Archid. ĩ c. quicunq; de hæret. li. 6.

† quilibet.

† Eædem pęnæ q̃ hic traduntur ꝯ hęc hominũ mõstra, continẽtur in extrauaganti Gregorij Noni ĩ c. excõicam. & in l. Federici, in c. Catharos habẽtur in literis Apostolicis post Directorium inquisitorum.

† In cõcilio ita; eius instrumẽta cõfecta per ipsum, &c.

Alias actore.

† Vide Bernardinum Diaz in practi. can. cap. 107.

2 Hęc glossula nõ est Bernardi, nec habetur in antiquis libris.

† De materia uide sancita in conc. Tridẽ. sess. 5. de rector. ca. 2. & ĩ sess. 24. de refor. c. 4. adde citatos in c. seq.

a ¶ Alia competenti.] prout visum fuerit superiori, supr. de of. deleg. de causis.
b ¶ Totam uiciniā.] Ar. φ uniuersitas pōt præstare iuramētum calumniæ, sic. 30. q. 6. episcopus in synodo sic sup. de accu. sicut olim.
c ¶ Vita & moribus.] Hæc omnia suspicionem inducūt. 41. dist. quisquis. 86. dist. inferiorum. 23. q. 8. præterea, ff. ad l. Aqui. sciētiam ff. de his qui no. infa. quid ergo. §. 1.
d ¶ Indicare.] 2. q. 7. quapropter & argu. 22. q. 1. si quis per capillum.
e ¶ Purgauerint.] Nota deficientem in purgatione puniendum sup. de simo. de hoc, & c. insinuatum.
f ¶ Relapsi.] isti magis puniendi sunt: deterior namque dolus eius cognoscitur, qui interruptam iterum litem deseruit, quam qui semel cœptam dereliquit, in Authē. de litig. §. edita, in fi. coll. 8.
g ¶ Iurare.] per iuramentum debet quis purgare conscientiam suam de hæresi, de conse. dist. 2. ego Berengarius, & 1. q. 7. quoties, unde si iurare non vult, pro cōdemnato debet haberi, sicut qui de calumnia iurare non vult, actor cadit à cā, & reus pro condemnato habet, sup. de iura. calum. c. vult. & C. eo. tit. cū & iudices, §. φ si actor. Et est similis illi, qui neque defendit neq; exhibet, & condemnatur, ut cōtumax ff. de noxa. quot es. §. in potestate. Tenui. n. religione iuramenta ēt necessaria cōtemnūt. sup. de simo. & si qōnes. & C. de fide instr. l. vl. B.
h ¶ Indicijs. No. φ p indicia probatur crimen. sup. c. c. §. pe. ibi quod siquis, &c. & 2. q. 8. sciant. & 32. q. 1. dixit Dñs, & infr. de priui. cū olim. 1. & C. de rei uendi. indicia. Item habes hic φ pro pter negligentiam remouetur prælatus ar. supra c. proxi. in fi. & 1. q. 1. si qui episcopi. §. ecce cum. Bernardus.

Margin: quãtocius. † plectātur. † De materia vide Eymeri cū i Directo rio inq sito-rū p. 3. q. 62. & 88. & Simancā cath. insti. tit. 25. de epis. & Farchar. li. 1. sect. c. 83. & 7. † In concil. & uenustiori bus Greg. co dicib. ita, φ i qs ibidem hæretic. &c. † De relapsis eorū pęna de Eymeri cum in Dire p. 2. q. 58. & Cachinum sta. de hæ 16.

ci susceptā publice, vel priuatim, p̄dicationis officiū vsurpare p̄sumpserit, excōicationis vinculo inodent, & nisi q̄, † citi⁹ resipuerit, alia cōpetēti[a] pęna plectētur.†

¶ *Archiepiscopi & epi inferiorum suorū prouincias & diœceses suspectas habētes de hæresi, saltē semel in anno per se, uel per alios idoneos uisitent, qui etiam debent, si hoc expedire uidebitur, exigere iuramētū ab illis de uicinia, ad reuelādos hæreticos, & occulta cōuenticula celebrātes; quod reuelatos, relapsos canonice punient, & renitentes iurare ut hæretici condemnentur, hoc dicit usque ad §. uolumus. Abbas.*

¶ Adijcimus † insuper, ut quilibet Archiepiscopus uel Episcopus per se, aut per Archidiaconum suum aut alias honestas idoneasque personas bis, aut saltē semel in anno propriā parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat; & ibi tres uel plures boni testimonij uiros, uel ēt (si expedire uidebitur) totam viciniā [b] iurare compellat; φ † si quos ibidem hæreticos sciuerit, uel aliquos occulta conuenticula celebrātes, seu a communi conuersatione fidelium uita, & moribus[c] dissidentes, eos episcopo studeat indicare.[d] Ipse autem episcopus ad præsentiam suam conuocet accusatos qui nisi se ab obiecto reatu purgauerint,[e] uel si post purgationem exhibitā, in pristinā fuerint relapsi[f] † perfidiā, canonice puniantur. Si qui uero ex eis iurī religionem, obstinatione damnabili respuentes, iurare [g] forte noluerint, ex hoc ipso tanquam hęretici reputentur.

¶ *Episcopus negligēs in hæresi persequenda, a dignitate episcopali est remouendus, & alius idoneus est surrogādus. hoc dicit usque ad finem. Abbas Siculus.*

¶ Volumus † igitur & mandamus, & in virtute obedientiæ districte præcipimus, vt ad hęc efficaciter exequenda episcopi per diœceses suas diligēter inuigilent, si canonicam uelint † effugere ultionem. Si quis. n. eps super expurgādo de sua diœcesi hæreticæ prauitatis fermento, negligēs fuerit, uel remissus, cū id certis indicijs [h] apparuerit, ab epali officio deponatur, & in locum ipsius alter substituatē idoneus q̄, velit & possit hæreticā cōfundere prauitatē.

¶ Gregorius nonus archiepiscopo Mediolanen.

¶ *Laicici cuiuscunq; p̄fessionis sint, p̄dicare nō dent.*

CAP. XIIII.

Sicut † in vno corpore, & inf. ¶ Cum igitur nōnulli laici prædicare pręsumant, & uerendum nimis existat, ne uitia sub specie uirtutum [i] occulte subintrent; Nos attendentes, φ Doctorum ordo est in ecclesia Dei quasi p̄cipuus, Mādamus, quatenus cum alios Dominus Apostolos [k] dederit, alios Prophetas, alios uero Doctores, interdicas laicis uniuersis cuiuscunque ordinis censeantur, (usurpare) officiū prædicandi.

¶ Idem.

¶ *Hoc cap. usque ad §. si qui autē, habetur in c. excommunicamus, sup. eo. tit. in principio. unde summa & declara prout ibi fuit dictum.*

CAP. XV.

Excommunicamus, & anathematiza-

Sicut.] CASVS. Dicitur in isto capitulo quod timendum est, ne sub specie pietatis impietas pallietur, & ideo prohibet Papa, ne laici cuiuscunque sint ordinis, officium prædicandi assumant. Et hoc quod hic dicitur habetur sup. c. p̄xi. §. quia uero, & sup. eo. cū ex iniūcto. Not. φ sub specie pietatis nō est cōmittenda impietas. Itē omnibus laicis officium prædicādi est interdictum.
i ¶ Sub specie uirtutum.] supra eod. cap. proxi. §. quia uero. 41. distinctione sæpe uitia. quia prætextu pietatis non est impieta s committenda. 30. quæstione prima. nosse. & ita nullus potest prædicare, nisi mittatur: vnde Dominus ait discipulis suis. Euntes prædicate Euāgelium omni creaturæ, & iubente Domino, in toto orbe dispersi sunt. 21. dist. in nouo. unde Esaias; Ecce ego, mitte me. octaua quæstio. prima, in scripturis, & 16. quæstione prima. §. hoc idē arg. ff. de tutor. & cura. ubi & le. pretor.
k ¶ Alios Dominus Apostolos.] sic supra eo. cum ex iniuncto. Nec uniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eā differentiæ ordo seruaret. 89. dist. ad hoc. laici ergo cuiuscunque ordinis sint uel meriti, prædicandi officium nō debent assumere.
Excōicamus.] Istud

Margin: † Preter cītatos in p̄cedē ti. §. uide Cōradū Bru. li. 6. de hęr. c. 1. † uolunt. † voluerint. † De materia uide plene p Simācam catho. inst. ti. 49 de p̄dicatori bus, adde q̄ dixi li. 2. cōmē. in Duec. schol. 8. Eph. c. 4.

Istud c. habet quatuor dicta: Secundum ibi, Damnati. Tertium: ibi, Si qui. Quartum, ibi, Credentes. Abbas Sicul.

CASVS. Primo dicitur idem quod dictum est supra eod. excommunicamus, 1. responso. Vltimo adijcit quòd si quis de prædictis postquam fuerit deprehensus, redire noluerit ad agendam condignam pœnitentiam, in perpetuo carcere detrudatur. Et credentes eorum erroribus, hæreticos iudicat. Not. hic qualiter recipiūtur, de hæresi condemnati, ad perpetuum carcerem.

a ¶ Conueniunt.] supra eod. excommunicamus quia ad eundem finem tendunt scilicet deceptionis.

[Glossa sequēs quęrit, soluit, solutioni obijcit, & respondet.]

b ¶ Puniēdi.] & hoc totum habes supra eo. excōmunicamus. Sed qualiter isti hæretici puniri debent secundum leges, postquam per ecclesiam sunt condemnati, ut hic dicit. Vltimo supplicio puniuntur per iudices sæculares, cū distinctione 1 ut uidetur, vt docētes vltimo supplicio, addiscentes uero x. libris auri, vt C. eo tit. quicunque, ad fi. Sed cōtra C. de malef. & mathe. culpa ubi dicit, culpa similis est, tam prohibita discere, quam docere, non est contra, quia lex quicunque, intelligitur de illis, qui nondum didicerunt, sed causa addiscendi ad hæreticos accesserunt, si autem ad actūm peruenissent simili pœna punirentur, vt docentes secundum legem illam, culpa. Bern.

1 Hodie nulla est talis distin. nā magistratus sæcularis quēcunq; hęreticū sibi a iudicib. fidei traditū dēt ultimo supplicio affice re, c. ut inq si tioni, de hæ re. li. 6.

mus vniuersos hæreticos Catharos, Patarenos, pauperes de Lugduno, Passaginos, Iosepinos, Arnaldistas, Speronistas, & alios quibuscunque nominibus censeantur, facies quidem habentes diuersas, sed caudas adinuicem colligatas, quia de vanitate conueniunt [a] in idipsum.

¶ Damnati vero per ecclesiam, sæculari iudicio relinquantur, animaduersione debita puniendi: [b] clericis prius a suis ordinibus degradatis.

¶ *Si in hæresi deprehensi volunt redire ad fidem detrudendi sunt in perpetuū carcerem ad pænitentiam peragendam, & credentes erroribus hæreticorum, hæretici sunt. hoc dicit.*

¶ Si qui autem [c] de prædictis postquam fuerint deprehensi, [d] redire voluerint, ad agendam condignam pęnitentiam, in perpetuum carcerem detrudātur. Credentes autem eorū erroribus, hæreticos similiter iudicamus.

c ¶ Si qui autem.] ab hoc loco vsque ad finem additū est aliud totum habes sup. eo excommunicamus, & c. ad abolendam, §. 1. & 2. Bern.

d ¶ Deprehensi] publice ita quod notorium, uel etiam condemnati. Si vero postea redire voluerint recipiendi sunt, quia ecclesia non claudit gremium redeuntibus ad ipsam, C. de sum. Trin. inter claras, circa fi. & delicti ueniam pœnitentibus damus, C. eo. tit. Manichæos. ita tamen, ut in perpetuo carcere permaneant, vt hic patet. Sic & simoniaci in monasterio sub perenni pœna detrudūtur, 1. q. 1. reperiuntur, & sup. de simon. quoniam quia & ipsi hæretici censentur. 1 q. 1. eos qui & 9. quæstio. 1. cap. nos sequentes, §. sed licet Ber.

ADDITIO. Et idem iudicium est de credētib. eorum erroribus habendum, sicut de ipsis, ut hic in fin.

ABsolutos.] CASVS. Dicitur hic, quod quicunque obligati sunt lapsis manifeste in hæresim, nouerint se absolutos ab omni debito fidelitatis, & totius obsequij, & omni pacto quacunque firmitate vallato. Nota: quod ipso iure absolutus est quicunque aliquo genere obligationis tenetur astrictus hæreticis, ut interim ei nihil facere teneatur. Et sic nota quod Papa potest laicum absoluere a iuramento fidelitatis.

¶ Idem.

¶ *Liberantur ab omni obligatione, qui hæreticis tenebantur astricti.*

CAP. XVI.

ABsolutus [e] † se nouerint a debito fidelitatis hominij, † & totius obsequij, quicunque lapsis manifeste in hæresim, aliquo pacto, [f] quacunque firmitate uallato, tenebantur astricti.

e ¶ Absolutos.] ipso iure: ex quo manifeste lapsi sunt, sim. uigesima quintæ quæstione sexta, iuratos, & capitu. nos sanctorum. & est argumen. quod Papa potest absoluere laicum a iuramento fidelitatis. argumen. prædictorum capitu. quia ad ipsum spectat interpretatio iuramenti. supra de elec. uenerabilem.

[Glossa sequens recitetur per quęstionem.]

f ¶ Aliquo pacto.] Ergo si sub pæna aliquis tenetur eis aliquid soluere certa die, licet non soluat, non incidit in pænā: & eodem modo, & per iuramentum: quod est uerum quia in illa obligatione & iuramento tacite subintelligitur, si talis permanserit, cui cōmunicare liceat, 22. quæstione secunda, ne quis arbitretur, ff. de solu. cum quis, primo respon. supra de iureiuran. quemadmodum, & supra eod. excòmmunicamus. §. credentes. Bernardus.

† Vide B. Th. 2. 2. q. 12. ar. 2. & Alf. Cas. li. 2. de iusta hęret. punit. c. 7. & Simācā cath. insti. 46. de pęnis.

† vox, hominij, mutata est in uocē, dñij, uel dñi fere in oīb. recentiorib. q̄ nos ex antiqs codicib. restituimus.

TITVLVS VIII.

De schismaticis (& † ordinatis ab eis.)

¶ Ex cōcilio Lateraneñ. †

¶ *Irritæ sunt ordinationes, beneficiorum collationes, & ecclesiasticorum rerum alienationes per schismaticos factæ, & a dignitate, & ordine suspenduntur, qui schisma tenere iurant.*

† Hæc uerba & ordinatis ab eis, desūt in oīb. manuscriptis.

† Lateraū. sub Ale. 3. c. 2. & c. 2. e. ti. in 2. compi.

CAP. I.

QVod a p̄decessore nostro: & ĩ. ¶ Ordinationes ab Octauia--

DE SCHISMATICIS. [& ordinatis ab eis.]

¶ Quia schismatici incidunt in hæresim diuidendo se ab unitate ecclesiæ, & constituendo sibi sacerdotes, & reliquos clericos uigesima quarta quęstione prima loquitur, ideo subijcitur rubricæ. Abbas Siculus.

De hac materia habetur uigesima quarta quæstione prima, in multis. capitul, & quæstione tertia, in §. quia vero, & septima quæstione prima, denique, de consecra. distinctio, secunda. prima inquit, & uigesima tertia quæstione tertia, in multis capitul, duodecima quæstione secunda, alienationes. prima quæstione septima, qui in qualibet. de consecratio. distinct. quarta, hi qui apud, & capitulo sequen. & capitulo ostenditur, & in pluribus capitu. eiusdem distin.

QVod a prædecessore.] Ponit quatuor dicta, quæ patent per §§. Abbas Sic.

CASVS.

CASVS. Quidam maleficus intrauit ecclesiam, ut ornamenta altaris, & libros ecclesiasticos, & Eucharistiam asportaret: Laurentius p̃sbyter eiusdem ecclesiae canonicus regularis, accepto ligone maleficum illũ percussit, sed si ad mortem fuerit ictus hmõi, penitus ignorauit: parochiani illius ecclesiae videntes illũ ornamẽta ecclesiae asportantẽ, acceptis fustib. & gladijs interfecerunt eundẽ, presbyter iste de sua salute cogitãs, cõfessus ẽ abbati suo praedicta, unde abbas dño Papae supplicauit vt cum eo misericorditer agere dignaret, dñs Papa in casu praemisso dicit distinguẽdũ, utrũ constare possit, ꝙ p̃fatus sacerdos nõ inflixit mortalẽ ꝑcussionem, de qua mortuus non fuisset, si aliorum vulnera nõ fuissent subsecuta, & si ille percussor uolũtatem non habuerit occidẽdi, nec studio, consiliò, uel mandato illius processerunt alij contra illum, & si hoc ita est, post paenitentiam ad cautelam iniunctam, in officio suo poterit ministrare, religionis fauore, & sine scandalo sacerdotale officiũ potest exercere, cum regularis existat, cum de his sit ei credendum, qui non accusatur uel denunciatur, sed per seipsum consilium appetit salutare, quòd si discerni non possit ex cuius ictu mortuus fuerit, in hoc dubio tanquam homicida debet haberi sacerdos, & si homicida non sit, a sacerdotali debet officio abstinere, quia in hoc casu tutius est abstinere, quam celebrare, pro eo quod in abstinendo nullum, in celebrãdo uero magnum periculum timeatur. Si uero sacerdos prius percussus ab illo malefico ut dicebatur, cum ligone illum repercussit in capite, licet uim ui repellere liceat, quia tamen id fieri debuit cum moderamine inculpatae tutelae, nõ ad sumendam uindictam, sed ad repellendam iniuriam, non uidetur sacerdos ab homicidio excusari, tum ratione instrumenti, cum quo ipse percussit, quod non solet leuem plagam inferre, cum graue sit, tum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de modico ictu mortaliter quis solet ledi. Nota argum. quod uoluntas imputatur in homicidio. Item consilio, mandato, studio committitur homicidium. Item in pœnitentia cuilibet est credendum quia non est uerisimile, quod alicuis sit immemor suae salutis. Item pœnitentia iniungitur alicui ad cautelam. Item fauore religionis fit, quod alias non fieret. Item nihil cum scandalo est faciendum. Item in dubijs uia certior est tenenda. Item punitur quis sine culpa. Item vim ui repellere licet, sed cum moderamine inculpatae tutelae. s. cum aequali repulsione. Item uindicta non est sumenda, sed iniuria propulsanda. Item rõne instrumẽti, cum quo quis percutitur, & ratione partis; in qua quis percutitur, iudicatur homicidium.

† Mald.
† Maceleõ
† Malebrone

cussus ab alijs obijt, & non apparet ex cuius vulnere decesserit, idē si est percusserit non lethaliter, si animum occidendi habuit & ex aliorum vulneribus percussus expirauit, h. d. notabiliter. Abbas.

CAP. XVIII.

ij Significasti † nobis, ꝙ cū quidam maleficus ingressus ecclesiā, Eucharistiam cum altarium ornamentis, & libris ecclesiasticis extra ecclesiam asportasset, L. presbyter ecclesiæ canonicus regularis, præfatum iniquitatis filiū, fossorio arrepto percussit, sed si ad mortem fuit ictus hmōi, tu & ipse penitus ignoratis, quē parochiani ecclesiæ uidentes, ornamenta ecclesiæ asportantē, arreptis gladijs & fustib. in eodē loco protinus occiderunt, & infra. ¶ Nos in pmisso casu credimus distinguendum, utrū cōstare possit, quòd præfatus sacerdos non inflixit † percussionem lethalem, de qua, si aliorum non fuissent vulnera subsecuta, percussus minime interijsset, & si percussor uoluntatem non habuerit [a] occidendi, neque ipsius studio, [b] consilio, vel mandato [c] processerint alij contra illum. ¶ Et quidem si hoc ita se habet, (ꝙ forsan ex eo posset ostendi, si certa apparuisset percussio ab eodem inflicta tam modica & tam leuis, in ea parte corporis in qua quis de leui percuti non solet, ad mortem, ut peritoriū iudicio medicorum talis percussio afferretur non fuisse lathalis) cum de ceteris credendū [d] sit ipsi, qui non acusatur uel denūciatur ab aliquo, sed per seipsum consilium appetit salutare, post pęnitentiam ad cautelam iniūctam, in sacerdotali poterit officio ministrare, maxime religionis accedente fauore, cum sit canonicus regularis, & sine omni scādalo possit sacerdotale officium celebrare.

¶ Quod si discerni [e] non possit, ex cuius ictu † percussus interijt, in hoc dubio [f] tamquam homicida dēt haberi sacerdos, & si forte homicida non sit, a sacerdotali officio abstinere debet; cum in hoc casu cessare sit tutius, quā temere celebrare, pro eo quod in altero nullum, in reliquo uero magnum periculum timeatur, & infra.

¶ Si uero (queadmodū perhibetur) sacerdos iste, prius ab illo percussus sacrilego, mox eum cum ligone in capite repercussit quamuis uim ui repellere, [g] omnes leges & omnia iura permittant, quia tamen id debet fieri cum moderamine † inculpatæ tutelæ [h] nō ad sumendam uindictam sed ad iniuriam propulsandam, non uidetur idem sacerdos a pœna homicidij penitus excusari, tum ratione instrumenti, cū quo ipse † percussit, quod cum graue sit, non solet leuem plagam inferre, tum ratione partis, in qua fuit ille percussus, in qua de modico ictu quis lethaliter solet lædi.

¶ Idem. †

¶ Religiosus chirurgiam exercens si ex ea mors sequitur irregularis est, etiam si sit peritus & diligens, & hoc fecerit causa pietatis, sed cum

---

a ¶ Habuerit.] arg ꝙ volūtas imputatur in homicidio, licet ex suo vulnere mortuus non fuerit, arg. 1. q. 1 quia præsulatus.
b ¶ Studio.] id est, suggestione, uel adhortatione, sup. eo. sicut. §. q vero eadē ĩ. de excess. pla. ex lris B.
c ¶ Cōsilio uel mandato.] de hoc dictum est supra eod. sicut.
d ¶ Credendū sit.] arg. ꝙ in iudicio aīæ cuilibet est credendum, q̃a non est uerisimile ꝙ sit immemor suæ salutis q. 7. sancimus.
[Gl. seq alle. cōcor. ponit diuersitatē inter legem & canonē.
e ¶ Quod si discerni.] eandē distinctionem ponit lex. ff. ad l. Aqui. itē Mela. §. sed si plus, unde hoc sumptū fuit. sed in hoc est diuersitas, ꝙ si unus primo percussit, & alter postea occiderit, primus nō tenet nisi de vulnerato, secūdus tenet tanq̃ de occiso. ff. e. huic scripturæ, §. 1. & l. itē Mela. §. Celsus, secus ẞm canones hic, & 23. q. vlt. c. ult.
f ¶ In hoc dubio.] in dubijs. n. viam debemus eligere tutiorē, ut hic dī, & ĩ. de reg. iu. c. 2. & inf. eo. c. pe. & sup. eo. ad audientiam, ubi de hoc.
g ¶ Vim ui repellere] ĩ. de sen. exc. si uero. 1. dist. ius naturale, ff. de vi & vi ar. l. 1. §. vi vi, ff. ad l. Aqui. scientiam, §. qui cū aliter.
[Gl. seq. alle. 4. cōcor. & l ttera exponit. Scdo alleg. 7. contraria. Tertio soluit pro prima parte si tria concurrant. Quarto ponit distinctionē. Ale. & Ioan.
h ¶ Moderamine inculpatæ tutelæ.] C. vnde vi. l. 1. & ĩ. de sent. excō. vt fame §. ult. tamē si defendēs ex ꝓposito, non excedat modū, nō tenetur 23. q. 3. non inferenda, & ff. ad l. Aqui. si ex plagis. §. tabernarius nec dr excōicatus qui excedendo modum nō ex proposito, repercutit clericum, argu. sup. de restitut. spol. olim 1 in fi. & ĩ. de sen excō. perpendimus arg. cōtra ꝙ non liceat vi vi repellere. 46. di. seditionarios. 23. q. 1. c. 1. & q. 3. §. 1. & sup. e. ca. suscepimus & 23. q. 4. inter querelas, & C. de episcop. & cler, si quis in hoc genus. Ad hoc dicas ꝙ uim vi repellere licet, ut hic dicit, & in cōcor. primis, tn̄ q̃dam considerāda sunt in repulsione tali vt incōtinēti fiat, & nō ex interuallo, ff. de vi & vi ar. idē est. §. cū igitur qui & inf. de sent. excōicatio. si uero. Itē si cā defensionis, & nō vlciscendi, ut ff. ad legē Aq. scientiā, §. ult. & 23. q. 1. quid culpat cum moderamine in culpatæ tutelæ, tamen si quis modū excedat, & nō ex ꝓposito, nō tenetur, vt dictū est ĩ pdictis concord. Ala. Io, distinguūt, an fiat vis personę, an reb. Si personæ. tūc anteq̃ sic vis illata, repellenda est, & si aliqs uim factam repellat, potius psumi debeat ꝙ defendendi, non vlciscendi cā hoc fiat, dūmodo in ipso negotio fiat, ff. ad l. Aqui. si ex plagis. §. tabernarius, & hoc si primus percussor denuo volebat pcutere, alio q̃n si nolebat ipsū repcutere, & alter pcussit, potius dī esse uindicta, q̃ repulsio iniuriæ, & hoc æquū uidetur Seruatur [illegible] modo ramē si illud tm̄ fiat, quo omisso uiolētia repelli nō posset. Si ergo uiolentū interficis, sic ꝙ periculum mortis ab eo uitare nō poteris, eum sine pęna interficis. ff. ad leg. Aqu. l. 4. C. ad l. Cor. de sic. l. 2. & 3. ar. ĩ. eo. c. 2. Si aūt uis infert rebus. licitum est repellere illatam vim incontinenti, & inferendā, uel q̃ citius [illegible] uerit & poterit collectis amicis, ff. de acq. pos. quod meo, §. ult. & l. clā. possidere, §. q ad nūdinas, & sup. de resti. spo. olim. Iniuriam

---

† Ca. 2. e. tit. in 4. compi. Et de materia & intelle ctu huius decretalis latissime Couar. in cle. si furiosus, de homicid. in 2. p. relectiōis §. 2. uer. sed primo hac eadē rōne, & Ant. Gomez. to. 3. variar. resolut. c. 3. de homicidio, nu. 36. adde oīno cōc. Tri. ses. 14. de reforma. c. 7.

† inflixerit.

† Præter ci[...] tos initio [...] cretalis, [...] de Iuliū C[...] rū li. 5. sen[...] §. homicid[...] ver. Alia [...] est defensi[...]

† De arti. [...] ius textus [...] glossę ver[...] moderami[...] ne [...] culpa[...] tutelæ [...] plene per [...] Tho. & i[...] Caie. 2. 2. [...] 64. ar. 7. & [...] Sotū li. 5. [...] iust. & iu[...] q. 1. ar. 8. & [...] doctor. in[...] ut uim, ff. [...] iust & iu. [...] † ipsum.

† In cod[...] Barbatię i[...] idem epis[...] po Placen[...]

[c] uriam vero iam illatam personæ ex interuallo repellere non licet, quia sic esset uindicta: & ita intelliguntur contraria hic signata.

TVa nos.] Diuiditur, quia duo sunt quæsita: Secundum: ibi. Ad ultimum. Et quęlibet pars potest subdiuidi in cõsultationem & responsionẽ, quæ patent in litera. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam monachus credens se quãdam mulierem a gutturis tumore liberare, tumorem illum aperuit, præcipiens illi mulieri, ne uẽto se exponeret ullo modo, ne forte si uentus subintraret cãm mortis inferret: sed mulier contempto eius mandato dum messes colligeret, vẽto se exposuit incaute; & sic per apertionẽ gutturis: sanguis multus effluxit, & sic mulier diem clausit extremum: quęsitum fuit, quid de isto monacho sit agendum? Respondet Papa, quod licet ipse monachus multum deliquerit alienum officiũ usurpando, qđ sibi nõ conueniebat, si tamẽ causa pietatis hoc fecit, & perit[9] erat in exercitio chirurgiæ, & adhibuit diligentiam, quam debuit, ex eo ꝙ per culpam mulieris ꝯ illius cõsiliũ hoc ei contigit, nõ est repellendus, quin cum eo post satisfactionẽ cõdignã cũ eo misericorditer agi possit, ut ualeat celebrare diuina, alioquin interdicenda est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore.

AD VLTIMVM. Alia quæstio facta fuit dño Papæ, & ecclesiæ: Quidam scholaris timens, ne latrones essent in domo, surrexit de lecto, & inuenit ibi furem q scholarẽ vulnerauit. & recessit: mane facto, scholares quęsierunt eundem latronem, & inuentus est vulneratus, & traditus potestati coram quo asseruit, quod prædicta nullatenus perpetrasset: potestas ad scholarem illum nuncios misit, ut diceret quicquid sciret de fure illo, uel traderet intersignia: qui cultrum, quem ipsi latroni abstulit, & sotulares, quos ibi dimiserat, nuncijs tradidit: nil amplius de ipso facto se intromittens: potestas his receptis latronem ipsum apparitorib. suis tradidit puniendum: qui sibi amputauerunt virilia, & oculos eruerunt: latro ira & dolore commotus, nec cibũ sumere voluit nec potum, & sic mortuus est: quæritur vtrum scholaris ille possit ad sacros ordines promoueri? Rñdet Papa, quod si præfatus scholaris alias dignus est, propter prędictum euentum a sacris ordinibus non est prohibẽdus No. quod nullus debet vsurpare officiũ, ꝙ ad ipsum non pertinet. Item qui diligentiam adhibet in factis suis, licet aliquid sinistrum eueniat, ei non est imputandum. Item qui non est in culpa, non est ab ordinibus prohibendus.

† Cap. 3. eo. tit. in 4. cõpil. De materia, & intellectu Mart. Naua. in Manuali confessariorum. c. 27. n. de qui[n]ta specie irregularitatis Syluester uerbo, homicidium. 2. q. 11. & Coua. in Clemen. si furiosus i[n] 2. par. relectionis. §. 4.

† Dictio multum, deest in manuscriptis exẽplaribus.

eo post satisfactionem misericorditer dispensari potest hoc dicit vsque ad §. Ad vltimum.

CAP. XIX.

TVa † nos duxit fraternitas consulendo, & infra. ¶ Quæsiuisti quid sit de quodam monacho sentiendum, qui credens se quandam mulierẽ a gutturis tumore curare, vt chirurgicus cum ferro tumorem illum aperuit, & cum tumor aliquantulum resedisset, ipse mulieri præcepit ne se vento exponeret vllo modo, ne forte ventus subintrãs gutturis apertionem, sibi causam mortis inferret; sed mulier (eius mandato contemptõ) dum messes colligeret, vento se exposuit incaute, & sic per apertionem gutturis sanguis multus effluxit, & mulier diem vltimũ sic finiuit, vtrum videlicet cum prædictus monachus sit sacerdos, liceat ei sacerdotale officium exercere?

¶ Nos igitur fraternitati tuæ respondemus, quod licet ipse monachus multum † deliquerit alienum officium vsurpando, quod sibi minime congruebat, [a] si tamen causa pietatis, & non cupiditatis id egerit, & peritus erat in exercitio chirurgiæ, omnemque studuit, quam debuit, diligentiam [b] adhibere, non est ex eo, quod per culpam mulieris contra consilium eius accidit, adeo † reprobandus, quod non post satisfactionem [c] condignam cum eo misericorditer agi possit, ut diuina valeat celebrare: alioquin [d] † interdicenda est ei sacerdotalis ordinis executio de rigore.

¶ Qui iudici sæculari dedit intersignia furis a quo fuit vulneratus, irregularis non est, licet ille postmodum occidatur. Abbas Siculus.

¶ Ad vltimum † fuit ex parte tua propositum, quod quidam scholaris metuens, ne latrones in hospitio essent, de strato consurgens, reperit ibi furem, qui non solum ipsum scholarem ꝓstrauit ad terram, sed pene ad mortem vulnerauit eundem, & infra.

¶ Mane itaque scholares latronem quęsiuerunt eundem; quem vulneratum inuentum, Potestati Vincentiæ † tradiderunt, coram quo constanter negauit, ꝙ præmissa minime perpetrauit, unde præfatus Potestas ad eundem scholarem nuncios destinauit, vt exponeret si qua sciret de fure prædicto, uel traderet intersignia, † qui cultrum, quem ipsi latroni abstulerat, & sotulares ab eodem in ipsius domo dimissos, quos abstraxerat, ne pedum strepitus au-

a ¶ Congruebat.] supra, ne cler. vel mona. ca. 3. & c. sententiam sanguinis. vnde in culpa fuit alienum officium vsurpando. ff. de reg. iur. culpa est.

b ¶ Diligentiam.] q[uia] si per imperitiam accidisset, ei imputaretur. Inst. ad le. Aq. §. imperitia quoque. sed euentus mortalitatis non imputatur medico. ff. de off. p̃si. illicitas, §. sicuti prætextu. n. humanę fragilitatis delictum decipientis in periculo hominis innoxiũ esse nõ debet, ut ibi dicitur. simile s. de ęt. & quali. ad aures.

ADDITIO. Vnde verius.

Non est in medico semper releuetur vt æger.

c ¶ Post satisfactionem.] ex hoc patet, ꝙ fuit in culpa, & ex eo, quod sequitur misericorditer alienum officium usurpandos & sic quandoque imputat alicui aliquod delictum, tamen ea, quæ sequuntur ex eo non imputantur 15. qõ. 1. inebriauerunt Loth. Culpa. n. mulieri: huic imputari nõ debet, quę contigit contra consilium ipsius. sim. 50. dist. sæpe.

d ¶ Alioquin.] id est, si non erat peritus, & si non adhibuisset diligentiam, quam debuit: aut ex cupiditate fecit. Bernar.

[Glo. seq. obiicit, alleg. 4. & soluit dupliciter.]

† In codice Barba. ita adeo reprobãdus, q[uo]n post satisfactionẽ condignã cũ eo misericorditer agi possit, &c.

† Alias ita. alioquin interdicta est ei, &c.

† De materia huius §. vide Syluest. verbo homicidiũ, 3. q. 4. & 5. & Couar. in cle. si furiosus, in 2. par. relectionis, §. 5.

† Vicentiæ.

† intersigna.

a ¶ Nunciis tradidit.] Sed vr, quod ille scholaris potius tacere debuisset.22.q.2.ne quis. Item nonne dictū eius est occasio mortis illius 23.q.5. unum solum. in fin. & inf. de exces. præla.ex litteris. Item promouendus abstinere debet ab omni eo, per quod possit ad effusionem sanguinis peruenire 40.dist.clericum qui. Item iste quasi testis inductus fuit, quod non licet clerico in causa sanguinis 11.q.1.testimonium. & su.ne cleri.uel monach.suam. Ad hoc dico, ꝙ non fuit inductus tanquam testis, quia nec ad præsentiā iudicis accessit, quod sit in crimalib. ī Auth.de testib.§.qm in fi.co.7. Cum ergo iste hoc præcepto, nec cōsilio nec defensione, nec lingua, nec adhortatione homicidium fecerit, nō debet ab ordinib. impediri, quibus modis homicidiū committitur, & imputatur, ut dictū est sup.eo. sicut dignum & præterea iste seipsum occidit.

b ¶ Tradidit puniendum.] tñ p istud nō fuit conuictus de furto: non enim eo ipso est fur. qui animo furandi domum intrauit. ff.de furt. vulgaris.§.qui furtum.

† Intersi. gnis.

diretur, nuncijs tradidit[a] memoratis, super eodem facto se nihil amplius intromittens. Potestas igitur receptis talibus intersignijs, † latronem ipsum apparitoribus suis tradidit puniendum, [b] qui sibi amputauerunt uirilia, & oculos eruerunt: Latro vero ira & dolore commotus, nec potum sumpsit, nec cibum, & sic de medio est sublatus. Vnde per nostrum oraculum postulas edoceri: vtrum præfatus scholaris ad sacros valeat ordines promoueri?

¶ Nos igitur inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod si præfatus scholaris dignis meritis adiuuatur, propter præscriptum euentum, a susceptione sacrorum ordinum nullatenus est arcendus.

¶ Idem Priori & fratribus Cartusien.

¶ *Qui dat causam abortioni homicida est si conceptum erat uiuificatum animal rationale, alias secus.*

† Cartusiæ, Cartusien. ordinis. ī codice Barbariæ.

SIcut] Communis diuisio, consultatio, & responsio: Secunda: ibi, Nos uero. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam monachus Cartusien. ordinis quandam mulierem asserentem se concepisse ex eo, traxit per zonam quasi ludens cum ea ipsa per hoc sic se asseruit esse læsam, quod huiusmodi occasione fecit abortum: propter ꝙ dictus sacerdos de consilio quorundam ab altaris ministerio se suspendit quæsitum fuit, quid esset de eo agendum? Respondet Papa, quod si non erat uiuificatus conceptus, poterit ministrare; alioquin debet ab altaris ministerio abstinere. No. quod antequam cōceptus sit animatus, non dicitur committi homicidium per abortum.

† Ca.4.eo.ti. in 4. compi. vide Anton. Gom. to. 3. var. resol.c. 3. nu. 32. Albet. Trotiū tit.2. de perfecto. clerico.ca. 14.& Cou.in Cle. si furiosus d homic. p.2. relictionis. §.3.

† Alias ab eo.

CAP. XX.

SIcut † ex litterarum vestrarum tenore accepimus, cum quidam presbyter vestri ordinis, qui prius fuerat niger monachus quādam mulierem prægnantē, cum qua contraxerat consuetudinem inhonestam, & quæ asserebat se concepisse ex eo † per zonam arripuerit quasi ludens, ipsa per hoc sic se asseruit esse læsam, quod occasione huiusmodi † abortiuit: propter quod idem presbyter proborum virorū vsus consilio, seipsum duxit ab altaris ministerio sequestrandum: & infra.

¶ Nos vero deuotioni vestræ insinuatione præsentium respondemus, quod si nōdum erat viuificatus[e] conceptus, ministrare poterit, alioquin debet ab altaris officio abstinere.

¶ Idem S.episcopo.

¶ *Non imputatur clerico ciuiliter iustitiam petenti de laico si iudex in laicū exercet vindictam sanguinis.*

CAP. XXI.

POstulasti, † & infra.

¶ Quæsiuisti præterea, vtrum contra quosdā contempta excommunicationis sententia debitas ecclesijs decimas subtrahentes, tibi regiam implorare liceat potestatem, cum ad solutionem ipsarum vix absque sanguinis effusione valeant coarctari? Ad † quod respondemus, quòd si te huiusmodi querimoniam simpliciter deponente, rex (cui ad bonorū laudem, [d] vindictam vero malorum gladius est commissus) in eosdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatem, eorum erit duritiæ (aut † malitiæ) imputandum. [e]

[Glo.seq.inducit duo similia alle. in contrarium duo iura. primum soluit. Secundum remittit.]

e ¶ Viuificatus.] sic 32. q.2. quod uero.& c. Moyses: qd pro vtraque parte potest induci. arg. contra 2.q. 5. consuluisti. & sup.eo. si aliquis.c.illud, consuluisti, intelligitur quando puerperum iam erat animatum, & c. Moyses & c.illud, si aliquis, supr. eodem ibi exponitur istud, & capitulo, quod vero intelligit quando nondum habet animam. Similiter distinguit lex ff. de pœnis, si quis aliquid, §.qui abortionis, tamen licet non teneatur lege canonica, ut hic patet, nec lege Mosaica, tamen tenetur lege Cornelia de sica. ff. ad leg. Corn. de sica. si mulierem.& etiam lege Aquil. vt ff. ad leg. Aquil si seruus. §. si mulier. De eo qui procurat. venena sterilitatis, dictum est sup. eo.si aliquis, ubi etiā de hoc.

† huius.

POstulasti.] Consulatio, & responsio. Secunda: ibi, Ad quod. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam (quia decimas debitas ecclesijs non soluebant) excommunicati fuerunt, ipsi excommunicatione cōtempta, decimas soluere non curabant: quæsiuit Episcopus vtrum licitum esset illi potestatem regiā implorare, cum ad solutionem ipsarū absque sanguinis effusione vix poss. ut cōpelli? Respōdet quod si de huiusmodi querimonia simpliciter deponat apud regē, & ipse in eosdem rebelles traditam sibi exercuerit potestatē, eorum erit duritiæ imputandum. Not. quod si clericus simpliciter conqueratur de laico coram Potestate sæculari si propter inobedientiam ipsius ipsum durius puniat, quam natura querimoniæ requirat, clerico non imputatur. Itē gladius est cōmissus regi ad vindictam malorum, laudē uero bonorū.

d ¶ Bonorum laudem.] sup. de maio. & obed. solitæ.

† Præter. Io. Ananiam & alios Doct. hic, vide Syl uest. verbo, homic. 3.q. 5.& Cauar. in d. Clem. si furiosu, d homic. in 2. par. relectionis, §.5.

† Alias ita. Ad quod bñ rñdemus. Rom. c. 12.

† Hæc duo verba, aut malitiæ, de sunt in antiquis exemplaribus.

[Glo. sequens rec. per q.& solu. contra alleg. 4. iura.]

e ¶ Imputandū. Nota, quod clericus potest agere ciuiliter contra laicū corā suo iudice de crimine, ad hoc vt sit in perpetuū carcerē detrudendus, vel vt puniatur pecuniariter, 22.q.5.non vos ad fi. & arg. sup. de Iudæ ita quorundam, & si iudex sæcularis per talem querelam durus

durius puniat, quia ille non vult aliter obedire iudici, vt hic dicit, nō imputatur clerico 23.q. 3. Maximianus & q.5.non vos.ad fi.& c.relegantes ad fi.ff. de bon.lib. qui cum maior.§.1.versic. si tamen, & arg.ff. de euict. si per imprudentiam.& ar.sup.e.c.tua nos, & absit, ut ea quæ pp bonum facimus, nobis imputentur, si præter voluntatem nostram cuiquā malum cōtingat. 23. q.5. de occidēdis alio quin Paulus in effusione sanguinis, suū crimē agnosceret, ut ibi dicitur, quod nefas esset dicere, ut ibi Arg. contra 23.q.5.c. 23.vnū solum.in fi ne.de pœn.dist.1.pe riculose, & inf.de ex cess.prælat.ex litteris. ADDITIO. Hodie dicendum est, ut habetur in c.2.e.tit.lib.6. vt præmittatur protestatio. Abbas.

† Ebriacen. Eboicen.

† Vide Tabiē sē uerbo, irregularitas. §.4.Syl. verbo, homicidiū,2.q. 20. & de intellectu Coua. in Cle.si furiosus in 2.p.relectionis, §. 4.nu.6.

Exhibita.] In prima parte ponitur petitio: in secūda exhibitio: ibi, Quocirca. Abbas Siculus.

† Ex piecto in recētiori bus contra ueterum fidem.

CASVS. Quidam clericus I. nomine, cum esset in puerili ætate constitutus, & cū quibusdam alijs pueris luderet, & insequeretur vnum ex illis, lapidem post illum ꝓiecit non animo lædendi, sed timorē incutiendi, qui lapide proiecto non fuit tactus sed cadens ad alium lapidem, caput læsit, & tamē ꝓpter imperitiam medici, tum ꝓpter patris incuriam qui laborib⁹ ipsum exponit, expirauit dictus I. veniā postulauit a patre illius, ut mitigaretur dolor ipsius: propter quod episcopus illū a sacris ordinibus repellebat, quis patet defuncti laborans in extremis confessus fuerit epo, ꝙ nihil dictus clericus in mortem filii sui commisisset: vnde petebat clericus ille a Papa ut cum læsam conscīam de morte illius non hr̄et, cum eo misericorditer agere dignaretur, vnde mandat quatenus si constiterit ita esse, a sacris ordinibus propter hoc nullatenus repellatur. Not. quod ætas excusat a delicto. Item si percussus ab alio culpa sua maiorem infirmitatem inciderit, non tenetur percussor.

¶ Hono. iii. epo Eboraceñ. †

¶ *Homicidium casuale nō imputatur ei, qui nō occidit nec fuit in culpa, etiā si ad cautelā veniā postulauerit.*

CAP. XXII.

Exhibita † nobis I. clerici confessio patefecit, quod cum in puerili [a] esset cōstitutus ætate, cum quibusdā coætaneis suis ludens, [b] & insequens vnum ex illis, lapidem post eum non animo [c] lædendi, sed timorem incutiendi proiecit; [d] qui licet † ex proiecto lapide percussus non fuerit, neque tactus, ad alium tamen lapidem corruens, [e] & caput offendens, tum propter imperitiam medicantis, cum propter patris incuriam, qui laboribus & sudoribus ipsum exposuit, expirauit. Quia vero dictus clericus, ut mitigaretur dolor patris defuncti, veniā super hoc postulauit ab ipso, tu eum a sacrorum ordinum susceptione repellis; quamquā idem defuncti pater in extremis laborans, tibi & presbytero, cui suam aperuit conscientiam, confessus fuerit, & prestito firmauerit iuramento, nihil ipsum in morte filij sui (prout sibi constiterat) cōmisisse, Quare idē clericus postulauit [f] a nobis, vt cum de illius obitu læsam non habeat conscientiam, dignaremur agere misericorditer [g] cum eodem.

¶ Quocirca mandamus, quatenus si constiterit ita esse, ipsum propter hoc a receptione sacrorum ordinū non repellas.

¶ Idem episcopo & capitulo Veneteñ.

¶ *Homicidium casuale non imputatur ei q dedit operā rei licitæ, nec fuit in culpa.*

CAP. XXIII.

Ioannes † sacerdos humili nobis insinuatione mōstrauit, quòd cum pulsaret campanas, vt signo [h] dato conueniret populus fideliū ad diuina, cadens tintinnabulū, percussit quēdā puerū corā eo, qui (cū vulnus esset mortale) decessit. ¶ Nos igit attendentes, ꝙ dicto sacerdoti, qui dabat operam rei licitę, [i] nihil potuit imputari si casus oēs fortuitos [k]

† vide p̄ alijs hic Ioan. de Anania, & citatos s̄. eod. tit. in cap. ex litteris. ıı 2.

a ¶ In puerili.] Vñ bñficio talis 1 ætatis excusatus vr̄. de cōse.d.4. eos & j̄.de sent.exc.c.1. qa illa ętas ignorat qd videat, C.de fal.mo.l.1. in fi.ff.qui & a qb. pupillus.

b ¶ Ludens. ꝙ ei licebat, quia lusit Isaac, vt dictum est, s̄.c.lator.& pueris permisū est ludere. 1.q.1. c.Spūs sanctus.§. ecce, qñ erat tñ doli capax, ꝙ patet ex quod dr̄, non aīo lædendi, alias nihil esset, qa talis furioso comparat, 15.q.1.illud & ff. de acq.pos.l.1.§.1. Doli capax dicitur q est ꝓximus pubertati, vt ff.de reg.iu. pupillū.

† De materia hu⁹ glos se vide Tiraquel. trac. de pœnis tēpe ran. aut re mittend.s causa 7.

c ¶ Non animo.] ex hoc probatur ꝙ erat doli capax, nec tñ in culpa pp hoc esse videtur, quia nec voluntate, nec actu homicidium perpetrauit. sup.eo.dilectus & c.significasti 1. quia voluntas in maleficijs spectatur, non exitus, ff.ad leg.Corn.de sicarijs.diuus.& C.eod.tit.l.1.& j̄.de sent. excommu. cum voluntate, secundum talem legem promotionis videtur quòd opus potius spectet, non exitus. 15.q.1.si quis non iratus.

d ¶ Timorē incutiendi ꝓiecit.] In hoc videtur culpa, nā ludus noxius ī culpa est ff. ad l. Aq. nam ludus, & ar.sup.de præsum. c.1. Vnde versus.

Non lusisse pudet, sed non incidere ludum

[Glossa sequens recitetur per obiec.]

e ¶ Corruens, ipse puer qui fugiebat pp timorem illius vnde culpam commisse vr̄, ex eo ꝙ dedit occasionem quare damnum dedisse vr̄, vt ff. ad l. Aq. qui occidit.§.pe. sup.eo.de cetero & c. presbyterum, sed excusatur pp imperitiā medicantis, & pp incuriā patris, ar. s̄.eo. tua, & pp ætatē: quia cā multū fuit remota

[Glo.seq recitetur per obiectionem.]

f ¶ Postulauit a nobis.] Per hoc videbat culpabilis, sed nō est verū, qa hoc fecit ex benignitate & humilitate, vñ.eps non debuit ipsum pp hoc repellere, maxime cum pater defuncti hoc iurasset & quia ea sunt in nostris officijs gratiora, quæ cū liceret nobis nō impēdere, cā tñ dilectionis īpēdim⁹, 28.q.1.iā nūc.

[Glo.seq.argum.& tenet contrarium.]

g ¶ Misericorditer.] Ar. ꝙ hæc decr. cōtineat dispēsatione. sed nō credo. nā qcquid facit Eccles. totū est misericordia & veritas, qa ubi iustitia obseruat, misericordia adhibetur. 45.dist.d.disciplina, ꝙ patet ex distione. Bernar.

Ioannes.] Prima pars narrat factum: Secunda diffinit: ibi, Nos igitur, Abb. Sic.

CASVS. Sacerdos iste dū pulsaret cāpanā, ut populus fidelium ad diuina officia conueniret, cāpana cecidit, & occidit quēdā puerū corā ipso: vnde ipse hoc dño Papæ humiliter intimauit; Papa cōsiderans, ꝙ dictus sacerdos dabat operam licitæ rei, non dēt sibi imputari si casus oēs fortuitos non puidit, vnde mādat, quatenus si cōstiterit ita esse, dictus sacerdos libere suū officiū exequat. No. ꝙ de casu fortuito nullus tenet, cum præuideri non possit.

h ¶ Signo.] 1.dist. ius militare & s̄.de off.custo.c.1.& 2.

i ¶ Rei licitæ.] s̄.eo.ex litteris.& inf.eo.c.vlt.Bern.

K ¶ Fortuitos.] inf.eo.cap.vlt.ubi de hoc.

a ¶ Permittatis.] de iure communi. Absit enim quòd ea quæ propter bonum facimus, nobis imputentur si præter voluntatem nostram alicui quicquam mali contingat. 23. q. 5. de occidendis. Bernar.

PEtitio.] Communis diuisio. Secunda, ibi, Mandamus. Abbas.

CASVS. Sarraceni inuaserunt quoddam castrum, in quo Pelagius p̄sbyter morabatur, tandem Christiani tam laici quã clerici exiuerunt contra illos: & inuicem confligẽtes hinc & inde multi occisi sunt uel fuerunt, vñ cũ sacerdos iste aliquos percussisset, timebat ne irregularitatẽ incurrisset, pp hoc exposuit hoc domino Papæ, & ipse mandat ei dem, quatenus si de interfectione cuiusquam in illo conflictu ipsum conscientia sua remordet: a ministerio altaris abstineat reuerenter, cum in hoc casu tutius sit abstinere q̃ temere celebrare. Nota, ꝙ clerici pugnare nõ dẽnt ẽt contra Sarracenos. Item in dubijs via tutior eligenda est.

b ¶ Remordet.] scilicet quod aliquem interfecerit, licet enim clerici alios possint hortari ad pugnam in iusto bello contra hostes, quale fuit istud: vt 23. q. vlt. igitur hortatu, omni timore. Vt pridẽ, & q. 2. dñs. & 63. d. Hadrianus. in propria tamẽ persona pugnare nõ possunt, ut 23. q. vltima, quicunque, & ca. clerici. & 50. dist. clericum qui. & cap. de his clericis., quia eorum officium reddit eos inhabiles ad pugnandũ, ut sup. de voto. ex multa. ad finẽ.

c ¶ In huiusmodi dubio] sic s. eo. significasti. & c. ad audientiã. vbi de hoc. sim. j. de cleri. ex õi. mi. illud. Et sanctius est in hac uita Domino sub inferiori habitu famulari, quã alta indebite appetendo dãnabiliter ministrare. 50. distin. de his in fi. & sup. de temp. ordi. ad aures.

† Alias P. p̄sbytero.

† vide B. Th. super gl. huius c. citatũ, & S. Ant. 3. p. ti. 28. ca. 2. §. 6. Syl. verbo. homicidiũ. 3. q. 6. & Cou. in Clẽ. si furiosus i. 2. p. relectionis. §. 3.

1 De materia huius gl. uide oĩno B. Tho. & ibi Cai. 2. q. 40. ar. 2. & q. 64. ar. 4. vñ irreliges q̃tum liceat clerici in bello, ad de plenissime p Tabiẽ sem verbo, irregularitas. 3. §. 20.

† Alias, & ita inuicem, &c.

non præuidit; Discretioni vestræ mandamus, quatenus si constiterit ita esse, dictum sacerdotem, sacerdotale officium exequi permittatis.[a]

¶ Idẽ pelagio † presbytero.

¶ *Clericus pugnando etiam contra inimicos fidei catholicæ si quẽ quã percussit, & de interfectione ipsu remordet conscientia, in ministerio altaris abstinere debet.*

CAP. XXIIII.

PEtitio † tua nobis exhibita continebat, quod cum inimici Dominicæ Crucis ac blasphemi nominis Christiani, castrum quoddam in quo morabaris grauiter inuasissent, exeuntibus inde habitatoribus, tam clericis, quam laicis contra eos, ac † inuicem confligentibus, hinc inde occisi quamplurimi extiterunt; Vnde cum pro eo quod aliquos percussisti, irregularitatem metuas incurrisse; Mandamus, quatenus si de interfectione cuiusquam in illo conflictu tua cõsciẽtia te remordet,[b] a ministerio altaris abstineas reuerenter: cum sit cõsultius in huiusmodi dubio[c] abstinere, quam temere celebrare.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Idem dicit quod c. Ioãnes, supra eodem, & tantum ponit diuersitatem in facto.*

QVidam.] CASVS. Quidam p̄sbyter reuocauit quendã in adiutoriũ ad ædificationẽ ecclesiæ, & dũ p̄sbyter quoddam lignũ dissolueret, ille hõ cũ ligno ruit in terrã, & mortuus fuit: dubitabatur an illi p̄sbytero esset hoc imputandum, significatũ fuit hoc dño Papæ: ipse uero cõsiderans, ꝙ sacerdos dabat operam licitæ rei, & ẽt adhibuit diligentiam, q̃ debuit adhibere, circumstantib. p̄monitis ita alia voce, ꝙ intelligere potuerũt; Rñdet, ꝙ pp hãc cãm vel q̃a oẽs casus fortuitos nõ p̄uidit, q̃ p̄ uideri nõ possunt, nõ dẽt idẽ quo ad offic. vel beneficiũ impediri. No. ꝙ casus fortuitos nemo p̄t p̄uidere & iõ iste p̄sbyter nõ tenẽt de homicidio.

d ¶ Licitę rei.] sic su. eo. c. ex litteris, ubi similis casus ponitur: & sup. eo. Ioan.

e ¶ Præmonitis.] dicendo, caue, caue. 50. dist. si duo. vnde si in curia illius mortuus est, huic qui ipsum monuit, non imputatur, 50. dis. sæpe. ad fi.

f ¶ præuideri nõ possunt.] Fortuitos. n. casus nullũ hominũ cõsiliũ præuidere p̄t, ff. de adm. re. ad ciu. pti. l. 2. §. si eo tpe. quare nemini sunt imputãdi. ff. q & a quib. mali. non fi. Iulianus. Casus. n. fortuiti nõ imputant, nisi culpa q̃s incidat in casum, uel pacto vel mora pręcedẽtib. casũ. su. de cõmo. c. vni. & su. de depo. bona fides, ubi de hoc quia nemo tenẽt diuinare. sup. vt eccl. bene. ut nostrum, ff. ad l. Aquil. si putator & ff. mã. si fideiussor §, si cũ d̄bitor; & Paulus spũ Dei plenus diuinare nõ potuit. 22. q. 2. B. Ber.

† Preter Doc. hic uide citatos in ca. ex litteris, il. 2. sup. eo. ti.

CAP XXV.

QVidã † (vt asseris) ad ædificationem Ecclesiæ in adiutorium a presbytero euocatus, ruens cum laqueari, ꝙ idem presbyter soluere nitebatur, hac occasione, rebus est humanis exemptus, & infra. Attendentes igitur, quod sacerdos ipse dabat operam licitæ rei:[d] studuit etiam, quam debuit diligentiam adhibere, circumstantibus, quibus periculum imminebat, ita tẽpestiue & alta voce p̄monitus,[e] ꝙ & intelligere, & fugere potuerunt: Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod ob hanc causam, vel quia oẽs casus fortuitos (qui præuideri non possunt[f]) forsitan nũ prȩuidit, non dẽt quo ad officium, vel beneficium impediri.

TITVLVS XIII
De torneamentis.

DE TORNEAmentis.

¶ Viso de homicidio in gñe & in spẽ vidẽdũ restat de q̃busdam actib. per quos licet qñque, non sp tñ deuenitur ad homicidiũ, iõ subiicii hanc rubricam, & duas sequentes. Abbas.

De hac materia & de clericis in duello pugnantibus, & de sagittaris hr̃ 2. q. 3. §. sed quælibet, vsque ad fi. quæst. & sup. in rubrica de homicidio. ver. quid iuris.

† Conc. La. sub Ale. 3. c. 20. refert in Pan. li. 8. tit. siue cap. 148. c. 1. e. ti. in 1. comp.

† Vide conc. Trid. ses. 25. de refor. c. 19. & præter Doct. hic cõsule B. Tho. & ibi latius Caiet. 1. 2. q. 63. art. 8. ad 3. arg.

¶ Ex concilio Lateran. †

¶ *Torneamenta fieri nõ debent, & vulnerato in eis cõceditur pænitentia. sed si moritur, denegat ei sepultura ecclesiastica, si accessit aĩo pugnandi, secus si accessit alia causa; ut puta, ut debita sibi exigeret, h. d. cum c. seq.*

CAP. I.

FElicis † memoriæ Inn. & Eugenii prædecessorum nostrorum uestigiis inhæren-

FElicis memoriæ.] primo prohibet. Secundo pœnam imponit. Secundã ibi, Quod si. Abbas Siculus.

CASVS. Laterañ. concilio inhærendo uestigijs.

sigijs Innocētij & Eugenij, prohibet deteſtabiles nūdinas illas vel ferias, quæ vulgo torneamenta uocantur, in quibus milites ad oſtentationem uirium ſuarum conueniunt, unde mortes & animarum pericula ſæpe proueniunt. Quod ſi aliquis eorum ibi mortuus fuerit. careat eccleſiaſtica ſepultura: pœnitentia tamen ei non denegatur, No. quod aliquid prohibetur ꝓpter malum quod inde ſequi poteſt. Item nota hic caſum ubi maius conceditur, & minus denegatur. Itē nota arg. cum aliquo communicandum uiuo, non mortuo.

a ¶ Oſtentationem.] ſecundum leges tamē licet aliquid facere ad oſtentationem viriū, vt ff. de alea. ſolent. 1 aliàs non licet, vt l. ſeq. nec huiuſmodi tenentur lege Aquilia. ff. ad leg. Aquil. qua actione, §. ſi quis.

b ¶ Temere] Et iō talis ludus tanquam noxius prohibetur hic, & ff. ad leg. Aquil. nā ludus.

c ¶ Proueniunt.] arg. aliquid prohiberi propter conſequens, 22. q. 1. in nouo. & ſup. de iureiu. & ſi Chriſtus, & de conſec. diſtin. 3. peruenit.

d ¶ Non negetur.] nec etiam viaticum, 26. quæſt. 6. ſi quis de corpore, 50. diſtinct. pænitentes. quia per pęnitentiam uiaticū intelligitur, quod decedentib. pœnitentib. nō negatur inf. de pænit. & remiſſ. quod in te.

1 Licet pecunia ludere, & ſponſionē facere virtutis cauſa, vt haſtam uel pilam iacendo, ſaliēdo, currēdo, lucrādo alias non licet, vt in l. ſ. q. Ioa. And.

† Ca. uni. eo. ti. in 2. cōp. Adde cr[illegible]atos in præced. n[illegible] ti c. & in c. 1. ſup. de corpore uitatis.

tes deteſtabiles illas nundinas vel ferias, quas vulgo torneamenta vocant, in quibus milites ex condicto conuenire ſolent, & ad oſtentationem [a] virium ſuarum, & audaciæ temere [b] congredi, vnde mortes hominū & animarum pericula ſæpe ꝓueniunt, [c] fieri prohibemus. Quod ſi quis eorum ibi mortuus fuerit, quamuis ei poſce[n]ti pęnitentia non negetur, [d] eccleſiaſtica tamen careat ſepultura, [e]

Alexand. iij. Anaten. epō.

¶ *Idem dicit quod in ſuperiori cap.*

CAP. II.

AD † audientiam noſtram noueris perueniſſe, quod cum quidam ad locum deputatum torneamentis cauſa requirendi debita acceſſiſſet; & infra. ¶ Nos attendentes, quod his tantum eccleſiaſtica ſepultura debeat interdici, qui ad torneamenta animo id faciendi [f] tantum accedentes, decedunt ibidem: Fraternitati tuæ mandamus, quatenus ſi tibi cōſtiterit, quod ad prædictum torneamentum nō animo ludendi, ſed percipiendi credita ꝓueniſſet, licet ibi fortuito caſu [g] obierit, corpus eius diſpenſatione [h] † eccleſiaſticæ tradi facias ſepulturæ; maxime ſi Dñicum corpus ſuſceperit, & ſacri olei fuerit vnctione perūctus.

TITVLVS XIIII.

De clericis pugnantibus in duello.

¶ Alexander tertius.

¶ *Clericus iniens duellū ſiue obtulerit ſiue ſuſceperit deponendus eſt: poterit tamen epiſcopus cū eo diſpenſare, ſi mors uel mutilatio membri non ſit inde ſecuta.*

CAP. I.

POrro † ſi clericus alicui ſpōte duellū obtulerit, vel oblatū ſuſce-

quid iuris eſſet: Papa vero conſiderans, quod illis tantum qui ad torneamenta animo ludendi accedentes, decedunt ibidem, eccleſiaſtica ſepultura debet interdici, mandat: quatenus ſi conſtiterit, quod ad prædictum torneamentum non animo ludendi, ſed percipiendi credita acceſſiſſet, licet ibi caſu obierit, non debet carere eccleſiaſtica ſepultura: maxime cum Dominicum corpus acceperit, & fuerit oleo ſacro perunctus. Nota quod uoluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia. Item quæ fortuito caſu accidūt, imputari non debent.

f ¶ Animo id faciendi.] Ergo ad animum recurrendum eſt: & quia iſte mortuus fuerat ad locum torneamenti, denegabatur ei ſepultura, & male, quia non ludebat in torneamento, ſed caſu ſub equo mortuus eſt, nec ex ea cauſa acceſſerat, ſed alia, vt dicit littera: Voluntas enim & propoſitum diſtinguunt maleficium: ut ff. de furtis, qui iniuriæ. & inf. de ſenten. excommu. cum uoluntate, & ad animum reccurrendū eſt, 22. quæſt. 2. is autem, & capit. homines, in fine & ideo non debet ei denegari ſepultura, ut dicit in fine.

g ¶ Fortuito caſu.] quoniam præuidere non potuit, ſupra 14. prox. Ioannes, & c. ul. vnde ſibi non debet obeſſe, 23. quæſtio. de occidendis.

† Alias, diſpenſatiue, alias ita, diſpenſatione eccleſiæ, tradi facias, &c. & hanc lectionē agnoſcit hic Ho. quam etiam habent vetuſtiores aliquot codices manuſcripti.

† Ca. 1. e. ti. in 1. compi. & poſt cōc. La. ſub Ale. iij. par. 26. c. 5. & de interdicto hoc duellorū genere tene. qđ nouiſſime ſanciuit cōci. Trid. ſeſ. 25. de ref. c. 19.

[Glo. ſeq. Brocar. alleg. 7. ſimilia. ſecundo & tertio ſoluit contraria.]

e ¶ Careat ſepultura.] ſimile inf. de rap. cap. 2. & ſi conceditur quod eſt maius, & quod minus eſt prohibetur, argu. 88. diſtin. epiſcopus gubernationem, ff. de ritu nupt. oratione. & 1. q. 1. ſi qui epiſcopi, & 33. q. 2. latorem, C. quando impe. inter pup. & vid. l. vnica & 80. diſt. epiſcopi non in caſtellis. argu. contra 44. diſtinct. nulli clerico, 13. quæſtio. ult. c. vlt. & ff. de ſena. qui indignus, ff. de ſer. export. cui pacto, 32. q. 7. Apoſtolus, in fi. 24. q. 1. miramur & ſup. de deci. ex parte. Sol. generale eſt, quod cui licet maius, & minus, niſi ab illo minore prohibeatur ex cauſa, ne vilipendatur honor perſonæ, ut patet per primas concordantias. Hic uero alia ratio eſt, ut potius conſulatur uiuis, quam defunctis, ut alij terreantur & abſtineant a talibus cum viderint illos ſepeliri in campis, quia vilis ſepultura illis defunctis non nocet, 2 ſup. de ſepult. ſacris. 13. q. 2. animæ defunctorum. ſic intelligitur inf. de rapt. cap. 2. Bernardus.

2 Hoc dictū glo. indiſtincte nō eſt uerum, Quare uide S. Th. & Sot. 4. ſentē. diſt. 45. q. 2. ar. 3. queſtiū cola. 3.

AD audientiam.] CASVS. Quidam cauſa requirendi quædam debita, acceſſit ad locum torneamentorum, contigit, quod caſu de equo cadens mortuus fuit, non in torneamento, ſed quia ibi mortuus fuit, denegabatur ei ſepultura, quæſitum fuit a Papa

h ¶ Diſpenſatione.] Non intelligas, quod diſpenſetur cum iſto ut ſepeliatur in cœmeterio eccleſiæ, ſed ex diſpenſationes ſecundum quam eccleſia diſpoſuit vt corpora Chriſtianorum ſepeliantur in cœmeterijs. 3 quoniam olim in campis ſepeliebantur, 4 ff. de ſepul. viol. l. 3. diuus.

i ¶ Maxime.] quia idem eſt, etiam ſi hæc duo ſacramenta non recepiſſet, dummodo pęnitentiam receperit, & iſte illa tria percepit, ut patet in integra. Bernar.

3 Rationes quere. 13. q. 2. cum grauia. Io. And.

4 Ne ciuitas corrumperetur fœtore, C. de reli. l. mortuorum. Ioan. And.

DE CLERICIS PVGNANTIbus in duello.

¶ Viſum eſt ſupra de torneamentis ubi plures pugnant, nunc ſubijcit de duello, ubi duntaxat duo pugnant. Abb. Siculus.

POrro.] Diuiditur, quia in prima ponitur exceſſus punitio, In ſecunda diſpenſatio, Sed quantumcūque. Abb. Sic.

CASVS. Quæſitum fuit a Papa qualiter puniri deberet clericus, qui duellum alicui ſponte obtulit, uel ſuſcepit oblatum? Reſpondet Papa,

quod siue uictor fuerit, siue uictus fuerit clericus, qui duellum obtulerit uel susceperit, de rigore iuris est deponendus, verumtamen quantumcunque excesserit, episcopus suus cum eo poterit dispensare, dummodo ex ipso duello homicidium uel membrorum diminutio non fuerit subsecuta. Nota, quod non licet clerico in duello pugnare. Item eps cum clerico in duello pugnare. Item episcopus cū clerico in duello pugnāte dispensare potest. Item argu. ꝙ eps cum clerico homicida, vel membri detruncatore dispensare non potest.

a ¶ Oblatum susceperit.] Nec offerre, nec oblatum suscipere debuit aliquo modo, quia hoc prohibitum est, 2. q. 5. monomachiam. & infr. de purg. vulg. per totum. sed potius debet omnia mala pati, quam huic malo uel alij consentire, 32. q. 5. ita ne, quia facere debemus quod fieri debet de iure, 22. q. 2. faciat homo.

b ¶ Deponendus.] quia huiusmodi, pugiles homicidæ existunt, infra capit. proxi. vnde cum ad hoc accesserit, non potest quis promoueri, 51. distin. si quis post. nec dispensatur [1] cum tali, si mors uel membrorū mutilatio fue[rit] subsecuta, inf. capit. prox. alias pot. s[ecus] cum tali episcopus dispensare, ut ꝗ sequit. Bern.

Henricus.] Prima pars narrat factum. Secunda prouidet, ibi, Quia igitur. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam nomine H. conuenit quēdam super furto coram sæculari iudice, & quia intentionem suam nō potuit probare per testes, secundū cōsuetudinem terræ, pugilem obtulit, qui aduersarium adeo vulnerauit, ꝙ exinde mortuus fuit: sacerdos ille significauit hoc dño Papæ, & diœcesanus eps consuluit dñm Papam, quid de eo sit agendum, Respondet Papa, ꝙ tales pugiles ueri homicidæ sunt, & prædictus sacerdos non debet in sacris ordinibus ministrare, quamuis non pugnauerit in duello, sed alius pro ipso, homicidium enim committitur tam facto, quam præcepto, consilio, aut defensione, tamen circa beneficium habendum cum dicto presbytero poterit dispensari, No. ꝙ consuetudo non excusat aliquem a delicto. Item quattuor modis committitur homicidium, facto, præcepto, consilio, & defensione. Item no. casum, vbi eps potest dispensare in beneficio, & non in executione ordinis.

c ¶ Prauam.] & reprobatam, infra de purg. vulga. per totum. & 2. quæst. monomachiam, quia Deum tentare videntur.

perit: [a] siue victor, siue victus fuerit, de rigore iuris est merito deponendus. Sed quantumcunque eius in hoc grauis sit & enormis excessus, euadere pōt depositionis sententiam, si cū ipso suus eps duxerit misericorditer dispensandum: dummodo ex ipso duello homicidium, vel membrorum diminutio non fuerit subsecuta.

¶ Clemens † tertius

¶ Irregularis est clericus non solum si ipse interficit per se, sed etiam si pugil ab eo datus aduersarium occidat, nec excusat consuetudo, poterit tamen cum eo circa beneficium habendum dispensari.

CAP. II.

Henricus † presbyter nobis humiliter intimauit, ꝙ cum laicū quendam super furto in sæculari placito cōuenisset, quia testes sui defecerunt, pugilē ſm prauam terræ consuetudinē introduit, qui reum vsque adeo ictibus † vulnerauit, quòd coactus est expirare. ¶ Quia igitur sup hoc nos consulere uoluisti, ambiguitatē tuā remouemus, ꝙ tales pugiles homicidæ [d] veri † existunt, nec prædictus sacerdos, licet non ipse, sed alius pro eo in duello pugnauerit, debet in sacris ordinib. ministrare, sicut tradunt sacrorum canonum instituta. † Homicidium autem tam facto, [e] quam præcepto, siue consilio, aut defensione non est dubium perpetrari, poterit tamen cum eo, circa habendū [f] beneficium misericorditer dispensari.

TITVLVS XV.

De sagittarijs

¶ Innocentius tertius. †

¶ Excommunicādus est sagittarius, & balistarius cōtra Christianos, h. d.

CAP. I.

Artem † illā mortiferā & odibilē balistariorum, & sagittariorū aduersus Christianos [g] & catholicos excereri de cetero sub anathemate [h] prohibemus.

d ¶ Homicidæ.] Vere quantum ad propositum uel occasionaliter, uel uere quandoque, ut hic patet, & sententia lata per talem probationem non transit in rem iudicatam inf. de purg. vul c. 2. Ber.

e ¶ Facto.] istis quattuor modis siue lingua siue adhortatione committitur directum homicidiū. De hoc dicitur. sup. de homic. sicut.

f ¶ Beneficium.] so. di. studeat. 28. dī. presbyterum, scilicet ne cogetur in cleri opprobriū mendicare, 93. distin. diaconi. ibi, mendicat infelix clericus, &c.

DE SAGITTArijs.

¶ Continuata est supra de torneamentis. Abb.

Rtē.] CASVS. Præcipit Papa sub interminatiōe anathematis, ꝙ nullus debeat exercere aduersus Chrīanos & catholicos artem illam mortiferam & odibilem balistariorū. n. & sagittariorum. Nota. quod contra catholicos pugnare non licet, & intellige de bello iniusto, secus de iusto.

g ¶ Christianos.] secus de Sarracenis, [2] a cōtrario sensu, & intellige de bello iniusto arg. sup. de iureiu. sicut si constiterit. [3] quoniam si iustum esset, licitum esset pugnare, 23. q. 2. dominus, & q. ultim. ut pridem.

[Gl. seq. reci. per q. an per hæc uerba, & c. ad affirmatiuam alleg. duo iura. Secundo distinguit inter sententiam iuris, & hominis. Tertio soluit.]

h ¶ Sub anathemate.] Videtur ꝙ sit canon latæ sententiæ, arg. 63. dist. Salonitanæ, & inf. eod. qui fur. ord. rece. c. 1. sed secus est. Nam multum interest an a lege aliquid pro hibeatur sub anathemate, 30. dist. per totum, an ab homine, & tunc uř quod sit excōicatus, ut in cap. Salonitanæ. argu. ff. ad hoc ff. de arb. Celsus, & l. si cum dies, §. ult. ff. de contrah. empt. l. si sciens, ut sic mitius agatur cum lege, quam cum ministro legis. Dicas [3] quod si iudex dicat, præcipito sub pœna excommunicationis siue præcipio sub interminatione excommunicationis siue anathematis, siue sub excommunicatione, ut hoc facias, non est excommunicatus contrarium faciens, sed ex ō andus, & c. illud Salonitanæ. & sup. de loc. cap. 1. & ꝗ. de e. q. fur. ord. rec. c. 1. & oīa cōsimilia intelliguntur eum sub conditione excommunicatio lata fuit sic. Excommunico quicumque furtiue ad ordines accesserit, & tunc contrarium faciens est excommunicatus. De hoc dixi sup. de simo. sicut. 2 Ber.

DE

† Alias Clemēs tertius.

† Ca. 1. e. ti. in 2. compil. Et de materia huius decre. tene qđ nouissime diffiniuit cōcil. Tri. sess. 25. de refor. cap. 19.

1 Vide conc. Trid. sess. 14. de r. for. c. 7. ubi de dispensatione cum homicidis.

† Dictio, ictib. deest in antiquio rib. Gregor. codicib. & in omnib. Vaticanis.

† Alias vere, sed in recentioribus.

† C. miror, & ca. si quis uiduā, 50. d. & c. ꝗ in aliquo, 51. d.

† Sagitarijs & balistarijs in codice Barbatię.

† Secūdus in ueteri cōpi.

2 Idē sentias de alijs infidelib. & quatenus agit de bello iusto & iniusto quid illud sit, tradit B. Tho. 2. 2. q. 40. a. 1. & Alf. Cast. li. 2. cap. 14. de iusta hęr. puni.

† C. uni. e. ti. in 1. comp.

3 De hoc ar. uide hic præ alijs latissime, Io. And.

DE ADVLTERIVS, ET STVPRO.

¶ Stupra visum est de homicidio, & de quibusdam artibus, ex quibus prouenit homicidium quandoque, sed quia secundum ordinem decalogi, id est legis antiquæ continentis decē præcepta, post homicidiū sequitur adulterium seu mæchia, vt patet ibi, non occides, non mechaberis: ideopost homicidium sumit hic de adulterio: sed quia noīe mœchiæ omnis illicitus coitus continetur, ideo subijcit de stupro. 2. 3. questio. 4. meretrices.

De hac materia habetur. 36. q. 1. c. 2. & §. cum ergo.

TITVLVS XVI.

De adulterijs, & stupro.

¶ In Exodo. †

¶ *Stuprans virginem tenetur eam dotare, & ducere in vxorem, & si non vult cū ea contrahere, vltra dotem corporaliter castigabitur, h. d. cum cap. seq.*

CAP. I.

SI seduxerit quis virginum, nondum despōsatā, dormieritque cū ea, dotabit [a] eā, & habebit vxoré.[b] Si vero pater virginis dare nolnerit, reddet pecuniā iuxta [c] modum dotis, q̄ virgines accipere consueuerunt.

¶ Gregorius. † Spon. epo.

¶ *Summatum est supr. ca. proximo.*

CAP. II.

d ¶ Restituerit. Nun quid sufficiat cautio de restituẽdo? Rñdeo q̃ no. ar. s̃. de re iud. cũ aliq̃ b. ff. de pig. act. q̃ si non soluerit, nisi forte magna cã interuenerit, ar. ff. de re iu. lege. 4. §. ait p̃tor, puta si non sit soluendo: tunc sufficit præstare cautionem, quod ipse restituet: & audiri debet, ut postea alij restituat, arg. sup. de restit. spo. olim. 2. & s̃. de soluit. Odoardus, & ff. de cess. bo. l. si debitoris, uel si ille cui debetur consentiat, quia satisfactum intelligitur, ff. de pign. act. si rem, §. omnis, ar. sup. de re iudi. quod ad cõsultationẽ. Itẽ quid si nullus agit contra istũ pro usuris: Dixit Ioa. & Tã. q̃ facta denunciatione in publico si nullus apparet, qui petit, debet ille audiri per litteras, sicut facit qui rem inuenit alienam, ad euadendũ pęnã furti denunciet publice, ut cuius est res, ueniat. ff. de fur. falsus. §. qui alienũ. Hoc non credo sufficere: non. n. excusatur usurarius si nullus repetat ab eo uel si denunciet, immo etiam tenetur usurã restituere saltẽ pauperib. si nullus appareret cui restituat, aliter non liberatur a peccato, ut su p. e. cũ sup. unde cũ non sit adhuc emandatus, si in crĩe pseueret retinendo alienũ, non est audiendus, & hoc patet per literã istam, quia nisi restituerit uel adhuc restituat cum effectu, ergo bñficium legis hr̃e non debet, cum adhuc contra illã in crĩe perseueret: vñ p̃t ei dici, eijce primo trabem de oculo tuo, quam festucam de oculo fratris tui. 1. q. 4. multi, & 3. q. 7. c. infames. §. porro. in fi & ita iudex non procedit per litteras tales, nisi postquam constiterit, quod plene purgatus fuerit, & hoc intellige cu m est manifestus usurarius, alias iudex non denegaret ei audientiam, & sic iudex ex officio suo põt eũ repellere exẽplo Dñi 3. q. 7. qui sine. c. postulatus, & sup. & de exce. exceptionẽ, & inf. c. proxi. & su. e. q̃ perniciosum. ar. idẽ erit, si non sit manifestus usurarius.

Hhhh 4

Ca. 3. e. tit. in 3. compi. de materia huius decretalis præter Doc. hic, uide late p Syl in su. uerbo usura. 6. ad. le Couar. ci tatũ in c. tua nos, sup. eo. & B. Tho. 2. 2. q. 78. ar. 3.

Ca. 4. e. tit. in 3. compil. Et de intellectu uide Romanum sing. 304. in c. cap. quia frustra. & Mar si hum singu. 619. inc. aduertas ad hunc.

per hãc regulã, q̃ non it dignus legis auxilio, qui facit legem uide q̃d dicat Fedricus de senis consi. 9. refert Ab bas in c. 1. s̃. de iureiu.

† &.

† Ca. 5. e. tit. in 3. comp. Et q̃ dicant usurarij manifesti tradũt late citati in c. q̃a in oĩbus. sup. e. adde omnino Aretinũ in §. ex male ficijs. instit. de action.

rius, & reus excipiat ꝙ non debet audiri, cũ eodem reatu crĩs inuoluat, ꝓbatione recepta non auditur nisi restituat, vt dixi. Item q̃d si aliq̃s contendat in iure cum ipso impetrãte, & appellet ante cãm, nunquid expedietur ante causam appellationis? ar. est hic ꝙ sic, ex eo quod dicit, nisi prius restituerit & c. si vsurari⁹ impetrator appellet non audire illũ interĩ ꝑ litteras illas. Itẽ hẽs hic, ꝙ litteræ quæ ab initio non valent, postea cõualescunt sup. de for. comp. verum licet. & ex tenore. & hoc verũ est quando ab initio nõ sunt nullæ ipso iure. Ber.

Cum in.] Manifesti usurarij, ẽt nullo accusante pñt cõpelli per pœnam Laterañ. cõcilij. h. d. vel aliter, & sic vt ĩ rubrica. nota secũdũ verũ intellectũ c. nã primum summarium. Io. And. parum habet dubij Secunda pars: ib. Fraternitati. Abbas.

† In Latera. con. sub Ale. 3. c. 25. quod refertur in c. quia in omnibus. sup. e. tit.

CASVS. In diœcesis Altissiodoreñ plures erant usurarij manifesti, sed pp timorem potentum, qui defendũt eosdẽ, nullus accusator ꝯ eos apparet; nec sunt per sñiam cõdemnati: quæstũ fuit q̃d de illis sit agẽdũ? Respõdet Papa episcopo diœcesano, ꝙ q̃uis contra eos non appareat accusator, tñ si alijs argumentis constiterit illos esse usurarios manifestos, pœnam Later. concilij contra illos poterit exercere, & iudex ex officio suo potest procedere contra criminosos manifestos quamuis non accusentur.

† Ca. 1. e. tit. in 4. comp. Et de materia & intellectu hu⁹ dec. uide late Couarru. & citatos ibi per eum. li. 3. ua. resolut. ca. 1. num.

tum, a qui tuentur eosdem, nullus accusator apparet, nec ijdem sunt per sententiam condemnati: Fraternitati tuæ taliter respondemus, quod licet contra eos non appareat accusator: si tamen alijs argumentis illos constiterit esse vsurarios manifestos, b in eos pœnam in Later. † cõcilio cõtra vsurarios editam, libere poteris c exercere.

¶ Idem.

¶ Maritus recipiẽs pignus pro dote promissa, non tenetur fructus in sortem computare. h. d. & est casus singularis, & alibi non probatur.

CAP. XVI.

Salubriter; † & infra. ¶ Sane generum ad fructus possessionum, quæ sibi a socero sunt pro numerata dote pignori obligatæ, computandos in sortem d non credimus cõpellendum: Cum frequenter dotis fructus non sufficiãt ad onera e matrimonij supportanda.

a ¶ Potentum.] vnde excommunicari possent si præstent impedimentum uolentibus agere contra illos, sup. de offi. deleg. c. 1. & 11. q. 3. iniustum.

[Glo. seq. obijcit per locum a diuisione, & dupliciter respondet.]

b ¶ Manifestos.] Si intelligas manifestos, r id est notorios, non est opus alijs argumentis. sup. de accus. euidentia sup. de iureiur. ad nostram, & 2. q. j de manifesta. Si autem loquitur de manifestis non notorijs, secundum hoc euidens probatio requiritur secundum iuris ordinem. 11. q. 3. eod. tĩ. in fi. Ad hoc posset dici, quod illud notorium non habet facti perseuerantiam, unde aliqua requiruntur argumenta. Vel quod solennis fama docet ipsos esse usurarios, & ideo per famam, & alia argumenta puniuntur, quia sola fama non sufficit ad condemnationem, arg. 35. q. 6. si duo. & 3. q. 3. §. item sæpe fit, & sup de iureiu. ex literis (accusator.

1 Manifestus usurarius ex quib. conuincat ꝑter Aretinũ in initio huius capitis citatum uide Alexan. consi. 172. in 2. par. Fulgosi um. consi. 138. in c. uisis & Abbatẽ consi. 81. in c. ex themate in 2. uol.

c ¶ Poteris.] Ex officio tuo, ut dixi sup. eod. cap. proxi. licet nullus appareat.

Salubriter.] Maritus fructus rei dotalis, uel oblatę ꝓ dote, nõ teneť in sortẽ computare h. d. Primo ponit dictũ: Scđo eius cãm assignat, ibi, Cũ frequẽter. Abb. Sic.

CASVS. Aliquis accepit aliquam in vxorem, certa dote sibi a socero constituta, sed quia socer ille, pecuniam tunc tp̃s non dedit, cum genero sponsam daret, tradidit ei quasdam possessiones pro dote, quas dedit sibi in pignus quousque dos ei fuerit persoluta, quæritur vtrum fructus percepti de istis possessionib. pignori obligatis, debeant computari in sortem, & respondet Papa, quod non, cum frequenter fructus dotis non sufficiunt ad onera matrimonij supportanda. Not. hic casum, in quo fructus non computantur in sortem.

¶ Idem episcopo Bonon.

¶ Repetens usuras non auditur, nisi restituat extortas per se, uel per aliũ a quocumque causam habeat.

CAP. XVII.

Michael † laicus suam nobis quærimoniam destinauit, quod M. & quidam alij Bonon. ciues multa extorserunt ab eo, & a patre suo, cuius heres extitit f nomine vsurarum; & infra. ¶ Attentius prouisurus, ne auctoritate nostra in negotio procedas eodem: nisi dictus conquerens resti-

d ¶ In sortem.] hic est casus, in quo fructus non computantur in sortem, alios habes notatos, sup. e. conquestus.

[Gl. seq. tractat de fructib. dotalib. qñ cedãt marito, & qñ nõ, secundo tractat de periculo euictionis, uel deteriorationis rei dotalis, ad quã spectat.]

e ¶ Onera.] hoc ideo dicit. quia fructus dotis cedũt lucro mariti pp onera matrimonij, C. de iu. do. ꝓ oneribus. ad hoc aũt ut maritus lucretur fructus rei dotalis, requiriť vt sustineat onera matrimonij. ff. de doli. ex ce. l. pater. in pr n. Itẽ oportet quod possessio rei dotalis tradita sit ff. sol. mat. de diuisione, fruct⁹ vero percepti ante mr̃imoniũ restituunt ir mulieri, nec cedunt lucro marito. ff. de usur. uideamus, §. antepen. simili fructus & fætus pecudũ dotalium 2 lucrať maritus, ff. de iu. dot. plerumq ue. §. si serui. Idem est in fundo cretifodino, uel argentifodino, ff. sol. mat. diuortio. §. si uir. in fundo, secus tamen est in fætu ancillarũ dotaliũ, qui non cedit lucro ipsi marito ff. de iur. dot. l. plerũq. §. si serui, Item secus est in lapidicinis, vbi lapis non renascitur, & in arborib. nõ cædẽdis, 3 ff. sol. mat. diuortio. §. si fundũ, & duob. §§. seq. Item fallit hic illa regula; Cuius est emolumentũ, eius dr̃ esse periculũ, licet. n. ad illos spectet emolumentum rei dotalis, non tñ rei periculum, vel euictionis vel deteriorationis, ff. de iu. do. plerumq. in princ. & §. 1. & C. c. ti. l. 1. tñ cum distinctione, an res datæ in dotẽ sint æstimatæ, uel non, ut ibi distinguitur, sed hoc est uerum, nisi res dotalis consistat in numero pondere, uel mensura, nam periculum talium spectat ad uirum ff. de iur. dot. res in dotem. Io.

† Ca. 2. e. tit. in 4. compil. præter Doct. hic uide citatos in c. quia frustra. supr. e. & Syluestrum verbo, vsur. 6. ubi plenissime adde Couaruuiam citatũ super glo.

2 Et sit ratio quæ hr̃ ff. de Vsu. in pecudum in fin. ubi dr̃, absurdum uideri hominem in fructu esse: cum oẽs fructus rerum natura hominum gratia comparauerit. Vide Tullium li. 1. de Officijs.

3 Cędendis alias cæduis hoc intẽdit, si esset silua cædua, arbores bene essent in fructu. Io. And.

Michael.] Primo ponit patris querelã: Secundo clausulam quam stylus curiæ apponit in litteris, q̃ impetrantur ad recuperandas vsuras. Abb.

CASVS. Michael laicus conquestus fuit dño Papæ, quod M. & quidam alij ciues Bonoñ. multa extorserunt ab ipso, & a pr̃e suo cuius hæres extitit per vsurariã prauitatem: vnde mandat Papa epo Bonoñ. vt in cã procedat, sm ꝙ de iure fuerat procedendũ: ꝓuideat tñ attentius, ne in negotio procedat eodem auctoritate illarũ litterarum, nisi dictus Michael restituerit, vel adhuc restituat, quas ipse aliqñ, vel pr̃ eius extorsit. No. ꝙ frustra legis auxium inuocat, qui committit in legem. Item qui morbo consimili laborat, contra alium non est audiendus. Item, ex qua ꝑsona quis lucrum capit, de eius facto tenetur. Item filius tenetur ex facto patris.

f ¶ Extitit.] alias non teneretur, nisi esset hæres. sup. eo. tua nos

¶ Adhuc.]

a ¶ Adhuc.] hoc expoſitum eſt ſup. eo. quia fruſtra. [Gl. ſeq. primo po. ꝙ filius ex facto patris ꝯuenit, & ꝯue nit. ſecūdo q̄rit, & ſoluit, tertio quærit & fortificat, alte. ad negatiuā, contra q̄ allegationem inducit decre. tua, & ſol. arg. ad affirmatiuam, & hanc partem tenet, licet vacillando, quarto iterum quærit, arg. affirmatiue, ſed contrariū ſoluit.]

b ¶ Pater.] hic habes quòd filiꝰ tenetur ex delicto patris, ſic ſup. eo. tua nos, & agit ex facto patris, ut hic patet, & ſic repetitio vſurarum datur hæredi, & contra hæredē, vt hic patet cū enim iſte agat ex perſona patris, ipſum tenetur defendere, ff. de reg. iu. ex qua perſona, & ff. de proc. ſeruū quoque, §. pe. alias denegatur eius actio vt ibi dicitur. Sed pone ꝙ iſte non agat ex perſona patris, nunquid obeſt ei ſi excipiatur contra ipſum, quòd pater vel auus recepe runt vſuras. Vr̄ quòd ſic, quia vſuræ repetuntur ab hærede, & a quocunque ēt extraneo: ſu. eo. tua. immo hæres tenetur ex delicto defuncti, & ſi nihil peruenerit ad ipſum ſm̄ canonem, s̄. de rap. in litteris, & ſu. de ſepul. c. vlt. vbi de hoc, & 16. qu. 6. ſi eṗm, in fi. 12. q. 2. eṗs qui filios, ergo ſi agi poteſt, multo fortius excipi, & hoc concedit Io. quia hæres nō cōuenitur hic ex maleficio, ſed potius ex quaſi ı contractu ratione indebiti ſoluti inſtit. de obl. quæ ex ex quaſi contractu. §. item is cui quis per errorem, & quòd poſſit ſic excipi de facto patris eo agente, ſatis probatur per hanc literam. Sed ſi non feciſſet iſte mentionē in litteris de patre, nunquid eo agente ex facto ſuo poteſt excipi contra ipſum, quòd pat r fuerit vſurarius nec reſtituerit vſuras. Videtur quòd non, quia per tales litteras non poteſt agere de facto patris, ergo nec excipi poteſt contra ipſum, alias iniquum videtur, arg. contra, ſup. eo. tua. ſed ille loquitur in ordinario: immo alia ratione vr̄, quòd poſſit excipi, quia in vitium ſucceſſit patri, vt ſup. eod. tua, & ſic culpā alienam fecit ſuam, retinendo ſcienter alienum. ergo antequam alium impetat, debet eſſe ab illo crimine purgatus, ut dictum eſt ſu. eo. quia fruſtra. Sat s vr̄ quod non poſſit excipi, argu. huius c. ex quærimonia & commiſſione, numquam enim clauſula illa ponitur in litteris, niſi q̄ñ de patre fit mentio in litteris, ſicut hic factum fuit, ſed ita vr̄, quòd poſſit excipi, tenetur enim reſtituere uſuras, quas pater extorſit, cum ei ſuccedat in nobis, quod potius credo. Sed nunquid repelli poteſt ab agendo qui nomine alieno repetit vſuras. Videtur quod ſic, arg. 45. diſtin. ſicut non ſuo.

¶ Idē. ſ. Inn. iij. in concilio gñali. Lat. c. 67. & ca. 3. e. ti. in 4. cōpi. Et de materia ulde cita tos in c. poſt miſerabilē, ſu. eo. ti. & p̄cipue Marquardum.

¶ inoleſcit ī textu Barba ſia, inoleſcit.

Hæc opinio glo. cōis eſt, ut teſtat Cotiar. lib. 3. uaria. reſol. ca. uerſ. Tertio inquirendū eſt, ubi late agit de materia huius decre. & glo.

...tuerit, vel adhuc [a] reſtituat, ſi quas aliq̄ñ ipſe, vel pater [b] eiꝰ extorſit vſuras.

¶ Idē † in concilio gñali.

¶ *Etiā Iudæi compellendi ſunt ad reſtituēdas vſuras extortas a Chriſtianis & ad ſoluendas decimas, vel oblationes de eorum poſſeſſionibus.*

CAP. XVIII.

QVāto amplius Chriſtiana religio ab exactione compeſcitur vſurarū, tāto grauius ſuper his Iudæorum perfidia inſoleſcit, † ita quod breui tempore Chriſtianorū exhauriunt facultates. ¶ Volentes igitur in hac parte proſpicere Chriſtianis, ne a Iudæis immaniter aggrauentur, ſynodali decreto ſtatuimꝰ, vt ſi de cetero quocunque prætextu, Iudæi a Chriſtianis graues, immoderatas ve [c] vſuras [d] extorſerint Chriſtianorū eis participium ſubtrahatur, donec de immoderato grauamine ſatisfecerint competenter. vnde Chriſtiani (ſi opus fuerit) per cenſuram eccleſiaſticā appellatione poſtpoſita compellātur ab eorū commercijs [e] abſtinere. Principib. autē iniungimus, vt pp hoc nō ſint Chrianis infeſti, ſed potius a tanto grauamine ſtudeāt cohibere Iudæos. ¶ Hac eadem pęna Iudęos decernimus compellēdos ad ſatisfaciēdum eccleſijs pro decimis & oblationibus debitis, quas a Chriſtianis de domibus, & poſſeſſionib. † alijs percipere cōſueuerant, anteq̄ ad Iudæos quocunq; titulo deueniſſent: [e] vt ſic eccleſiæ conſeruentur indemnes.

¶ Gregorius ix. fratri R.

¶ *Vſurarius eſt, qui a debitore recipit aliquid vltra ſortē, etiam ſi ſuſcipiat in ſe periculū, h d. primo. Nō eſt vſurarius emptor rei minus iuſto pretio, ſi tunc ueriſimiliter dubitetur, an tempore ſolutionis plus, uel minus ſit res ualitura, h. d. ſecundo. Proptet dubiū ex-*

ſed hoc nō vr̄, quia nihil in ſuam vtilitatem verſum nec ſecundum iſtud ageretur ad vſuras repetendas, immo cōtra illum, qui habuit illam vtilitatem.

QVanto.] Iudæi, qui extorquent graues vſuras a Chriſtianis, vel de poſſeſſionibus decimas vel oblationes ſolitas percipi p̄ eccleſias, eis non ſoluūt. priuantur Chriſtianorū cōione, h. d. Vel ſic, vt in rubro, Duo ſunt dicta: Secundum ibi, Hac eadem primum dictum facit tria. Primo ponit cauſam ſtatuti: Secundo ſtatutum ibi, Volentes. Tertio prouidet contra grauamen ſuſpicatum. ibi, Principib. Abbas Siculus.

CASVS. Quanto amplius Chriſtiani compeſcuntur ab exactione uſurarum, tanto grauius Iudæis ſuper his Chriſtianos inſeſtant grauiores, & immoderatas extorquēdo ab eis uſuras, vnde ſtatuit concilium generale, ut de cetero ſi Iudæi quacunq; occaſione graues, & immoderatas a Chriſtianis uſuras extorſerit, Chriſtianorū eis participiū ſubtrahatur, donec de immoderato grauamine ſatisfecerint, & ſi opus fuerit, Chriſtiani per cenſuram eccleſiaſticam compellantur ab eorum cōmercijs abſtinere. Præcipit inſuper concilium Principibus, vt propter hoc non ſint Chriſtianis infeſti, ſed Iudæos compeſcant a tanto grauamine. In fine dicit quod eadem pæna compellantur Iudei ad ſatisfaciendum eccleſijs, pro decimis & oblationibus, quas a Chriſtianis de domibus & poſſeſſionibus alijs percipere conſueuerunt, antequam ad iudæos, perueniſſent, ut ſic eccleſiæ conſeruentur indemnes. Nota Iudæos compeſcendos ab exactione uſurarum indirecte, & ut ſatisfaciant eccleſijs de domibus, & poſſeſſionibus pro decimis & oblationibus ſibi debitis. Et ſic nota, quod Iudæi tenentur ſoluere decimas tam perſonales, quam prædiales. Item res tranſit cum onere ſuo.

c ¶ Immoderatasve.] Ergo moderatas uidetur permittere, a contrario ſenſu, 25. diſt. qualis. ff. de iud. cum prætor, quod non eſt uerum, ſup. eod. poſt miſerabilem, & ita ceſſat hoc argu. a contrario ſenſu, C. de epiſco. & clericis, conuenticulam, & graues uſuræ dicuntur, quæ excedunt legitimum modum a lege ſtatutum, 2 C. de uſur. eos.

d ¶ Commercijs.] ſic ſupra eodem, poſt miſerabilem.

e ¶ Deueniſſēt.] & ita res trāſit cū ſuo onere. ſu. de dec. cum

† Hodie Iudæi non puſt. hic bona immobilia per extrauagantem pauli iv. & Pij. v. Pontif. Max. quæ citātur i c. multorū, s̄. de Iudęis.

Vel fuit hoc d ctum, quia quęlibet uſura cenſetur immoderata & grauis ſm̄ Hoſtiē. Ioan. And.

cum non sit, & supr. de pig. ex litteris, & 16. qu. 1. si quis laicus. ff. de pig. act. si conuenerit, §. si fundus. Bern.

Nauiganti.] Tria dicta hic continentur. Secundū ibi, Ille quoque. Tertium ibi. Ratione huius. Abb.

CASVS. Aliquis mutuauit certā pecuniæ q̄titatem alicui nauigāti vltra mare, vel eūti ad nundinas, & pro eo ꝙ creditor recipit in se periculū pecuniæ recepit aliq̄d vltra sortē. q̄rit̄ vtrū vsurarius sit censendus? Et r̄n̄det Papa, ꝙ sic. Secūdo ponit aliā q̄ōnē. Ecce aliq̄s dat de ē solidos, vt alio tpe recipiat totidem mensuras vini, olei, vel frumēti, quæ tūc plus valent: q̄rit̄, vtrū iste sit vsurarius censendus: r̄n̄det Papa si dubium sit vtrū plus vel minus sint valituræ tp̄e solutionis, nō debet p̄p hoc vsurarius reputari: & ita p̄p dubiū excusatur. Tertio ponitur alia rō. Ecce aliq̄s vendit pannos, granū, vinū, vel alias merces, vt amplius recipiat termino cōstituto, quā valeant tempore venditionis, quærit̄, vtrū iste vsurarius sit censendus? R̄n̄det Papa ꝙ iste etiam ratione dubij excusat̄ ab vsura dummodo merces suas tempore contractus non fuerat venditurus. Not. ꝙ mutuans pecuniam mercatori, vt aliquid vltra sortem recipiet, pro vsurario habetur, licet periculum pecuniæ in se suscipiat. Et sic not. quod non admittitur compensatio in vsuris. Item non solum abstinendum est a malo, imo a spē mali. Item dubia in meliorem partem sunt interpretanda. Item ratione dubij excusatur quis ab vsura. Item non quodcunq; dubium excusat ab vsura, sed quando probabiliter dubitari potest.

[Glo. seq. recitetur per obiectionem, & solutionem.]

a ¶ Periculum.] quia iste recipiebat in se periculum, videbatur quod quasi quadam compensatione licite aliq̄d vltra sortem recipere posset, quia periculum pecuniæ mutuatæ pertinebat ad debitorem, cum sua facta fuisset, sed nihilominus est vsurarius, cum excedat naturam mutui, vt dictum est, sup. eo. conquestus, quia si nullum periculum sequutum fuit & aliquid vltra sortem recepit, illud fuit vsura, quia tamen sit hinc inde mutuum, nihil inde sperare debet, iuxta illud dare mutuum, nihil inde sperantes, su. e. consuluit, 14. q. 3. per totum, & nulla compensatio siue dispensatio admitti debet vt vsura exigatur. sup. eod. super eo. ergo siue recipiat in se periculum siue non, nihil vltra sortem recipere debet.

[Gl. seq. in prin. & fine arg. quod propter dubium aliquid excusatur & permittitur, in medio argu. dubia in melius interpretanda, alle. contrarium, & soluit.]

b ¶ Verisimiliter dubitatur.] Ergo si certū esset, ꝙ tēpore solutionis plus valerent, vsurarius est cēsendus supr. eo. in ciuitate, arg. infr. c. proxi. & ita p̄p dubium excusatur, quia tam emptor q̄ venditor æqualiter commodum & incommodum ex dilatione expectat, & est si. C. de sol. l. pen. Item arg. est hic, quod dubia in meliorē partē interpretari debent. j. de regu. iur. c. quia plerumq; ꝓ[illegible] debemus esset ad absoluendū, q̄ ad cōdemnandū, s̄. de prob. ex litteris, ff. de actionib. & obl. l. Arianus. Sed c̄ vr̄, ꝙ potius in tali dubio abstinendum esset a talib. contractib. propter periculū, ar. inf. de cle. excom. minist. illud. Q̄n̄ enim aliqui fingunt se dubitare, vbi dubtatio nō est, tū̄ relinquēdi sūt in talib. conscientiæ suæ. Item arg. ꝙ rōne dubij aliquid permittitur, quod alias non licet, 13. q. 2. non æstimemus, ff. de ven. in spi. l. 1. §. 1. ff. de iu. si quis ex aliena, C. de vsur. si ea lege, & rōne huius dubij excusatur, vt in §. seq.

c ¶ Tēpore c̄ctus nō fuerat uenditurus.] alias non excusatur q̄a si tūc fuerit venditurus pro minori, & ex certa scientia plus recipiat alio termino, vsura est, & sic intellige, su. eo. in ciuitate, vt ibi ēt dixi.

† Vidè citatos in c. in ciuitate, su. e. ti. Dñi. ū Sotum li. 6b. de iust. & iu. q. 4. arti. 2. ubi plene expendit intellectum huius decre. adde Angelū Clauasiū in summa uer. vsura. 1. nu. 38. uer. utrum mutuans pecuniam & S. Antoninum 3. pa. 1. ca. 6. §. 22.

† De hoc art. uide plene per B. Th. 2. 2. q. 60. ar. 4.

cusatur is, qui ex eo, quod differt solutionē pretij, vendit rem plusquam valeat, si non erat eam alias venditurus, hoc dicit tertio.

CAP. XIX.

Nauiganti,† vel eunti ad nundinas, certam mutuans pecuniæ quantitatē, pro eo quod suscipit in se periculū, [a] recepturus aliquid vltra sortē, vsurarius est censendus.

¶ Ille quoq; qui dat decē solidos, vt alio tempore totidem sibi grani, vini, vel olei mensuræ reddantur, quę licet tunc plus valeāt, vtrum plus vel minus solutionis tēpore fuerint valituræ, verisimiliter dubitatur, [b] non debet ex hoc vsurarius reputari.

¶ Ratione huius dubij ēt excusatur, qui pannos, granum, vinum oleū vel alias merces vendit; vt amplius quam tunc valeant, in certo termino recipiat pro eisdem, si tamen eo tempore contractus non fuerat [c] venditurus.

TITVLVS XX.

De † crimine falsi.

¶ Augustinus.†

¶ *Testis falsidicus tres lædit, Deum, iudicē, & partē & falsus est non solum qui mendaciū dicit, sed etiam qui veritatem occultat.*

CAP. I.

Falsidicus testis trib. personis est obnoxius, [d] primū Deo, cuius præsentiam contemnit: deinde iudici, [e] quem mentiendo fallit: postremo innocenti, quem falso testimonio læ-

† In quodā ueteri manuscripto ita: De falsarijs, de crimine falsi.

† Hæc non suut Augustini, sed Isidorij. 3. de summo bono ca. 59. refert Burchardus. lib. 50. ca. 11. dec. & hr̄ c. 2. eo. ti. in 1. compil. uide Fel. in c. sicut. su. de reiu. & Simā cā catho. iusti. tit. 64. de testi.

DE CRIMINE falsi.

¶ Quia inter cetera p̄cepta legis diuinæ cōtinetur. Nō furtū facies nō falsū testimoniū dices, & s̄. visum est de furtis, & vsura, q̄ est spēs furti, ideo anectit. de crīe falsi. De hac materia hr̄ in decr̄. in c. ī memoriā 19. d st. & 11. q. 2. quisquis. 4. q. 3. qui falso. Abb. Sic.

Falsidic⁹.] Duæ sunt partes. 2a ibi, Vterq. Ab.

CASVS. Testis qui falsum testimonium dicit, trib. personis obnoxius est, Deo, cuius præsentiam contemnit, iudici, quem fallit, & illi c̄ quē falsum testimonium dicit. Itē ille reus est, qui ueritatē occultat, & qui mendaciū dicit, primus non vult prodesse, scd̄s uero nocere desiderat. Not. quod testis falsus trib. personis obnoxius est, scilicet Deo, iudici, & proximo, & in trib. debet puniri. Item qui veritatem celat peccat, & ideo testis compellitur ferre testimonium.

d ¶ Obnoxius.] idest, obligatus.

[Gl. seq. ponit duplicem modum puniendi falsum testem, & quod sententia ad eius dictum lata retractatur, nec fit eius executio, & duplicem ponit opinionem de ipsius nullitate.]

e ¶ Iudici.] qui 2 cum extraordinarie punire potest causa durante. C. de testibus, nullum, sed causa finita potest excusari lege Cornelia de falsis. ff. ad le Corn. de fal. l. 1. & etiam l. Cornelia de sic, ff. ad l. Corn. de sic. l. 1. 1. respon. & §. 1. Punitur etiam falsus testis, & sic conatus non habuit effectum: sententia tamen per falsum testimonium dicta, uel instrumenta falsa rettactari debet falsitate reperta usque, ad 20. annos, sup. de excom. cum uenerabilis, nec est mandanda executioni si hoc obijciatur, infr. cap. proxim. ubi de hoc, & nulla est secundum quosdam, quia ex ea non datur exceptio, ff. de exceptio, qui agnitis, Dominus Azo dicebat quod est aliqua, scd non datur ex ea exceptio cū effectu, ff. de re iu. diuus

2 De materia huius gl. præter Doct. hic uide Zāchinū tracc. de hær. c. 14.

dinus, quousque enim constet de falsitate, habetur interim pro sententia. sup. de fide instru. accepimus, vbi de hoc.

[Gl. seq. triplicis culpæ triplicem ponit pœnam.]

a ¶ Lædit.] Quia in trib. offendit, triplex pœna ei detur. Primo q̃a Deũ offendit, septenis pñia sibi iniungitur pro ꝑiurio, 6. q. 1. q̃cunq;. quia iudicem delusit infamabitur, 12. q. 5. q̃s q̃s cõuictus, & verberib. castigabitur. 5. q. 5. illi qui. uel extra ordinarie punietur, ut dictum est in ꝓxima notula, & quia proximũ lædit, iuxta modum læsionis punietur, 2. 3. q. 9. nihilominus, licet ibi non loquatur de tali pœna.

b ¶ Reus.] De hoc habes, 11 q. 3. quisquis.

Super.] Primo commendat eum cui scribit de præterito. Secũdo instruit eum de futuro: ibi, mandantes. Abb.

CASVS. Quædam sñia lata fuit auctoritate falsarum litterarum, ille pro quo lata fuit sñia, impetrauit executionem faciendam per epm. Vigorieñ ille citatis partib. ut sentẽtiam executioni mãdaret, oppositum fuit corã illo, ꝙ cum sententia illa lata esset auctoritate falsarum lrarũ, non debebat executioni mandari, cũ nulla esset, eps litteris illis uisis, noluit eã executioni mandare, cum essent falsæ, consuluit Papam, & Papa commendat ipsam: q̃a noluit sñiam latam per falsas lras mandare executioni ꝓcipiens ei, ut quoties aliqua scripta sub nomine Papæ destinata, redarguenda viderit falsitatis, nullam eis fidem exhibeat, nec obseruet quod per ipsas mandat, sed eum, qui præsentauerit illas faciat detinere. No. ꝙ falsæ litteræ non conferunt iurisdõnem, & ideo nullo tempore conualescit, ꝙ per eas iudicatum est. Item iudex non debet sententiam mandare executioni, ubi uidet eam nullã, secus si esset iusta. Item falsarius debet detineri.

[Glo. seq. distinguit duplicem falsitatem.]

c ¶ Falsarum.] Hic dicebat Laur. quod sine temporis præfinitione semper retractanda est sententia de falso, quia ipso iure nulla est; 1 quia defectus est in iurisdictione, quia falsæ litteræ nullam attribuunt iurisdictio nem, sed ubi alias ageretur de falso, retrectatur usque ad 20. ann. ut dixi sup. c. prox.

[Glo. seq. signat contrarium, & remittit.]

d ¶ Executioni.] Et ita patet, quod executor subsistere deber, uel sustinere si obijciatur, ꝙ sententia lata sit per falsas litteras, sic ff. de iudicijs com prætor. Ar. contra de off. dele. c. pastoralis, & ibi soluitur hoc, vbi plene habes quando fieri debeat executio; uel quando non, sup. de re iud. de cetero.

† Virgorn.

† Ca. 4. ti. de re iud. in 2. compil. ꝙ ẽt hic ad mon. Io. And.

† Ca. eo. ti. in 1. compil. vide Iul. Clarũ in §. falsum vers. sũt ẽt alij casus & in pract. crim. q. 36. & Gui. Papæ decis. 455.

1 Adde ꝙ no. Cy. in l. 1. C. si ex fal. instru. idem in l. querela in 4. opp. C. de fals.

dit: a Vterq; reus b est, & qui veritatem occultat, & qui mẽdacium dicit: quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat.

¶ Lucius tertius Vigorien.† episcopo.

¶ *Sententia lata per falsas litteras non debet executioni mandari.*

CAP. II.

Svper † eo, ꝙ sñiam auctoritate litterarũ falsarũ c latam noluisti executioni d mandare, tuam prudentiam commendamus: Mandantes, vt quoties aliqua scripta sub nomine nostro destinata, redarguenda videris falsitatis, nullam eis adhibeas fidem, & ꝙ per ipsas mandatum fuerit, non obserues: e sed eum qui præsentauerit, retineri facias diligenter.

¶ Vrbanus tertius.

¶ *Clericus falsans sigillũ Principis, deponitur. Item ei character imprimitur, & in exilium mittitur.*

CAP. III.

AD † audientiã nostrã te significante peruenit, ꝙ cum quosdam clericos, qui falsauerant sigillum regis Francorum, carcerali custodiæ mancipaueris; & infra.

10

¶ Fraternitati tuæ taliter respõdemus, vt eis nec membrum auferri, nec pœnam infligi facias corporalem, per quam periculũ possint mortis f incurrere: sed eis a suis ordinibus degradatis, g in signũ maleficij characterem h aliquam imprimi facias, quo inter alios cognoscantur, & prouinciam ipsam eos abiurare compellens, abire permittas.

20

30

¶ Innocentius tertius.

¶ *Existens in curia litteras Apostolicas non recipiat, nisi de manibus Papæ, uel officialium ab ipso deputatorũ, personæ tamen solemnes per nuncios recipere poterunt, de manibus tamen prædictorum. Contra faciens si laicus est excommunicationi subiacet si clericus, ab officio & beneficio deponitur h. d. usque ad §. adijcientes.*

40

50

CAP. IV.

DVra † sæpe mandata: & infra. ¶ Statuimus

60

e ¶ Nõ obseruus.] Et si q̃d per errorẽ ꝑ talẽ sñiam solutum 2 est. põt reuocari. C. si ex falsis instru. l. 1. & 2. & ff. de exceptio. l. qui agnitis. Ber.

AD audientiam.] Cõis diuisio: Secunda ibi, Fraternitati.

CASVS. Quidam clerici falsauerant sigillum regis Franciæ: eps quidã posuit eos in carcere, & significauit hoc dño Papæ, & quæsiuit qualiter essent puniẽdi? Rñ. Papa ꝙ nec mẽbrũ eis auferri faciat, nec pœnam infligi corporalem, ꝑ q̃ mortis periculum incurrere possint: sed eis a suis ordinib. degradatis, in signum maleficij aliquem characterẽ imprimi faciat, per quẽ inter alios hoĩes cognoscantur. & ꝓuinciã eos abiurare compellat. Not. ꝙ sigilla regum sunt auth. itẽ ecclesia pœnam sanguinis non infert. Item aliter puniunt falsarij clerici litterarum domini Papæ quam sigillorum regum, sed istud est speciale in litteris domini Papæ.

f ¶ Mortis.] Hanc pœnã ecclesia nõ imponit, 23. q. ult. his a quib. & c. sæpe, & s. ne cler uel mona. sententiam sanguinis.

[Glo. seq. cum seq. signat duo contraria, & soluit.]

g ¶ Degradatis.] sic sup. de iud. cum non ab homine. Sed contra videtur infra eo. ad falsariorum ubi traditur sæculari potestati puniendus, sed illud speciale est in falsarijs litterarum domini Papæ, 3 ut statim tradantur sæculari potestati.

h ¶ Characterem.] ar. contra su. de rap. in archiepiscopatu. & sup. ne cleri. uel mona. sententia. Sol. character iste non ita profunde dẽt infligi ut sanguinem eliciat, sed cutis superficies deformetur in signum maleficij & hoc propter odium crĩs quia facies hominis, ad instar cęlestis pulchritudinis facta fędari non dẽt. C. de pœn. si quis in metallum, sed illa pœna alias infligi non debet a iudice ecclesiastico, quia periculum imminet in ipsa infligẽda, & huiusmodi adustio clericis est prohibita, su. ne cler. uel mona. sententiam.

DVra.] Prima pars punit non recipientes litteras de manib. Papæ vel officialium. Secunda punit non de-

2 Melius l. q̃ est vl. ubi dr̃ ꝙ executio rei iudicatæ suspẽditur, & solutum per talẽ sententiam repetitur. Io. An.

† Ca. 1. ti. de falsarijs in 3. comp.

3 Adde qua pœna puniatur falsificãs priuatã scripturam. not. in l. pen. C. de fals. Bart. in l. si quis. ff. ad l. Cor nel. de fals.

destruentes litteras falsas ibi, adijcientes. Abb. Sic.
CASVS. Quia clerici & alij recipiebãt litteras in curia a quibuscunque propter ꝙ falsitatis periculũ imminebat, statuit Innoc. & sub pęna excõicationis & suspẽsionis ordinis & beneficij districtius inhibet, ne aliquis apud sedem Apost. litteras Papæ recipiat, nisi de manib. dñi Papæ uel de manib. illorũ, qui ad hoc officiũ de mãdato Papæ sũt deputati. Si uero psona tantæ fuerit auctoritatis, ut ipsũ deceat per nuncium litteras recipere, nũciũ ad cancellariam uel ad Papam mittat idoneum, per quem litteras recipiat iuxta modum prædictum, si uero aliquis huius mandati, transgressor extiterit, si laicus fuerit, excõicationi subiaceat: si clericus, officij & beneficij sui suspensione damnetur. Statuit ẽt, ut prælati ecclesiarum gñalem ferant sñiam, quam p singulas parochias frequentius faciant innouari, qđ si q̃s falsas lr̃as se hr̃e cognoscat, inf. uiginti dies illas destruat, aut resignet, si pœnam illam voluerit euadere, quã sñiam nullus relaxare præsumat sine speciali mandato dñi Papæ, nisi in mortis articulo, & si absolutio contra hoc p̃sumpta fuerit, nullam obtineat firmitatẽ. No ꝙ lr̃æ Apostolicę de manu Papæ, uel illius qui ad hoc officiũ per Papam deputatus est, dẽnt recipi, alias pręsumptio est contra eas. Itẽ qui contra hoc fecerit, si laicus est, excommunicationi subiaceat, si clericus, dẽt officio & bñficio damnari. Item ar. qđ lr̃æ per excõicatum impetratæ non ualent. item qui hẽt falsas lr̃as, infra uiginti dies illas destruat, alias cum sentẽtia super hoc lata est, erit excõicatus. item excõicatio in diem lata non ligat nisi post diẽ elapsum. item falsarius lr̃arũ dñi Papæ, non põt ab alio quã a domino Papa absolui, nisi in articulo mortis. item in casu isto qui excõicat non potest absoluere, & hoc est quia Papa hoc prohibuit, & si fiat, non tenet absolutio, quia & hoc præcipit.

a ¶ per nuncium.] specialiter cum mandato ad hoc destinatum, su. de rescr. nonnulli. Io.

[Gl. seq. arguit, & remittit.]

b ¶ Idoneum.] Arg. ꝙ non ualent lr̃æ p excommunicatum 1 impetratæ, alias. n. per quamcunque personam ẽt si per seruum impetrentur ualent. C. de preci. imp. off. uniuersis, quod forte posset intelligi, cum princeps ex certa scientia ei concessit lr̃as, ff. de bo. pos. seruus. instr̃m. n. suspectum est ex persona, arg. sup. de rescri. ad audientiam, ff. de eden. si quis. similiter non ualet rescriptum ab hæretico 2 impetratum. C. de sum. Trin. l. 2. Io.

1 Vide Panormitanũ in c. significauerunt, de exc. & Specu. tit. de actore.

c ¶ Subiaceat.] Ex hoc uĩ, ꝙ q̃ cõtra facit, sit ipso iure excõicatus: sed non credo ꝙ sit excõicatus ipso iure: q̃a nec seruat hoc, immo indifferenter videmus, ꝙ q̃libet per nuncium lr̃as impetrat, & hoc Papa scit, & tolerat, nec aliquem repellit, nisi esset excõicatus, sed hoc intelligĩ cũ lr̃æ de manib. dñi Papæ, uel bullatoris tñ sunt recipiendæ, quia alias falsę sunt, inf. c. proxi. & ille qui litteras recipit, est excõicatus, ut hic dicit.

2 Quoniam hæreticus caret omni legum auxilio l. Manichæos C. de hæret.

& sub excõicationis pœna, & suspensionis ordinis & beneficij districtius inhibemus, ne quis apud sedem Apostolicam litteras nostras nisi a nobis, vel de manibus illorum † recipiat, qui de mandato nostro ad illud sunt officium deputati. Si vero persona tantæ auctoritatis extiterit, vt ipsã deceat per nuncium [a] litteras nostras recipere, nuncium ad Cancellariam nostram, vel ad nosipsos mittat idoneũ, [b] per quem litteras Apostolicas iuxta formam p̃scriptam recipiat. Si quis aũt, in hac parte mandati nr̃i transgressor extiterit, si laicus fuerit, excõicationi subiaceat, [c] si clericus, officij & beneficij suspensione damnetur, & inf.

† eorum.

¶ Per excõicationis pœnã prouidet contra non resignantes, nec destruentes litteras falsas infra viginti dies: & absolutio Papæ reseruatur contra factum non tenet. h. d. Abb.

Adijcientes statuimus, ut generalem excõicationis sñiam promulgetis, quam per singulas parochias faciatis, frequentius innouari: [d] ꝙ si quis falsas litteras se hr̃e cognoscit, inf. viginti dies [e] litteras illas aut destruat, [f] aut resignet, [g] si pœnam excommunicationis voluerit euadere, [h] quam (nisi forsan in mortis articulo, [i]) sine speciali mandato nostro, a quoquam nolumus relaxari, [k] nec etiam si pręsumpta fuerit contra absolutio, quicquam habeat firmitatis.

¶ Idem archiepiscopo & canonicis Mediolañ.

¶ Ponit nouem modos falsandi litteras Papales.

CAP. V.

Licet † ad regimen, & infra. ¶ Vt autem va-

† Ca. 2. e. tit. in 3. cõp. De materia simili. vide Archid. & Turrecre. in c. in memoriam. 19. dist. adde oĩno. Rebuf. in praxi. benefic. tit. de his q̃ opponi possunt contra bullã vbi de materia huius cap.

d ¶ Innouari,] vt sup. de iud. ita quorundã, in fi. ubi de hoc.

e ¶ Dies.] in quib. de liberet super litteris, sic 3. q. 3. ca. induciæ. §. offeratur. & inf. de cler. excõ. ministri illud, & ff. ex qui. cau. maio. l. ab hostibus, §. ult.

f ¶ Destruat.] sim. 5. q. 1. quidam, & l. si quis famosum. C. de famo. lib.

g ¶ Resignet.] tali q̃ possit prodesse & nõ obesse, ar. 22. q. 5. hoc videtur.

[Glo. seq. duas qõnes format, & sol.

h ¶ Euadere.] si sup hoc lata est per diœcesanum, ut hic pręcipiĩ, tñ aliam sñiam dñi Papæ siue canonis incurrit, inf. e. falsariorũ. Quid si aliq̃s simplex utitur litteris talib. ignoranter? nõ excusatur: q̃a per alios dẽt hoc inquirere, arg. 37. dist. §. ult. Quid si falsitas fuit ita latens, ꝙ non potuit uideri ẽt a perito? Rñdeo, ꝙ si fecerit diligentiam, quã potuit, per se & per alios; non credo ipsum teneri, alioquin non excusatur, arg. su. de homic. Ioan. & c. ult. & in alijs plurib. c. & 50. di. si duo. B.

i ¶ Mortis articulo.] Casus iste semper excipitur, 18. q. 4. si quis suadente, infra de sententia excom. a nobis, & sup. de offi. ord. pastoralis.

k ¶ Relaxari.] ar. ex quo Papa sibi aliquid specialiter reseruat, alijs denegat facultatem disponendi aliquid super illo, sed ubi absolutionem non reseruat, alijs intelligitur esse concessum, inf. de sent. excom. nuper.

Licet.] CASVS. In decretali præsenti distinguit Papa septem species falsitatis, per quas litteræ Apostolicæ cognosci debent, utrum sint falsæ, quas quilibet diligens, qui per litteras Apostolicas conuenĩtur, debet aduertere diligenter, quas per singulos §§. videas per teipsum. In §. eos etiam, dicit Papa quod illi non sunt immunes a crimine falsitatis, qui litteras Apostolicas recipiunt contra tenorem constitutionis proxime prædictæ. Item quidam sunt qui accedunt ad bullam, & falsas litteras proijciunt, ut de uera bulla cum alijs sigillentur. Sed istæ duę species falsitatis non possunt de facili comprehendi, nisi uel in modo dictaminis, uel in forma scripturæ, uel in qualitate chartæ falsitas cognoscatur. In alijs autem diligens indagator consideret uel in coniunctione filorum, uel in collatione bullæ, uel motione, uel obtusione,

ne si bulla non sit æqualis. No. diligenter hanc decre. & inuenies in ea multos modos falsitatis litterarum domini Papæ, qui qualiter deprehendantur, satis patet in littera.

¶ Glo. seq. vltra nouem species falsitatis, quas ponit textus, ponit 7.]

strumentum fecerunt, vel fieri fecerunt, uel qui testimonium falsum tulerit, vel procurauerit fieri: uel qui ignem apposuerit.

ADDITIO. Modi falsitatis bullarum Apostolicarum comprehenduntur his versibus.

Forma, stylus, filum, membrana, litura sigillum.
Hæc sex falsata, dant scripta valere pusillum.

a ¶ Falsitatis.] Circa huiusmodi vitiũ falsitatis nota, quod præter hos modos qui hic exprimuntur sũt alij casus falsitatis. Ex dicto 1 enim uel tacito dicuntur litteræ falsæ. sup. de resc. super litteris, & in tali falso distinguitur. prout ibi dicitur & pro tali falso non punitur, nisi quia non habet commodum litterarum. Et est arg. ad idem. ff. de fals. si quis obrepserit. Item charta dicitur falsa scripto, ut cum scriptum est in ea omnes canonicos fuisse præsentes, qui non fuerunt oẽs præsentes, & talis ut falsarius punitur, ut sup. de his quæ fi. a præla. si. consen. ca. quanto. & ab officio & beneficio talis suspendi tur. s. de testi. tã litteris. Itẽ dr̃ charta falsa si appareat rasa vel mutata in loco suspecto, j. de pciuil. cum olim. & s. de fi instr. inter dilectos, & s. de reli. dom. cũ uenerabilis, immo & q litteras iudiciũ tali modo falsat, puniri dẽt in beneficio suo, sup. de rescr. olim, de hac rasura dr̃ j. eo. §. quinta. Item præsumitur falsum rescriptum, licet forsitan nõ sit, ita q per ipsum non procedatur, si habet in se uitiũ latinitatis s. de rescr. ad audientiam. Item si instr̃m suspectũ inducit, & ei nõ imponit fides, dr̃ falsũ, C. de prob. iubemus. 2. Item dr̃ litteræ falsæ, si eps̃ appellatur filius. Vel si Papa vni loquit in plurali, j. eo c. prox. Item rescriptũ dr̃ falsum si est impeatratum sine mandato, s. de rescrip. nonnulli. Item alios nouem modos falsitatis habes hic expressos. Et quicunque tali modo vel alio quocunque litteras dñi Papæ falsauerit 3 uel usus fuerit illis scienter, excõicatus est, vt j. eo. ad falsariorũ, & debet tradi curiæ sæculari cõuictus et degradatus, vt ibi dr̃, in alijs autem falsitatibus prædictis, licet puniri debeant, non sunt ipso iure excommunicari, nec curiæ sæculari tradendi, nisi forte episcopus diœcesanus generalem tulerit excommunicationem sicut Bonoñ. fecit, qui excommunicauit omnes illos qui falsum instrumentum fecerunt...

1 In codice Barbatiæ hoc gl. dictum legit ita. Ex dicto. n. uel tacito, uel f. ó dñr lr̃e falsæ &c. illa autẽ uerba: uel tacito, recte hñt, ut constat ex d. ca. super lr̃is, de rescr. hic citato.

† ex uera bulla.

2 Illa lex dicit pducẽtẽ ut falsarium detinẽdum. Io. And.

3 Vide citatos j. in d. c. ad falsatiorum.

rietates falsitatis [a] circa nostras litteras deprehendere valeatis, eas vobis præsentibus litteris duximus exprimendas.

¶ Prima species falsitatis hæc est, ut falsa bulla falsis litteris apponatur. [b]

¶ Secunda, vt filum de † vera bulla extrahatur ex toto, & per aliud filum immissum, falsis litteris inferatur.

¶ Tertia, vt filum ab ea parte, in qua charta plicatur incisum, cum vera bulla falsis litteris immittatur, sub eadem plicatura cum filo similis canapis restauratum.

¶ Quarta, cum a superiori parte bullæ, altera pars fili sub plumbo rescinditur, & per idem filum litteris falsis inserta, reducitur infra plumbum.

¶ Quinta, cũ litteris bullatis & redditis, in eis aliquid per rasuram tenuem [c] immutatur.

¶ Sexta, cũ scriptura litterarũ, q̃bus fuerat apposita vera bulla, cum aqua vel uino vniuersaliter abolita, seu deleta, eadem charta cum calce & alijs iuxta consuetum artificium de ablata, de nouo rescribit.

¶ Septima, cũ chartæ, cui fuerat apposita vera bulla totaliter abolitæ uel abrasæ, alia subtilissima charta eiusdem quãtitatis scripta cum tenacissimo glutino coniungitur.

¶ Eos etiam a crimine falsitatis non reputamus immunes, qui contra constitutionẽ nostram, sciẽter litteras non de nostra uel bullatoris nostri manu recipiunt.

¶ Illos quoque, qui accedentes ad bullam, falsas litteras caute proijciunt, vnde vera bulla cum alijs sigillentur. Sed hæ duæ species falsitatis non possunt facile comprehendi: nisi uel in modo dictaminis, vel in forma scripturæ, [d] vel qualitate chartæ [e] falsitas cognoscatur.

¶ In ceteris autem diligens indagator falsitatem poterit intueri, vel in adiunctione filorum uel in collatione bullæ, vel motione, vel obtusione, præsertim si bulla non sit æqualis, sed alicubi magis tumida, & alibi magis depressa.

¶ Idem Attinaceñ † epo.

¶ *Falsæ sunt litteræ Papales in quibus episcopus vocatur filius, vel inferior frater, vel vni scribitur in plurali.*

b ¶ Apponat.] Apponẽs, 4. fm leges aqua & igne interdicit. ff. ad leg. Corn. de fal. l. vltima.

¶ Gl. seq. tractat de rasura duplici, s. lr̃arum Aposto. & aliorũ instrumentorũ & vtriusque dicti soluit vnum contrarium.

c ¶ Tenuẽ.] q. cunque radit vel immutat rescriptũ dñi Papæ sibi assignatũ, excõicatus est, & falsarius, vt dixi in pxima notula, & i hoc nullã distinctionẽ adhibeo licet sit ar. s. de fi. instr. ex lr̃is, qa itelligo illam rasurã factam p illũ q lr̃as ipsas scribat, & nõ p illũ, qui vtebatur illis. Si vero lr̃æ clausæ essent, nõ nocet rasura in quocunque loco fuerit: quia non est præsumptio p impetrãtem. 5 In alijs aũt litteris vel instr̃s põt distinguit vtrum sit rasura in loco suspecto vt tunc obsit, supra, de reli. dom. eum venerabilis, vel non suspecto, ubi nulla uis est, & tũc non obest arg. illius decr. supra, de fi. instr. ex literis. & c. cum uenerabilis, & hoc itelligitur quando rasura est in loco suspecto, & sic nõ contradicit, j. eo. c. vlt. quæ intelligitur qñ rasura non est in loco etiam suspecto & modica est rasura, s. paucarum litterarum.

d ¶ In forma scripturæ.] Quia per comparationem litterarum probatur falsitas, C. de fi. instr. l. comparationes. & ex stylo dictandi fit comparatio, ut hic dicit, in alijs autem litteris non attenditur talis comparatio.

¶ Gl. seq. ponit quandam expertam doctrinam.]

e ¶ Chartæ.] & in hoc est alia comparatio notanda, s. q rasura chartæ quantumcunq; sit subtiliter rasa, sive incisa, si aliter discerni non possit, eleuari dẽt ad Solem, & interponi debet inter Solem, & oculos, & statim apparebit rasura.

4 Loquitur ĩ illo q utitur falso rescripto, uel falsa cõstõne, nullo auctõre habito. Ioã. Andr.

5 Ar. ad hoc in l. cõparationes. C. de fi. instr. & in l. si u nus, C. de test.

† Antinacẽ.
† Antibaren.

Quam

QVàm graui.] Primo ponit admirationem. Secundo ibi, Cum scire, in trib. quæ sunt de stylo curiæ informat, & primo reducit ad propositum. Tertio ibi, Propter quod, generaliter, concludit. Abbas.

CASVS. Quidam episcopus coram legato Apostolicæ sedis super quibusdã criminib. accusatus, renunciauit episcopatui: postmodum ad Apostolicam sedem accedens, quasdã litteras sub noĩe Apostolicæ sedis ad archiepm suum Attinacensem reportauit, in quibus continebat, q ipsum restitueret ad ecclesiã suam, altero substituto inde remoto: qđ & fecit Rex istius loci, non credens litteras a sede Apostolica emanasse, præcepit litteras, & ipsum impetrantem ad Sedem Apost. præsentari: dominus Papa visis litteris, quæ ipsi archiepiscopo fuerãt præsentatæ, rescribit idem, dicens, q in eis tam in continentia, quam in dictamine falsitatem inuenit, & in hoc fuit admiratus, q litteras illas a sede Apostolica credidit emanasse cum ipse scire debeat consuetudinem Apostolicæ sedis talem esse, vt Patriarchas, Archiepiscopos, Epos, fratres appellet, ceteros oẽs dilectos filios in suis litteris nominando: & qñ uni personæ scribit, numquam ei loquitur in plurali, vos vel vester appellãdo, sed in litteris præsentatis huic dilectus filius vocabatur, vnde mandat quatenus literas Apostolicas taliter studeat intueri tam in filo, bulla, charta, quam stylo, q veras pro falsis, & falsas pro veris nullo modo admittat. Nota quod Papa omnes episcopos & superiores fratres appellat, inferiores autem omnes dilectos filios, & si aliter appellantur, literæ sunt falsæ. Item uni non loquitur in plurali cuiuscunque dignitatis sit. Item falsitas præcipue deprehenditur in bulla, filo, charta, & stylo.

† Cap. 3. eo. tit. in 3. cõp. Et quatenus hic tractant Doct. de stylo Romanæ curiæ vide la te per Fel. in cap. 2. sup. de rescrip. adde Rom. consil. 176. incip. q. est.

† Vide q̃ notata sunt in c. Raynal. s̃. de testa. vers. dilectus fil. .n. O. vbi iue nies qualiter appellet Cardinales, quorũ hic non meminit.

† In multis exẽplaribus ita: Dilecto in Christo filio vocabaris. Hæc clausula insolita, præsumptionẽ facit falsitatis. Alex. cõs. 56. in 3. vol. & Fel. in c. cãm. 2. de testibus.

CAP. VI.

QVàm † graui pœnæ subiaceat: & infra. ¶ Nos vero litteras, quę tibi sub nostro nomine præsentatæ fuerunt, diligentius intuentes, in eis tam in continentia, quàm in dictamine,[a] deprehendimus falsitatem, ac in hoc fuimus admirati, quia tu tales litteras a nobis credideras emanasse: Cum scire debeas Apostolicam sedem consuetudinem in suis litteris hanc tenere, vt Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, fratres: † ceteros autem Reges, Principes, vel alios cuiuscunque ordinis, filios in nostris litteris appellemus. Et cum vni tantum personæ nostræ litteræ diriguntur, nunquam ei loquimur in plurali,[b] ut vos, siue vester, & his similia in ipsis litteris apponamus. In falsis autem litteris tibi præsentatis in salutatione, dilectus † in Christo filius uocabaris, cũ in litteris quas aliqñ tibi transmisimus, te videre potueris a nobis fratrem venerabilem appellatum. Propter quod sic litteras Apostolicas studeas intueri tam in bulla,[c] filo, & charta, quam in stylo, q veras pro falsis, vel falsas pro veris litteris † modo aliquo non admittas.

Idem.

¶ *Qui per se vel per alios litteras Papæ falsant, excommunicati sunt cum suis fautoribus, & clerici officijs & beneficijs priuati sunt, & degradandi, & trahẽdi curiæ sæculari per quam laicus legitimè punitur. Qui vero falsis litteris vtitur, si clericus est, officio & beneficio priuatur; si laicus, excommunicatus est. h. d.*

CAP. VII.

AD † falsariorum confundendam malitiã, & inf. ¶ De communi fratrum nostrorum consilio duximus statuendũ, vt qui litteris nostris vti voluerint, eas primo diligenter examinent:[d] quoniam si falsis litteris se vsos dixerint[e] ignoranter, eorum scra pęnitentia, euitare nequibit pęnas inferius adnotatas; Nos .n. oẽs falsa-

a ¶ Dictamine.] s̃. c. pro. in fi. Ber.

[Glo. seq. recitari potest per contrarium.]

b ¶ In plurali.] In his ergo pot deprehendi falsitas, & de facili, quia facile est videre qualiter appellet epm, uel inferiores, & cui loquitur in plurali. ẽm antiqua tpa hoc non seruabatur: Greg. enim loquebatur vni in plurali, & de se quandoque singulariter, qñque pluraliter, s̃. de præscr. nihil, 23. dist. communis filius, & 99. distin. ecce. sed hoc faciebat ex magna humilitate, & tunc erat talis consuetudo, sed illa immutata est, alij episcopi appellant suos subditos fratres, vel socios, 8. q. 1. quid autem, & 10. q. 3. cauendum, & inf. de excessibus p ræla. c. 1.

c ¶ Tam in nulla.] vt s̃. c. prox.

AD falsariorum.] Primo ponit falsantes litteras Papę per se, vel per alium. Secundo punit vtentes litteris falsis: ibi, Qui vero. Abbas.

CASVS. Ad confusionem falsariorum statuit Inn. iij. de cõsilio fratrum suorum, ut qui litteris Apostolicis uti voluerint, eas prius diligenter examinent, quia si falsis literis uti se dixerint ignorãter, pęnas euitare non poterunt inferius positas, ipse .n. excõicationi supposuit omnes falsarios litterarum Apostolicæ sedis, q p se, vel per alios vitium falsitatis exercent, cũ oĩb. fautoribus & defensorib. suis. statuẽs ut clerici, qui falsarij depræhensi fuerint, oĩb. beneficijs, & officijs ppetuo sint priuari, ita q qui per se vitium falsitatis exercuerint, a suis officijs degradati, sæculari Potestati tradant ẽm leges puniendi, & si laici fuerint, per easdem leges puniantur legitime: illi uero q sub noĩe Papæ falsis lr̃is per alios impetratis utuntur, si clerici fuerint, officijs, & beneficijs spolientur: si laci fuerint tãdiu maneant excõicati donec satisfaciãt competẽter, ita, uidelicet q & in clericis, & in laicis malitia grauius puniat quã negligentia, & idem obseruandum est de his, qui falsas lr̃as impetrant. Not. q omnes falsarij litterarum Apostolicæ sedis cum fautorib. & defensorib. suis ipso facto sunt excõicati. Item clerici degradati pp hoc vitium puniendi sunt ẽm leges. Et no. hic vnum casum, in quo clericus statim post degradationem tradit curiæ sæculari. Item ubi clericus deponitur uel spoliatur officio & beneficio pro aliquo delicto, laicus pro consimili potest excõicari. Item malitia grauius punienda est quam negligentia.

† Dictio lr̃is deest in antiqs codicib.

† Ca. 4. e. ti. de falsarijs, in 3. cõp. Cõcordat pcessus Bullæ in cęna Dñi S. D. N. Dñi Gre. xiij. §. 6. vbi hoc decretũ roboratur, & extendit, uide Bernardi. Diaz. ĩ prac. cri. can. ca. 108. adde Rebuf. in praxi. bñfi. in declaratione no uæ prouisionis adde Matth. de Afflic. decis. 404.

d ¶ Examinent.] Quod si non fecerint, in dolo esse uidentur, sine dolo enim falsum non committitur, C. ad l. Corn. de fal. nec exempti, & affectatores ignorantiæ, dici possunt, de clan. despon. cum inhibitio: 1 unde talis ignorantia crassa, & supina potest dici, s̃. de cler. excom. mi. Apostolicæ.

1 Et s̃. de tẽpo. or. eos. li. 6. Io. And.

e ¶ Dixerint.] potest suppleri, quod non probauerint, quia qui ignorantiam allegat, eam probare tenetur, supra de elec. innotuit; maxime cum hoc inquirere teneantur auctoritate huius constitutionis, alias si probaret

probaret se diligentiam quam potuit & debuit, adhibuisse, non esset ei imputandum, vt dixi.sup.eodem, dura, quia iusta ignorantia excusat eum ; quia non vr̄ teneri nisi postquam scit hoc, sup.eo.dura, & inf.eod. c.prox.Ex quo enim inquisiuit a peritioribus non est ei imputādum,26.d. §.vlt.ff.de iur.& fa. ignor. l. regula, §.1. in fina fecit.n.quod potuit, & 44.disti.Ephesiis,& diuinare n̄ tenebatur, sic inf.de excessu prælato inter dilectos. vbi excusatur ignorantia.

a ¶ Falsarios] de quibus habuisti, su.in c. prox.vt ibi dixi.omnes enim tam principales, quam fautores sunt ipso iure excommunicati, vt hic patet.

b ¶ Deprehēsi.] & criminaliter conuicti, ibi enim vt dicit lex, indagatio fiet acerrima, vbi pœna est grauissima. C. ad legem Cor. de fal.l.maiorē. & vbi ciuiliter agitur, mitius est agendum, C.eodem l.penul.

c ¶ Tradātur.] Qualiter tradi 1 debeāt, habes inf.de verb.sign. nouimus, in trib.fi. casib.traditur aliquis statim post degradationem curiæ sæculari, vt hic, & est vnus vt dixi su,de hære.ad abolendam, 11.quæstione prima, si quis sacerdotum.

1 Vide Iuliū Cla. In pra. ri.seu, §.fi. q.36. uersic. cias aūt, cū aliquot se. Coua.in pra. cticis quæ c. 1. & Bern. Diaz in pra. ri.cā.c.123. & c.133.

d ¶ Legitimas.] Pæna enim falsi in libero homine est deportatio, & omnium bonorum publicatio, in seruo ultimum supplicium, sic distinguit lex, ff.ad leg.Corn.de fal.l.prima,§.ultimo,& C.eodem tit. vbi falsi, & ibi vltimo supplicio punitur crimen falsi. Et hoc verum de his, qui falsant restriptum principis, de quibus hic intelligitur: qui vero falsant litteras aliorum, aliter puniuntur, sed leuius, supr.eodem, audientiam, & hæc pæna imponitur illis, qui per se vel per alios vitium falsitatis exercent, vt patet per istam litteram, vbi loquitur de his, qui litteris falsis ab alijs impetratis utuntur.

e ¶ Sub nomine nostro.] idest, qui litteris falsis utuntur per alios impetratis sub nomine nostro: isti minus puniunrur, quam illi, qui per se hoc faciunt, uel per alios, ut patet per hanc litteram & superiorem, C.ad l.Corn. de fal.maiorem.

f ¶ In istis.] de quibus hic dicitur, qui utuntur litteris per alios impetratis.

g ¶ In illis.] Scilicet qui se hoc procurant, de quibus præmisit, uel dic, in istis, idest, laicis, in illis, idest, clericis.

h ¶ Negligentia.] Hæc tamen quandoque dolo comparatur, cum scilicet dissoluta est, crassa & supina, ff.mand. si fideiussor.

rios [a] litterarum nostrarum, qui per se vel alios vitium falsitatis exercent cū fautoribus & defensorib. suis, anathematis vinculo decernimus innodatos, statuentes, vt clerici, qui falsarij fuerint deprehensi, [b] omnibus officijs & beneficijs ecclesiasticis ꝑpetuo sint priuati: ita quod qui per se falsitatis vitiū exercuerint, postquam per ecclesiasticum iudicem fuerint degradati, sæculari Potestati tradantur, [c] secundum constitutiones legitimas [d] puniendi: per quam & laici, qui fuerint de falsitate conuicti, legitime puniantur.

¶ Qui vero sub nomine nostro [e] litteris falsis vtuntur, si clerici fuerint, officijs & beneficiis ecclesiasticis spolientur: si laici, tandiu maneant excommunicationi subiecti, donec satisfaciant competenter: ita tamen, vt in istis [f] & in illis, [g] malitia grauius, quam negligentia [h] puniatur, quod & de his qui falsas litteras impetrant, statuimus obseruandum.

¶ Idem.

¶ *Non præsumitur quis falsare litteras de simplici iustitia, nec punitur si hoc competro destiterit, illis uti.*

CAP. VIII.

Accedens: † & infra. ¶ Fraternitati tuæ mandamus, quatenus si litteræ Apostolicæ, in quibus falsitas fuerit deprehensa, de simplici iustitia formam habeant (cū præsumi non debeat, [i] ꝙ pro talibus litteris, quæ possunt facile obtineri, fraudem quis commiserit fal-

† Ca.1. eod. ti. in 4.cōp. eide omnino ptocessū bullæ in cœna dn̄i præced, in c.citatū antequā decisione huius decr. facile utaris.

Accedens.] Primo ponit decisam conquestionem: Secundo prouisionem ibi, Fraternitati. Abb.Siculus.

CASVS. Quidam impetrauit litteras contra aduersarium suum de simplici iustitia, in quibus litteris falsitas fuit deprehensa. Imperator hoc intelligens amplius noluit uti eis, propter quod diæcesanus episcopus ipsum ab officio, & beneficio suspendit: Vnde accassit ad dominum Papam rem sibi exponens, mandat Papa episcopo, si litteræ Apostolicæ, in quibus falsitas fuit deprehensa, formam habeant de simplici iustitia, officium & beneficium illi restituat, & ipsum super hoc ulterius non molestet: quia non est præsumendum quod pro talibus litteris, quæ de facili habentur, quis committat uitium falsitatis, & ille non fuit usus illis, postquam eas falsas esse cognouit. Nota quod in his quæ de iure cōpetunt alicui, & quæ de facili habentur, non est præsumendum falsum committi & nota, quod circa modica non præsumitur dolus cōmitti. Item qui abiurat malum, quam cito scit malum, non debet dici culpabilis.

[Glossa sequens nota, quod litteræ, & c.quærit & soluit, signat contrarium.]

i ¶ Præsumi non debeat.] Not. quod non præsumuntur litteræ falsæ, quæ sunt de simplici iustitia, & quæ de facili possunt haberi, sicut non præsumitur quod in re modica 2 dolose agatur, ff.de dolo, si oleum, §. ultimo, cum l. sequenti, unde si quis suggessit falsum in litteris, quæ sunt de simplici iustitia non statim præsumendæ sunt falsæ, nisi probetur quod ex certa scientia falsum suggessit: quia qui dicit quod falsum ex certa scientia suggessit, dolum allegat, sed dolus ex perspicuis indicis probari debet, C.de dolo, dolum, si tamen alter vult probare ignorantiam, auditur. Sed qualiter eam probabit? Dico quod per iuramentum infr. de senten.excomm.si uero, 2. & 34.q.2.in sectum. Sed pone quod falsum affirmet circa rem propriam, cuius notitiam habuit? præsumitur primo contra ipsum, quia nō præsumitur quis ignorare factum propriæ rei, C.de resc.vend.quisquis, quod uetum est, sed illam præsumptionem elidit hæc præsumptio: quia non præsumitur dolum commisisse circa litteras, quæ de facili habentur, ut hic dicitur, & sic una præsumptio elidit aliam circa idem factum, ff. de in integ. restit.diuus, supr.de præsumptio, litteras, argumentum contra, sup. de electionibus cum inter. R.

2 Vide Corse.in trac.de minimis, & Ias. in l.sciē dum, ff. qui satis. cogan.

[Gloss.seq.signat contrarium, & soluit.]

a ¶ Visus

a ¶ Vsus est.] Sim.inf.de excés.præla.inter ar..cōtra su. proxi.vbi non excusatur qui vsus est falsis litteris igno ranter. Sed illud intelligendum est de his quæ nō sunt de simplici iustitia, quæ non possunt haberi de facili, vnde illa præsumtio eos condemnat, hic excusatur a cō traria præsumptione, in litteris de sim plici iustitia non est præsumptio contra impetrantem, unde per ignorantiā excu sat, si statim desistat. qn̄ scit eos falsas. Io.

Ex conscientia.] Primo diffinit obiectum dubium. Secundo obijciētem puniri mandat: ibi, Verum. Abb. Sic.

CASVS. Quidam impetrauit litteras con tra aduersariū suum super quadam ecclesia, aduersarius ille in iudiciū euocatus postulauit sibi fieri copiā rescripti, quo viso cæpit illas argue re de vitio falsitatis, obligando se sub pe riculo causæ suæ, ad probandum, q̄ litteræ falsæ essent, iudex litteras illas misit ad dn̄m Papā, vt per eum sciret veritatem huius falsitatis. Papa litteras illas diligenter inspiciēs nullum signum falsi tatis, vel suspicionis in eis inuenit, nisi rasuras paucarū litte rarum quæ sapientis animum in dubitationem inducere nō debuerunt, vnde mā dat Papa quatenus si constiterit prædictū R. se obligasse sub pe riculo causæ suæ, & nisi litteras illas falsas esse probaret tibi super dicta ecclesia silentiū imponatur: quia quilibet liberam habet potestatem ad renunciandum iuri suo. No. q̄ rasura paucarum litterarum nō red dit falsum rescriptum, nisi esset in loco suspecto, prout, hic intelligitur. Et sic no. quòd modica suspicio non vitiat rescriptum. Item modica suspicio non debet animū sapientis immutare. Item aliquis potest se obligare sub periculo beneficij sui. Item licitum est vnicuique renunciare iuri suo.

† Ca.2.eod. tit. in 4. compilatio. vide Matt. de Afflic. dec. 404. & li. 3. Rub. 39. ti. de falsar. super cōsti. Neap. ad. de Doc. in l. fi. C. de edi. di. Had. toll.

sitatis) nec litteris vsus [a] est, postquam eas falsas esse cognouit, tu ei officium beneficiumque restitués, ipsum super hoc vlterius non molestes.

¶ Idem.

¶ *Propter paucarum litterarum rasuram in loco non suspecto, rescriptum non probatur falsum.*

CAP. IX.

Ex † consciētia, & infr. ¶ Verum litteras ipsas quæ redargutæ fuerāt falsitatis, diligentius intuentes, nullum in eis falsitatis signum, vel suspicionis inuenimus, nisi paucarum litterarum rasuras, [b] quæ nequaquam sapiētis [c] animum in dubitationé vertere debuerunt: Vnde si vobis constiterit prædictum R. obligasse se sub periculo causæ, [d] quòd litteras illas falsas esse probaret, cum quilibet ad renūciandum [e] iuri suo liberā habeat facultatem, ipsi R. super dicta ecclesia silentium imponatis. [f]

[Gl. seq. signat contrarium, & remittit.]

b ¶ Rasuras.] Non in narratione facti, quia ex hoc nulla suspicio esset, sup. de fi. instr. ex litteris, nec per talem rasurā facta fuit ambiguitas in nomine, su. de fid. instr. inter dilectos. Contra habes, q̄ rasura inducit suspicionem, sup. de relig. do. cum uenerabilis, & infr. de priui. cum olim, 2, & sup. eo. licet, §. 5. vbi de hac materia.

c ¶ Sapientis.] Modica suspicio nō dēt sapientis animū immutare, vt s. de simo, & si qōn. s, & 1. q. 1. iudices. Io.

d ¶ Causæ.] quod fieri potest, supr. de elec. cum dilecti, vbi de hoc in fin. & sub pęna ordinis, & beneficij potest se aliquis obligare, 1. q. 8. quoties, & de pręscr. distinc. ego Berengarius. Ber.

e ¶ Renunciandum.] Sup. de reg. ad Apostolicam, & su. de fo. comp. dilecti, & ca. si diligenti, & C. de pact. si qs in conscribendo, & de epis. & cler. si qs in conscribēdo.

f ¶ Imponatis.] Sed nunquid propterea est ecclesia illa aduer sario assignā. Rn̄. non, nisi probet primo se habere ius in illa, 1 sup. de rescrip. olim. in fi.

† Alias sorti legis, non male, & de materia huius tituli tracta. extat Paul. Grillā. adde Alfon. Cast. li. 1. ca. 13. de iusta hær. punit. † Sic ēt Bur. li. 11. decr. c. 19. & Iuo p. 11. c. 52. iterū Bur. li. 9. c. 5. ti. de ar. magica, & c. 1. eo. ti. in 2. compilat. 1 Hīc Bern. snia non placet hic Hos. sed uide Io. An. qui ambos uerū dicere putat di uersis tamē modis. † Alias Gra den.

TITVLVS XXI.

De sortilegijs. †

¶ Ex pęnitētiali Theod. †

¶ *Sortilegia pro furtis inueniendis vel diuinationibus faciendis prohibentur, & contrafacientibus pęna imponitur.*

CAP. I.

In tabulis, vel codicib, aut alijs, forte [g] furta nō sunt requirēda, nec diuinationes aliquas in aliquib. reb. quis obseruare pręsumat: Qui autem contrafecerit, quadraginta dies [h] pęniteat.

¶ Alexand. tertius Grandeni. † Patriarchę,

¶ *Presbyter, qui per inspectionem astrolabij furta requirit, ad tempus suspenditur ab altaris ministerio. Ita communiter summatur, sed in veritate hæc summatio non est indistincte vera, quia acrius potest puniri.*

CAP. II.

Ex ¶ tuarum tenore litterarum accepimus,

DE SORTILEGIJS.

¶ Quia sortilegia cō tinent in se falsitatem, merito de his subijcitur.

De hac materia gl. est optima. 26. qu. 2. in summa. Abb. Sic.

De hac materia tractatur, 26. q. 1. & q. 2. & q. 3. & q. 4. & nō. & q. 6. non licet ini. quis. [illegible] in fi. q.

In tabulis.] Primo ponit prohibitionē. [illegible] pænā [illegible] bi, Quis autem. Abb.

CASVS. In c. isto dr̄, q̄ furta non sunt requirenda forte in tabulis vel codicibus, aut alijs, ne. diuinationes aliquas in aliquib. reb. qs obseruare præsumat, & qui cōtra fecerit, 40. dies pæniteat. No. hic pęnam illorum, qui sortem, & diuinationes exercent.

[Gl. seq. signat cōtrarium, & soluit.]

g ¶ Sorte.] Sic electio per sortem 2 nō est facienda, inf eod. c. vlt. Arg. contra 26. q. 2. sors, & c. hi qui. quia licet sors in sui natura non sit mala, tamen prohibetur, ne propter assiduitatem labantur in idolatriam, sicut est in iuramento, 22. qu. 1. considera, & hoc c. hi qui. loquitur de comparatiua permissione ibi, potius permittuntur sortes quam ad dæmonia consulenda concurrant, sic propter diuinationes futuras, sortes prohibentur, ut hic patet, & 26. q. 2. illud, & quæst. 5. ca. sortes, & c. peruenit, quandoque tamen permittitur per sortem aliquid fieri, vt dicitur, inf. eod. c. vlt.

[Gl. seq. signat contrarium.]

h ¶ Quadraginta dies.] Si laicus fuerit, communione ecclesiæ priuetur, si uero clericus, officio & beneficio potest priuari, 26. q. 5. non oportet, & duob. c seq. Et ar. contra infr. ea. proxim. arg. contra infr. eo. c. vlt. vbi non puniuntur.

Ex tuarum.] Primo ponitur consultatio. Secundo responsio. ibi, Verum. Abb.

CASVS. Quidā presbyter V. noīe accessit cū quodam in

† Ca. 3. eod. ti. in 1. compilat. & post concil. Late. sub Ale. iij. p. 50. c. 6. De pęna sortilegorū sacerdotū, vide conc. Lat. sub Leo. 10. ses. 9. & Ber. Diaz in pra. cri. c. 100. 2 De materia huius gl. vide B. Tho. 2. 2. q. 95. ar. 8. ex quo intelliges, qn̄ & quib. sortib. vti liceat

quod V. presbyter cum quodam infami, ad priuatum locum accessit; non ea intentione ut uocaret dæmonium: sed ut inspectione astrolabij furtum cuiusdam ecclesiæ posset recuperari. Verum licet hoc ex bono zelo, & simplicitate [a] fecisse proponat: id tamen grauissimũ fuit, & non modicã inde maculam peccati contraxit, & infra.

¶ Mandamus, quatenus talé ei pro expiatione illius delicti pænitentiã † imponas, quod per annum & amplius, si tibi visum [b] fuerit, eum ab altaris ministerio præcipias abstinere; & ex tunc liberum [c] sit ei exercere officium sacerdotis.

¶ Honorius III. capitulo Lucanen. †

¶ *Nõ solum electio per sortes fieri non debet, sed etiã electiones compromissariorũ p sortes assumi nõ dẽnt.*

CAP. III.

Eclesia † vestra episcopo destituta, uos conueniẽtes in vnũ, vt de futuri tractaretis electione Pontificis, vnum elegistis ex vobis per sortem: qui tres auctoritate uestra elegit, per quos vice omnium Lucan. pᵹuideretur ecclesiæ de pastore; quorum duo tertium, magistrum R. s. elegerunt: quod expresse licebat eisdem, secũdũ traditam a uobis omnibus potestaté. [d] Procuratorib. igitur vestris sup his, in nostra præsentia constitutis, nos tali examinato [e] processu licet nota non careat, quin immo multa reprehensione sit dignum, quod sors in talibus interuenit, & infra.

¶ Electionem celebratam de ipso, ad gratiam [f] confirmationis admittimus; sortis usum in electioni-

infamis ad locum priuatum, non illa intentione, ut dæmoniũ inuocaret. sed ut posset inuenire furtũ cuiusdam eccl'æ p inspectionẽ astrolabit patriarcha Grãden. significauit hoc dño Papæ, vnde ipse scribit eidẽ dicens, ꝙ licet ex bono zelo & simplicitate presbyter ille hoc se fecisse proponat, tñ nõ modicam maculã peccati cõtraxit: quare mandat, quatenus per annuũ & amplius si ei visũ fuerit, eum ab altaris ministerio precipiat abstinere: & ex tũc officiũ suũ poterit exercere. Not. ꝙ simplicitati parcendũ est. Item penæ sunt arbitrariæ. Item nota hic penam illorum, qui huiusmodi inspectiones uel diuinationes exercent.

a ¶ Simplicitate.] qa bono zelo hoc fecit, aliquantulum excusatur. ar. s̃. de aposta. c. 2. & qa per simplicitatem hoc fecit. dignus fuit misericordiam: nã simplicitati parcẽdũ est, s̃. de re. p mut. c cũ vniuersorũ. ubi de hoc t. Bern.

b ¶ Si tibi visum.] Et ita tempus pniæ arbitrarium est, 26. q. 7. tempora penitudinis, sed minorẽ pniam anno non posset imponere, ex quo Papa sibi annum præfixit, sed supra est ad arbitrium episcopi.

c ¶ Liberũ.] Hoc intellige dictũ ex dispẽsatione: nam de iure cõi debuit remanere priuatus, & eps de iure ꝯ illũ processit, 26. q. 5. nõ oportet, & c. si quis episcopus, & c. aliquanti, sed quia bono zelo per simplicitatẽ deliquit, Papa mandat ipsum restitui: & episcopus auctoritate sua cũ isto potuit si uoluisset, dispensare, cum in casu isto ei hoc non sit prohibitũ & dispenset etiam in maioribus. 50. distin. presbyteros. & sup. de iudi. at si clerici. ubi de hoc Bern.

† Pænã, hñt uetustiores codices, & pleriq; manuscrip.

1 Concord. tex. in l. 1. ff. de dolo. & l. inter, cũ vulgat. ff. de excu. tut.

† Luceñ.

Ecclesia.] In prima ponit electio: In secũda electiõis prosecutio, examinatio, & repræhẽsio. In tertia, gratiosa confirmatio, & sortis prohibitio. Secunda ibi, Procuratoribus. Tertia ibi, Electionem. Abb.

CASVS. Vacante Lucana ecclesia canonici cõuenientes in unum, de futuri pastoris electione tractaturi, unum elegerunt ex se per sortem, qui uice capituli tres eligeret electores, per quos uice omnium prouideretur ecclesiæ de pastore: quibus ab ipso electis, duo ex illis tertium ex se magistrum R. elegerunt, quia sub hac forma eis data fueret eligendi potestas, ut uel ex se uel alijs eligere possent, electionem istam per nuntios suos pñtauerunt dño Papæ, petentes eam confirmari: dñs Papa examinato tali processu, dignum multa reprehensione inuenit, pro eo ꝙ sors in talibus interuenit, electionem celebratam de prædicto magistro ad gratiam confirmationis admisii, sortis usum in electionib. perpetua condemnans prohibitione. No. ꝙ cum sub hac forma datur aliquibus eligendi ptãs, ut uel ex se, uel ex alijs eligere possint, tunc possunt eligere unum de se, alias non, vt hic colligitur. Itẽ ad quẽ pertinet confirmatio, ad ipsum pertinet examinatio processus, & personæ. Item sortes in electionæ prohibitæ sunt.

[Glo. seq. alle. concor. ponit opi. quam reprobat per locum a diuisione, & per simile, & per decre. Cumana. & respondet rationi contrariæ.

d ¶ Potestatẽ.] Sim. habes s̃. de elec. cum in iure dñt tñ quidã ꝙ idem esset, si aliqua forma non fuisset expressa, ꝙ possent vnũ de se eligere, vt dr̃ in c. cũ in iure, quod nõ credo, qa vbi simpliciter datur potestas eligendi tribus, nulla forma adiacta, ita habẽt ptãtem eligendi oẽs, quod unus uel duo sine tertio eligere non possunt, unde si duo eligant tertiũ, nõ valet quod faciũt, quia hanc ptãtẽ non hñt: si ille eligat se cum alijs, non ualet, quia nemo seipsum eligere põt. sup. de institu. cum ad nostram. quia alius debet esse electus, & alij eligentes, ut ibi dr̃, sicut est inter baptizantem, & baptizatum. s̃. de baptis. debitũ, & s̃. de iure patro. per nostras, 24. q. 1. didicimus, & ff. de tuto & cura. da. ab his, l. prætor, & ff. de testa. tuto. ex sñia. ff. ad Tre. ille a quo. §. tempestiuum, quia duplici officio fungi nõ potest, ut ibidem dr̃, sicut si tres iudices uel arbitri sint dati simpliciter, sine illa clausula, ꝙ si non omnes, &c. duo sine tertio procedere non pñt, quia ptãs iudicãdi ita data est oĩb. ꝙ duo sine tertio, uel alter sine altero procedere nõ põt, s̃. de off. deleg. c. uno delegatorũ, c. cãm matrimonij. De hoc dixi in cap. cum in iure. sed cum dat aliquib. ptãs eligẽdi de se, uel alijs, si uolunt aliquẽ eligere de se, tunc potestas eligẽdi remanet penes illos tm̃, & eis solis data intelligit, sicut quãdo committitur cã cũ illa clausula, ꝙ si non oẽs, &c. sed si simpliciter datur aliquibus potestas eligendi. tunc non possunt aliquem eligere de se, sicut est in iudicibus, ut dictum est, & persona electa nullo modo debet computari inter eligentes, ut probatur, supra de elec. Cumana, & ideo dicit hic, quod eis licebat secundum traditam, &c. Et hoc argum. non ualet. Capitulum potest eligere unum de se: sed isti quib. data est simpliciter eligendi potestas, fungũtur uice capituli, ergo pñt eligere unum de se. Capitulum. n. eligit iure communi, siue ordinario, sed isti non eligunt iure communi, sed potestate sibi concessa per capitulum. Ber.

e ¶ Examinato.] & merito. ad quẽ in pertinet confirmatio, & examinatio processus & personæ, sup. de elec. nihil est, & c. cum nobis, & c. uenerabilem, & supra de trausla. cap. ultim. & supra de hæret. capitu. cum ex iniuncto, in fine.

f ¶ Ad gratiam.] Hoc ideo dicit, quia de iure debuit cassari, sed ipsum de gratia confirmauit.

† De materia huius decretalis. vide Fely. in c. capitulũ s̃. de rescrip. & B. Tho. 2. 2. q. 95. arti. 8. & ibi Caiet. & itelliges cur sortes repellãtur in electionib. spiritualibus.

[Glo. seq. no. a contrario. & illud coadiuuat, secundo obijcit & soluit.

a ¶ In electionibus.] Per hoc qđ dicit, in electionibus, vr ꝙ in alijs 1 usum sortis non reprobet. ar. 25. d. qualis. & ff de iud. cum prætor. ff. de testi. ex eo. & 15. q. 3. de crimine. præterea in multis casib. usum sortis admittimus, ff. de iud. sed cum ambo. ff. fam. erci. si qui sunt. C. cõia. de leg. si duob. circa princ. Sed quare prohibet usus talis in electionibus? nonne Matthias forte electus fuit, 31. dist. cleros, in prin. & sors non est aliquid mali, 26. q. 2. sors? Dicas ꝙ licet Matthias, & Ioã nes sorte electi fuissent, non tñ eorum exemplo eligendus est aliquis per sortem, ut 26. q. 2. non statim, & c. non exemplo, quia illud factum fuit diuina inspiratione, sic 14. q. 5. dixit. Quod autem dĩ, si sors nõ est aliquid mali, verũ est ... ratione, sed ex causa prohibetur, ut dix. s. ... p̃terea hi ... non fuit seruata forma concil. j, sup. de elec. quia propter, ut vr: propter dissensiones uero & lites dirimendas sors admittitur circa iudicia, ut dicunt prædicta leges, in quo casu potest intelligi cap. illud sors, sed in electionibus licet ibi sit discordia, non licet per iura prædicta Ber.

1 Vt plene intelligas hãc gl. pter Hẽn. Boich. Io. Anan. am, & alios Docto. hic, uide omnino B. Tho. hic, uide omnino B. Tho. & Caie. initio citatos.

† De collusionib. unus uetus Gregorianus, & in ceteris manuscr. De collusione, absque uoce, de tegenda.

† Greg. li. 2. registri indi. tione p̃ st. 38. cap. 77. apud Ioã. D acons. li. 4. c. 32. de ... B. Greg. ... conci. Lat. ... par. 48 ca. 7. & c. 1. co. tit. in 1. comp. l.

busa perpetua prohibitione damnantes.

TITVLVS XXII.

De collusione detegenda, †

¶ Gregorius† vniuersis episcopis de Corintho.

¶ *Accusatore desistẽte ab accusatione potest iudex ex officio suo inquirere super crimine illato.*

CAP. I.

Scripta fraternitatis uestræ relegentes, agnouimus, quòd hi, b qui contra Hadrianũ episcopum aliqua dixerant, 10 modo cum eodem in amicitiam cõuenissent, & inf. ¶ Quia vero nuntiati facinoris qualitas c nos vehementer impellit, ut ea, quæ audiuimus, dissimulare d nullatenus debeamus, 20 præsertim cum accusatores, & accusatum inter se fecisse gratiam e indicaueritis: hoc necesse est subtilius perscrutari; ne forte nõ ex charitate, f sed ex præmio, eorum sit concordia comparata.

30

¶ Idem.

¶ *Desistẽte accusatore &*

[Glo. seq. no. modum præponderandum facto.]

c ¶ Qualitas.] De amicitia lætatur, & non de modo illo, quo in amicitiam conuenerunt, & ideo ꝑcipit inquiri de collusione: vñ dixit Io. quidam sapiens phantasma: Deus non est remunerator nominũ, sed aduerbiorum, hoc est dicere, non remunerat Deus bonum qđ fit, sed qđ bñ fit, vnde nõ remunerat Iudęos qui crucifixerunt 3 Christũ, licet mors Christi bona fuerit, quia ꝑpter hoc de pœnis inferni nos redemit, & iõ nõ remunerauit eos, quia non bene fecerunt: Deus. n. cor interrogat, & non manum, 24. q. 5. si quid inueni sti. nec considerat quę fiunt, sed quo animo fiunt, 15. q. 7. cap. 1. in fin.

d ¶ Dissimulare.] j. ca. prox. c. pen. & ult. per hoc enim consentire uidetur, argu. 44. di. Ephesijs, in fin. & 83. dist. error. & sup. de hære. cap. 2.

[Gl. seq. distinguit, & prosequitur dupliciter modum recedẽdi a lite in triplici genere causarum.]

3 Vide B. Thomã par. 3. q. 47. arti. 6. & ibi Caietanum.

DE COLLVSIONE DETEGENDA.

¶ Quia in collusione inest falsitas, ideo sub jungitur hæc rub. de collusione: De hac materia rub. ... ēctu quo colludens præuaricatur, habetur. 2. q. 3. §. si autem text. in c. 2. in fi. de procur. lib. 6. & in cle. constitutionem, §. sane, de elec. Et collusio est inter actorem & reum latens & fraudulenta conuentio, ut uoluit gl. in ca. 3. inf. eod. in uer. collusione, & uide gl. 2. q. 3. si quem. §. notandum. Et dicitur colludẽs falsum committere, quia aliud agit, & al ud simulat. 2.

De hac materia habetur 9. q. 3. cap. 1. in rubr. de pęn. vers. quæ sit pęna collusionis, & s. in rub. de accusat.

Scripta.] Si accusator ab accusatione desistat, debet iudex inquirere an per collusionem hoc fecit, ita summatur communiter, Primo ponit factum. Secundo decidit quæstionem circa factum: ibi, Quia. Abb. Siculus.

CASVS. Quidam accusauerunt Hadrianum ep̃m tamẽ accusatores cum H. in amicitiam conuenerunt, desistẽdo ab accusatione, significatum fuit hoc domino Papæ, ꝙ per collusionem desisteret ab accusatione, unde scribit Papa episcopis de Corin. super hoc dicens, quòd qualitas facineris nuntiati ipsum inducit, ut talia dissimulare non debeat, cum gratiam inter se fecisse dicantur: unde mandat hoc diligenter inquiri, ne forte huiusmodi concordia non ex charitate, sed ex præmio sit comparata. No. ꝙ qualitas facti consideranda est. Item non licet recedere ab accusatione ex premio.

b ¶ Quod hi.] Ar. ꝙ plures accusatores possunt admitti contra unum super eodem crimine, s. de accu. licet, & 2. q. 1. in primis, & plures procuratores admittunt, s. de testi. in super. hic, n. admissi fuerunt plures accusatores, & in c. in primis, quod fieri non debet, imo iudex debet eligere magis idoneum, ff. de accu. si plures.

2 Concord. gl. in l. post contractum & ibi. Bar. ff. de dona. habes similem tit. huic. C. eod.

e ¶ Gratiam.] Arg. ꝙ non liceat recedere a li. vnde no. ꝙ tria sunt gña causarũ. i. ciuilis, crĩalis, & spũalis. Dupliciter. n. põt qs aliter recedere: p gr̃am, & per transactionẽ; In cã ciuili qñq; p̃t quis aliter recedere, per gr̃am: 40 & p trãsactionẽ sine aliqua pęna uel nota nisi in actione famosa, 4 in qua non licet trãsigere sine iudicis auctoritate, alias notat infamia, ff. de his q no. in fa. l. furti. § pactus. In cã uero crĩali ante inchoatã litẽ licitum est desinere p gr̃am, ff. ad Turp. muller & l. q̃situm post inchoatã litẽ non licet sine iudicis auctoritate, & sine cõsensu rei, si fuit suppositus tormento, C. de abo. l. 3. uel si ex hoc remanceret infamatus, ut ar. 5. q. 1. quidam. Et si destiterit, incidit in Turpilia. si publicũ crimẽ intendit, C. ad Turp. l. 1. & fideiuss. punit n q̃titate ꝓmissa, 50 & accusator notat infamia, & extraordinarie pro motu iudicis punit, ff. eo. l. 2. ff. de custo. & exhi. reo. l. 4. & ff. de pręua. l. 3. in fi. & l. fi. 5. si uero priuatũ, 5 extraordinarie punit, ff. ad Turp. si qs repetere, in fi. pro motu iudicis sm̃ canonicos oẽ crimẽ quasi publicũ cẽsetur, vñ p trãsactionẽ seu gr̃am a lite recedere nõ licet, arg. hic, & j. c. ꝓxi. & c. ult. Qđ. si fecerint inter se gr̃am uel aliquã collusionẽ, iterũ ingreẽ de criẽ, ut hic patet. & infra, c. ꝓxi. & ult. iud. tñ si in criẽ illo posset dispẽsare, præstare potest auctoritatẽ, si uoluerit inter se gr̃am facere, ar. 60 5. q. 2. si primates, & 15. di. c. 1. & c. studendũ. In spũali bene licet a cã recedere per gr̃am, per trãsactionẽ uero non, ut ꝓprie intelligas trãsactionẽ, sup. de re. permu. c. vlt. sup. de trãs. super eo. In cã uero crĩali uel matrimoniali neq; per trãs. neq; per gr̃am seu compositionẽ licet discedere, s. de trãs. c. ult. Ergo si aliq gr̃am faciat inter se indebito modo, iudicis est inquirere, ut hic patet per totum, C. de generali abo. indulgentia, & l. 2. ubi autẽ ex iusta cã vult discedere. iudex dẽt indulgere abolitionẽ, 2. q. 3. si quẽ pænituerit, & §. præuaricator, C. de aboli. l. 1. & 2. in causa mixta, puta cum agitur ad tori separationem, potest quando vult discedere, ar. fu. de diuor. ex literis, quia non solum septies, sed etiam septuagesies, & c. 6. sup. de iureiur. quemadmodum. Ala.

f ¶ Charitate.] Si enim ex charitate hoc fecerunt accusatores,

4 Super hoc vide quod no. 3. q. 7. §. tria. ad fi. in glo. fama. Ioan. And.

5 De publicis, & priuatis: uide in Spec. de acc. §. 2. in prin. Io. And.

6 De hoc per Io. 2. q. 3. § vlt. in glos. scias. ubi ẽ notat in quibus licet trãsigere, & in quibus non, de quo uide per Innocentium. inf. ca. proximo. Io. And.

cusatores, posset tolerari, sed ex præmio non, ut hic dicit, & inf. cap. proxi.

CRimina.] Casus de se patet. Not. quod crimina se uel audita, & indiscussa remanere non debent, quia crimina vndecunque clauerint, punienda sunt.

a ¶ Gregorius.] Gregorius iste secundus fuit, uel tertius forte & loquit de primo.

b ¶ Præteribat.] qa vndecunque crīa clarueri nt, punienda sunt, 24. qō. 3. ecce, & s. c. proxi. & 86. dist. si quid, & 2. qō. 3. c. si quem, §. notandum.

accusato iudex prosequitur.

C A P. II.

CRimina† semel audita, Gregorius [a] indiscussa, nullo modo præteribat: [b] etiam si accusatus cum accusatore in gratiā redijsset.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cōp. verba āt huius cap. sunt Ioannis Diaconi in vita B. Gregorij lib. 4. ca. 32. quare illud, dē, non pōt ad Gregoriū referri, & hinc obseruatio glossæ hic.

¶ Alex. iij. Noruicen̄. epo.

¶ *Colludens in causa beneficiali, priuari debet beneficio.*

AVdiuimus.] Beneficio suo priuatur q. per collusionem illud cōstituit cē fuale. h. d. Primo refert collusionē; sc̄do illum priuari mādat. ibi, Vnde. Abb.

CASVS. Quidam clerici super beneficijs, quæ possident, se pmittūt, & sustinent ab alijs molestari, & post modum, ut qōni cedāt, & illi qete possideant, quasi noīe transactionis soluunt illis, qui eos molestabant de ipsis beneficijs, annuā pēsionē, vt post mortē illorū sibi succedāt in beneficijs illis, sup quib[9] facta est collusio; per uenit hoc ad notitiā Dñi Papæ, unde mandat diœcesano epō, quatenus si constiterit ei clericos suæ iurisdictionis p collusionem fraudē hmōi commisisse, eos beneficijs illis super quibus collusum est, nō differat spoliare, cū satis esset indignū, si fraus & dolus, quę in aliorum pīudiciū nitunt cōmittere, in eo rū incōmodūnon redundent. Not. q̄ prælatus potest ecclesiam constituere pensionariam. Item fraus quod dolus non debet alicui prodesse.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cōp. & post cōci. Lateran. sub Alex. iij. pa. 28. cap. 12.

† *Hic locus in vulgatis libris legit ita: & ijdem clerici, qui bñficia quiete possident &c. sed ex oibus manu scriptis restitutū est, vt est impressum.*

C A P. III.

AVdiuimus † vsque adeo clericorum malitiam excreuisse, vt interdum inter se collusione [c] facta super beneficijs, quæ possident, se sustineant ab alijs molestari: & postea, vt quæstioni cedatur, & ijsdem † clerici beneficia quiete possideant, quasi nomine transactionis soluunt alijs de beneficiis annuam pensionem, [d] vt post mortem eorum in beneficiis illis, super quibus est collusio facta, ius sibi valeant vendicare. Vnde tibi mandamus, quatenus si quos clericos tuæ iurisdictionis, per collusionem huiusmodi fraudem legitime tibi constiterit commisisse, eos beneficijs, super quibus collusum fuerit, non differas perpetuo spoliare: [e] quia satis esset indignū, si fraus, & dolus, quæ in præiudicium tui iuris, & aliorum nituntur committere, in eorum non redundarent incommodum, & iacturam.

c ¶ Collusione.] Collusio est inter actorem, & reum latens & fraudulenta conuentio. Colludium enim non debet remanere impunitum, 2. q. 3. §. quem pænituerit.

d ¶ Pensionem.] Hæc pensio constitui non potest sine auctoritate epi, vnde vitam eius qui soluit non excedat etiam si per collusionem facta non fuerit, sup. de transa. de cetero, & est simile sup. de pactis, cum clerici. Bern.

[Glo. seq. recitetur per quæstiones.

e ¶ Spoliare.] Per talem collusionem præiudicium fit huic epō, quia sic præcluditur via super ordinatione ecclesiæ suæ, ut hic dicitur: vnde non tenet eo absente facta etiam si sententia lata fuisset, ff. de re iud. de vnoquoque, & ff. de collus. cum non iusto, & l. vlt unde merito spoliandi sunt illis ecclesijs propter dolum, & fraudem taliter perpetratam; dolus tamen talis impunitus remanere non debet, ne malitia sit illis lucrosa, ff. de do. l. 1. in princ. l. ne ex dolo, nec est æquum quenquam suum dolum reuelare, ff. pro socios, verum, §. tps, & ff. de reg. iur. non fraudantur, in fi. 16. q. 1. leg. & ex eo quod deliquerunt, non debent esse meliores conditionis, ff. de do. inter vi. & vxor. l. 3. §. 2. & ff. de fur. itaq; fullo. §. sed nemo, ff. quod vi aut clam. l. seruus.

¶ Greg. ix. Bareñ. † Archiepiscopo, & fratri Ioseph. monacho Floreñ.

† Batareñ.

¶ *Absolutio de criminibus illatis per collusionem facta, nō impedit facultatem iterum accusandi, & inquirēdi de illis criminibus.*

C A P. IIII.

IN tantum clamor, qui ascendit cōtra Acherontinum †archiepiscopum in ualescit, q̄ dissimulare [f] ipsum ulterius sine scandalo, [g] non valemus, nec sine periculo [h] tolerare: & infra. ¶Licet † autem sedes Apostolica frequētibus clamoribus excitata, inquisitionē quorūdam excessuum suorum duxerit committendā: propter tergiuersationes [i] tamen ipsus (vt dicitur) eodem cum inquisitoribus, & examinatoribus

† A[illegible]tiñ.

† Acherontium.

† Pro intellectus huius decretalis vi de Archidiaconum, Præpositum, & Turrecremata, in ca. si quem pęnituerit. 2. q. 3.

IN tantum.] iterum cōtra illum inquiritur de crimine qui per collusionem fuit absolutus h. d. Diuiditur, nam primo ponit commissam inquisitionē, relaxā collusionē, & ipsius exitu: Secūdo ponit bimembrem con illio nē. Secunda ibi, Discretioni Abb.

CASVS. Archieps Acherōtinus sup simonia, & aliis crib. in tm fuerat diffamatus, q̄ sine scādalo & periculo non poterat amplius [illegible], vnde Papa [illegible] clamorib. excitatus, horū inquisitionem commisit, sed propter tergiuersationes ipsius & calliditates cū ipsis inquisitoribus & examinatoribus. (ut dicebat) collusionem fecerat & testes duxerat corrūpendos, ita q̄ non solū prædicti excessus remanserunt hactenus incorrecti, verum ēt peiora prioribus committere non expauit: vnde mādat quibusdā quatenus si de hmōi collusio. nec ac corruptione? constiterit, ex integro sup præmissis excessibus, & aliis inquirant, quæ viderint inquirenda: alioquin super nouis tantum inquirant. Nota quod non licet alicui corrumpere iudices, vel inquisitores, vel testes vnde puniri debet ex collusione, & iterum inquiri. Item crimina semel dimissa, iterum puniri non debent.

f ¶ Dissimulare.] sic supra. eodem capitulo primo.

g ¶ Scandalo. Tunc vere debet prælatus inquirere de excessib. subditorū, cū p famā, quæ scādalū gñat, ad ipsum peruenerit sup. de accus. qualiter. & 86. di. si quid.

h ¶ Periculo.] Quantum ad exemplum: quia quod agitur a prælatis, facile trahitur a subditis in exemplum, sup. de voto. magnæ, & 11. quęst. 3. percipe, uel quo ad dilapidationem, si in hoc laborat. B.

i ¶ Tergiuersationes.] Tergiuersari est in vniuersum ab accusatione desistere, ut 2. qō. 4. c. si quem, §. notandum, vnde potest exponi tergiuersationes, id est, uersutias siue calliditates, de quibus induxit inquisitores vt desisterent ab inquisitione.

[Glo. seq. tractat de pena collu. dicens, quod sicut calumniosi extra ordinem, &c.]

a ¶ Colludente.] De colludio puniri debet pœna legis constituta, 2. q. 3. si quem pœnituerit, & nihilominus inquiretur iterum de criminibus illis, ut hic dicitur, sup. eo. cap. Omnes im calumniosi pro talitate commissi criminis extra ordinem puniuntur, ff. ad Turpill. l. & in priuatis, ut si priuatum sit crimen, offic. iudicis culpa ei⁹ coercetur, ff. eo. si quis, §. vlt. ff. de præua. l. 2. Si uero publicum, infamis efficitur, ff. eo. si is qui, §. vlti. ff. de præua. l. 2. Ad similitudinem istorum videtur qđ iste esset puniendus, licet non dicatur præuaricator seu calumniator proprie, quia non licet taliter corrumpere iudicem, aut etiam testes sup. e. prox. si de hoc constiterit, tam ille quã examinatores, siue inquisitores & testes puniri possent officio iudicis extraordinaria pœna, tamen non dicit ꝙ puniatur, sed iterum inquiratur de his & aliis, ut in fine punitur. Ber.

b ¶ Nouis.] Bene dicit, super nouis, quia de delicto unius hominis sæpius quæri nõ debet, ff. nau. cau. sta. licet. in fi. & sup. de accus. de his, & c. licet. quia crimina semel dimissa, iterum in ultionem uenire nõ patimur, 23. q. 4. si illic. & de pœnitẽ. dist. 4. diuina clementia. & 3. q. 1. §. prohibentur & §. ab alio delatum.

† vde citatos in cap. 2. inf. eo.

† In plerisq. vulgatis ita Grego. ix. in manuscriptis ut plurimũ ut est impressum ĩ veteri cõpi. c. i. e. tit. Aug. tribuitur. verũ unde sit sumptũ, nõdum est inuentũ.

colludente [a] nec non corruptis testibus, & inquisitoribus, ac examinatorib. supradictis, non solũ prædicti excessus remanserũt hactenus incorrecti, uerum etiam peiora priorib. committere non expauit, & infra. ¶Discretioni vestræ mandamus, quatenus si de huiusmodi collusione, ac corruptione cõstiterit, ex integro super præmissis, & aliis, alioquin super nouis [b] duntaxat inquiratis, quæ uideritis inquirenda.

TITVLVS XXIII.

De delictis puerorum.

¶ Gregorius. †

¶Impuberes præter uitium carnis delinquere possunt puniuntur tamen mitius quam adulti.

CAP. I.

PUeris grãdiusculis [c] peccatum nolunt attribuere quidam, nisi ab annis 14. cum pubescere [d] cœperint. Quod merito crederemus, si nulla essent peccata, nisi quæ membris genitalibus admittuntur. Quis vero audeat affirmare furta, mendacia, & periuria non esse [e] peccata? At his plena est puerilis ætas, quamuis in eis non ita [f] vt in maioribus punienda videantur.

¶ Alexan. tertius Hermoñ. Episcopo.

¶ Puer non debet ita seuere puniri sicut maior, nec pater ex delicto filij impuberis tenetur.

CAP. II.

REferente † nobis H. intelleximus, ꝙ cum filius eius decennis, cũ alijs pueris sagittaret, quidam nepos eiusdem H. sagitta percussus, interijt, quod idem filius eius cum inter alios luderet, fortuito casu dicitur peregisse, propter quòd Abbas Sancti Remigij a præfato H. secundum

DE DELICTIS PVERORVM.

¶ Supra visum est de quibusdam delictis, uerum quia dubitatur, an in talibus puerilis ętas implicetur. merito annectitur hæc rubrica.

De hac materia hr. 15. q. 1. per totum. & 4. q. 3. cap. & 22. q. 6. paruuli. cum duobus c. seq.

PUeris,] primo ponit dictum, quod secundo reprobat: ibi, Quod merito Abb.

CASVS. Quidam nolebant pueris et grandiusculis peccatum attribuere, nisi post 14. ann. cum incipiunt pubescere. Dicit Grego. istud merito crederemus, si nõ essent alia peccata, nisi q̃ membris genitalibus cõmittuntur sed furta, mẽdacia periuria sunt peccata. & puerilis ętas plena est his, uerumtñ non ita puniẽda sunt in his, ut in maiorib. puniuntur. Not. ꝙ pueri doli capaces peccare pñt multis, & puniri debent, sed non in tantum sicut maiores & ita peierare possunt item omne delictum cadit in puerum. pręter delictũ carnis. Item ratione ætatis mitius agitur.

c ¶ Grandiusculis.] id est doli capacib. videlicet 7. ann. tales enim & mentiri, & verum dicere, & confiteri & negare possunt ut dicit Aug. in epist. ad R. natum episcopũ, ut habetur in glo. Ang. super c. de consec. dist. 4. paruuli.

ADDITIO. Legitur dialogo Gregorij de puero v. annorum, qui iurans, & detestans, & blasphemans, a diabolo raptus fuit, secundum Ho. lo. And.

d ¶ Pubescere.] Ante enim pubertatem. q̃ in anno 14. solet euenire, non presumitur de quoquam, nisi ẽt malitia suppleat ętatẽ sup. de despon. impub. de illis & c. vlt.

e ¶ Nõ esse peccata.] Quasi diceret nullus cum iurẽ pupilli ualeat, de lib. cau. l. vlt. ergo potest deierare. Item põt con mittere furtum, cũ est doli capax, ff. de fur. impuberem. Arg. contra ff. de iureiur. q iurasse. Sed ibi nõ fuit doli capax. Tenentur ergo tales pueri ex delictis, C. si aduer. delic. l. 1. & C. de pœn. impunitas. Arg. contra de conse. d. 4. eos, & C. de fal. mo. l. 1. & ff. de ædi. edi. cum autem, §. excipitur. Sed hoc intellige, cũ nõ sint doli capaces, uel quo ad minorem pœnam. Lau.

f ¶ Non ita.] Sic ergo ratione ætatis mitius agitur. ff. de mino. auxilium, §. etiam, & l. si ex causa iudicati. Item no. quod omne delictũ cadit in puerum postquam est doli capax, præter delictũ carnis, ff. ad Syl. l. j. §. impuberes, & l. excipiuntur. Ar. contra inf. cap. proxi. sed ibi soluitur.

† Ca. 2. eo. ti. in 1. cõp. De materia huius dec. pter Doct. hic uide plene per And. Tiraq. trac. de pęn. temper. aut remittẽ. cã. 7. Angelum tra. de malef. ṽuerb. sciens.

REferente] impubes percutiens alium, non debet puniri pœna pecuniaria secundum consuetudinem terræ, nec ob hoc quid potest exigi a parte hoc dicit. Vel sic, Pater ex delicto filij impuberis non tenetur: Primo punitur appellantis querela. Secundo iudicis datio. ibi, vnde. Abb.

CASVS. Quidam puer x. annorum. dum, cum alijs pueris sagittaret, quendam alium puerum fortuito casu sagitta percussit, & mortuus fuit, propter quod abbas Sancti Remigij a patre ipsius pueri centum solidos requirebat secundum consuetudinem terræ illius, unde dictus H. pater pueri appellauit ad Papam, super hoc scribit Papa Hermoñ. episcopi, dicens quia pueri non ita puniuntur secundum leges, sicut illi qui sunt maioris ætatis, mandat, quatenus si constiterit filium prædicti H. infr. 14. ann. eundem excessum commisisse, prædictum abbatem moneat & compellat, ut ab eodem H. prædictos centum solidos propter aliquam consuetudinem non exigat, nec inquirat pro temporali pena No. ꝙ ætas excusat a tanto, sed non a toto. Item pro delicto filij minoris 14. anno. pęna pecuniaria pater puniri non debet.

a ¶ Re-

a ¶ Requirebat.] Vnde dictus H. ad sedem Apostolicam appellauit.

[Glo. seq. recit. per obiect. duplicem, scilicet ad text. & ad casum, prima soluitur per expositionem litteræ, secunda dupliciter.

b ¶ Inultum.] 15. q. 1. illud, sed illud intellige de eo, qui nō est doli capax. vnde, expone inultū, idest, non perfecte vltum, vt sup. c. proxi. ff. de min. auxiliū, §. 1. & l. si ex causa, §. 2. & C. de pœn. impunitas, C. si aduer. delic. l. 1. & 2. & ff. de dam. infect. l. damni, §. si pupillus, & 21. q. 5. si quis cuiuslibet. verū tamen non punitur. Sed unde hoc, quod non punitur propter talem excessum? Nō dicit quod nō punitur secundum iura, maximè cum daret operam licitæ rei, & esset x. ann. sed dicit, ꝙ propter illam consuetudinem pecuniā illam pro temporali pœna non exigat, si erat infr. xiiij. annos cum ille puer nihil habeat, & pater pro filio non est conueniēdus, C. ne fil. pro pa. l. 1. nec dominus pro seruo, ff. de pec. licet. 1 §. ex furtiua. maximè ratione ætatis. & quia delictum extra uenit, non ex animo, licet in culpa fuerit, & ideo non xam non commisit: unde habet in integrum restitutionem, si uoluerit, C. si aduer. delict. l. 1. & pater eius homi ne petere posset, si pecuniaria pęna esset sibi imposita, ff. de mino. pater pro filio. 1. responso irregularis tamen fuit effectus, & pęna spirituali debet puniri, siue canonica, & ex eo, ꝙ dicit, pro temporali pęna, mitius tamen agitur cum eo propter ætatem, s. c. proxi.

[Glo. seq. duo arg. signat contrarium, & remittit.

c ¶ Inf. decimumquartum.] ex hoc videtur, ꝙ si fuisse sup. xiiij. annum, ꝙ Abb. illam pœnam posset exigere, forte quia habebat ibi temporalem iurisdictionem. Et potest sumi arg. ex hoc ꝙ ab episcopo habente regalia a principe, regalibus illis appellandum sit ad dominum Papam, & non ad principem, ꝙ uerum est, nisi consuetudo aut priuilegium contrarium inducat, infr. de appel. Romana. §. debet [in 6.] Vel forte Abb. hoc habuit ex consuetudine iam præscripta, ut pro homicidio pænam pecuniariam exigat. At contra. inf. de pænis, licet, sed illud ibi etiam soluitur.

† Alias. Venum quoniam, &c.

† Alias ita: appellā, &c.

† Vide concilium Tridentinum sess. 24. de refor. matr. ca. 12. §. uestitū insuper, & Ber. Diaz in pra. cri. cap. 61.

1 Alias incipit, si seruus, & ibi dicitur, quod ex furto factū per seruum contra dñm agitur inquantum factus est locupletior. Ioan. And.

† Est in concilio Agatē. sic. 55. & in concilio Epaunensi. c. 3. referunt Burchardus lib. 2. decr. c. 213. & Iuo par. 6. c. 288. ubi tribuuntur concilio Meldensi. refert iterum Iuo p. 5. cap. 366 & p. 13. c. 30. & Gratianus sine prima dist. 34. c. 1. & c. 1. eo. tit. in 1. compil.

consuetudinem illius terræ, centum solidos instantius requirebat: [a] & inf.

¶ Vnde † quoniam in pueris relinqui solet inultum, [b] quod in alijs prouectioris ætatis humanæ leges dicunt seuerius corrigendum; Mandamus, quatenus si constiterit, filium prædicti H. infr. decimum quartum [c] ætatis suæ annum, eundem excessum commisisse, memoratum abbatem moneas & compellas, vt ab eodem H. prædictos centum sol dos, propter † illam consuetudinem non exigat, nec ab ipso pro temporali pęna requirat.

TITVLVS XXIIII.

De clerico venatore.†

¶ Ex concilio Aurelianeñ.

¶ *Clerico prohibetur venatio, & contra facieti pœna imponitur. hoc dicit cum sequenti.*

CAP. I.

Episcopum, presbyterū, aut diaconum, canes, aut accipitres, aut huiusmodi ad venandum habere non licet. [d] Quod si quis talium personarum in hac uoluptate [e] sæpius detentus fuerit, si episcopus est, tribus mensibus a communione; si presbyter, duobus, si diaconus, ab omni officio [f] suspendatur.

¶ Ex eodem.†

¶ *Summatum est supra cap. proxim.*

CAP. II.

Omnibus seruis [g] Dei, venationes & syluaticas uagationes cum canibus, & accipitres, aut falcones interdicimus.

DE CLERICO VENATORE.

¶ Supra visum est de quibusdam delictis tam clericorum quam laicorum, nunc submittit de quibusdam delictis clericorum tantum, scilicet de clerico venatore. De hac materia habetur 86. di. in c. qui venatoribus cum s. c. seq. & 24. di. c. 1. in principio. Abb. Episcopum.] In prima ponit prohibitio: In secunda pæna ibi, quod si quis: Abb. Sicul.

CASVS. Dicitur in capit. isto, ꝙ eps presbyter, & diaconus aues ad uenandū, aut caues lire non dēnt: ꝙ si aliqs eorū in hac voluptate sæpe inuētus fuerit, eps trib. mēsib. a cōione, presbyter duobus, diaconus ab oī officio suspēdat. Not. ꝙ clericis auiū, & canū venationes causa uoluptatis prohibent. Et sic est ar. ꝙ hæc eadem causa necessitatis, exercere possunt. Item nota hic pœnam clericorum qui venationes exercent.

d ¶ Non licet.] s̄ ne cleri. vel mo. c. 1. 34. d. quorundam. 86. d. an putatis, & s̄. de cē si. cum Apostolus, & inf. c. proxi.

[Glo. seq. arg. a cōtrario, & illud concedit, si tria cōcurrant: demū distinguit quadruplicē uenationē, & quartam, scilicet quæ fit ad aues, vel bestias, subdistinguit in clamosam, & quietam.

e ¶ Voluptate. [Ergo vī ꝙ causa necessitatis vel recreationis licitū sit: ꝙ posset cōcedi aliis clericis, excepto epo, cui oīno nō licet 34. d. c. 1. dūmodo clamosam uenatione euitent 86. di. an putatis, & non sæpius, ut hic dicit, ne ī cōsuetudinē perducatur. Quædam. n. venatio dī oppressiua hoīm, & hęc omnino illicita est. 6. dist. c. non est peccatum. §. his itaque. Et est adulatoria, quæ fit per verba. & hæc est illicita. 86. d. qui venatorib. & 46. dist. sunt nonnulli. & 6. q. 1. sunt plurimi. & est arenaria: q̄ fit in arena. & mala 3. q. 6. c. infamis. §. tria. saltuosa, & clamosa licita est laicis, de qua dicitur in c. an putatis, sed clericis omnino non licet talis uenatio, sed quieta, ut dictum est, cā necessitatis uel recreationis. Epo presbytero, diacono, & subdiacono, qui cum diacono eodem gaudet priuilegio, ut. supra. de ser. non ord. miramur. ex toto ꝓhibet, q̄a de illis fit hic tm̄ prohibitio.

[Glo. seq. obiicit. & soluit.]

f ¶ Officio.] Plus punitur hic minor, quā maior, quod est contra illud 40. d. homo Christianus, &. 19. d. nulli. Solu. prius punitur hic eps & presbyter, quam diaconus maior. n. reputatur in epo ista pęna uel presbytero, q̄ suspensio ab oī offi. in diacono, ꝑ ꝑ manus scandalum, & magis imputatur illa pęna epo uel presbytero, q̄ supensio a beneficio in diacono, vel subdiacono, ex ꝑsonam cōsiderat iniuria, Instit. de iniur. §. atrox, sic & pęna, ex ꝑsona iudicatur parua, uel magna. Ber.

Omnibus seruis.] CASVS. In hoc c. prohibetur omnibus clericis uenationes, & syluaticas uagationes cum canib. exercere, & accipitres, & falcones interdicuntur eisdem Not. ꝙ omnes venationes cum canibus, & auibus clericis prohibentur.

CASVS. Archidiaconi Conuentren. episcopatus pro corrigendis excessibus a clericis, & laicis pœnam pecuniariam exigebant: Item pro annua exactione quandoque rectores ecclesiarum suspendunt, & ecclesias interdicunt, a uicarijs denarios exigũt, vt eos in ecclesijs celebrare permittant: hæc & alia committebãt cõtra canonum instituta. Mandat Papa Cãtuarien. archiepiscopo, quatenus hęc prædictis archidiaconis districtius interdicat: Si autem contrauenire præsumpserint, eos ecclesiastica cen. compellat. No. quod excessus clericorum sunt puniendi pœna spirituali secundum canones, & non pecuniaria.

[Glossa. seq. quærit, & dupliciter soluit.]

f ¶ Laicis.] Sed quare a laicis, quia forte sunt de sua iurisdictione temporali, vel de consuetudine hoc habent.

[Glo. seq. notat pœnas pecuniarias &c. signat cõtrarium, soluit distinguendo, ponit opi. Hug. quam determinat.]

g ¶ Pœnam pecuniariã.] Ex hac decretali vr. quod pro criminibus pœna pecuniaria exigi non debet, cum Papa hic eam prohibeat, arg. 16 q. 6. cognouimus. & cap. de lapsis. cap. episcopo. ea illud 1. q. 1. nullus episcopus. & supra. de simo. nemo. & 83. dist. si quis episcopus, argu. contra. 23. q. 5. si vos. Vnde not. quod cum ius statuit pœnam pecuniariam infligendam, quicunque cognoscit de illo crimine, illam potest infligere, ff. de iudic. leg. 2. §. vlti. sup. de rap. in archiepiscopatu. & 12. q. 2. cum deuotissimam. 18. dist. quoniam 2. Si vero ius solam pœnam spiritualem vel corporalem super crimine statuit, iudex nec debet nec potest illam in aliam commutare, sed ille tantum qui de illo crimine, potest dispensare. Et cum de pęna criminis nihil de iure cautum est, an pecuniariã uel aliam infligat, iudicis arbitrio committitur. su. de off. de leg. de causis. Cum iudex super crimine dispẽsare potest, bene potest infligere pęnam pecuniariam, uel aliam. Sed archidiaconi isti super his criminibus dispensare non poterant: unde non debebant pœnam pecuniariam infligere. sed imponere spiritualem, secundum quod qualitas criminis exigebat, arg. sup. de iud. arg. si clerici. Hug. dicit, quod illa pena est infligenda, quæ magis timeatur, argu. 23. quæst. 4. ea vindicta, & q. 5. prodest, & sup. ut lit. non cont. quoniam, in fi. Sed hoc intellige habere locum cum iudex talis est, qui possit dispensare, & commutare pęnas, sed isti archidiaconi hoc non possunt. Ala.

h ¶ A vicarijs.] Hoc erat simoniacum, cum ordo sit sacramentum, cui adhæret executio. si ergo vnum vendunt, & reliquum. 1. q. 3. si quis obiecerit, & c. saluator. Calum-

tentia condemnentur. a

¶ Ex concilio Triburien.

¶ *Interficiẽs presbyterum, puniẽdus est, & pœna pars ecclesiæ cui præfuit, alia pars pro eius anima distribuitur.*

CAP. II.

PResbyteri interfecti cõpositio, [b] episcopo ad cuius parochiam pertinet, soluatur, ita vt medietatẽ vtilitatibus [c] ecclesiæ, cui [d] præfuit, tribuat: & alteram in eius eleemosynam iuste dispertiat: Quia nullus eius hæres proximior uidetur, quam qui ipsum Domino sociauit. [e]

¶ Alex. 3. Cantuarien. archiepiscopo.

¶ *Non debent prælati pro criminosis sustinẽdis pecuniam exigere, nec etiã correctionis causa ex cupiditate pœnã pecuniariã imponere.*

CAP. III.

LIcet † iuxta Apost. & infra. ¶ Accepimus, quod archidiaconi Conuentrẽ. episcopatus pro corrigendis excessibus, & criminibus puniendis, à clericis & laicis [f] pœnã [g] pecuniariã exigunt, & pro annua exactione pecuniæ † personas quandoque suspendũt, ecclesias interdicunt, a vicariis [h] denarios, ut eos in ecclesiis cantare permittat, exigere non formidant, & alia agunt, quæ canonũ obuiãt institutis, & de radice cupiditatis, & auaritiæ prodire uidentur: & inf. ¶ Mandamus, quatenus archidiaconis prædicti episcopatus hoc districtius interdicas: si autem contrauenire presumpserint, eos appellatione cessante, ecclesiastica censura compellas.

¶ Idẽ in concilio Turonẽ.

¶ *Victus condẽnatur victori præsenti in expensis, etiã in causis pecuniarijs, & unum casum excipit.*

† Est in concilio Triburiẽ. sub Arnulpho Imperatore ca, 4. sed alijs uerbis referũt Burchardus libr. 6. de [illegible] cap. 11. Iuo part. 10. cap. 140. & Gratia. siue Palea. 17. q. 4. cap. omnes presbyteri.

† Ca. 3. e. ti. 1. r. cõpil. & post cõciliũ Lateranen. sub Alex. 3. par. 2. c. 3.

† Vide quod notat Specul. titu. de sen. pla. §. 2. ad finem. & ti. de contu. §. fin. uersi. sed pone, index.

1 Et ideo nõ ar. quod possit illas remittere de hoc not. & dixi de of. leg. ni si in 1. glo. Ioan. And. d

† Dictio pecuniæ deest in antiquioribus exemplaribus.

2 Vide glo. ibi. &c. si quis cuiuslibet 21. q. 5. & Ho. in sum. de offic. Ordin. §. quid pertinet. & in c. pro humani. de homicid. lib. 6.

CAlumniam.] Primo legem recitat, quam secundo approbat, ibi, Quoniam. Abb.

CASVS. Qui calumniose litigant, condemnandi sunt in expensis, & de calumnia puniuntur, sicut quod leges præcipiunt, & quia istud sacris consonat institutis, præcipit Papa vt de cetero in pecuniarijs causis victus victori in expensis condemnetur, nisi feratur snia pro absente. No. quod q liti. calumniose litē agit, in expēsis alteri parti cōdemnari debet.

e ¶ Alio. Ita vt præter expēsas de calumnia puniatur. C. de calum. l. 2. & ist. de pe. te. lit. §. aduersus, qua infamis efficitur, vt ibi dicitur, de quibus legibus hic facit mētionem.

[Gl. seq. ponit opinionem suam, & contrarium, & remittit.]

b ¶ V. ctori.] victus victori in expensis condemnari dēt, si per calumniam, & malam fidem appareat eum mouisse litem; 1 vt hic expresse dicit litera. in prin. & ī auth. de iu. §. oportet, col. 6. & ff. de iudic. eum quem temere. Alij dicunt, quòd eo ipso quod succumbit, præsumit calumniari: vnde condemnari debet in expensis. De hac materia plene dictum est, ī. de dol. & cōt. finē.

c ¶ Nisi snia pro absente.] Sicut cauetur, C. de iud. properandum, §. & si quidem, ibi dicitur, quòd victus præsens sūptus suos de condemnatione deducat.

† Cap. 5. eo. tit. in 1. cōpi. & post cōci liū. Lat. sub Ale. 3. par. 3. c. 2.

† Alias ita: in expensis. Itimis alias ita: in expensis omnibus sed in manuscrip. tis ut est impressū, uno excepto.

1 Adde quod nec iusm causa lum. excusat a condemnatione expensarum concordat l. 2. C. de iuro calum.

† Ca. unico eod. tit. in 3. compila. Et an clerico pugnare liceat, expli. cat. B. Tho. 2. 2. q. 40. ar. 1. adde ibidē Caietanum.

† Ludeñ. archiepiscopo. London. archiepiscopo.

CAP. IV.

CAlumniam† & audaciam temere litigantium condemnando in expensis, & alio [a] multiplici remedio sanctio imperialis compescit.

¶ Quoniam igitur sacris institutis consonare digno scitur: Præcipimus, vt de cetero in causis pecuniarijs victus victori [b] in † expensis condemnetur; nisi snia [c] pro absente feratur.

¶ Inno. 3. Midrosiensi archiepiscopo.

¶ Clericus causam seu operam præbens bello, deponendus est.

CAP. V.

QVod † in dubiis, & īf.

¶ Quia vero tam sacerdotes, qui gubernāt naues ad pugnam, quam, qui personaliter exercent conflictum, & hi, qui alios incitant [d] ad pugnandum, omnes enormiter peccāt, de rigore canonico eos credimus deponendos.

¶ Idem Londoñ. † epo.

¶ Clericus pro magno scelere ab eo commisso deponi debet, & in monasterio detrudi ad agendum pænitentiam.

QVod in dubijs.] CASVS. Sacerdotes, qui gubernant naues ad pugnam, & qui personaliter cōflictū exercent, & alios incitant ad pugnandū, omnes sunt deponēdi. Not. quod non solum ille est homicidia, qui interficit, sed etiam ille, qui incitat ad interficiendum.

d ¶ Incitant.] in bello iniusto, arg. sup. de hom. sicut dignum, §. qui vero, & ff. ad l. Aquil. item Mela. §. item cū eo. 2. secus si esset iustum, quia tunc licitum est hortari, 23. q. vlt. hortatur & c. igitur &c. vt pridem. & interesse bellis ea. causa, q. 3. Maximianus.]

TVæ.] Abbas & clericus in magnis criminib. deprehensi, post depositionem detrudi debent in monasterium ad agendum pœnitentiam. Et diuiditur. Primo ponitur consultatio, secundo responsio ibi, Respondemus. Abb.

CASVS. Clerici aliquando deprehenduntur in latrocinijs & alijs magnis sceleribus, quæritur qualiter sint puniendi? Respon. Papa quòd a suis sunt ordin. b. degradandi, & in arctis monasterijs detrudendi ad agendum penitentiam. No. quòd clerici deprehensi in latrocinijs, & magnis criminibus degradari debent, & in arctis monasterijs detrudi.

† Vide sup. tit. 1. c. fi. super gloss. 2. Ioan. And.

CAP. VI.

TVæ † discretionis prudentiam, & infra.

¶ Ad illud quod a nobis tertio requisisti, qualiter clerici in latrocinijs, vel aliis magnis sceleribus deprehensi [e] puniri debeant: Respondemus, quòd a suis ordinibus degradati, detrudi debeant in arctis monasteriis, [f] ad pęnitentiam peragendam.

¶ Idem Abbati & fratribus Cryptæ ferratæ.

¶ Si vterque contrahentiū venit contra contractum, vterque potest exigere pœnam adinuicē promissam ex conuentione.

CAP. VII.

COnstitutus † in præsentia nostra, & infra.

¶ Licet autem instrumento episcopi Lauitani expressa fuerit certa pœna, quam pars contractū non seruans, solueret obseruanti, cum tamē vtraq; pars venisse contra illum, ex confessione [g] propria conuincatur, cum & pars vestra subtraxerit epo pensionē & episcopus procurationem exegerit ab eadem ecclesia, sicut œconomus ꝓposuit memoratus, vtram-

[Gl. seq. ponit duas lect. & secundam declarat.]

e ¶ Deprehensi.] & cōuicti, sola. n. deprehensio non sufficit, sup. de iud. cum non ab homine. Vel intellige, deprehensi, ita quod factum sit notoriū per euidētiam facti. tales enim statim cōdemnari possunt, C. de defen. ciu. l. defensores. Et argu. sup. de coha. cle. & mul. ca. vl. & 2. q. 1. de manifesta, & talis deprehēsio auctoritate sui 3 prælati fieri debet, ne vltra se extendat violentia, quam exegerit defensio clericorum, infr. de senten. excommun. vt fame, alias capientes essent ex communicati, vt ibi.

f ¶ Monasterijs.] sim. 16. quæst. 9. de lapsis, & 50. distin. si ille, & si incorrigibiles fuerint, per secularem iudicem postea deprehendantur, sup. de iu dic. cum non ab homine.

† Ca. 3. ti. de vita & honeste. cle. in 3. cōpi. uide Ber. Diaz in prati. crim. cā. c. 84.

3 Quod intellige ut dixi de iud. cū non ab homine, sup. c. 1. glo. Ioan. And.

COnstitutus.] Primo ponit diffinitionem. Secundo causam interserit: ibi, Et cum. Abbas.

CASVS. Episcopus Lauitanus concessit monasterio Cryptæ ferratæ omnes ecclesias in eius diœcesi sitas, pertinentes ad monasterium illud, & quicquid iuris habebat in illis in emphyteusim sub annua pensione reddenda, ita quòd sola pensione cōtentus esset, sub certa pœna apposita in instrumento inde confecto, postmodum orta fuit super his contentio inter eos, per confessionem vtriusq; partis constitit, quod pars monasterij subtraxit episcopo pensionem, & episcopus exegit a monasterio pensionē, sic vtraque pars commisit in pœnam, vnde dominus Papa vtramque partem a pœna illa reddidit absolutam. not. quod confessio in iure facta præiudicat. Item pœna cum pœna compensatur.

† Pars. c. constitutus sup. de relig. do. vbi inuenies varietates de voce Lauitani.

g ¶ Ex confessione.] confessio enim in iure facta præiudicat, sup. de transactio. præterea 2. & sup. de confess. cū super. & ca. vltim. vbi de hoc, & C. eod. l. vnica. & ff. eod. l. 2.

[Glo. seq. opponit dupliciter, & soluit.]

h ¶ Vtram-

a ¶ Vtramque.] Sed vr̃ quòd eps non inciderit in pœnã: nam cum altera pars ei subtraxit pensionem, licite potuit petere procurationem: quia fidem non seruanti, fides non est seruanda su. de iurei. peruenit. 2 nam, licitũ est redire ad priorem actionem, cum ex parte altera nõ paretur pacto, arg. su. de pac. cum pridem. De hoc dictũ fuit su. de eiec. cum inter R, Epis. vr̃, quòd illi potius præiudicet, qui vltimo incidit in pœnã, nã si vterq. est in mora, semper vltima mora nocet. ff. de peri. & cõmo. rei ven. Illud. Rñd. hic ꝑpter par delictum neuter incidit in pœnam, ff. de reg. iu. cum par. & in delictis mutua sit cõpẽsatio, s. de adul. c. pe. & vlti. 32. qu. 6. nihil & ff. sol. matr. viro. Ideo compensatio mutua fit. ff. d cõ pen. si ambo. & ff. de dolo. si duo. Hæc decre. decisa fuit in fin. hui⁹ decr. sup. de rel. do. cõstitutus, & per illam poteris intelligere istam. B.

b ¶ Absolutã.] ꝓferẽda est. n. opinio æstimationis pecuniario cõmodo. ff. de sol. cũ ex plurib. & ff. de v. sur. in pecudũ. §. vlti.

Super his.] CASVS. Quidã clericus corã Papa ĩ testimonio vacillauit, & variauit in dicto suo, Papa fecit illũ ca. & detineri quæritur vtrum propter hoc incurrerit infamiam? Rñ. quòd non. Not. quod vacillans vel variãs in testimonio, non est ipso iure infamis.

c ¶ Variauerat.] & ideo non fuerat ei credendum, 4. q. 3. cap. si testes, §. qui falso, & sup. vt eccle. benefi. vt nostrum. B.

d ¶ Non incurrit.] quia genus pœnæ 1 per se non infamat, nisi sententia præcedat, C. qui ex cau. infam. irro. l. 1. & l nullam. licet Gratianus aliter senserit, 3. q. 7. c. in famis, §. tria, in fi. Vinc.

Svam.] Diuiditur. In 1. q. In 2. prouisio ibi, Quia igitur. Abb.

CASVS. Clerici sancti Fortunati condemnati fuerunt episcopo Spoletano in 40. lib. per per quoddam arbitriũ sub certa pœna, nisi eas persoluerint in termino constituto episcopus impetrauit quasdam litteras contra eos tacita veritate, per quas fecit eos sibi condemnari in 30. lib. nomine pœnæ, quia non soluerant totam summam in termino constituto, vnde dicti clerici domino Papæ querimoniam transmiserunt: Mandat Papa epõ Spoletano, quatenus, 7. lib. solutione contentus existat, & super pœna 30. lib. clericos illos de cetero non molestes, cum non deceat ipsum inhonestis quæstib. cum aliena iactura ditari. Not. quòd pœna non debet exigi nisi pro parte non soluta in termino constitutuo, licet de rigore iuris sit commissa in totum, & secundum quosdam in totum exigi possit, in qua sentẽtia fuit iudex, qui clericos istos condemnauit. Item cum alterius iactura nemo debet ditari, & præcipue clerici.

que a partem ab ea reddimus absolutam. b

¶ Idẽ priori S. Fridiani, & magistro B. cano. Pisano.

¶ Si testis propter vacilationem incarceratur, infamiam non incurrit.

CAP. VIII.

Super † his, de quibus nos cõsulere voluistis, & infra.

¶ Clericus autẽ, qui pro eo quòd variauerat c & vacillauerat coram vobis, † de mandato nostro † captus est, & detentus, infamiam non incurrit. d

¶ Idem Spoletano epõ.

¶ Obligatus ad certã quãtitat ẽ, certa die sub pœna soluendam, si partem intra terminum soluit, ad pœnã integram non tenetur.

CAP. IX.

Svam † ad nos rectores clericorum Sãcti Fortunati querimoniã transmiserunt, ꝙ cum tibi essent in quadraginta libris per qđdam arbitrium condemnati, essetque pœna triginta librarum apposita, nisi eas soluerent in termino constituto; tandẽ triginta trib⁹ libris in termino persolutis e occasione septẽ residuarum, per qualdam nostras † litteras veritate tacita impetratas, obtinuisti eos in præfatis triginta libris tibi per delegatum iudicem, condemnari.

¶ Quia igitur te nõ decet in tantum pontificalis modestiæ f obliuisci, vt inhonestis quæstib. anhelando, desideres cum aliena iactu ra ditari: Mandamus, quatenus septẽ librarum solutione contentus, sup pœna g triginta librarum, memo

[Glo. seq. signat contrarium, & soluit distinguendo.]

e ¶ Persolutis.] eo ipso ꝙ sortẽ recipit, pœnæ renũciasse vr̃, ff. de eo quod cer. lo. l. vl. in fin. & ff. de le. cõmis post diẽ, & ita vr̃ ꝙ eam vlterius petere non possit per hoc ꝙ hic dr̃, nisi aliter conuenerit inter eos cũ sortẽ recepit, l. quòd sors & pœna peti possint, ar. ff. de trã sa. qui fidẽ. C. de tran sac. cũ ꝓponas, ff. si quis cau. l. 2. i. rñ. Et sic vr̃ ex hac decre ꝙ non cõmittatur pœna in totũ cũ effectu, licet sors in totũm soluta nõ sit: vnde hẽs ꝯiia plura, ff. de ver. ob. stipulationũ. §. si sortẽ. Super hoc consueuit distingui. Aut n. illud qđ promittit sub pœna, consistit in dãdo, & in totũ committitur pœna licet a parte sit satisfactum, ff. fam. erc. hær. §. ĩ illa, in fin. & ff. de uer. ob. stipulatio, §. si sortẽ, & l. in executiõe, §. item si ita, & ff. de pig. act. l. si necess. Si vero cõsistit in faciẽdo, & illud quod pro missũ est sub pœna, sit indiuiduum, tunc idẽ est ꝙ in primo casu, quia in totũ committit pœna, ff. fam. erci. her. §. an ea stipulatio. & ff. de verbo. oblig. ead. §. Cato. in prĩ. ibi, ab oĩb. factũ, & c. & l. in executio. §. 2. Sed in primo casu cum cõsistit in dãdo, dixit Azo, quòd opposita exceptione repelleretur a pœna pro rata solutæ partis, ar. ff. si quis cau. si seruus. §. 1. & ff. de verb. obl. l. 2. §. vlt. ad fi. & ar. ff. deposi. si duo hæredes, & ff. de ver. obl. in executione, §. in solidum. & hãc æquitatẽ seruat hic Innocentius, Nec est seruandus ille rigor, vt in totũ pœna exigatur, quia non debet quis cum aliena iactura ditari, ut hic dr̃, & 22. q. 2. primum. & ff. de cond. indeb. nã hoc, quia interest illi⁹ pœnã recipere pro soluta sorte, & ideo, quia placuit æquitatẽ pr̃ferri strictu iuri. C. de iud. placuit. vñ lr̃æ sup hoc impetratæ nõ ualuerunt, ꝙ patet ex eo, quòd dicit ueritate tacita. Alij doctores legũ seruant illum rigorẽ. Si uero factũ sit diuiduũ 2 pro parte tñ committitur, ff. rem ra. hab. si procurator. §. si quis a procuratore, & ar ff. de verb. obl. eadẽ. §. Cato. ibi, at si de eo cautum, &c. Sed ꝯrium vr̃ in l. præd. ff. si quis cau. si seruus, ubi committitur pœna in totum, licet detur exceptio pro alia parte, & factum ur̃ diuiduum: Sed dici cõsueuit quòd illud est sp̃ale in iudicio, quia & ibi mora purgatur. ff. si quis cau. & si post tres, sed in pœnali stipulatione non purgatur. C. de contrahen. & cõmit. stip. magnã. quia tẽpus ibi interpellat supr. de lo. ca. ult.

f ¶ Modestiæ obliuisci.] præferenda est, enim existimationis opinio pecuniario cõmodo. ff. de sol. cum ex plurib. causis. ff. de usur. in pecudum. §. ult.

[Gl. seq. signat contrarium, & remittit.]

g ¶ Pœna.] uidetur ergo ex hoc quòd ecclesiastica persona non possit exigere pœnam, nec ab ea exigi, ar. 2. fraternitatis, arg. contra. supr. eod. constitutus. De hac materia dictum est sup. de arb. dilecti filij.

† Cap. 3. tit. de accus. in 3. compil.

† Alias, nobis.

† Alias uestro.

1 An carcer sit pœna, dic vt infr. eod. quamuis, li. 6. dixerunt hic Inn. Hostien. Ab. ꝙ est custodia, nõ pœna, ff. de pœn. aut facta, §. solent. Ioan. And.

† Ca. 2. tit. ne clerici vel monachi in 3. compil.

† Dictio nostras, deest in plerisque antiquis codicibus.

ratos rectores de cetero non molestes.

¶Idem.

¶Occidentes prælatū, priuentur beneficijs & feudis quæ habent ab ecclesia, cui præerat Prælatus ille, nec eis vel hæredibus restituentur, nec alia de nouo concedi debent. Et hodie in occidente capiente, vel bannien te episcopum, aucta sunt similes pœnæ, de quibus in cle. si quis suadente eo. tit.

CAP. X.

AD† aures nostri Apostolatus peruenit, ꝙ cum quidam parochiani tui ausu† diabolico [bonæ † memoriæ] I. Vincētinum episcopum prędecessorem tuum nequiter peremissent, feuda, & beneficia, quę illi a Vincentina ecclesia obtinebant, ipsis per sententiam fuerant cum multa deliberatione sublata. Quia igit maiori sunt aīaduersione plectendi, Nos tā tibi, quā successorib. tuis, auctoritate Apostolica prohibemus, ne ipsis, aut hæredibus eorum beneficia prædicta restituātur: [a] seu de nouo eis alia quælibet conferantur.

¶Idem.

¶Prorumpens contra iudicem arbitrio superioris punitur.

CAP. XI.

DIlectus † filius electus sancti P. ad mōtes: & inf. ¶Ne iudicialis euanescat auctoritas, cum de litigatoris improbitate constiterit, aduersus assertionem [b] iudicis temere prorumpentis: iuxta superioris arbitrium digna poterit aīaduersione puniri.

¶ Idem in concilio generali.

¶Patroni, aduocati, uel vicedomini uendicantes sibi in ecclesijs plusquam iura permittant, per censuram ecclesiasticam compescuntur, & si occidunt Prælatū vel clericum ecclesiæ per se, vel per alios: perdant qđ habent ab ecclesia, & eorū posteri, vsque ad quartam generationem non admittuntur ad clericum, nec in religionibus præficiuntur.

CAP. XII.

IN quibusdam prouincijs ecclesiarum patroni, & aduocati seu vice domini se in tantam insolentiam erexerunt, ꝙ non solum, cum uacantibus debet ecclesias de pastoribus idoneis prouideri, difficultates ingerunt: & malitias verum etiam de possessionib. alijsque bonis ecclesiasticis pro sua voluntate ordinare præsumunt: & (quod horrendum est dicere) in necem prælatorum prorumpere nō formidāt.

¶Cum igitur quod ad defensionis subsidium est inuentum, ad depressionis dispendium non debeat retorqueri: Prohibemus

AD aures.] Diuiditur hæc decre. Nam primo pœnalē sniam recitat: Scdo aggrauat, ibi. ¶Quia igitur.] Ab. Sic. CASVS. quidam ciues Vincentini epm suum interfecerūt pp ꝙ fuerūt feudis & bñficijs, q̄ a Vincentina ecclesia detinebant, p sententiam spoliati: q̄siuit eps Vincētinus, utrū ipsis vł eorū hrdib. ita bñficia sint restituēda? Rñdet Papa, ꝙ nec ipsis, nec eorum hrdib. sunt illa bñficia restituenda, seu de nouo alia conferenda: cum maiori sint etiā ani maduersione plectendi. No. ꝙ oīa beneficia dēt quis amittere q̄ obtinet ab ecclesia qui Prælatum ipsius interfecit, nec alia sibi uel eius hrdib. conferenda sunt nouo. l. rem pœna nō solum tenet auctorem, sed extendit ad hæredes. a ¶Restituant. Imō vr, ꝙ maiori pœna puniendi sunt, ut nō solum ea nō restituat sed oīa alia bona sua ecclesiæ, cui iniuria facta est, tradant ppe tuo. 17. q. 4. si qs deinceps, & anathematizētur, ut ibi dr, licet ipso iure sint excōicati c. cā, & q. ea si quis suadente. Itē alia pœna imponit. j. eo. ca. pxi. & si iterū aliqui suum episcopum interficiant, priuantur epo. j. 25. q. 2. ita nos.

DIlectus.] Qui iudici iniuriātur, per superioris arbitrium puniri debent, h. d. Abb. CASVS. Dr hic, ꝙ si aliquis temere prorupit cōtra iudicis assertionem, fm arbitriū superioris dēt puniri, cum de ipsius litigatoris improbitate cōstiterit, ne uilescat iudicialis auctoritas. Not. ꝙ litigator, qui temere cōtradicit iudici coram quo litigat, arbitrio superioris puniri debet, quia non est vilipendēda iudicialis auctoritas. [Glo. seq. arg. signat contrariū, & soluit.] b ¶ Assertionem. ar. quòd uerbo iudicis est credendū, nisi contrarium probetur, ut hic dicitur, argum. supra de prob. post cessionem. Argum. contra supra de testibus, cum a nobis, & supra de probat. quoniam contra falsam. cui standum est. Sed ꝙ dicit hic, ꝙ puniri debet litigator, uerum est cum temere contradicit iudicis asserrioni, puta, cum iudex hoc ꝙ dicit oñdit peracta, uel cum litigator nihil ostendit contra exōicationis sententiam tūc puniatur in sumptibus, inf. de sen. excom. sacro, argu. su. e. calumniam. Vel alias fm arbitrium superioris vt hic dicit, & su. de offi. deleg. de causis.

IN quibusdā.] Diuidit. Nā primo recitat triplex patronorū delictū: Scdo ibi ¶ Cū igit] puidet ɔ̄ primū & contra fm. vtrumque prohibendo: Tertio ibi: [Sacri.] cōtra tertium, illud primū puniendo in factoribus: secundo aggrauando pœnam in posteros ibi. [Et ne minus.] Abb. Sic. CASVS. Patroni ecclesiarum aduocati, seu vicedñi in tanta psū ptione se extollūt, ꝙ cum uacantib. ecclesijs de personis idoneis puideri dēt, si solū difficultates ingerunt & malitias verū ēt de possessionib. & alijs bonis ecclesiarū p sua voluntate disponere volunt, & ꝙ deteri9 ē, i necē prælatorū psumūt eum pere prohibet gñale cōciliū expresse, ꝙ de cetero nec patroni, vicem dñi uel aduocati sup prædictis plus vsurpēt q̄ reperiat i iure pmissū, & si cōfecerit perseueritate canonicā cōpescant, ne ꝙ ad defensionē est inuētū ad d. pssionis dispēdiū ualeat retorqri. Statuit isuper cōci. quatenus si proni aduocati, feudatarij seu uice dñi, aut alij bñficiati, clericū uel rectore alicui ecclæ per se uel p alios occidere uł mutilare p̄ psierint, amit āt q̄ i iuris in eccla. hāt uel ab ipsa tenēt & usq; in 4. gñationē posteritas taliū in clericorū collegiū nullatē. admittat, neq; in domib9 regularib. prælationē aliq assequāt nisi cū eis fuerit misericorditer dispēsatum. no. ꝙ puisū ē ad dfēsionē, n dēt ad grauamē extēdi. Itē no. ꝙ pna illorū q̄ ... delinq. ū: f. ꝙ amittere dēt qcq. d ab eccla tenēt. Itē ꝙ pna extēdit ad hrdes. Item monachat9 eēm nō absterget. c ¶ Defensionis. patroni n. eccl. in defendere debent 3. 16. q. ult. filijs, hāc defensionē non dēnt extendere ad grauamen ut hic dicit sic sup. de app. c. 3. & c. cū spāli. §. por-

† Ca. 1. e. tit. in 4. compil.

† Hæc duo uerba: bonæ memoriæ desunt in omnib. Vati.

† Ca. 1. ti. de probat. in 4. compil.

1 Adde q̄ sit cōligatio diuidua, & q̄ indiuidua no. in l. stip. non diuidun tur ff de ver bo. oblig.

† Idē in casu inf. e. lib. 6. Io. And.

† Idem Inn. 3. in cōc. gñali Lat. c. 45. & c. 2. eo. tit. in 4. comp.

2 Miscēdo iudicis contumeliam, ut dicendo ꝙ mentitur vel ꝙ melius esset hīe a sīnū in iudicem, cum ipse nil intelligat vel his similia, & quis hoc puniat dictū est in tex. Io. Andr.

3 Expressius ... Ecclesia fur Goffr. bene hic: qui hoc no. in li. inst. ca. 2. de iure. patr ver. nec vidsamus de honore Dicit non sufficere ... patronis ... ministerium adhibere ... tutum capit ... defendit. ff. de admi. tut. l. a tutorib. Io. Andr.

porro, & su. de iureiu. quanto, & 22. q. 4. inter cetera.

[Gl. seq. reci. per q. & solutionem, & dat simile.]

a ¶ Iure permissum.] Permissum patronis est pētare rectorem, & hīc ius ꝓfessionis, & si ad inopiā vergeat, ei ab ecclesia succurit, su. de iurepa. nobis, & 16. q. 7. q. cunq; sic eps nō dēt plus petere a subditis q̄ sit pmissum a iure. 18. q. 2. hoc tantum, & 10. q. 3. q̄a cognouimus, & s̄. de censi. cū Apostolus. alias restitueret duplū. s̄. de immu. eccle. q̄a plerīq;, & s̄. de censi. procurationes, in fine.

b ¶ Præsumpserint.] nisi forte in casu quē habes s̄. de sent. exc. si uero. cum moderamine inculpatæ tutelæ, alias non.

[Gl. seq. reci. per q. sol. & dat duo silia.]

c ¶ Prorsus amittāt.] Et deuoluant ad ecclesiā cui facta est iniuria. 27. q. 4. si q̄s deinceps, &c. q̄sq̄s, ut dictū est s̄. eo. ad aures & 17. q. 1. si q̄s rapuerit. Sic ergo ecclesia n̄ hēbit patronū, sic & uasallus amittit feudū (ut hic patet) si nō seruat fidelitatē dño 22. q. ult. de forma, & in li. de feudis, quemad. feudum amit. & 96. d. si Imp. si su. de postul. c. ult. sic & donatio reuocatur pp tālē ingratitudinē, & pp alias ēt, sup. de dona. cap. ult. ubi de hoc, C. de reuoc. dona. l. ult.

d ¶ Ad hæredes.] & descēdentes p lineā directā usq; ad quartam gñationem, ut hic dr: quia usque ad quartam gñationem extenditur cōsanguinitas, su. de consang. non dēt. Et est spāle hic, q̄ filius puniat pro delicto patris, sicut in crimine læsæ maiestatis, 6. q. 1. quęro, §. uerū, uers. si q̄s cum militibus, & in hæresi, su. de hære. uergentis, alias bona damnatorum deuoluntur ad hæredes, C. de bon. dam. auth. bona.

[Gl. seq. signat contrarium, & remittit.]

e ¶ Prælationis.] sed contra vr̄, cum ingressus religionis tollat irregularitatem, su. de fil. presbyr. cap. 1. & in Auth. de moni. in prin. coll. j. Dic ut sup. de aposta. 2. o. 2. Ber.

[Gl. seq. reci. per q. ponit opi. & solutionem.]

f ¶ Dispensatum.] Cùm non determinetur a quo possit dispensari. Dic. Ioan. 3. quod episcopus potest dispensare, ex quo Papa specialiter non retinuit sibi dispensationem, arg. inf. de sen. excom. nuper. Honestum esset quod nullus eps sine licentia Papæ dispensaret cum tal. lib. ut alij saltem timerent, cū viderent illos vsque ad vltimam generationem puniri.

G Rauem.] Primo ponitur querela: Secundo prouisio ibi, [Licet igitur.] Abb.

expresse, ne patroni, vel aduocati seu vicedñi, super pmissis de cetero plus vsurpent, q̄ reperiatur in iure permissum:[a] & si contra præsumpserint,[b] per seueritatē canonicā districtissime compescantur. ¶Sacri nihilominus concilij approbatione statuimus, quatenus si patroni, vel aduocati, aut feudatarij, seu vicedñi, aut alij beneficiati alicuius ecclesię, rectorē vel clericum aliū ipsius ecclesiæ, per se, vel per alios occidere, vel mutilare ausu nefando p̄sumpserint, patroni ius patronat[9], aduocati aduocatiā, feudatarij feudū, vicedomini vicedominatum, & beneficiati beneficiū prorsus[c] amittant. ¶Et ne minus vindictę, quam excessus memoria prorogetur, nō solum de præmissis nihil perueniat ad hæredes,[d] sed ēt vsque ad quartam generationem posteritates taliū in clericorū collegium nullatenus admittantur: neq; in domib. regularibus alicuius p̄lationis[e] assequantur honorē, nisi cum eis fuerit misericorditer † dispensatum[f].

¶Honor. iij. Præposito archidiacono, & H. canonico Suession.

¶ Domino excommunicato manente, subditi fidelitatem non debent, & si longo tempore in ea perstiterit, & monitus non paruerit ecclesiæ, ab eius debito absoluuntur.

CAP. XIII.

GRauē † capituli Lugd. recepimus q̄stionem, quod cū Comes Registrē. † pro multis iniurijs, quas irrogarat eisdem, † per iudices a sede Apost. delegatos excōicationis vinculo fuerit innodatus: idē per duos annos & amplius in excommunicatione persistens, iuri parere pertinaciter renuit, claues[g] ecclesiæ contemnendo.[h] ¶Licet igitur huiusmodi pertinacia non careat scrupulo hæreticæ[i] † prauitatis, volentes tamen nobilitati[k] parcere comitis supradicti: Discretioni uestræ mandamus, quatenus si comes prædictus post commonitionem vestram nō paruerit plene iuri, vos ecclesias,[l] in quib. aliquod ius habere dignoscitur, ab eius debito absoluentes, fideles ipsius (quamdiu in excommunicatione perstiterit) ab † eius fidelitatis iuramēto denunctietis penitus absolutos.

CASVS. Comes Registren. multas iniurias & grauamina irrogauit capit. Lund. ꝑpter quod per iudices delegatos ab Apost. sede fuit excōicatus, & per duos annos & amplius in excōmunicatione persistens, noluit parere iuri, claues ecclesiæ contemnando: vnde capitulum Lund. iterū significauit hoc domino Papa, quamuis huiusmodi pertinacia nō careat scrupulo hæreticæ prauitatis, mandat Papa qui busdam, quatenus si Comes ille cōmonitus iuri parere noluerit, absoluant ecclesias, in quibus ius habet, ab eius obligatione, & fideles ipsi[9] ab obligatione ipsius, qui diu in excōicatione perstiterit, denunciet absolutos. No. q̄ excōicatus, qui contemnit claues eccles. iterū puniendus est, ꝓut hic dr̄, quia crescēte cōtumacia, crescere dēt pœna. Item ar. q̄ nobilitati parcē dum est circa pœnas imponendas.

g ¶ Claues.] datas Petro, 22. dist. c. 1. & 12. dis. in nouo, & q̄ Petro datæ sunt ecclesię claues, 24. q. 1. quodcunq;, & cuilibet ei[9] successori, arg. sup. de transla. quanto. Ber.

h ¶ Contemnendo.] & si alias ligatus nō fuisset, ex contemptu ligaret, 11. q. 3. non solum, §. cum ergo & 24. q. 3. notandū, non. n. ēt cōtemni cū sit medicinalis, 2. q. j. multi.

i ¶ Hæreticæ prauitatis.] hoc iō dicit: quia qui pp suspicionem hr̄sis excōicatur, si per annū steterit in excōicatione, postea tāq̄ hr̄ticus hr̄ su. de hære. excōicamus, §. 1. tñ. si ꝓ cōtumacia excōicet, siue p annū siue per plures in excommunicatione steterit, nō habetur vt hæreticus, sed alias contra eum proceditur, ut hic dicit.

k ¶ Nobilitati.] No. q̄ parcit nobilitati circa pęnas, ut aliter puniat nobilis q̄ ignobilis, 24. q. 1. q̄ cōtra pacē. & 50. d. cōtumaces, & bñficijs ēt magis puidēdum est nobilitati, 86. dis. nō satis, ver. itē si considerāda est. Ar. cōtra q̄ eq; puniat, su. de statu reg. ea quæ, vbi de hoc.

l ¶ Ecclesias, in q̄b. aliquod ius.] Forte ius patronatus vel

---

1 Ad idē de iure pat. c. vnico, lib. 6.

† Dictio misericordicet deest in plerisq; codib.

a Vide B. T. 2. 2. q. 199. ar. 3. ad 3. ar gu. 3. Idem Vinc. Goffr. & Phil. pro his facit, q̄a isti laborant vitio. C. de nat. lib. l. legem uide in Spe. de legi. §. nunc de epor̄ū. versi. 53. Io. And.

† De intellectu vide Eymericū in director. inq. s. par. 2. q. 47. num. 6.

† Laudunē.

† Registerē.

† Alias, eidē sed in antiquionb. eisdem legitur.

† Vide conc. Trid. ses. 25. de refor. c. 3. circa finem.

† In oīb. codicib. Vat. & plerisq; alijs ita: ab eiusdē fidelitate denuncietis penitus absolutos.

uel quicquid aliud poſſit ab eccleſia percipere, ut ſi eccleſia aliquo debito teneatur eidem, ut interim eccleſia ei rñdere non teneať, ut ſup. de hæret. excom. §. credentes, & c. ult. & 15. q. 6. nos ſanctorum, & ipſo iure abſoluti ſunt tales; & hic p̃cipitur, ꝙ denuncientur ſolūmodo abſoluti, ut in fi. dicit. Et eſt arg. ꝙ creſcente cōtumacia creſcere dẽt pœna, ſu. ut lite non conte. quoniam, in fi. & ff. de pœn. l. relegati.

† Aliàs Calixtus ut in oib. vati. ſed reperiuntur hæc apud Greg. li. 22. epiſt. 31. regiſtri ad Felicem Siciliæ epm.

TITVLVS XXXVIII.

De pænitentijs & remiſſionibus.

DE PAENITENtijs & remiſſionibus.

¶ Supra viſum eſt de pœnis, q̃ imponūtur in foro iudiciali. Nūc cōpetenti ordine ſubnectit de his, q̃ imponunť in foro pñiali: ueru quia hmōi pœnę ſeu pniæ qñq; relaxantur per indulgẽtias ſeu remiſſiones, ideo hic ſubijcit de remiſſionibus.

† Hr̃ in ſynodo Moguntina ſub Rabano archiepo cap. 24. referunt Burch. li. 6. c. 7. Iuo ga r. 10. cap. 156. & Grat. ſiue palea. 27. q. 4. c. qui presbyterū.

De hac materia tractatur 50. d. c. hi q al tario. §. ſed exẽplo, vſque ad fi. d. & 36. q. 6. & q. 7. & q. 8. ſi al. qs, §. ecce ꝙ per totū, & plenius i tractatu de pnīa, q ad inſtar ſpūs ſeptiformis, per ſeptem di. expeditur.

¶ Alexander † Papa.

¶ *Pro manifeſto peccato pænitentia publica imponi debet.*

CAP. I.

M Anifeſta peccata [a] nō ſūt occulta † correctione purganda.

¶ Ex concilio † Moguntin.

¶ *Ponit pænitentiam occidentis presbyterum.*

CAP. II.

QVi presbyterum occiderit xij. annorum [b] pæniten. ei ſm̃ canones [c] imponatur, & infra.

¶ Conuictus vſq; ad vltimum tp̄s vitæ ſuæ militiæ cingulo [d] careat, & abſq; ſpe [e] cōiugij maneat.

¶ Alex. iij. Mediolan. archiepō [& ſuffraganeis.]

¶ *Conſideratis circumſtantijs, arbitraria pænitentia indicenda eſt ei, qui modū exceſſit ſe defendendo.*

CAP. III.

SIgnificauit † nobis vir nobilis P. ꝙ F. dicto Imperatori cum olim rediret ab vrbe [f] caſtrū Vernicæ † negauit, & inf.

¶ Vnde contingit, quòd quatuor caſtris deſtructis pluſquam duo milia domorum deſtructæ fuerūt, & multi homines interfecti, & alia mala ibi cōmiſſa, quæ longum eſſet per ſingula enarrare.

¶ Quoniā igitur præfatus P. Deo exinde reconciliari deſiderat: Mādamus, quatenus ipſi pænitentiā (ſecundum ꝙ viſum fuerit [g]) miſericorditer [h] imponatis: † attẽdentes, † ꝙ ꝓ libertate [i] ſua, & eccle-

M Anifeſta peccata.] CASVS. de de ſe patet. No. quòd qui publice peccat, publice puniēdus eſt. a ¶ Occulta.] Imò q publice peccāt, publice corripiẽnť, 2. q. 1. ſi peccauerit, & de conſe. d. 2. ego Berengar. in fi. & hoc ſiue ſint grauia, ſint leuia, ut uitetur ſcandalum, 1 ſolennis. 2 tñ pnīa clerico imponi non debet, nec ẽt publica niſi depoſito, arg. 50. di. alienum, & c. confirmandum, infra eo. quæſitum, ubi de hoc, & 26. q. 6. c. ult. Lau.

1 Ad hoc de purg. c. ſi q s presbyter. in fi. Io. Andr. 2 Cuius forma habetur. 50. d. in cap.

QVi presbyterum.] CASVS. Statutum fuit in concil. Moguntin. vt ſi aliquis presbyterum occiderit, xij. an. pæniteat, & ſi conuictus inde fuerit, uſque ad tp̄s vitę ſuæ militiæ cingulo careat, & inde non contrahat. No. ꝙ interficiens presbyterum xij. ann. pænitere dẽt. Item ſimiles presbyterum occiderit, cingulo militiæ perpetuo careat, & poſtea non contrahat.

[Gl. ſeq. ſignat contrarium, & ſoluit.]

b ¶ Xij. annorum.] ar. contra 33. q. 2. hoc ipſum, & c. admonere. Sol. ordinarium eſt, ꝙ pro mortali crimine ſeptemnis pnīa iniungatur, ut ibi, ſed propter enormitatem maior, ut hi Ala. & ſacerdoti imponitur qñque pęnitentia xij. an. 50. q. 1. non debet.

c ¶ Canones.] pœnitentiales.

d ¶ Cingulo.] Deponitur iſte a dignitate ſua, ut clericus, ne arma ulterius ferat, de poe. d. 5. falſas, & 33. q. 2. admonere.

[Gl. ſeq. ponit ſex caſus in quib. crimē impedit matrimonium, ſed non dirimit.]

e ¶ Abſque ſpe coniugij.] Quædam crīa impediunt matrimonium contrahendum, ut inceſtus, ſu. de eo q cog. conſan. uxo. ſuę, c. 1. & 2. & c. transmiſſæ, in fi. 32. q. 7. ſi quis uiduam. Item raptor ſponſæ alterius 27. q. 2. ſtatutum. Item ſi quis uxorem ſuam interficiat, 33. q. 2. admonere. Itẽ ſi quis baptizauerit filiū ſuum: vt ſeparetur ſic ab vxore, 30. q. 1. de eo. Item qui monialem ſcienter in matrimonio accepit, 27. q. 1. hi ergo qui, & in capñti. Hæc impediūt, ſed nō dirimūt. Alia ſūt q̃ impediūt, & dirimūt, de quib. habuiſti ſu. de eo qui dux. in ma. q̃ pol. cum haberet, & in alijs plurib. c. ibidem.

ADDITIO. Vñ verſ.
Inceſtus, raptus ſpōſatæ mors mulieris.
Suſceptus propria ſobolis, mors preſbyteralis.
Vel ſi pæniteat ſolenniter, aut monialem.
Accipiat, prohibent hæc coniugium ſociandum.

† Hę duę voces, & ſuffraganeis, deſunt in oīb. Vatic. & pleriſque alijs.

† Cap. 2. eo. tit. in 1. cōp.

SIgnificauit.] primo ponit petitio. Secūdo prouiſio: ibi. [Quoniam.] Abbas. CASVS. Quidam nobilis P. nomine, cum Federicus dict. Imperator rediret ab vrbe Rom tp̄e quo habuit guerrā cū Alexādro, denegauit ei quoddā caſtrū, vñ contingit, quod quatuor caſtra deſtructa fuerunt, & multi hoīs interfecti, & alia multa mala commiſſa, dictus P. ſignificauit hoc dño Papæ, petens ſuper hoc animæ ſuæ prouideri, vñ mandat acrchiepō Mediolañ. quatenus ſecundum quod ſibi uiſum fuerit, pñiam imponat eidem, conſiderans quod pro libertate ſua & eccleſiæ deuotione hoc fecit, unde talem diſcretionem adhibeat, ut tam ipſe quam alij timore pęnitentiæ a ſeruitio eccleſię non retardentur, nec ſalutis periculum debeant formidare. not. ꝙ pœnitentiæ ſunt arbitrarię. Item miſericorditer agendū eſt cum peccatore. Itẽ licitum eſt ꝓ libertate ſua pugnare. Item mitius agitur cum his, qui pro ſeruitio eccleſię peccatum incurrunt.

Vernicæ. verrucæ.

† Imponas.

† attendens.

f ¶ Vrbe.] i. Roma. Appellatione n. urbis Roma intelligitur. ff. de uer. ſig. urbis, & l. qui in continentibus ſicut cum dicitur Apoſtolus, Paulum intelligimus antonomatice. 3 Ber.

g ¶ Viſum fuerit.] Et ſic pęnitentię arbitrarię ſunt, 26. q. 7. tempora, de pæ. diſt. 1. menſuram. & infra eo. quæ ſitum.

h ¶ Miſericorditer.] Argum. pro miſericordia impendenda, 50. diſt. ponderet, 45. diſt. licet, 26. q. 7. alligant, Lau.

i ¶ Pro libertate.] Hæc eſt iuſta cā purgandi, ſi modus ſeruetur, 23. q. ult. omni timore, & c. hortatu...

3 Concord. tex. in §. ſed ius quidem ciuile. cū gl in verſ. Virgilius. & pręced. Inſti. de iure natur. gẽt. & ciui.

a ¶ De-

a ¶ Deuotione.] Quamuis bona intentione fecerit, modum tamen excessit, quod patet ex eo, quod pnia impo nitur, arg. 23. q. 4. qui peccat. & su. de rest. spol. cũ olim 1. in fi.

b ¶ Retardentur.] Arg. mitius agendum cum aliquib. ne a seruitio ecclesiæ retrahantur, arg. 12. q. 1. certa, C. de poe. honor.

§ Debes.

QVod aũt.] In prima ponit cõsultatio. In secunda rñsio, ibi, Hoc uolum⁹. Abbas.

CASVS. Quęsitũ fuit a dño Papa, utrum remissiones quę fiũt in dedicationib. ecclarũ aut cõferẽtib. ad ædificationẽ põtium, psint alijs q̃ his, qui subsunt illis, q has remissiones faciũt. Rñ. Papa, quod cũ a ñ suo iudice ligari nullus ualeat vel absolui, hmõi remissiones illis solũ modo prosunt, q b. prij iudices hoc concesserunt. no. qđ snia a non suo iudice lata non tenet. Item arg. quod clericus sine licentia sui epi in aliũ iudicẽ ẽt ecclesiasticũ consentire non potest. Item remissiones uel indulgentiæ illis tantum prosunt, qui remittenti uel indulgenti sub sunt.

† Cap. 3. eo. ti. in 1. cõp. & post cõc. Lateran. sub Alex. 3. par. 35. c. 4. uide Specu. tit. de pę. & remis. & de materia Turrecre ma. de pæn. d. 1. §. item in Leuitico.

sięc deuotione [a] hoc fecit. Quare in his debetis † talem discretionem habere, vt alij & ipse idem pro austeritate pænitentiæ a seruitio Ecclesiæ nullatenus retardentur,[b] nec aliquod salutis periculum debeãt formidare.

¶ Idem archiepiscopo Cantuarieñ.

¶ Indulgentiæ, quæ conceduntur per Prælatos non subditis, non prosunt, nisi proprij iudices hoc concedant.

CAP. IIII.

QVod † autẽ consuluisti, vtrũ remissiones, quæ fiunt in dedicationibus [c] ecclesiarum, aut conferentib. ad ædificationem pontium, alijs prosint, quã his, qui remittentib. subsunt: Hoc uolumus tuam fraternitatem tenere, quod cum a non suo iudice [d] ligari nullus valeat, vel absolui, remissiones prædictas prodesse illis tantum modo arbitramur, quibus ut prosint [e], proprij iudices [f] specialiter indulserunt. [g]

¶ Idem Beluaceñ. epo.

¶ Non est uere pænitens, qui peccandi animum non deponit, tamen recipitur eius confessio.

CAP. V.

QVòd † quidã ad confessionem de cri-

c ¶ In dedicationibus.] Hodie indulgentia, quæ in cõ secrationib. ecclesiæ fit, non dẽt excedere annum, siue fiat ab uno, siue a plurib. epis in anniuersario consecrationis, & in alijs casibus ultra xl. dies huiusmodi indulgentiæ hodie non excedunt, inf. eo. cum ex eod. vlt.

d ¶ A non suo iudice.] inf. eo. omnis. §. 1. sup. de iud. at si clerici, & su. de consue. ad nostram, & C. si a non cõpeten. iud. l. 1. potest exponi, id est, a non suo iudice factas.

1 De materia huius gl. preter Doct. hic uide Theologos li. 4. sen. dis. 20. & 21. & Sũmistis in uerbo. Indulgẽtia & Fel. in ser. de indulgentia.

[Gl. seq. quærit quid ualeant remissiones, ponit quatuor opi. & sol. demum, quærit. & soluit.

e ¶ Vt prosint.] Quid ualeant tales 1 remissiones, uetus est querela, adhuc tñ satis dub a. Quidam dñt quod ualeat tantum quo ad Deum, non quo ad ecclesiam quo ad Deum, qm si quis sine mortali decedat, non tñ acta condigna pnia de peccatis, pœnam purgatorij minus sentiet pro modo 2 remissionis sibi factæ in uita ista, ecclesia tñ uiuenti ob hoc debitam satisfactionem non relaxat. Alij dñt, quod ualent quo ad ecclesiam, sed tunc tñ cum peccatum per contritionem uel per satisfactionem sufficienter punitum est, tunc. n. quod superabundanti ecclesia imposuit & quo ad Deum, & quo ad ecclesiam omnino per tales remissiones remittitur. Alij etiam dixerunt, quod omnino prout dantur, proficiunt & quo ad Deum, & quo ad ecclesiam: sed qui eas faciunt, se onerant, tenentur enim eleemosynis suis & orationibus eas supplere: alioquin grauiter in purgatorio punientur. Alij dicunt, quod ualent tm̃ ad remissionẽ illius pnię. quæ negligenter est omissa. Sed ex hoc c. uerius colligitur, quod qui iniungit pænitentiam sicut sibi uidetur, imponit & concedit, ut eã per has remissiones uel in totũ, uel in partem redimat, quod si fecerit, ut hic dicitur, ualent remissiones ad relationem iniunctæ pnię, alioquin non. Hoc tamẽ verum est, quod licet non ualeant ad relaxationem iniunctę pniæ quo ad ecclesiam, ualent tamen ad minorem pœnam peccati quo ad Deum, sicut alia bona. Sic ergo si iudex iniungit alcui septennem pniam & non concedit, ut possit redimere, licet ipse uel alius pro eo gñalẽ faciat remissionẽ ad põtẽ vel alium locũ, q põti cõfert de suo, q̃titatẽ pnię sibi iniũctę quo ad ecclĩa nõ diminuit. Ala. Et hoc quod dr̃ in hac lr̃a, intellige uerũ cũ peccatũ p cõtritionẽ oĩno dimisũ est. Nã p oĩ peccato duplex pęna debet, tpalis & ęterna, de pœn. d. 1. si peccatũ Dauid, & c. sicut primi, sed p contritionẽ pęna ęterna dimittitur, de pœ. d. 1. uerbũ Dei. Tpalis uero, s. p satisfactionẽ ut in pdicto ca. si peccatũ. Et p ista pœna qualitercunq; satisfaciat ecclesiæ, dũmodo nõ decipiatur ecclesia, sufficit & absolutus est quẽ absoluit, & ligatus quẽ ligat. 24. q. j. qđcunq;. Sed ĩposita alicui septẽni pnia, datis vij. denarijs, hẽt vij. an. remissionis valituros sibi pcepto imponentis sibi pniam. Nũquid ultra ieiunare tenet? Rñdetur, si in veritate satisfecerit ecclesiæ, non tenet ex necessitate ieiunare, sed ex honestate, & si contemnat, peccat mortaliter 3 pro contemptu. Dẽt. n. sp dolere de peccato, de pœ. d. 3. productior, quia nescit an dimissa sint ei peccata, ar. su. de purg. can. c. ul. ibi & si simplex fuero, & c. cũ suis conc. & si cõmode põt adęquari pœna cum præced. culpa, saltem dẽt, arg. de pœ. di. j. uide benignũ. Vnde Apo. Sicut exhibuistis membra uestra, & c. 47. d. oẽs huius seculi, & punire in se quod deliquit, de pœ. di. 1. si peccatum, & de pœ. di. 3. c. pæn. est. T.

2 Id est, si habuit annũ in dulgẽtiæ, tãto minus erit in purgatorio quãto minus fuisset, si per annum in uita pęnituisset, sm Inn. Io. Andr.

† C. j. eo. ti. in 2. compi. De mat. Alex. de Ales p. 4. memb. 9. & B. Th. 3. p. q. 75. art. 3. & q. 90. art. 4. quos videto.

3 Talis. n. ac tatus pt esse cõtemptus, ut hoc dictũ glo. sit uerũ.

[Gl. seq. dupliciter exponit quod de iudicib. dicit tex.]

f ¶ Iudices.] . i. epi: quia alij inferiores 4 prælati huiusmodi remissiones facere non possunt, ĩ. de excess. prælaaccedentib. Vel dic iudices, i. proprij sacerdotes cũ iniungunt pnias suis parochianis, possunt eis concedere quod tales remissiones sibi prosint, si de bonis suis contulerint prædictis locis, & hoc fauore pænitentiæ, ut sic diuersis modis possit liberari a peccatis.

4 Ad quem spectet concedere indulgentias tradunt Theologi paulo ante citati.

g ¶ Indulserũt.] arg. quod clericus sine licentia epi sui aliũ iudicẽ ẽt ecclasticũ eligere non põt, inf. e. oĩs utriusq; §. i. & su. de fo. comp. significasti, ubi est hoc expssum.

QVod quidã.] Nõ est respuẽda cõfessio non ualentis abstinere a peccato, sed dẽt recipi, & sibi exhiberi prouidũ consilium. h. d. Primo ponitur consultatio. Scdo rñsio. Secunda ibi, [Consultationi.] Abb. Sicul.

CASVS. Aliqui qñque ueniunt ad confessionẽ de crimi. suis, & petunt sibi pniam imponi: tamen nolunt de omnib. conteri, dñt se continere non posse, quæritur quid de his sit agendum? Rñ. Papa, quod eorum confessio audienda est, & eis est de cri. alijs consilium impendendum: quia licet hmõi pænitentia non sit uera quo ad vitam æternam, admitti tñ debet eorum confessio, & pænitentia est illis imponenda. Not. quod confessio non uere pænitentis debet recipi ab ecclesia.

a ¶ Non

a ¶ Non sit vera huiusmodi pœnitentia.] Talis pęnitentia n ō est vera idē fructuosa, i quo ad vitam ęternam, ñ valet ei, quia sentiet fructum eius cum de alio crimine penitentiam egerit, de pę. dist. 3. §. pen. & vlt. & ideo talis confessio admitti debet, prout hic dicis. Sed pone ꝙ nō pęniteat de alijs, valebit ei pęnitentia? vtique. Nam omnia bona. quæ quisque facit in vita, illa prosunt ei ad vitam ęternam promerendam, vel saltem ad minus supplicium subeundum, de poen. dist. 3. ca. pe. & incipit, si q̄s autem. Item ad bonū temporale obtinendum, de pę. dist. 3. catendum, & 2. qu. 2. si quilibet culpa. aut ad hoc vt Deus citius illustret cor eius ad veram pęnitentiam, de pænitē. d. 5. falsas. T.

ADDITIO. Vnde versus: Quæ cum mortali bona fiunt dant bona terræ.

Cor faciunt humile, minunt tormenta gehennæ.

[Glos. seq. inducit sex iura in contrariū, & soluit.]

b ¶ Admittenda est.] Ar. contra. 24. q. 2. legatur, 90. dist. si quis contristatus, & certe si adhuc facit, non pęnitet, de poen. dist. 3. pęnitentes, & Deus nūquam aliquem sanauit, quem non omnino liberaret, dist. ea. sunt plures 2 Itē ar. cōtra. 27. q. 1. quæ Christo, & c. deuotā. Sol. prima cōtraria, s. legatur. pænitentes sunt plures, intelliguntur de vera & fructuosa pænitentia, in c. contristatus compellitur quis recipere satisfactionem, illa duo c. deuotam quæ Christo intelliguntur non de pænitentia, sed de fructu pænitentiæ, id est Eucharistia.

1 Ne quis fallatur ex doct. huius gl. videndus est Couar. in [illegible]alma maior. de sent. excom. li. 6. in prin. ori. par. relectionis, §. 4. nu. 12. adde Be. Tho. in q̄ō. additis ad 3. par. q. 14. artic. 4.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. compil. alia pars sup. de ferijs c. licet.

2 Et supr. de bapt. maiores. vers. ad hoc, & ibi satisfactionem, vt remittat iniuriā. Io. And.

+ Exposcit.

minib. veniunt, & quāuis confiteri velint, se tñ asserunt abstinere non posse: Consultationi tuæ taliter respondemus, ꝙ eorū confessionem recipere debes, & eis de criminib. consiliū exhibere: quia licet non sit vera huiusmodi pęnitentia; [a] admittēda est [b] tamē eorum confessio, & crebris & salubribus monitis pænitentia indicenda.

¶ Idē Triburien. archiep̄o.

¶ Qui ex pænitentia debet certa die in pane & aqua ieiunare, potest deficiente pane alijs cibarijs vti.

CAP. VI.

LIcet † tam veteris quē noui testamenti pagina: & infra. Si autē illi, qui aliquos dies in pane & aqua ex iniuncta sibi pænitentia tenētur peragere, panem, quo vescantur, non habēt, leguminib. [c] aut piscibus aut alijs cibarijs reficiantur, si necessitas id exposcat: † Discretione tamē adhibita, quod his non ad delicias, [d] sed ad sustentationem vtantur.

¶ Clemens tertius.

¶ Sacerdoti Græco procuranti vel studiose negligenti oppressionem filiorum, non imponitur pænitentia publica, sed debet abstinere ab altaris officio, & aliter in secreto agere pænitētiam: sed si delictum est publicum, debet publice agere pænitentiam.

CAP. VII.

QVæsitum est, vtrum sacerdotib. Græcis, q̄bus legitimo matrimonio [e] licet vti, pænitentia publica sit imponēda, si eam sibi postulent pro filijs oppressis iniungi? Huic igitur consultationi tuæ taliter respondemus, quòd si ipsis procurantib. vel studiose negligentib. [f] filij in lectis reperiūtur oppressi, ab officio altaris debent pꝑetuo abstinere: & eis grauior q̄ laicis, nō tamen publica (nisi in publicū [g] id

† Ca. 2. e. ti. in 2. compi.

LIcet.] Primo ponit dictum; Secundo eius determinationem ibi, Discretione. Abb.

CASVS. Dicitur hic, quòd si quis ieiunare debet in pane & aqua, & non habet panem, leguminib. & piscibus, vel alijs reficiatur, si necessitas id exposcat: adhibita tamen discretione, vt non ad delicias, sed tantum ad sustentationem vtatur. Not. arg. quòd necessitas licitum facit, quod aliàs non licet.

c ¶ Leguminib.] Argu. quòd si alicui est iniunctum, vt pane ieiunet & aqua, non debet aliud sumere; quia iam non staret in finibus pænitentiæ, & hoc est verum nisi necessitas 3 cum a[illegible]ctaret; arg. 82. dist presbyter. Necessitas enim semper intelligitur excepta, quæ legem non habet, de consecr. distin. 1. sicut, & infr. de reg. iur. quod non est. & sup. de consuet. quanto.

d ¶ Non ad delicias.] prohibetur enim sæpe non cib. sed abusus: vt 41. distin. ca. 1. 2. & 3. & est arg. ad hoc, 4. dist. denique.

3 Inopiæ ut hic, uel infir mitatis, de obseruicium consiliū, §. fin. Io. And.

QVæsitum.] Sacerdotes Græci procurantes vel studiose negligentes oppressionem filiorum suorum deponuntur, & si est publicum, publice puniuntur, hoc dicit. Primo ponitur quæstio: Secundo responsio ibi, Huic. Abbas. Siculus.

CASVS. Presbyteri Græci, qui vtuntur matrimonio in minorib. ordinib. contracto, q̄nque contingit, quòd opprimunt filios suos in lecto: quæritur, vtrū publica pęnitētia sit eis imponēda pro filijs oppressis, si eā sibi petant iniungi? Respon. Papa, quòd si ipsis procuratorib. vel studiose negligentibus filij oppressi reperiuntur, ab officio altaris debent perpetuo abstinere, & grauior pœnitentia quā laicis est eis imponēda: non tamen publica, nisi in publicum id veniat: sed si ex iniuria ipsorum mortui sunt in cunis, & illud est occultum, pænitentia eis imponatur pro arbitrio sacerdotis, & ad terrorem aliorum ad tempus abstineant ab officio Missę. No. quòd procurare mortem, & studiose negligere, parificantur. Item clerico maior pęnitētia quam laico debet imponi: quia quāto gradus altior, tanto casus grauior siue lapsus. Itē clericis nō est pænitentia publica imponenda, nisi crimen illud pro quo imponitur, publicū esset. Item qui occulte peccat, occulte puniri debet. Item pęnitentiæ sunt arbitrariæ.

¶ Matrimonio.] contracto in laicali habitu, vel dum erant in minoribus ordinibus, supr. de cler. coniug. cum olim.

f ¶ Negligentibus.] Negligentia enim imputatur, sup. de iniu. & dam. ca. vlt. quia dissoluta negligentia prope dolum est, ff. mand. si fideiussori, 1. respon. 50. dist. sæpe, & dissoluta negligentia habetur pro conscientia, ff. de ædil. ædic. dum lex. 4 qualis ignorantia Iudæorum, qui nolunt intelligere, vt bene agant, 1. q. 4. §. vlt. sic 37. dist. in c. vlti. Bern.

[Glo. seq. recit. per q. & signat contrarium.]

g ¶ Nisi in publicum.] Tunc enim sacerdos publicam potest facere pænitentiam. 28. distin. presbyter, vbi de hoc, & 30. dist. si quis presbyter, sed non solemnem, de qua habes, 5. dist. in capite, de qua etiam intelliguntur illa ca. 50. dist. confirmandum, illud alienum quam clerici facere non debent, sed depositus solemniter publice pęnitere potest, de pæn. dist. 6. sacerdos, & 30. qu. 1. si quis sacerdos. Item argu. contra id quod dixi de publica pænitentia, 82. distin. presbyter si. vbi dicitur presbyter publice pænitere non debet, sed exponitur, publice id est solemniter. Si autem occultum est peccatum, nec publicam sacerdos facere debet pænitentiam, vt hic.

4 Tēpus redhibitor æ p̄fixū incurrit: ēptori ignoranti latens uitium fugitiui, secus si dissoluta esset emptoris ignorantia. Ioan. And.

hic patet. & sic potest intelligi illud, 81. distin. presbyter. si. vt non pœniteat publice, cum peccatum est occultum. Sed in casu isto posset agere pœnitentiam etiam solẽnem, cum sine spe restitutionis de tali crimine priuatus sit, sup. de temp. ord. c. vlt. ergo multo fortius publicam, ex quo crimen venit ita i publicum Bern.

dist. 5. cap. 1. 23. quæst. 8. occidit.
f ¶ Nouitate.] propter nouitatem detrahendum est iuri, vt 35. q. 3. quod scripsi, & sup. de diuor. Deus qui.
g ¶ Prout saluti.] quia hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur, 23. q. 5. prodest.

† Ar. ad hoc in l. aut facta. §. fin. ff. de pœ. & l. eum qui. ff. de iniur.

† Ca. 1. e. tit. in 3. compi. pars hui⁹ su. de vi. & hõ. cler. & de diuo. ca. Deus qui. Vide Turrecrẽ in ca. mensura. de pœn. d. 1. & Sylu. verbo, cõfessor. 4.

† Vox, periurio, deest in antiquis codicibus.

1. Cor. 3.

a ¶ Pœnitentia debet imponi.] De hoc dictum est s. de his qui fil. occid. de infantib.
q ¶ Incuria.] qđ prima facie præsumendum est, ar s. de præsump. afferte. Vnde etiã dicit lex, ꝙ repẽtini casus iniquitas ꝑ iacturam paternę pietatis emendanda est, C. de inoff. test. si mater.
c ¶ Arbitrio.] 26. qu. 7. tempora pœnitudinis, & inf. c. proxi.

Deus qui.] CASVS. Liuonieñ. de nouo cõuersi erãt ad fidẽ, nihilominus tñ aliqñ cõmittebãt excessus: quæsiuit episcopus Liuonieñ. & quidã fratres qui cũ eo erant, qualiter esset eis pœnitentia imponenda: Respondet Papa, quod pœnitentia non tam ꝺm quãtitatem excessus, quã secundum pœnitẽtis contritionem est moderanda, pensata qualitate personæ, super fornicatione, adulterio, homicidio, & alijs criminibus: consideratis etiam circũstantijs omnibus, & præcipue nouitate Liuonieñ. ecclesiæ, pœnitentia delinquentibus est imponenda, prout saluti eorũ viderint expedite, sequentes Apostoli vestigia dicẽtes. Lac dedi vobis potum, non escam: eos paulatim instruendo in fide, confessionis formã, orationem Dominicam, & symbolum illos sollicite edocentes: interim tamen sacramentum corporis, & sanguinis Domini consuetis festiuitatibus, & in mortis articulo tribuãt eisdẽ. Not. hanc decretalem pro illis, qui iniungunt pœnitentias, quid attendere debeant, scilicet quantitatem excessus pœnitentis contritionem, qualitatem personæ. Item nouitas fidei in hoc debet attendi. Item a leuioribus debet quis incipere, quando nouus est quis non solum in fide, sed etiam in doctrina.
d ¶ Arbitrium.] supr. c. proxi. de pœn. dist. 1. mensuram.
e ¶ Circumstantijs.] inf. eo. omnis arg. quod circumstãtiæ aggrauant peccatum, supr. de homic. sicut dignum, 1. responsio. 40. distin. homo Christianus. de pœniten.

veniat) pœnitentia debet imponi. ¶ Verũ si ex incuria b ipsorum mortui inueniantur in cunis, & illud fuerit occultũ, eis pnia pro arbitrio c pœnitentiarij imponatur: & in terrorẽ aliorum † ad tps abstineant à celebratione Missarum.

¶ Innoc. 3. Liuon epo, & eis qui cũ ipso sũt fratrib.

¶ Sacerdos pœnitentiam arbitrari debet secundum quantitatem excessus pœnitentis & contritionem & alias circumstantias, hoc dicit quo ad titulum.

CAP. VIII.

Deus † qui ecclesiam suam & infra.

¶ Ceterum cum pœnitentia non tam secundũ quantitatem excessus, quam pœnitentis contritionem, per discreti sacerdotis arbitriũ d sit moderanda, pensata qualitate personæ, super fornicatione, adulterio, homicidio, periurio, † & alijs criminalib. cõsideratis circumstantijs e omnibus, & præsertim nouitate f Liuonien. ecclesiæ, competentẽ pœnitentiam delinquentibus imponatis, prout g saluti eorum videritis expedire. ¶ Apostoli autem vestigijs inhærentes, dicentis: Lac vobis potum de di, non escam; paulatim h eos instruatis in fide: confessionis formã, i orationẽ k Dominicam, † & symbolum l illos sollicite edocẽtes: Interim tamẽ corporis & sanguinis Domini sacramentum renatis fonte baptismatis, consuetis m festiuitatibus, & in mortis n articulo tribuatis.

¶ Idem S. Lauren. in Lucina presbytero Card. Apostol. sed. Legato.

¶ Auditur mulieris confessio, quæ sibi partum alienum suppofuit, vel propriũ ex adulterio suscepit, nec illud marito vult detegere.

CAP. IX.

Officij: † & infra.

¶ Significasti quandã mulierẽ in pœnitentia tibi fuisse confessam, ꝙ timens ne viri possessio deuolueretur ad alios, quorundã, herbarum succũ potauit; & sic vẽter eius intumuit, & inde grauidam se ostendens, sibi partum supposuit o alienum; timensq; maritum, nõ vult facinus ipsi † detegere: qui prolem credit sine dubitatione qualibet esse suam.

¶ Qm̃ igitur postulas edoceri, vtrum ei hac fraude durante sit pnĩa iniungenda: Respondemus, quod si illa viro non audeat confiteri, non est pœnitentia deneganda, & ...

h ¶ Paulatim.] 12. dist. nouit, quia paulatim lupus comedit agnum, 13. q. 1. §. is, vltra vnam colũnã.
i ¶ Confessionis formam.] id est, Confiteor Deo. 1
k ¶ Orationem Dominicam,] s. Pater noster.
l ¶ Symbolum.] scilicet Credo in Deum.
m ¶ Consuetis.] inf. eo. omnis vtriusque, & de consec. dist. seculares.
n ¶ Mortis.] infr. eo. quod in te. & 50. dist. ex pœnitentibus, & sup. de spon. non est.

Officij.] Primo ponitur consultatio: Secundo responsio ibi. Quoniã. Abb. CASVS. Mulier quædam cum prolem nõ haberet, nec speraret habere, timens ne viri possessio deuolueretur ad alios, succũ quarundũ herbarum potaui, & sic venter eius intumuit, & grauidam se ostendens, partũ supposuit alienum, illa timens maritum, qui prolẽ suã esse credidit, non audet ei facinus reuelare, sed animæ suæ desiderans prouidere, confessa fuit hoc Cardinali sancti Laurentij presbytero in iudicio pœnitentię: Cardinalis significauit hoc Domino Papæ, petens ab eo, vtrum fraude ista durãte sit ei pœnitentia iniungenda: Respondet Papa, quod sicut mulieri, quæ ignorante marito de adulterio prolem suscepit, quãuis illa viro non audeat confiteri, non est pœnitentia deneganda, ita & isti mulieri est pœnitentia deneganda, & præcipue si per alios, intelligas, alienos, ad quos timeat possessionem viri deuolui: Sed competens sibi satisfactio est iniungenda. No. quod pœnitentiam indicere licet alicui, licet adhuc in peccato moretur. Item in iudicio animæ creditur cuilibet.

[Gl. seq. circa partus suppositionem notat duo, s. tempus, & cui competat accusatio.]

o ¶ Supposuit.] Criminis suppositi partus accusatio nullo tempore clauditur etiam post mortem, ff. ad leg. Cor. de fal. qui falsam, licet alia crimina claudantur. C. eod. querelam, & C. si reus, vel ar. mor. fu. l. 2. & 23.

† Vide cõcil. Moguntiacũ sub Carolo Magno cap. 45. & synodum Rhemẽsem itẽ sub Carolo Magno ca. 2. & B. Aug. tit. 1. de symbolo, c. 1. refer. Iuo par. 1. ca. 89. adde Bald. in rubr. C. de sum. Trinit.

1 Aptius interpretatur hic Host. vt per cõfessionis formam intelligam⁹ modũ: quem pęnitens seruare debet ĩ confitendo, vide eũdem Host. ĩ sum. tit. de pœn. & remi. §. qualiter sacerdos.

† Cap. 2. eo. in 3. compi. pars huius. supr. de test. & inf. de sẽ. excom. c. officij, de intellectu. & materia. Adria. li. 4. de sent. trac. de resti. Couar. ĩ reg. peccatum, in part. 1. relectionis, & Syluest. verbo, adulterium, quæst. 1.

† Illi.

& 23.dist.quorundam. Et not. ꝙ hæc accusatio non datur cuilibet de populo, sed propinquis, 1 aut his, quibus ea res pertinet. ff. ad leg. Cor. lege Cornelia. Vin.

1 Vide legē septipartitā par. 7. tit. 7. l. 3. Vbi de accusatione & pœna suppōnētis partum.

[Glo. seq. obijcit, & sol.]

a ¶ Deneganda.] Hoc mirum est, ꝙ durante suppositione, per quam fraudantur consanguinei debita successione, hęc mulier pęnitere pōt, contra illud. 14. q. 6. si res. & de pæn. dist. 8. pęnitētes, sed ipsa non pōt detegere suppositionē, q̄a ei nō crederet̄ obstante p̄sumptione, q̄ hr̄ ex matrimonio, ꝙ fili⁹ natus sit ex nuptijs, ff. de his, qui sui uel alieni iuris sunt l. filium, 2 & etiam periculosum esset mulieri illud detegere. Lau.

2 Sequit̄, eū diffinimus, q ex uiro & vxore nasci tur. Iō. And.

b ¶ Pænitentia.] Hoc tamen scias, ꝙ quandiu est in mortali, nec deponit animū peccandi, non valet ei talis pęnitentia 14. q. 6. si re. tamen ad pænitentiam admitti debet, sed est ei dicendum, quod non est ei fructuosa, quo ad uitam æternam, sup. ꝙ quidam, de pæniten. dist. 3. §. pe. & ult. & de pę di. 5. falsas. Ioa.

† In antiquis Codicibus ita: Palētiñ. & Burgen. Episcopis & Abbati Aumude. &c.

c ¶ Alienos.] ad quos ab intestato deuolueret̄ hæreditas: si. n. ali qui tales sint ad quos ab intestato deuoluere tur, exhæredari nō dēnt. Sed pone, ꝙ tales non sunt, adhuc tamen peccat impediendo liberam testamenti factionem, C. si quis alium testa. pro hi. l. 1. & 2. & ideo dicit, maxime. Vin.

¶ Cap. 1. eo. ti. in 4. cōp. vide concil. liū. Carthaginense. 4. c. 99. refert Iuo par. 8. c. 324.

cut mulieri, quę ignorante marito de adulterio prolem suscepit, quamuis id uiro suo timeat confiteri, non est pænitentia deneganda: a ita nec illi dēt pænitentia b denegari, maxime si p alios intelligas alienos, c ad quos timeat possessionē viri deuoluti, sed cōpetēs satisfactio p discretū sacerdotē ei dēt iniūgi.

¶ Idē Valē. & Burgē. episcopis, & abbati de N. Cistercieñ. ordinis.

¶ *Abbatissa moniales benedicere, confessiones audire, & publice p̄dicare non pōt.*

CAP. X.

NOua † q̄dā nostris sūt auribus intimata, q̄d abbatissæ moniales p̄prias benedicūt: ipsarū quoq; cōfessiones in criminib. audiūt: & legētes Euāgeliū, d p̄sumunt publicē p̄dicare. e Cū igit̄ id absonū sit, pari ter & absurdū: Mādamus, quatenus, ne id de cetero, fiat, curetis firmiter inhibere: Quia licet beatissima virgo Maria dignior, & excellētior fuerit Apostolis vniuersis, nō tamē illi, sed istis Dominus claues regni cęlorum commisit.

¶ Idem.

¶ T p̄e generalis interdicti cōceditur pn̄ia, & uiaticū moriētibus, hoc primo. Clerici, q̄ seruarūt interdictū, possunt cū silētio in cæmeterio sepeliri, hoc secūdo. In cōuētualib. ecclesijs clerici bini, uel trini possunt horas submissa uoce dicere, hoc tertio. Cruce signatis & peregrinis t p̄e interdicti pn̄ia cōcedi pōt hoc quarto.

CAP. XI.

QVod † in te: & infra. ¶ In illo verbo per ꝙ pęnitētia moriētib. non negamus, viaticum ēt, ꝙ vere pęnitētib. exhibet̄, intelligi volumus, vt nec ipsum

NOua.] Primo ponit excessus, quos secundo prohibet ibi. Cum igitur. Tertio causam reddit ibi, Quia licet. Abb. Sicu.

CASVS. In quibusdam partib abbatissæ moniales proprias benedicebānt, & ipsarum confessiones audiebant, & Euāgelium legere ac prædicare præsumebant: ista noua & inaudita peruenerunt ad notitiā dn̄i Papæ: unde super hoc scribit ep̄is in quorū diœcesib. hæc fiebant, mandans eisdē, quatenus cū hoc sit absonum & absurdū, ne de cetero id fiat, firmiter inhibere procurent, quia licet beatissima uirgo Maria dignior, & excellentior fuerit ap̄lis vniuersis, nō tn̄ illi, sed istis dn̄s claues regni cœlorum commisit. Not. ꝙ abbatissa moniales benedicere non pōt, nec confessiones audire, nec prædicare publice, nec Euangelium legere. Item beata uirgo dignior est, & excellentior oīb. Apostolis. Item officium clauium non cadit in sexum femininum.

d ¶ Euangelium.] In matutinis forte poterant legere Euangelium: unde etiam diaconissæ appellantur. 27. q. 1. d aconissam.

[Gl. seq. enumerat. 8. quæ non licent feminis submittens. regulam generalem. in fi. quærit, & remittit.]

e ¶ Prædicare.] Mulier enim nec prædicare, nec docere potest, quia hoc officium extraneum est a mulieribus 3 nec sacra uasa contingere, 23. distin. sacratas, & c. mulier, & 33. q. 5. mulierem, imo nec laici prædicare uel docere dēnt. sup. de hær. cū ex iniuncto. nec pn̄t uelare moniales, 20. q. 2. statuimus, nec absoluere eas inf. ti. prox. de monialib, nec iudicare. 33. q. 5. mulierem, nisi forte aliqua nobilis hoc habeat ex consuetudine. supra de arb. dilecti filij, nec arbitrium, in se suscipere, ut ibidem, & C. de, arb. l. ult. Nec procuratrix esse p̄t in iudicio, C. de proc. quod de absente, & l. alienā, nisi forte p̄ patre morboso aut ætate ipedito ageret, ff d̄ p̄ cut. feminas. Nec aduocare p̄t in iudicio. 3. q. 7. infamis §. tria. & generaliter uiri officium mulierib. est interdictū, ff. de regu. iur. l. 2. Sed nunquid abbatissa potest instituere uel suspendere? De hoc dictū est sup. de mai. & obe. dilec.

3 Adde quę eis interdicta sint no. in l. 1. & 2. ff. ad Velle. & gl. in l. fęminę. ff. de reg. iur.

QVod in te. Quatuor sunt partes, prout quatuor sunt dicta: Secunda ibi, † Licet Tertia ibi, Et in conuentualibus. Quarta ibi, Recipientibus. Abb.

† Cap. 3. eo. ti. in 4. cōp. Et de materia huius decretalis tene id ꝙ statutū est in ca. ul. de sent. exco. lib. 6.

CASVS. Contingit aliquando, quod terra supponit interdicto, & prohibētur diuina officia celebrari, p̄ter baptisma paruulorum, & pęnitētias morientiū, quæsitū fuit a Papa, utrū tūc uiaticum, id est, corpus Domini dādū sit decedentibus? Respondet Papa, quod in uerbo illo, per quod pænitentia morientibus non negatur, scilicet cum dicitur, præter pænitentias morientium, viaticum etiam, idest, Eucharistia intelligitur, quod decedentibus concedit: Secundo dicitur, quod tempore generalis interdicti omnibus tam unctio, quam ecclesiastica sepultura denegatur. Tamen Papa ex gratia concedit, ut clerici decedentes, qui tamen interdictum seruauerunt, in cæmeterio ecclesiæ sepeliantur sine campanarum pulsatione: cessantibus omnibus solemnitatibus. Tertio dicitur, ꝙ tēpore interdicti clerici in cōuētualib⁹ ecclesijs bini, & bini uel simul tres possunt dicere horas canonicas, ianuis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, ut potius uideantur legere quam cantare, ita quod exterius audiri non possint, quia & quibusdam regularibus simile priuilegium a sede Apostolica est concessum. In fine dicit, quod recipientibus signum crucis pænitentia, si eam postulauerint, non est deneganda, quod alijs peregrinis potest de gratia concedi. Not. quod pænitentibus uiaticum denegari non debet. Item nomine pęnitentię uiaticum intelligitur. Item clerici interdicti tempore possunt sepeliri in cæmeterio. Item interdicti tempore potius debent legere horas canonicas, quam cantare. Item cruce signati & peregrini tempore interdicti, possunt accipere pęnitentiam.

a ¶ Denegetur.] Tempore interdicti, inf. tit. proxi. permittimus.

b ¶ Concedimus.] Ista enim duo sacramenta siue tria semper excipiuntur in quolibet interdicto, s. baptisma paruulorum, & pœnitentia morientium, in quo intelligitur uiaticum pro ut hic patet: Et dicit uiaticum, quasi a uia, quia sunt in via recedendi de hac vita. Nec est istud sacrm necessitatis, tamen concedendum est decedentibus etiam tempore interdicti, ut patet hic.

[Gl. seq. arg. quod si ex gratia, &c.]

c ¶ Ex gratia.] si ex gratia conceditur clericis, qui seruauerunt interdictum, ergo uidetur, quod ius non fit commune, ergo non compe[t]it nisi impetretur, cum nemo sit exemptus ab illa generalitate interdicti, nisi, qui per priuilegium exemptus est, vel potest dici, quod per istud ius clerici canonicis regularib. æquiparentur, sim. sup. de priu. quod nõ nullis, Io. And.

d ¶ Audiri.] patet ergo, quod cũ excommunicato non licet stare extra ecclesiam, cum etiã interdicto prohibeatur audire exterius. Io.

[Glo. seq. reddit rationem specialitatis, quam etiam ampliat. Secundo quærit, & sol. ponit opi. contrariam, quã reprobat.]

e ¶ Pænitentia.] hoc est speciale in istis personis, vt sine necessitate, uel periculo mortis admittantur ad pænitentiam. Sed hoc facit necessitas, quia hoc eis non conceditur, nisi cum proficiscuntur, & ita quasi in uia dicuntur, sicut illi quib. datur uiaticum. Item potest dici, si aliqui proficiscuntur ad iustum bellum, quia ibi est iusta causa timoris. Item idem esset si aliqui essent excommunicati, vt in iusto bello, quia possunt absolui a quocunq; alio quam ab excõicatore, arg. inf. tit. proxi. de cetero, de consec. distin. 4. sanctum est baptisma, & 33. q. 2. ca. in adolescentia. Sed quid si in ciuitate interdicta aliqui uellent satisfacere, nunquid in eis relaxandum est interdictum? Non: quia aliqui sine culpa sua interdicuntur. sup. de spon. non est uobis, & quia sic rigor ecclesiæ dissolueretur, arg. sup. de priuil. ut priuilegia Io. T. dix[it], ꝙ si aliqui uellent iurare stare mandato ecclesiæ, ꝙ essent admittendi. Sed finis iste uidetur contradicere, quia hic specialiter hoc concedit recipientib. signum crucis & peregrinis, ergo alijs intelligitur prohibere, sicut quod de uno negatur, dẽ alio conceditur. 25 dist. [q]ualis, quod uerius puto, licet inuenias contrarium dictum.

† Vide B. Tho. 3. par. q. 65. arg. ult.

† In oĩb. Vaticanis, & plerisq; alijs ita: ualeant legere potius quam cantare, &c.

† Ad reuerẽtiam.

a Videto hic latius

decedentibus denegetur.[a] ¶ Licet aũt ꝑ generale interdictũ denegetur oĩb. tã ductio, quam ecclesiastica sepultura, concedimus[b] tñ ex gratia,[c] vt clerici decedentes, qui tñ seruauerint interdictum, in cæmeterio ecclesię, sine campanarum pulsatione, cessantib. solẽnitatib. omnib. cum silentio tumulentur. Et in conuentualib. ecclesijs bini & bini, vel simul tres, horas canonicas ualeant † legere, non cãtare, ianuis clausis, interdictis & excommunicatis exclusis, & uoce ita demissa, ꝙ exterius audiri non[d] possit, cum & regularib. secũdum priuilegium sedis Apost. sit indultum, vt cum generale interdictum terræ fuerit, liceat eis ianuis clausis, excõicatis & interdictis exclusis, nõ pulsatis campanis, suppressa uoce celebrare diuina. ¶ Recipientib. autem signũ crucis non negamus, quo minus eis ob † reuerẽtiam crucifixi pænitentia[e] cum postulauerint, iniungatur; quod & alijs peregrinis potest misericorditer indulgeri.

¶ Idem † in cõcil. generali.

¶ *Famosum est, & multũ allegabile, & hoc dicit. Quilibet doli capax tenetur saltem semel in anno confiteri proprio sacerdoti, vel de eius licentia alteri, & Eucharistiæ sacramentum ad minus in Pascha recipere. Et sacerdos reuelãs confessionẽ deponendus est, & in monasterio ad agendum perpetuam pænitentiam detrudendus.*

CAP. XII.

OMnis † vtriusq; sexus fidelis, postquã ad annos discretionis[f] peruenerit, omnia[g] sua solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteat proprio[h] sacerdoti, & iniunctã sibi pñiam proprijs viribus studeat adimplere, suscipiens reuerenter ad minus[i] in Pascha Eucharistię sacramentum, nisi forte de proprij sacerdotis consilio, ob aliquã rõnabilem causam ad tempus ab hmõi † ꝑceptione duxerit abstinendum:

OMnis.] Tria sunt dicta principalia: Secundum ibi, Si quis. Tertium ibi, Sacerdos. Abb.

CASVS. Statuit conciliũ generale, ꝙ quilibet fidelis vtriusque sexus postquam discretionem habuerit, saltẽ semel in anno sua solus confiteatur peccata proprio sacerdoti, & ad minus in Pascha sacrm Eucharistiæ suscipiat reuerenter, nisi de consilio sacerdotis duxerit abstinendum: Alioquin ab ingressu ecclesiæ arceatur, & moriens careat ecclesiastica sepultura: Secundo dicit, ꝙ si aliquis alieno confiteri voluerit sacerdoti, licentiam prius obtineat a proprio sacerdote, cũ aliter ipse illum ligare nõ possit, uel soluere. Sacerdos aũt sit discretus, ut diligenter inquirat circumstantias peccatoris & peccati quib. prudenter intelligat, quale consilium sibi debeat adhibere, præcauens diligenter, ne uerbo uel signo ꝓdat aliquatenus peccatorem, & si consilio prudentiori indiguerit, illud requirat sine aliquius expressione personæ, qui n. peccatum in pænitentia sibi detectum manifestare præsumpserit, ab omni officio sacerdotali deponatur, & in arctum monasterium ad agendum pñiam detrudatur. No. ꝙ quilibet fidelis semel in anno pñiam accipere debet & cõionem. Itẽ fallit hic regula illa: Cui cõicamus uiuo & mortuo cõicare debemus. Item ab alieno sacerdote nemo potest absolui uel ligari sine obtenta licẽtia proprij sacerdotis. Itẽ sacerdos tenetur inquirere circumstantias peccati, & peccatoris. Item signis loquimur. Item aliquid licet in genere, quod non licet in specie. Item sacerdos qui peccatum in pænitentia sibi detectum reuelauerit, debet deponi, & in monasterium detrudi ad pñiam peragendum.

[Glo. seq. exponit, & signat contrarium.]

f ¶ Discretionis.] id est, cum est doli capax: quia tunc potest peccare, sup. de delict. pue. pueris, C. si aduer. delic. l. 1. & C. si minor se ma. dix. l. 3. ar. de consec. dist. 4. eos, & C. de fal. mo. l. 1.

[Glo. seq. recitetur per duas quæstiones.]

g ¶ Omnia sua peccata.] alias non esset fructuosa pœnitentia: ut dictum est su. eo. quod quidam vbi de hoc. Non tamen uenialia; quia illa tolluntur per orationem Dominicã, uel per aquam benedictã de pen. dis. 3. de quotidianis dist. 6. qui vult. tã si recolit, confiteatur illa.

h ¶ Proprio sacerdoti.] nisi ille sit imperitus: tũc de ipsius Inia (ut hic dicit) q̃rat discretũ, de pen. di. 6. placuit B.

i ¶ Ad minus i Pascha.] de cõse. di. 2. & si nõ frequentius.

per Io. And. & doctores recentiores.

† Idẽ. s. Inn. 3. in cõci. generali Lateran. ca. 21. & c. 2. co. tit. in 4. compil.

† Vide oĩno cõciliũ Tri. sess. 14. c. 5. de confessione & cano. 8. de sanctissimo pænitẽtiæ sacramento.

† Alias ita ab eius &c.

alioq̃n & viuẽs ab ĩgreſſu Eccleſię arceat, & moriẽs Chriſtiana careat ſepultura.[a] Vñ hoc ſalutare ſtatutum frequenter in eccleſijs publicetur, ne quiſquã † ignorantiæ cæcitate velamen excuſationis aſſumat. ¶ Si quis aũt alieno ſacerdoti[b] voluerit iuſta de cauſa, ſua confiteri peccata, licentiam prius poſtulet, & obtineat[c] à ꝓprio ſacerdote: cũ aliter ipſe illũ non poſſit abſoluere † vel ligare.[d] ¶ Sacerdos autem ſit diſcretus † & cautus, vt more periti medici ſuperfundat vinũ & oleum[e] vulneribus ſauciati, diligenter inquirens & peccatoris circũſtãtias,[f] & peccati, quibus † prudẽter intelligat, quale debeat ei præbere conſilium, & cuiuſmodi remedium adhibere, diuerſis experimentis[g] vtẽdo ad ſaluãdum † ęgrotũ. ¶ Caueat aũt omnino, ne uerbo, aut ſigno, aut alio quouismodo aliquatenus ꝓdat † peccatorẽ; ſed ſi prudentiori cõſilio indiguerit, illud abſque nulla expreſſione perſonæ, caute requirat, qm̃ per peccatum in pn̄iali iudicio ſibi detectũ pręſumpſerit reuelare, non ſolũ a ſacerdotali officio deponendum[h] decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pænitentiam in arctum monaſterium detrudendũ.

¶ Idem † in eodem.

¶ Medici vocati ad infirmos debent ante omnia inducere infirmum ad confeſſionem, nec quicquam perſuadere pro ſalute corporis tẽdens in animarum periculum.

CAP. XIII.

CVm infirmitas corporalis nõnunquam ex peccato proueniat, dicente Dño languido, quem ſanauerat, Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi cõtingat: Præſenti decreto ſtatuimus & diſtricte præcipimus medicis corporum, vt cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipſos ante omnia moneant & inducant, vt medicos aduocẽt animarum, vt poſtquam fuerit infirmo de ſpirituali ſalute ꝓuiſum, ad corporalis medicinæ remedium ſalubrius procedatur, cum cauſa ceſſante,[i] ceſſet effectus. Hoc quidem inter alia huic cauſam dedit edicto, quod

a ¶ Sepultura.] hoc eſt contra regulam illam, cui communicamus viuo, communicare debemus & mortuo. Fallit etiam in alio caſu. 23.q.5. placuit & ſup. de ſta. mona. monachi & ſup. de tornea. c. 1. & ſup. de vſuris, quia in omnibus, & ſupra, de rap. ſuper eo.

[Gloſſ. ſequens exponit. quærit, & ſoluit.

b ¶ Alieno ſacerdoti.] executionem habenti, hoc dico propter illos ſacerdotes ſiue ſeculares ſiue regulares, qui non habent ordinis executionem ſacerdotalis, vt ſunt illi qui non ſunt à populo electi, vel qui ab epiſcopo populo nõ præficiuntur, 16.q.1.cap. adiicimus, §. ecce in hoc. & cap. generaliter, §. ecce ſufficientes. Sed ecce ſi prædicatores, & fratres Minores, vel alii religioſi non habentes populum habent priuilegium, vt alienos parochianos poſſint recipere ad pænitentiam, nunquid ſufficit priuilegium, ut parochianum alterius poſſint recipere ad pænitentiam ſine licentia proprij ſacerdotis? Dicas quod non ſufficit priuilegium ſine licentia proprie ſacerdotis. priuilegium enim æquiparat eos illis, qui à populo ſunt electi, vel illis, qui ab epiſcopis populo præficiuntur, & dat eis ſolam executionem, & ita neceſſaria eſt adhuc licentia proprii ſacerdotis, vt hic dicitur. Si enim de duabus ſeruitutibus, vna tollitur, remanet altera: quod bene probatur, ſupra de vſu pal. ex tuarum. ſupra de priuileg. paſtoralis, ff. de ſeruit. urban. præd. ſi domus tua, & ideo dicit, alieno, & non alii. Nec Papa per talem indulgentiam intendit præiudicare proprio ſacerdoti, vt cap. prædi. ex tuarum, cum ſuis ſimilibus, & inf. tit. proxi. cum deſideres in fi. & hoc idem dixit Hug. 16. q.1. & in prædictis §§. Ber.

[Gio. ſequens quærit. ar. & ſoluit.]

c ¶ Obtineat.] Quid ſi ille malitioſe recuſat? Arg. quod poteſt ire ad alium, ſup. de reg. licet. Vel uadat ad eius ſuperiorem ſi poteſt, ut illum compellat: vel ille dabit licentiam, ar. ſup. de iure patro. nullus. Arg. C. de temp. app. l. vlt. §. ar. inf eo. c. vlt. ad ff. Ber.

[Gl. ſeq. arg. & remit tit.]

d ¶ Vel ligare.] ſup. eo. quod autem. 9.q. 2.c.1. & 2. & ſup. de parochi. nullus. Et eſt arg. ꝙ clericus ſine licentia ſui epiſcopi non poteſt in non ſuum iudicem conſentire. ſup. eod. quod autem, & ſup. de for. comp. ſi diligenti, & c. ſignificaſti, ubi de hoc, & inf eo. c. vlt. Ber.

e ¶ Vinum, & oleum.] i. miſericordiam & diſciplinam, 45. diſt. diſciplina. 1 & c. omnis qui. & c. ſunt namque, &c. uera iuſtitia Ber.

f ¶ Circumſtantias,] Sic ſup. eod. Deus qui. & ſup. de homic. ſicut in prin. de pęni. diſt. 5. conſideret. Ber.

g ¶ Diuerſis experimentis.] Non tñ ſicut imperitus medicus, 29. di. neceſſe. Sed diligenter experiatur vires ipſius, qualẽ pœnitentiã poſſit portare, ar. 26.q. vlt. alligãt. ſic vt potius reddat rõnẽ de miſericordia, quam de crudelitate, ut ibi. 26. diſ. non ſatis. ultra medium. & 11.q.3. nemo peritorum Ber.

h ¶ Deponendum.] Olim etiam alia pœna imponebatur, de pæn. diſt. 6. ſacerdos. hodie hæc imponitur.

CVm infirmitas.] Diuiditur: Nam primo ponit vnã conſtitutionis cãm: Secundo conſtitutionẽ: Tertio aliam cãm, Quarto pœnam tranſgreſſionis prohibitionis. Secunda ibi, præſenti. Tertia ibi, Hoc quidẽ. Quarta ibi, Si quis, Quinta ibi, Ceterum. Abb. Sic.

CASVS. Dicitur hic ꝙ infirmitas corporis aliquando accidit ex peccato: ideo prohibetur in hoc capitulo, ne medici infirmos in ſuam curam recipiãt, niſi prius infirmi per medicum animæ ſecurauerint emendare: quia remota cauſa remouetur effectus, Secundo dicitur, quod hoc dedit cauſam huic conſtitutioni, quia quando infirmatur aliquis, & dicitur ei a medico, ut de ſalute animæ diſponat, cadit in deſperationem, & facilius mortis periculum incurrit. Tertio dicitur, ꝙ ſi medicus fecerit contra iſtam conſtitutionem, poſtquam per Prælatos locorum fuerit publicata excommunicetur vſque ad ſatisfactionem condignam. Quarto dicitur, quod cum anima ſit multo pretioſior corpore, nullus medicus ſuadeat ægroto quod in periculum animæ conuertatur. Not. ꝙ infirmitas corporis aliquando prouenit ex peccato. Item ceſſante cauſa ceſſat effectus. Item tranſgreſſores conſtitutionum domini Papæ excommunicari debent. Item anima multo pretioſior eſt corpore.

i ¶ Cauſa ceſſante,] ſupra de iureiuran. & ſi Chriſtus,

† In vetuſtioribus quibuſdã libris ita: ne quiſquã ex ignorãtię cecitate.

† Alias ſoluere.

† Qualis debeat eſſe cõfeſſor, tradit Magiſter ſẽ. li.5. diſt.16. §. qualem.

† Alias ita: ex qbus in concilio ita: per quas.

† Alias, ſanandum.

† Vide B. Thomã in quæſtiõnib. additis ad 3. pa. q.11. art.1. & Theologos li.4. ſẽt.

† Vt ibi dicit, per vinũ mũdãtur putrida per oleũ ſanãda fouẽtur ſecundũ Goffr. Io. A.

† Idem. ſ. Innoc. 3. in concilio generali Lateran. c. 22. & ca. 4. c. tit. in 4. cõp.

Ioan. 5.

ftus.ad fin.& fupra de renunc. poft translationem vbi de hoc.

a ¶ Arceatur.] per fententiam, non ipfo iure: quod male, vel nullo modo feruatur.

b ¶ Multo pretiofior.] 12.quæftio.1.præcipimus,24.quæft.3.fi.habes. C. de facrofanct. eccleſ. l. fancimus, in fin. & ideo potius, & prius eft cõfulendum animæ,quam corpori: quia ubi maius eft periculũ,cautius eft prouidendum, 42.diftin. quiefcamus.& 7.quæftio.7.cap.vltim. vt ff. ad Carbo.l.1.§.2. Ber.

CVm ex eo.] Quatuor funt partes principales: Secunda: ibi, Formam. Tertia: ibi, Qui autem. Quarta, ibi, Ad hæc. Abb. Sicul.

CASVS. In hoc capitulo dicitur, quod, quæftores eleemofynarum per prouincias admitti non debent nifi litteris Apoftolicis, vel loci epifcopi muniantur: nec aliud prædicare debent, quam in forma contineatur litterarum: forma vero litterarum in hoc capitulo inferius continetur expreffe. Secundo dicitur, quod quæftores eleemofynarum in tabernis uel aliis inhoneftis locis hofpitari nec debent, nec magnos fumptus facere, nec falfum religionis habitum fimulare. Tertio dicit, quod cũ bafilica dedicatur, fiue ab uno fiue a pluribus epifcopis, ultra annum non extendatur indulgentia, nec in anniuerfario dedicationis tempore 40. dies excedat remiffio ea maxime ratione, quia Romanus Pontifex confueuit hoc moderamen in talibus obferuare. Nota, quod creditur litteris epifcopi. Item iurifdictio non extenditur ultra illud, quod in litteris continetur. Item quæftores eleemofynarum in inhoneftis locis morari non debent. Item indulgentia non debet annum excedere. Itẽ papa obtineat plenitudinem poteftatis. Itẽ minores prælati exẽplum accipere debent a maioribus.

† Idem. f. Innoc.3.in eodem concil. generali Lateran. ca.62. & c.5.eo.tit. in 4.compil.

† Quod latet fub hoc inf. habes in ca. 2.fup.de reliquiis & venerat. fanc. nñ quatenus attinet ad hos qſtores, eorũ nomen & vfum, penitus fuftulit conc.Trid. feff. 5. de in forma. ca.2. in fi. & fe. 21. de refor. cap.9.

quidam in ægritudinis lecto iacentes, cum eis a medicis fuadetur, vt de animarum falute difponant, in defperationis articulũ incidunt, vnde facilius mortis periculum incurrunt. ¶ Si quis autem medicorum huius noftrę conftitutionis, poftquam per prælatos locorum fuerit publicata, trafgreffor extiterit, tamdiu ab ingreffu ecclefiæ arceatur,[a] donec pro tranfgreffione hmôi fatisfecerit competenter. ¶ Ceterum cum anima fit multo pretiofior[b] corpore, fub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali falute, aliquid ęgroto fuadeat, quod in periculum animæ conuertatur.

¶ Idem † in eodem.

¶ Eleemofynarum quæftores fine Apoftolicis vel diœcefanorum literis admitti non debent, nec tunc proponant vltra id, quod in ipfis litteris continetur hoc primo. Et debent effe modefti: & à locis, & expenfis incongruis abftinere: hoc fecundo. In dedicatione bafilicæ vltra annũ, & in anniuerfario dedicationis & in litteris indulgentiarum cõceffis ab alio quam à Papa, vltra quadraginta dies remiffio excedere non debet. hoc dicit vfque ad finem.

CAP. XIIII.

CVm ex eo: & infra: † ¶ Eleemofynarum quoque quęftores, quorum quidam fe alios mentiendo, abufiones nonnullas in fua prædicatione proponunt, admitti (nifi Apoftolicas vel diœcefani epifcopi litteras[c] veras exhibeant) prohibemus: 10 & tunc pręter id, quod in ipfis continebitur litteris, nihil populo proponere[e] permittatur. ¶ Formã vero, quam cõiter talibus, Apoft. fedes indulget, duximus exprimẽdã, ut fecundũ eam diœcefani epifcopi fuas litteras moderẽtur: Ea fi quidem talis eft: Quoniam (ut ait Apoft.) omnes ftabimus ante tribunal Chrifti, recepturi prout in corpore geffimus, fiue bonum fuerit, fiue malum: oportet 20 nos diem miffionis extremæ mifericordiæ operibus præuenire, ac ęternorum intuitu feminare in terris, quod reddente Dño cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis: firmam fpẽ 30 † fiduciamque rectam, tenentes: quoniam qui parce feminat, parce & metet; & qui feminat in benedictionibus, de benedictionibus, & metet uitam æternam. Cum igitur ad fuftentationem 40 fratrum & egenorum ad tale confluentium hofpitale, proprię non fufppetant facultates, uniuerfitatem uestram monemus, & exhortamur in Domino, atque in remiffionem uobis iniungimus peccatorũ: quatenus de bonis uobis à Deo collatis, pias eleemofynas, & grata eis charitatis fubfidia erogetis: ut per fubuẽtionem ueftrã ipforum inopiæ cõfulatur: & † 50 uos per hæc bona & alia, quę Dño infpirante feceritis, ad æterna poffitis gaudia peruenire. ¶ Qui autem ad quærendas eleemofynas deftinatur, modefti fint, & difcreti, nec in tabernis † aut in aliis locis incongruis hofpitẽtur, nec inutiles faciãt aut fũptuofas expenfas, cauentes oĩno, nec falfę religionis habitum ge- 60 ftent † Ad hæc, quia per indifcretas & fuperfluas indulgentias, quas quidã ecclefiarũ Prę lati facere nõ uerẽtur: & claues ecclefiæ[f] contemnuntur: & pænitentialis fatisfactio eneruatur: Decernimus, ut cum dedicatur bafilica, non extendatur indulgẽtia ultra annũ, fiue ab uno folo, fiue à pluribus[g] epifcopis dedicetur, ac deinde in anniuerfario dedicationis

Roma. 14. 2.Corin.c.5.

† In codice Barbatiæ & in conc. ita firmam, fpẽ fiduciamq; tenẽtes, &c.

† Alias ita & vos p hęc & alia bona &c.

† V. de citatos ĩ c. quo aũt, fup. ho eo.tit.

† Quid lateat fub hoc inf. non apparet.

c ¶ Litteras.] Sic ergo credetur litteris epifcopi fi verę fint, s de prob. poft ceffionem. & 11.q.3.curæ.

d ¶ Proponere.] quia in talibus diligens inquifitio facienda eft, 42. dift. quiefcamus.

e ¶ In tabernis.] Si enim ibi publice delinquerint, poffunt à diœcefano puniri, licet fint exempti, fupra de priuil. tuarum. ubi de hoc.

f ¶ Claues ecclefiæ cõtemnuntur.] quod effe non debet, fi. fupra tit. proxi. c. vlt. de priuil. vt priuilegia. [Glo fequen. quærit ar. negatiue, foluit affirmatiue, folutioni fignat contrarium.]

g ¶ A pluribus.] quid fi quilibet indulgeat an nũ: nũquid valet huiufmodi indulgentia s ftatutum iftud? vĩ q non.

non, supra de exces. prælat. cum ad quorundam, & ca. fame, & c. proxi. Credo quod teneat, licet ibi faciant contra mandatum istud, quia non adiicit hic, quod si secus fecerint, decernimus non valere, prout dicitur in illa decre. cum ad quorundam, arg. ad hoc s. de præben. inter cetera, ubi .n. huiusmodi clausula non apponitur in mandato, licet fiat contra mādatum, tñ tenet ꝙ factū est. s. de præben. dilectus, 2. Arg. contra inf. eod. c. proxi. in fi.

ADDITIO. Hodie per c. fi. eo. tit. li. 6. disponitur, ꝙ indulgētia concessa a plato vltra numerū hic taxatum, est ipso iure nulla, & uide ibi glossam, quæ disputat nunquid excedendo hūc numerum corruat indulgentia in totum, an vero teneat vsq; ad facultatē concessā? & intelligit ꝙ vsque ad concessum numerum inclusiue tenet. arg. in regula vti le per inutile lib. 6. & l. sancimus, C. de do.

NOstro.] Diuidit: primo ponit consultatio: Secūdo rñsio, secunda ibi. [Nos igitur.] Abb. Sic.

CASVS. Quæsiuit quidam plātus, vtrum p suā prouinciā possit concedere remissionis lras gñales? Rñdet Papa ꝙ hoc libere pōt facere, ita tñ ꝙ statutū generalis concil. non excedat, ꝙ ex s. c. pxi. Not. ꝙ epi pñt concedere litteras remissionis uel indulgentię in suis prouinciis.

[Glo. seq. reci. pobie. de decre. pastoralis.]

a ¶ Per tuam prouinciam.] N. ꝙ archieps p totā prouinciā suā pōt facere remissiones, prout hic colligitur, & eps in sua diœcesi, licet archieps non sit iudex ordinarius omnium de prouincia sua, s. de off. ord. pastoralis. & iurisdōnem contentiosam non hēt in sua prouincia, nisi in certis casibus, ut dr in decr. pastoralis, sed voluntariā sicut pro consul. cū urbē egressus fuerit, iurisdōnē hēt nō contentiosam, sed uoluntariam, ff. de offic. proconsul. l. 2. Et legatus pōt in sua prouincia facere remissiones, qa & statuta perpetua facere pōt, s. de off. leg. c. vlti. Et est hoc eporū & archieporū, s. facere remissiones, nisi ex spāli concessione uel alia ltīma cā competat aliis inferioribus prælatis, s. de exces. prælat. accedētibus. Et priuilegia pñt concedere ep. & archiepi, sup. de his quæ fi. a præla. sine consensu capituli, quanto, & arg. sup. de iure pat. nullus.

b ¶ Concilij.] sup. eo c. prox.

NE pro dilatione. CASVS. Cum nulli possint ligari, vel solui nisi a suo proprio prælato, & periculosum sit epis, & aliis superioribus & minoribus prælatis exemptis suos pp hoc prælatos adire, uel licentiā petere ab eisdem, ne pro dilatione pniæ periculum immineat animarum, permittit Papa prædictis omnibus, vt etiā præter sui superioris licentiam prouidum, & discretum sibi eligant confessorem. Not. ꝙ pp periculum aīarum multa licent, quæ alias non licerent item epi, & alii prælati inferiores exempti possunt sibi eligere confessorem sine licentia superioris, itē discretus debet eligi confessor.

[Glo. seq. dat duo similia de absolutione, & baptismo, & subdit genus vlt. no.]

c ¶ Periculum immineat.] Sic pp periculū moræ dat absolutio statim, q̄ alias non daret. s. ti. px. nuper. i fi. & c. sacro. & s. de off. ord. ad reprimendam, & pp periculum animæ statim infans baptizat. 5. dist. baptizari, & dē conse. dis. 4. ne qd absit. & dilatio pp periculum tollitur, ne interim aliquod contingat periculum, de consec. di. 4. Iudæi. Et est arg. ꝙ vbicunq; periculū timetur, dilatio sine mora uitanda est. 28. dist. de Syracusanæ. itē arg. ꝙ sacerdos statim dēt currere ad infirmum, qñ vocatur, quia vitam adimit quisquis morienti pœnitentiam denegauit, 26. q. 6. si presbyter, & c. seq. & reus erit animarum, ut ibi dicitur.

d ¶ Permittimus.] Sic ergo uidetur, ꝙ epi vel alii inferiores ptelati exēpti añ istā permissionem non poterant se subiicere alicui confessori sine licentia sui superioris, supra eod. cap. omnis vtriusque, quia nullus clericus sine licentia sui episcopi potest eligere iudicium non sui iudicis, personæ, uel rerum, supra de foro compet. si diligenti, & cap. significasti, & 3. q. 6. non liceat, ergo multo minus iudicium animæ, quod maius est.

[Gl. seq. recitetur per quæstionem.]

e ¶ Prouidum.] qui sciat ligare ac soluere, de pœn. distin. 6. qui vult. & supra eodem, omnis, §. sacerdos, & qui diligenter inuestiget qualitatem criminis, & personæ, de pœni. distinct. §. considerет.

...cationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentiis indulta remissio non excedat, & infra. ¶ Hunc † quoque dierum numerum indulgētiarum litteris præcipimus moderari, quæ pro quibuslibet casibus aliquoties conceduntur: cū Romanus Pontifex, qui plenitudinē obtinet potestatis, hoc† in talibus moderamen consueuerit obseruare.

¶ Honorius tertius.

¶ *Archiepiscopus intra prouinciam suam potest concedere indulgentias secundum formam concilij generalis, hoc dicit, & loquitur, de ca. præced. in fin.*

CAP. XV.

NOstro† postulasti certificari responso, vtrū per tuam prouinciā [a] possis concedere remissionis litteras generales. Nos igitur tuæ fraternitati breuiter respōdemus quod per prouinciam tuā libere potes huiusmodi concedere litteras: ita tamen, ꝙ statutum generalis concilii [b] non excedas.

¶ Gregorius nonus.

¶ *Episcopus & alii, d qbus in littera, posŝūt sine licentia superiorem sibi eligere prouidum confessorem.*

CAP. XVI.

NE † pro dilatione pœnitētiæ periculū [c] immineat animarū: Permittimus [d] episcopis, & aliis superioribus, nec nō minoribus Prelatis exemptis, vt etiam præter sui superioris licentiam, prouidū [e] & discretum sibi possint eligere confessorem.

TITVLVS XXXIX.

De † sententia excommunicationis.

¶ Alexander iij. Socen. Archiepiscopo.

Impubes, qui clericum percussit, ab episcopo absolui potest, & qui loco uel causa disciplinæ percutit cle-

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

[Supra uisum est de pœnis, quæ imponuntur tam in foro contentioso quam pœnali: Veruntamen quia excommunicatio, est pœna delicti, cum fertur a iure, cum uero ab homines, est

---

Marginal notes:

†In plerisq; Vaticanis ita ca: Hūc quoque dierum numerū indulgentiarū literas præcipimus, & ce.

† Alias ita, & in talib.

† Vide Spec. titu. de pœn. & remiss. ubi plene de hac materia. Ad de B. Tho. in qōnibus additis ad 3. p. q. 26.

† Vide late Plaudanum li. 3. sent. & Syluest. uerbo, confessor. 1. qō. 8. adde Turrecre. in c. quē penitēt. de pœn. dist. 1.

† In duobus manuscriptis ita: De sententia excōicationis, & absolutiōis.

pœna contumaciæ, merito post rubricas præcedentes subiicitur ista. Abb.

De hac materia tractatur, 33. quæstio. 1. & quæstio. 2. & quæstio. 3. & 9. quæstio. 1. & 11. quæst. 3. per totum.

SVper.] Tres sunt partes secūda ibi, nec clerici: Tertia ibi, Ceterum. Abb. Sicu.

CASVS. Quæsitum fuit a Papa si clerici inf. minores annos constituti se adinuicem percusserint, vtrum sint ad Apost. sedem mittendi pro absolutione? Respondet Papa, ꝙ si inf. dictam ætatem clerici se adinuicem percusserint, siue unus alterum, non sunt ad sedem Apost. mittendi, quia ętas excusat. Itē nec clerici si sint plenæ ætatis, & adinuicem se percusserint, non ex odio, vel inuidia, sed ex leuitate iocosa, sunt excommunicati. Item nec magister, si clericum causa disciplinæ percusserit, vel correctionis, quia non potest in ipsis iniectio manuum violenta notari. Secus uero si ex odio dicti clerici sese pcusserint, tunc n. ad Apost. sedē ire debent absoluendi. no. ꝙ clerici impuberes si se adinuicem percusserint, possunt a suis episcopis absolui. item est arg. ætatem excusare non a toto, sed a tāto. Item qui ludendo clericū percutit, uel magister, qui causa correctionis discipulum verberat, non est excommunicatus.

† Ca. 2. e. ti. in 1. compi. post cōci. Late. sub Alex. 3. p. 14. ca. 7.

† In recētioribus libris intra, legitur, sensu penitus contrario decisioni pōtificiæ, ex antiquis tn̄, intra, restitutum est.

† Adde q̄ dicat. iniectio manuū, uiolēta, p Bar. ī l. licitatio. §. q. illicitę. de publi.

ricū, etiam si sit maior, excomunicatus nō est, qui vero ex odio sic; et per Papā absoluitur.

CAP. I.

SVper † eo uero, ꝙ consilium postulasti, & infra.

¶ Respondemus, quod si clerici infra † puberes annos se adinuicem aut unus alterum percusserint,[a] non sunt ad Apostolicam sedem mittendi quia eos ætas excusat.[b] Nec clerici,[c] si sunt plenę ætatis, & non odio, vel inuidia, uel indignatione, sed leuitate iocosa se adinuicem percutere cōtingat, neq; magister, si scholarem clericū intuitu disciplinæ,[d] vel correctionis percusserit, quia non potest in ipsis iniectio manuum uiolenta † notari:[e] Ceterum si ex odio iidem scholares, uel seculares clerici sese percusserint, pro sua absolutione debēt ad Apostolicā sedem uenire.

¶ Idem.

¶ Monachos se adinuicē p̄cutientes, absoluit abbas, idem in canonicis regularibus, & abbatis discretione deficiente, recurritur ad episcopum.

CAP. II.

MOnachi † vero & canonici regulares, quocunq; mōʳ se ī claustro percusserint, non sunt ad Apost. sedem mittendi, sed secundum prouidentiā sui abbatis[g] disciplinæ subdātur: & si discretio abbatis nō sufficit † ad eorū correctionē, est prouidētia diœcesani episcopi adhibēda.

Idem.

¶ Ostiarius qui clericū percussit non grauiter, ab ep̄o absolui potest hoc primo: Officialis deliberate iniyciens manū in clericū per Papam absoluitur, hoc secundo. Qui repellendo vim vi clericum percutit, excōicatus non est, hoc tertio. Qui percutit clericum turpiter inuētum cum propinqua, excōicatus non est, secus cum remota, & dicitur propinqua, vt in littera.

CAP. III.

SI † vero alicuius p̄tātis ostiarius, sub p̄textu sui offic. malignatus clericū læ-

a ¶ Percusserint.] irato animo: alias non inciderent in canonem, prout sequentia verba declarant, & 17. q. 4. si quis suadente.

[Glo. seq. exponit, arg. alle. tria iura, & duo alle. in contrarium.]

b ¶ Excusat.] non ab excommunicatione, 1. sed quo ad hoc ꝙ non sunt mittendi ad curiam pro absolutione [illegible] quamuis, c. vlt. Et ita est arg. ꝙ ætas excusat. de consecr. dist, 4. eos. C. de fal. mo. l. 1. in fi. & 33. q. 2. in adolescentia. Arg. contra quia malorum mores infirmitas [illegible] non excusat. C. si aduer. delict. l. 2. &. ff. de min. [illegible] in delictis, Ber.

c ¶ Nec clerici] supple, sunt excommunicati, quoniam sola temeritas in hoc casu reprehenditur. sine violentis, prout sequitur, & patet ex illo canone. 17. q. 4. si quis suadente.

d ¶ Disciplinæ.] Vel ratione prælationis. Idem est et de patre, q. filiū in minoribus ordinibus potest corripere sine pœna ista: uel de propinquo, inf. eo. ex tenore, & c. cum uoluntate, ubi de hoc, arg. de pœn. distinct. 1. §. aut facta, & 14. q. 5. circumcelliones. Ber.

e ¶ Violenta notari.] Hæc est ratio, quare non incidunt in canonem.

a Hoc intelligas si sunt doli capaces alias ab excommunicatione excusarent, idem Hosti. Io. And.

MOnachi. CASVS. Monachi, & regulares canonici si se adinuicē pcusserint, non sunt ad Apost. sedem mittendi, sed per abbatem suū sunt absoluēdi, & si abbas nō sufficit, episcopus diœcesanus est adhibēndus No. ꝙ regulares se se adinuicē percutientes per abbatem suum possunt absolui.

f ¶ Quocunque modo.] dum tn̄ non enormiter: aut in ep̄m, aut in abbatem, aut in clericum secularem manus iniiciāt violentas inf. eo. cum illorum.

g ¶ Sui abbatis.] Si vero monachū alterius claustri pcusserit, per abbatem vtriusq; monasterij dēt absolui, ī. eo. cū illorū, & ī. eod. canonica, sed si monialis monialem, uel conuersam, uel cōuersum aut clericum percusserit, per episcopum absoluatur, inf. eo. de monialibus.

† Cap. 3. eo. tit. in 1. cōp. post cōci. Late. par. 14. c. 8.

† sufficiat.

2 Quod dic ut inf. de religioso, lib. 6. Io. And.

SI uero.] Quatuor sunt partes. Secūda ibi, Officialis. Tertia ibi, Nec ille: Quarta ibi. Ceterum Abb.

CASVS. Primo dr̄ ꝙ si ostiarius alicuius potestatis prætextu officij sui malignatus vel malitiose clericum læserit, ab ep̄o suo potest absolui, nisi grauiter eum vulnerauerit: Secundo dr̄, ꝙ si officialis clericum vulnerauerit, non potest sine mandato Rom. Pont. absolui, quia laico non datur tanta potestas, nisi forte turbam arcendo casu fortuito clericum lædat: Tertio dicitur, quod si clericus vel laicus vim ui repellendo clericum percutiat, non est excommunicandus, nec est excommunicatus, quia vim vi (secundum quod iura permittunt) repellere licet: ultimo dicitur, quod si aliquis in clericum turpiter inuentum cum matre, filia, sorore, vel uxore manus iniecerit uiolentas, non est excommunicatus: si autem inueniat eum in stupro, uel adulterio cum alia, quæ ipsum taliter non attingat, & in eum uiolentas manus iniecerit, est excommunicatus. Nota quod qui prætextu officij sui clericum percutit, ab episcopo potest absolui. Item quod casu fortuito fit, nemini est imputandum. Item uim ui repellendo clericum percutiens, non est excommunicatus. Item percutiens clericum turpiter coeuntem cum uxore, matre, sorore uel filia, non est excommunicatus: in ulterioribus autem personis secus.

† Cap. 4. eo. tit. in 1. cōp. & post cōc. Later. p. 14. c. 9. Et de intellectu uide Couarruuiam lib. 4. Decr. par. 2. cap. 7. §. 7.

Acto-

a ¶ Absolui.] ergo est excommunicatus: quare intelligendum est de eo, qui animo iniuriandi hoc fecit & hoc no ꝑ dicit, malignatus: alioquin non esset excommunicatus, cum canon dolosos & uiolentos tantum teneat: ut sup. eo. c. 1. & 17. q. 4. si quis suadente.

m ¶ Non contingit.] quia tunc nulli interest eius, imò culpa est se immiscerer ei ad se pertinenti. ff. de reg. iur. culpa, Ber.

ij SI vero.] Tres sunt partes: Secunda ibi, Vel si. Tertia ibi. Ab illo. Abb.

ferit, ab episcopo suo pōt absolui: [a] nisi forte eundē clericū grauiter [b] vulnerauerit. Officialis [c] vero pro iniectione manuū in clericum non potest sine mādato Rom. Pontificis absolutionis beneficium promereri: quia nulli laico [d] sup clericum tāta † dař auctoritas: nisi forte turbā arcendo, irruentē non ex deliberatione, sed fortuito [e] casu clericū lædat. ¶ Si uero clericum vim sibi inferētem vi quis repellat, vel lædat: nō debet propter hoc ad sedē Apost. trāsmitti: si in continenti vim [f] vi repellat; cū vim vi repellere [g] omnes leges [h] omniaq; iura permittāt, Nec ille compellendus est ad sedem Apost. venire, qui in clericum cum vxore, [i] matre, [k] sorore, uel filia propria turpiter [l] inuentum, manus iniecerit violentas; Ceterū si in stupro uel adulterio, quod committit cum ea, ꝙ ipsū ita ꝓxima cōsāguinitatis linea nō cōtingit, [m] ceperit, aut in eum violentas manus iniecerit, nō erit a sententia illius excommunicationis immunis.

¶ Idem.

¶ Fraterniaati tuæ taliter respondemus, ꝙ † non solum qui in clericos temerarias c manus inijciūt, sed etiam incendiarij, d † ex quo sunt per ecclesiæ sententiam publicati, e pro absolutionis beneficio ad Apostolicam sedē sunt mittendi.

¶ Idem.

Legati de latere absoluere possunt excōicatos pro iniectione manuū in clericos.

CASVS. Aliqui erāt excōicati a Papa propter suos excessus: quidam clerici scienter & sponte participauerunt illis excommunicatis, & ipsos in officijs receperunt: quæritur a quo isti clerici sint absoluendi? Respondet Papa quod isti clerici eadem sententia sunt ligati cum illius excommunicatis, & ab ipso Papa sunt absoluendi, vel isti erant excommunicati cum omnibus suis participantib. uel participauerunt clerici isti illis in crimine. No. quod communicantes excommunicatis a Papa, ab eo tantum sunt absoluendi.

[Gl. seq. ponit tres lec. & reci. post obijciendo de decreta. nuper, inf. eo.]

b ¶ Eadem.] Scilicet quo ad priuationem sacramentorum, & sic intelligitur, 11. q. 3. excommunicatos, & c. seq. uel forte hi fuerunt excommunicati enm omnibus participantibus eis, 11. q. 3. excellentissimus, infra eo. ꝙ in dubijs, in fi. & ita expone, eadem sententia scilicet maiori, uel isti participauerunt excommunicatis in eodem crimine criminosis, & ita eadem sententia cum illis ligantur, unde remitti debent ad suum excommunicatorem absoluendi, inf. eo. nuper. & c. si concubinæ. Et hoc uerius credo. Ber.

TVa nos.] Primo ponitur decisa consultatio. Secundo responsio. ibi, Fraternitati. Abbas.

CASVS. Quæsitum fuit a dño Papa, utrū illi tantum ab ipso sint absoluendi, qui manus uiolentas in clericos iniecerunt. Rñdet Papa, quod nō solum qui uiolentas manus mittūt in clericos, sed ēt incendiarij pro incendio sunt excōmunicati, postquam sunt ꝑ sñiam ecclesiæ publicati, a sede Apostolica sunt absoluēdi, & hoc statutum fuit propter enorme delictum, q. bus præcipiendū est ꝑstito iuramento, ut de cetero talia non committant, & iuxta facultates suas satisfaciant, sicut præcipitur excommunicatis pro iniectione manuum uiolēta, ut 24. q. ul. pessimā. no. ꝙ non solū uerberantes clericos a dño Papa sunt absoluendi, sed ēt incēdiarij post quā sunt per sñiam ecclesiæ denotati.

c ¶ Temerarias.] Largius est hoc intelligēdum, q̄ si uiolētas dixisset, q̄dā .n. manus dicuntur temerariæ, sed non uiolētæ, inf. eo. contingit.

d ¶ Incēdiarij.] Incēdiarij .n. excōicandi sunt, 23. q. ult. pessimam. & s̄m leges igni traduntur. ff. de incen. ruin. nauf. qui ædes, uel capite puniuntur. ff. de pœn. l. capitalium, §. nonnunquam, cum distinctione illius §. nonnunquam. Ber.

† c. 8. eo. tit. in 2. comp. † Alias §. incendiarij. † Alias ita, ꝙ non solū, hi qui & c. † De pœna clerici incendiarij uide ꝑ Bernardinū Diaz in prac. crim. can. c. 99. iure ciuili qualiter puniatur incendiarij, uide l. data opera. & ibi glo. & Salicetū. C. qui acc. non poss. adde Bar. in l. 1. & ff. de off. præfec. vigil.

[Gl. seq. signat contrarium, & soluit, sol. opponit, oppositioni respon.]

e ¶ Publicati.] Ergo vr̄ ex hoc ꝙ ipso facto sint excōicati, alias non vr̄ ꝙ hrēt locum publicatio, & sic est ar. cōtra 23. q. vlt. pessimam, vbi præcipiunt excōicari: vñ q̄dam restringunt hoc ad incendiarios ecclesiarum & religiosorum locorū. inf. eo. conquesti, & 11. q. 3. canonica, & 17. c. 4. omnes ecclesiæ, vnde post publicationem a Papa tm̄ sunt absoluendi, & hoc in odium eorum statutum fuit, hic ad terrorem aliorum. Sic qn̄q; priuant aliqui ecclesiastica sepultura ad terrorem aliorum. sup. de torne. c. 1. & sup. de rap. super eo. sed quia hic nō distinguitur, de omnib intelligas. Tamen non credo ꝙ incendiarij gñaliter ipso iure sunt excōicati, nisi de incendiarijs ecclesiarum: cum de alijs non inueniam. Et ꝑ hanc decr. non probat ꝙ ipso iure sint excōicati: sed illis primo excommunicatis ab ēpo subsecuta publicatione, ac denunciatione, Papa per hanc decreta. reseruat sibi eorum

eorum absolutionem, ad terrorem, vt dixi, aliàs epi possent absoluere omnes incendiarios, infr. eod. nuper.

AD eminentiam.] Primo ponitur dubitatio: Secundo dubitationis decisio: Secunda ibi, [Super quo. Abbas Siculus.

CASVS. Quidam dubitabat, vtrũ illi sint pro absolutis habendi, qui à Cardinalib. de latere Papæ missis absoluuntur ab excõicatione, quam incurrunt pro violẽtia manuum iniectione in clericos, vel in alias religiosas personas, cum ipsi Cardinales nullũ super hoc mandatum expressũ ostẽdant: quæsiuit à Papa quod iuris sit, & ipse rñdet quid illos dẽt hr̃e absolutos, quos constiterit a talibus beneficium absolutionis adeptos. Not. qđ legati qui mittuntur à latere Papę, licet nõ habeant mandatũ speciale, absoluere tamẽ possunt excõicatos.

a ¶ A latere.] Qui dicantur missi à latere dñi Papæ, hẽs. sup. de of. leg. ca. pen. & vlt. & in consti. Inno. 4. eod. tit. officij nostri.

b ¶ Pro tempore.] id est, postq̃ egressus est vrbẽ, quousque reuersus est, licet iurisdictionem non habeat, nisi in ea prouincia, quæ sibi decreta est, ff. de offi. proconsul. l. 1. & vl. & hoc ex officio legationis licet eis, quãuis de hoc non habeant speciale mandatum: vt hic dicit, & su. de off. leg. translationem, & inf. eo. quamuis, & supr. eo. eã, nõscitur. de alijs qui non sunt missi de latere Papæ, an possint tales absoluere, habes su. de offi. leg. ca. pe. & vlt.

† Ca. 9. e. tit. in 2. compi. Præter docto res hic vide Panormit. & alios in c. q̃ nis. tn̄s. e. ti.

† Alias, oẽs, ut hic obseruat Host. sed in Vatica. ut est impressũ

CAP. XX.

AD† eminẽtiam sedis Apostolicæ: & infra. ¶ Sicut ex parte tua nostris est aurib. intimatum tibi extat dubium, vtrum absolutionis beneficiũ assequantur qui pro iniectio ne manuũ in clericos, vel alias religiosas p̃sonas excõicationem incurrerunt, & à legatis Cardinalibus qui a latere [a] Romani Pontificis destinantur pro tempore, [b] absoluuntur: cum ijdem legati mãdatum super hoc non ostendant expressum: Super quo id à te volumus obseruari, vt eos † habeas absque omni hæsitationis scrupulo, absolutos, quos constiterit a talibus beneficium absolutionis adeptos.

¶ Idem.

¶ *Generalis excommunicatio non ligat nisi subditos proferentis.*

CAP. XXI.

A Nobis † fuit ex parte tua quæsitum; vtrum si quis ita pronunciauerit: Quisquis [c] furtum fecerit, excõicatus sit: hæc generalis clausula ad ipsius excõicatoris subditos referatur, an generaliter extendatur ad omnes, qui non sunt de iurisdictione illius? Ad qđ dicimus quod hæc sententia non nisi subditi [d] obligantur: nisi forte plus [e] cõtulerit maior, & largior au ctoritas delegantis.

¶ Idem.

¶ *Qui cum effractione spoliant ecclesias excommunicati sunt & per Papam tã eum post denunciationem absoluuntur.*

CAP. XXII.

COnq̃sti † sunt nobis Regiñ. canonici, ꝙ I.

ANobis.] Primo ponitur quæstio. Secundo solutio ibi, Ad quod Abb. Sic.

CASVS. Quidam eps protulit sñiam excommunicationis sub hac forma: Qui furtum fecerit, sit excommunicatus: quæritur, vtrum hæc generalis sententia referatur ad subditos excommunicatoris tantum, an extendatur ad omnes, qui non sunt de iurisdictione illius? Ad hoc rñdet Papa, quòd hac sñia non ligantur nisi subditi ipsius excommunicatoris: nisi forte plus contulerit maior auctoritas delegantis. Not. quòd sententia iudicis nõ ligat vel absoluit illos qui nõ sunt de sua iurisdictione. Item sentẽtia quæ certas personas comprehendit, auctoritate maioris extenditur & prorogatur ad alios, qui nõ sunt de iurisdictione proferentis. Item sententia quæ nulla est, potest rata haberi, & erit aliqua.

c ¶ Quisquis furtum. Hac forma verborum omnes nominatim intelliguntur excommunicati, qui furtum committunt, tanquam expressis proprijs nominibus ff. de lib. & posthu. nominatim & Insti. de exhære. lib. §. masculos.

[Gl. seq. obijcit & soluit, contra solutionem obijcit, & respondet, demũ quærit, arguit pro & contra, & soluit.]

d ¶ Non nisi subditi.] Sed contra videtur, quia ratione delicti, efficitur quis de iurisdictione illius, qui tulit sẽtentiam, 6. q. 2. placuit, & 3. q. 6. ibi. enim causa, C. vbi de cri. agi. opor. Auth. qua in prouincia, & supr. de priui. ex tuarum. vbi de hoc, ergo vniuersi ligantur, cum quantũ ad hoc sint eius subditi. Rñdeo si generaliter intellexit, quisquis furtum fecerit vbicunque clausula ista non refertur nisi ad subditos, vt dicit hic: qm̃ extra parochiã suam nullã hẽt iurisdictio nẽ: vnde illa sñia nõ extẽditur vltra termi nos suæ iurisdictionis, l. ff. de iuris. om. iu. l. vlt. & su. de offi. leg nouit. Comprehẽ dit ergo tm̃ subditos suos et delinquentes in eius parochia, cũ ex hoc ipsi subditi sint: nam ratione delicti sortitur quis forum, sup. de for. com pe. c. vlt. & in prædi. concor. nam & præses prouinciæ aduersus extraneos homines habet imperiũ, cum malum commiserint, ff. de off. præsi. l. 3. nec distinguit vnde sint, vt ibi. Sed vr̃ ꝙ per talẽ sñiam 2 non sint ligati alij de alia prouincia: cũ ipsi ignorent talẽ sententiam, licet ibi delinquãt, & efficiatur de foro illius, ut per hoc illos possit puniri: sñia enim non ligãt ignorãtes, & præcipue illos quib. publicata non est, 82. d. proposuisti, 16. dist. quid dicitis. Dicas ꝙ bene sunt excõicati, quia incidũt in factum damnatum & quicunque facit factum iam per sententiã excommunicationis damnatum, iudicatur excommunicatus quasi a canone, arg. 24. q. 1. c. 2. & 3. & propter delictũ ibi commissum intelliguntur esse de parochia sua, & sic excommunicati sunt, nec excusantur eo, quòd dicunt se ignorasse sententiam, quia ipsi cum rem illicitam & prohibitam faciant, statim sunt in culpa, 3 & potuerunt quærere de hoc. Quid si moriatur vel transferatur ad aliam ecclesiam, qui tulit illam sententiam, nunquid tenet post mortem, vel recessum, vt qui contra faciant, sint excommunicati? Videtur quod sic, quia scripta episcoporũ anathematizant etiam post mortem, & facere possunt decretum: ita ut qui contra facit, puniatur, 3. q. 1. nullus & s̃. de maio. & obed. c. 2. & s̃. de off. leg. c. vlt. argu. contra dicit lex, quod interdictum durat ultra iurisdictionẽ interdicentis, ff. de pœn. l. ultim. dici potest, quod interdictum siue sententia excommunicationis simpliciter lata, non durat ultra tempus proferentis, nisi successor eam confirmet, & ratam habeat. Sed cum diffiniendo statutum siue decretum aliquod facit, ligat etiam post recessum: quia statuta talia perpetua sunt. sup. de off. leg. c. ult. ff. de off. præfe. urb. l. 1. §. ult. C. de postula. l. 1. nisi expressim per successorem reuocetur, Ber.

e ¶ Nisi forte plus.] Argum. quod sententia quæ nulla est, potest ratihaberi, & erit aliqua. 2. quæstio. 1. in primis. Ber.

COnquesti.] Primo ponitur querela: Secundo iudicum datio: Secunda ibi, Quoniam igitur. Aabas.

CASVS.

† Ca. 10. eo. ti. in 2. cõpi.

1 Intellige hãc decretalẽ s̃m illã c. 2. de constit. li. 6. & de intellectu vide Couarruuiã, ĩ c. alma mr̃. de sent. exc. lib. 6. part. 1. art. 10.

2 Neq; extenditur ad subditos ext. diœcesim suam furtum committentes, p̃ ut declarauit Bonif. octauus in ca. 2. de consti. li. 6. & rectè hic admonet gl.

† Ca. 11. eo. ti. in 1. cõpi.

3 Non sequitur s̃m Hostien. si obligati sunt ad culpã & ad pœnam indicit qui mat ri. acc. pos. ca. fin. C. de adul. l. si ea. dicit ergo arbitrandum hoc ex nouitate aduentus, vel ex mora quam traxit in loco & in dubio relinquẽdus iuro suo. su. e. si vero, 2 Ioan. And.

CASVS. Canonici Regin. conquesti sunt Domino Papæ, quòd I. de Malafrena, & quidam alij sequaces illius, quasdam ecclesias Regin. epatus fregerunt, spoliantes easdem: mandat Papa quibusdã, quatenus si est ita, prædictos sacrilegos excõicatos denuncient, & faciãt arctius euitari, donec passis iniuriam congrue satisfaciant. & cum litteris veritatem continentibus ad Apostolicam sedem accedãt. not. quod effractores ecclesiarum ipso facto sunt excõicati, & post denũciationem excõmunicationis eorum a solo Papa sunt absoluendi. vt hic vr.

de Malafrena, & eius sequaces, quasdam ecclesias Regin. episcopatus violenter confregerunt, easq; spoliare minime dubitarunt.

¶ Qm̃ igitur grauia sunt, nec clausis debent oculis præteriri: Mandamus, quatenus si est ita, memoratos sacrilegos excommunicatos a nuncietis, & faciatis sicut excommunicatos arctius euitari, donec passis iniuriam congrue satisfaciant, & dãna (pro† eis) data resarciant, & cum litteris vestris rei veritatem cõtinenribus Apostolico se conspectui repræsentent.

¶ Idem.

¶ Percutiens, vel etiam interficiens clericum se dimisso clericali habitu sæuis enormitatibus immiscentem nõ tenetur ire pro absolutione ad sedem Apostoli. Ita generaliter summari potest.

C A P. XXIII.

PErpendimus † ex litteris tuis, quod quidam sacerdos pro eo, quod se filium regis falso nominare præsumpsit, & armis acceptis seditionẽ fecit & guerram, à B. comite iussus est fustigari, qui postea eius mandato tradatus patibulo expirauit, & infra.

¶ Fraternitati tuæ duximus respondendum, quòd si memoratus sacerdos tali modo excessit, & non propulsando,[c] sed inferendo iniuriam fuit occisus non videtur nobis quod inferiores eius propter hoc ad obtinendam absolutionẽ,[d] Apost. sedem adire cogantur.[e] Tu vero qui merita personarum bene nosti, pœnitentiam eis competentem[f] iniungas.

¶ Idem.

¶ Iudex ecclesiasticus faciens percuti clericum per laicum etiam causa disciplina, excommnnicatus est, & ipse & verberans pro absolutione tenentur ire ad Papam.

C A P. XXXIV.

VNiuersitatis † vestræ consultationem accepimus, qua nos requisistis, vtrum laicus incidat in excõmunicationis edictum, qui ad iussionem †

[Gl. seq. arg. distinguit, ponit opi. Hug. quam determinat.]

a ¶ Excommunicatos nuncietis.] Ergo videtur ex hoc quod ipso iure sunt excõmunicari hmõi sacrilegi, quod verum est de hmõi violatoribus & effractoribus ecclesiarũ siue incendiarijs, 11. qu. 3. canonica, & 17. q. 4. omnes ecclesiæ, de quibus intelliguntur illa duo capitula. Alij vero non sunt excõicati ipso iure, sed excommunicãdi vt dictum est sup. eo. tua Hug. tñ dixit, quod illa c. non sunt latæ sentẽtiæ, sed hæc decr. contrariũ ostendit, & ita etiam seruatur. sed Hug. intellexit. c. illa non de effractoribus ecclesiarum, 1 sed de his qui aliũde aliqua rapiũt præter effractionem.

b ¶ Repræsentent.] Ex quo enim incendiarij, vel effractores ecclesiarum publice denunciati sunt, non possunt absolui nisi a Papa: sed ante bene si satisfaecere volunt, quia conditor canonis ante denunciationem eorum non retinuit sibi eorum absolutionem infr. eod. nuper. & hoc ad terrorem omnium statutum fuit propter enormitatem excessus, sup. eo. tua. Bern.

PErpendimus.] primo ponitur consultatio: secundo responsio ibi Fraternitati tuæ. Abb.

CASVS. Quidam sacerdos qui nominabat se filium regis, acceptis armis seditionem fecit & guerram, propter quod Comes quidam iussit illum fustigati, qui postea de mandato eiusdem fuit suspensus, quæsitum fuit, vtrum occisores illius sint excommunicati: Respondet. Papa quod si sacerdos tali modo excessit, & non propulsando iniuriam fuit occisus, sed alijs inferendo, interfectores illius non fuit excommunicati; pænitentiam tamen iudex iniungat eis competentem, secundum merita personarum. no. quod vim vi repellere licet. Item clericus immiscendo se enormitatibus amitti priuilegium canonis, si quis suadente.

c ¶ Non propulsando.] Nam vim vi repellere licet, sup. eo. si vero, §. 2. & sup. de homi. significasti, vbi de hoc.

[Glo. seq. signat contrarium, & remittit.]

d ¶ Absolutionem.] sic sup. eod. cum non ab homine, & sup. de apost. c. 1. infr. eod. in audientia. contra. sed illud solutum est su. eo. cũ non ab homine.

[Gl. seq. obijcit, & soluit.]

e ¶ Cogantur.] Sed contra videtur: clericus non potest renunciare priuilegio suo, inf. eod. contingit. 1. su. de fo. comp. si diligenti? Dic quod manendo clericus non potest renunciare, vt in contrarijs, sed apostatãdo ab habitu suo post trinam admonitionem vel immiscẽdo se enormitatibus priuilegium amittit, vt hic patet, & supr. eod. cum non ab homine. & infr. eod. in audientia, & ca. contingit. Ipso enim facto se priuant talia faciendo. supr. de vit. & honest. clericor. c. vlti. & supr. de cler. coniug. capit. penult. argum.

[Glos. seq. exponit, & quærendo obijcit, & soluit.]

f ¶ Competentem.] Paulo maiorem quã si in laicos talia com misissent. supr. eod. c. cum non ab homine, in fi. Sed quare imponitur ei pænitentia, quia qui auctoritate iudicis malos interficit, minister Dei est, 23. q. 5. miles, & c. qui malos. Satis potest dici ad cautelam imponitur pænitentia. si comes ille habeat potestatem hoc faciendi: alias secus est, vt hic, & in ca. cum non ab homine, in fin. Ber.

VNiuersitatis.] Abbas qui facit per alium monachum verberari, ipse & verberans sunt excommunicati, & non absoluuntur nisi a Papa. In prima parte ponitur consultatio: In secunda responsio, ibi, Nobis. Abbas. Siculus.

CASVS. Quidam laicus existens in seruitio, cuiusdam abbatis, de mandato ipsius in clericum, monachum, vel conuersum manns iniecit temerarias, maxime vbi causa non subest propter quam debebat verberari, quæritur, vtrum laicus ille incidat in excommunicationem? Respondet Papa, quod nisi abbas in propria persona hoc faciat causa regularis disciplinæ, vel si necessitas immineat, per clericum, vel per monachos hoc faciat, tam ille qui taler verberari facit, quam qui verberat, excommunicatus est, etiam si causa subesset propter quam debeat verberari. Not. quod disciplina regularis per laicum imponi non debet, sed per abbatem, vel per monachum, vel clericum.

† Hæc duo verba, pro eis, desunt in uetustioria. & emendatiorib. exẽplarib. & in omnib. Vat.

1 Adde quis sit effractor, in l. 3. §. effracturæ, & ibi no. ff. de off. p̃sc. uig. † Ca. 12. eo. ti. in 2. cõpi. ti. de intellectũ, p̃ter doctores hic ui de Albert. in repetitione ca. qm̃ de hrti. li. 6. q. 14. circa finẽ & de materia Syluestrum verbo excommunicatio. 6.

† Ca. 13. eo. ti. in 2. cõp. Et uide hic p̃ alijs Henricũ, Boich.

† Ergo in illicitis nõ est Dñis obtemperandum, facit quod not. Baldus in l. seruus, C. ad l. Iuliã. de ui publi.

2 Vel excesserunt suspendendo nulla condẽnatione præmissæ. Hostien. Huic lecturę cõtra, quod s̃. dixit eius mãdato: Sed forte, fuit mandatũ generale, de captis suspSpendis, vel speciale: Ti pter snĩam nec data defensionis copia. Io. And

¶ Ma-

abbatis, in cuius seruitio commoratur, in clericum monachum, aut conuersum, temerarias manus præsumit inijcere, maxime ubi causa non subest, [a] propter quam debeat uerberari.

¶ Nobis autem uidetur, quod nisi causa regularis disciplinæ hoc faciat abbas in propria persona, [b] vel (si necessitas vrget) per clericum, vel monachum fieri iubeat: [c] tam qui tales uerberari præcipit, quam illi, qui uerberant) etiam si causa subesset [d]) excommunicationis sententiam donec ad Apostolicam sedem ueniant; nequaquam euadunt.

¶ Idem.

¶ Clericus ut laicus incedens, tertio monitus non resipiscens, perdit priuilegium clericale.

CAP. XXV.

IN † audientia nostra talis fuit ex parte tua proposita consultatio, utrum clerici, qui arma militaria relicto habitu clericali, gestare nullatenus erubescunt: si eis fuerit iniuria corporalis illata, uel se a captione redemerint: illa clericorum debeant immunitate gaudere, qua pro temeraria manuum iniectione facta in clericum, excommunicatus quis ipso iure notatur? Ad hæc tibi breuiter respondemus, quod cum frustra [e] ecclesiæ imploret auxilium, qui committit in ipsam, & lex [f] secularium Principum huic responso satis efficax afferat argumentum, qua manifeste cautum habetur, matronam, cuius pudicitia attentata fuerit, non posse iniuriarum [g] agere, si in veste meretricali [h] fuerit deprehensa, huiusmodi clerici si a prælatis suis tertio [i] commoniti, militaria noluerint arma deponere, de priuilegio clericorum subsidium aliquod habere non debent.

¶ Idem.

¶ Excommunicatus propter iniectionem manuum in clericum, impeditus ire ad curiam potest ab inferiore absolui, sed impedimento cessante, tenetur curiam visitare, suscepturus mandatum Apostolicum.

a ¶ Maxime vbi causa non subest.] Ideo dicit, maxime, quia idem est etiam si causa subesset, ut inf. sequitur, sed hoc executor non considerat, qui exequi debet siue sententia sit iusta siue iniusta, sup. de of. deleg. pastoralis, §. quia vero.

[Gl. seq. alleg. vnā concor. & duo iura in contrariū, & soluit.]

b ¶ Persona.] sic. q. 5. illi qui argu. contra. 86. dist. non liceat, & C. de epis. & cle. Aut. sed neque. Sol. aliud est in episcopo & speciale, qui suis manib. nullū peteutere dēt, cui sanctitas ignoscēdi gloriam dereliqt, C. de epi. & cleri. si qs in hoc. sed abbas hoc facere potest: vt hic, & 45. di. cum beatus.

c ¶ Fieri iubeat.] moderate, ita ꝙ nō excedat debitā correctionem. alias potest appellari ab ipso, s̄ de off. or. irrefragabilis, & puniri [illegible] debet, s̄. de ap. de priore, & incideret in canonē, quia leuis & moderata castigatio permissa est, ĩ. eo. cum volūtate, §. 2. ubi de hoc.

[Glo. seq. signat cōtrarium.]

d ¶ Etiam si cā subesset.] Licet iusta causa subsit, q aliter q̄ debeat facit, non excusatur inf. eo. sacro. & sic neque in facto neque in modo faciē debet esse peccatū, sic sup. de restit. spo. P. sanis arg. contra ꝙ potius causa facti: q̄ ipsum factū considerari debet 23. q. ulti. occidit. & s̄. de ac. cū dilect. ff. de fur. verū, nec refert undecumque crimina claruerint, ut corrigantur, 23. q. 4. ecce.

[Glo. seq. textum fortificat, secundo signat contrarium, & soluit.]

† Cap. 14. e. ti. in 2. cōpi. Vide Syluestrū super iō ca. citatū.

e ¶ Nequaquam euadunt.] Etiam si monachus consentiret, inf. e. contingit, arg. contra. inf. ut fame. ubi clerici per laicos capiuntur. Non est contra, quia in alio casu diuerso loquitur ibi de clerico, qui aliter capi, & corrigi, 1 non potest, de mandato prælatorum capiatur, & ad iudicium adducatur.

1 Idem si nō dū appareat incorrigibilis. inf. eo. si clericos lib. 6. & ibi de hoc in 5. gl. Ioan. And.

IN audientia.] Clericus qui a prælato tertio monitus arma militaria non deponit, perdit omne priuilegiū clericale, h. d. primo ponitur consultatio, secundo respōsio, b, Ad hæc. Abb.

CASVS: Clerici aliquando relicto habitu clericali assumunt arma militaria quæritur, utrum illi qui iniuriam corporalem talib. clericis inferunt, sint excommunicati, & an illi clerici adhuc priuilegio gaudeant clericali? Respondet Papa, quod huiusmodi clerici si a prælatis suis tertio commoniti noluerint arma militaria deponere: de priuilegio clericorum subsidium aliquod habere non debent, cum frustra legis imploraret auxilium, qui committit in legem: & lex huic responso præstat optimum ar. qua dī. ꝙ si matrona cuius pudicitia attentatur, in veste meretricali fuerit deprehensa iniuriarū agere non poterit. No. ꝙ clerici q arma sumūt dummodo se enormibus non immisceant, retinent priuilegium clericale vsque ad tertiam admonitionem. Item qui legē vel canonē offendit, illius auxiliū amittit, & sic punitur in eo, in quo peccauit, item leges in subsidium canonum inducuntur.

f ¶ Frustra ecclesiæ.] s̄. de imm. eccl. c. ult. & s̄. ne cle, uel mo. c. 2. & 17 q. 4. frater. s̄. de vsu q̄a frustra, & ff. de mino. auxilium in fi. & ff. quod met. cau. isti quidem.

[Glo. seq. alle. con cor. & simi. secundo quærit, arg. pro & cōtra, & soluit.]

g ¶ Iniuriarū.] Non iniuriat mr̄imonio, qui ipsum ignorauit C. de adult. si ca. 2 S. de nec militiæ aut clericali qui iniuriam ignorat. ff. de loca. si ignorans. sup. eo. si uero aliquis. Quid si percussi laicum credens & volens 3 percutere clericum: nunq. id in [illegible] in canonem? ar. ꝙ sic. s̄. de b [illegible] nuper & c. vlt. ff. ad l. Aqui. scientiā, §. 2, arg. contra ff. ad l. Cor. de sic. l. 1. §. [illegible] vbi [illegible] cat [illegible] ꝙ fit, & non secundū quod sciens [illegible] ff. de iniur. si cū seruo, & l. prætor. in fi. sed in ueritate non est excommunicatus, licet de iniuria teneatur.

2 Cessat adulterium in illa quæ uenali forma & meretricio more se vulgo præbuit Io. An.

3 De hoc articulo præter Doct. hic uide citatos in c. si uero. il. secundo. s̄. hoc e. in sup glo. in uerb. ignorauerit.

h ¶ Meretricali.] & sic perdit priuilegium, ff. de ritu nup. senatoris filia.

[Gloss. sequē. allegat duas concor. & tria iura incontrarium, & remittit. Iterum signat contrarium, & soluit.]

i ¶ Tertio.] si. sup. de uita. & hon. cler. c. vlt. & inf. eod. contingit, ar. contra, de aposta. c. 1. & sup. eo. [illegible] dimus. & sup. eod. cum non ab homine, sed ibi soluitur. Item arg. contra, s̄. ne cle. vel mon. c. 1. Sol. [illegible] non loquitur de tali captione, sed de illis qui deprehenduntur in administratione, nec ibi fit mentio de manu iniuriosa, & ecclesia non defendit illos, qui in fraude deprehenduntur quo minus teneantur, & sic non tangit hoc,

QVod.] Enumerat quædam impedimenta, propter quę excommunicati propter iniectionem manuum in clericos absoluuntur ab episcopo, ita tamen ut cessante impedimento uisitent Papam, h. d. primo ponit regulam secundo casus exceptos tertio quandam determinationem submittit. Secunda ibi nisi. Tertia ibi, Ceterum. Abbas.

c ¶ Ob duplicem causam.] scilicet quia manus violentas iniecit in fratrem, & quia immunitatem ecclesiæ violauit. Et sic colligitur hic argu. quod sacrilegi qui immunitatem ecclesiæ uiolant, sunt excommunicati: & ita idem esset si laicum uerberasset in claustro. argu. 17. q. 4. omnes. Dic q incidit in minorem excommunicationē, quia priuatus est cōmunione ecclesiæ, ex eo, qd immunitatem ecclesiæ violauit, 17. q. 4. si quis domum. & si non satisfecerit post tertiam admonitionem, maiori excōmunicatione notabitur, ut ibi dicitur, & ita nō sunt omnes sacrilegi excōmunicati ipso iure maiori excommunicatione: & quia iste non satisfaciebat, fuit excommunicatus a suo prælato, & ita ob duplicem cām nodatus fuit maiori sententia, ut inf. dicit, & illud ca. omnes, restringit ad suū casum, ad violatores ecclesiarū, ut dixi s. eo. tua. & c. cōquesti, vel forte lata erat sententia, ut quicunque uiolaret immunitatē ecclesiæ esset excommunicatus.

† Ca. 15. eo. 1. 12. comp.

† Alias, periculo, ut in codice Barbatiæ.

† Adde quis dicatur senex, ut possit excusari, no. in l. si paterfam. §. in arrogationibus, ff. de adopti. & in l. 2. in glo. 1. C. de his qui imple. stipē. lib. 10.

CASVS. Quicunque violentas manus mittit in ecclesiasticā psonam, est excōicatus, nec potest absolui nisi a Papa, uel eius legato, exceptis quibusdam casibus. q in ipsa littera continentur. Not. q in mortis articulo cōstituti, pauperes, senes, & debiles uel alio iusto īpedimento impediti, si in canonē latæ sententiæ inciderint, possūt ab epo loci absolui.

[Glo. seq. obijcit, & remittit.]

a ¶ Paupertate] sic s. eo. quamuis, cōtra s. eod. ea noscitur, sed ibi soluitur.

b ¶ Visitare.] sic s. e. de cetero, & c. ea noscitur, & inf. e. quamuis, in fi.

CVm.] Excōicatus ex plurib. causis, si in absolutione oēs nōn expressit, nō habetur pro absoluto, h. d. prima pars narrat casum: Secunda dat iudicem, ibi, Discretioni. Abb.

CASVS. Inter G. & F. archidiaconos Cabilon. ecclesiæ, quæstio uertebat occasione cuiusdā excōmunicationis, propter q procuratores eorum ad sedem Apost. accesserūt: procurator G. archidiaconi allegauit, quod F. archidiaconus in succentorem manus iniecit temere uiolentas, trahendo ipsum per claustrum: propter quod archiepiscopus ob uiolentam manuum iniectionem, & uiolationem immunitatis ecclesiæ, fecit eum excommunicatum publice nunciari: sed cum ipse in absolutione sua quam obtinuerat a sede Apostolica, alteram de prædictis causis non expresserit, non debet haberi absolutus, sed tanquam excommunicatus pro altera euitari: unde mandat Papa iudicibus, quatenus si eis constiterit dictum F. archidiaconum propter duplicem causam excommunicatum fuisse, & alteram tantum expressisse in litteris, quas super absolutione sua impetrauit, ipsum tanquam excommunicatum compellant satisfacere ecclesiæ suæ pro altera. Nota quod uiolans immunitatem ecclesiæ excommunicatus est. Item absolutio tacita ueritate uel causa de causa obtenta, non ualet. Item qui pro pluribus causis est excommunicatus, omnes illas causas in absolutione sua exprimere debet, alias non est absolutus.

CAP. XXVI.

QVod † de his, & inf. ¶ Fraternitati tuę du- 01 ximus respondendum, q is, qui asserit se in canonem latæ sententiæ incidisse, non aliter quam per sedem Apostolicam, vel eius legatum absolutionis potest beneficium obtinere: Nisi forte sit in mortis ar- 20 ticulo, † vel paupertate,[a] aut infirmitate, vel senectute tāta grauetur, † q ad Ecclesiam Ro. laborē subire nō valeat ueniēdi: uel ab hoc alio impedimento canonico retrahatur.

¶ Ceterū ab his in forma sacramenti exigi cōsueuit, vt resumptis virib. & opportunitate concessa, Roman. ecclesi. in propria persona debeant uisitare.[b]

¶ Innocentius terti⁹ archiepiscopo, Decano, & Præcentori Lugdun.

CAP. XXVII.

¶ Ligatus pluribus excōicationibus, licet ex eodem facto, obtinens absolutionē expressa una causa seu una excommunicatione, nō habetur pro absoluto quo ad aliam.

CVm † pro causa, q inter G. & F. Cabilonē. eccle. archidiaconos uertebatur, eis cōcesserimus auditorem, procurator G. allegauit, q cū F. archidiaconus in succentorem in cōidormitorio manus iniecisset temere uiolentas, & eū traxisset uerberando per claustrum: tu frater archiepiscope eum, ob uiolentā manuū iniectionē, & vio- 30 lationē immunitatis ecclesiæ, fecisti excōicatum publice nunciari, & infra.

¶ Discretioni uestræ mandamus, quatenus si uobis cōstiterint dictum E. archidiaconum ob dupl. cē causam[c] excommunicatū fuisse, & expssisse tm alteram 40 in litteris, quas super absolutione sua impetrauit, ipsum tanquam excommunicatū[d] satisfacere ecclesiæ suæ pro altera, monitione pręmissa, cogatis.

¶ Idem Abbati Sancti Andreæ.

50 *¶ Excōmunicato decedēti in excōmunicatione, quan-*

[Glo. seq. recitetur per quæst. an pluribus de causis excōmunicatus, si in absolutione tacet alteram, adhuc sit excommunicatus, arg. p & contra, ponit quatuor opinione, & soluit.]

d ¶ Tanquam excommunicatum.] Istud tanquam, expressiuū est veritatis, vt dictū est. Ex hoc patet q si aliqs pluribus de causis fuit excommunicatus, & unam expressit in absolutione, & aliam tacuit, adhuc remanet excommunicatus, argu. sup. de off. ord. ex parte, ibi etiam tangitur de hoc, quia per subreptionem absolutio est obtenta, inf. eod. officij. Quot enim sunt excommunicationes, tot debent esse absolutio- 60 nes, sicut quot sunt accusationes, tot & absolutiones, 2. q. 3. §. notandum, uer. si plura & de p. dist. 5. ca. 1. ubi dicitur, quod de omnibus erit indulgentia petenda. Sicut & in denunciatione noui operis, quot sunt denunciationes, tot erunt remissiones, ff. de no. ope. nunc. de pupillo. §. si ex pluribus. Sic & in libertate si per obreceptionem obtenta fuerit, non ualet, licet sit fauorabilis, ff. de fideicom. lib. cum uero, §. subuentum. Econtra uidetur, quod non sit excommunicatus, quia libertas semel data competit, siue ex iusta, siue ex iniusta causa data sit, non reuocatur: Inst. quib. ex cau. manu. non licet, §. semel. & sup. de consang. quia circa. arg. sup. de conuer. coniu. ex parte, ff. de man. uin. iusta. §. 1. & l. si pater, §. 1. item si quis per dolum est liberatus, tenet liberatio, sed agitur de dolo, ff. de dolo. l. seruus, & l. seq.

1 Dictum huius glo. sequitur Collecta rius in c. cōquestus. sup. de foro compet. Contra sentit hic Hostiensis, quē uideas prius quam in hāc gl. opinionē faciledescendas. adde et recentiores.

† Cap. 1. eod. tt. in 3. compilā. Dt de intellectu uide citatos sup glossis.

2 De quæstione hui⁹ glossæ præter Henricum Boich & alios hic uide B. Tho. in q. addit. ad 3. par. q. 24. art. 3. Palud. lib. 4. sent. di. 18. q. 5. & plene Couarruuiā in c. alma mater. De sent. exc. li. 6. par. 1. §. 11. uersi quid autem de illo.

& l. seq. Item pignus liberatur non obstante dolo. ff. de pig. act. si rem, §. omnis. Sol. si dicatur, quod semel excõmunicatus amplius excommunicatione durante excommunicari non possit, tunc tenet absolutio, licet alias causas non expresserit, si expresserit illam causam, ꝓ qua primo fuit excommunicatus: sed hoc non est uerum. r Si autẽ dicatur, quod excommunicatus posset iterum excommunicari, quod verũ est, refert, an expressa sit causa absolutionis, an non sit: si non est expressa, sed indeterminate absoluitur., tunc ab omnibus est absolutus. sed si vna causa tantum fuit expressa, tunc absolutio non extenditur ad ea, quæ non fuerunt expressa. ar. ff. de accept. plurib. C. de procu. maritus. Vel distinguitur, an ꝑ ignorantiam omiserit an scienter arg. sup. de rescr. sup litteris. ita dixit Ion. Sed ego in hoc casu non admitto illam distinctionem. Alii dicunt illum absolutum indistincte, sed cogitur redire ad curiam, & satisfacere iniuriato. Tan. 2 dixit quod si aliquis est excommunicatus propter plure causas, sed vnica tantum sententia: quamuis aliquas causas taceat dum absoluitur, absolutus est: sed debet compelli satisfacere pro alia iniuriam passo, & secundum hoc istud, tanquam, est similitudinarium. Si vero pluribus & diuersis: excommunicationibus si ligatus ex causis diuersis: si aliquas supprimit, non est absolutus, sed remanet excommunicatus pro aliis, & secundum hoc istud, tanquam, est expressiuum veritatis. Ego credo, quod qualitercunque sit aliquis excommunicatus, siue vna sententia siue pluribus sententiis, ex pluribus & diuersis causis, qui vere vult absolui, omnẽ causam pro qua vel pro quibus fuit excommunicatus, debet exprimere in absolutione sua: quia pro vnaquaque sola fuit excommunicatus, & sic vna sententia sufficit ad plures excommunicationes, dummodo exprimantur omnes causæ prioris excommunicationis, alias non tenet absolutio per surreptionem obtenta, vt bene colligitur j. eo. officii. licet quidam dicant, quod Innoc. respondit ad hoc in cap. officii. & præmissas solutiones non moltum approbo.

r Quod dic. at not. s. de Iudę ita quo iũdam, & 3. q. 4. Engeltrudam. Io. ã. And.

† Cap. 2. eo. tit. in 3. cõp. Vide Goua. in cap. alma mr, de sent. excõ. lib. 9. part. 1. §. 11. nu. 8.

2 Et Vi n. idẽ Inn. hoc addito, ꝙ primũ mẽbrũ locum hẽat, qñ iudex ex altera solo ñ intendebat excõicare: et cã suppressa nõ est talis. ꝑꝑ quam expressam fuisset denegata absolutio. Secundũ mẽbrũ inte lexit ut sta im addã Io. An.

A Nobis.] Excommunicatus in quo apparuerunt euidentia signa contritionis, absoluitur post mortem ab eo, a quo viuus fuerat absoluendus, & ad satis faciendum pro eo compelluntur hæredes. Duæ sunt partes principales: In prima ponitur bimembris quæstio. In secunda solutio, ibi, Nos igitur. Secũda subdiuiditur in vii. partes: Primo distinguitur duplex uinculum peccatoris: Secunda ex distinctione solutionem quæstionis infert ibi, Vnde quantumcunque. Tertio ꝓuisionem annectit: ibi, Potest. Quarto soluit quo obstantia ibi, Nec obstat. Quinto subnectit quandam determinationum: ubi ut autem. Sexto tractat de forma absolutionis: ibi, Absolutis Septimo de satisfactione & compulsione hæredis, ibi. Hæredis. Abb. Sic.

CASVS. Aliquis erat excommunicatus pro uiolenta manuum iniectione in clericum: iste iurauit stare mandatis ecclesiæ, & quantum in eo fuit uolebat absolui, nec per eum stetit, quo minus absolueret, sed morte præuentus absolui non potuit: quæritur, utrum iste uel alius, in quibus manifesta pęnitentiæ signa apparuerunt, debeat haberi ab ecclesia absolutus, & utrum pro talibus eleemosyna sit recipiẽda & a fidelib. sit orandum? Resp. Papa, ꝙ iudicium Dei veritati, q nec fallit nec fallitur semper innititur, iudicium autem ecclesiæ aliquando sequitur opinionem, quæ sæpe fallit & fallitur: unde contingit aliquando, ut qui ligatus est apud Deum, apud ecclesiã sit absolutus, & qui liber est apud Deum, apud ecclesiam sit ligatus: unde quãtumcunque se qs iuso attrinxerit ecclesiæ mandato parere, quantũcunque pniæ signa præcesserint, si morte preuẽtus absolutus non extitit: quãuis apud Deũ absolutus credatur, tamen apud ecclesiã nõ est habendus absolutus: tamen potest & debet ei beneficio ecclesiæ subueniri, ut beneficium absolutionis impendatur defuncto, ex quo de ipsius viuentis pænitentia per euidentia signa constiterit nõ obstante ꝙ dicitur, ecclesia habet ptãtem ligandi & soluendi homines super terram, tãquam non possit absoluere & ligare sub terra sepultos: nec illud obstat cui non communicamus viuo: nec mortuo communicare debemus, cum in certis casibus legatur ecclesiam ligasse mortuos & soluisse: uñ statuit Papa, ut illius mortui absolutio a sede Apostol. requiratur, qui dum uiuebat ab eadem fuerat absoluendus, absolutionem uero aliorum ex causa præmissa illis Papa indulget, a quibus dum uiuerent, fuerant absoluendi, absolutionis forma fiat cum psalmo pænitentiali & oratione Dominica, & alijs consuetis: & hæredes defuncti compellantur ad satisfaciendum pro ipso; & si monitione præmissa noluerint, per districtionem ecclesiasticam compellantur. No. quod iudicium Dei non fallitur sed iudicium ecclesiæ sępe fallitur. Item apud Deum aliquis absolutus est, & apud ecclesiam ligatus, & econuersio. Item per signa constat de pænitentia alicuius. Item ecclesia ligat & soluit sub terra, sed in certis casibus. Item post mortem absoluitur excommunicatus. Item hæredes tenentur & compelluntur satisfacere pro defuncto.

tumcunque cõtritus decesserit, non est cõmunicandũ ante absolutionem, nec pro eo orandum, licet sit quoad Deum absolutus; sed si constaret ecclesiæ de cõtritione præcedenti, absoluetur etiã post mortem ab eo, à quo viuus fuerat absoluendus, & hæredes eius compellantur per ecclesiã ad satisfaciendum pro eo.

CAP. XXVIII.

A Nobis † est sæpe quęsitum, vtrum si aliquis excommunicatus in quo indicia fuerint pęnitentiæ manifesta, nec per eum steterit, quo minus reconciliaretur ecclesiasticæ vnitati, non suscepto beneficio absolutionis decesserit, pro absoluto ab ecclesia sit habendus: & vtrum pro tali recipienda sit eleemosyna, & à fidelibus [a] sit orandum: & infra.

¶ Nos igitur consultationi tuæ breuiter respondemus, quod iudicium Dei veritati, quæ non fallit nec fallitur, [b] semper innititur: iudicium [c] autem ecclesiæ nonnunquam opinionem [d] sequitur, quam & fallere sæpe contingit, & falli: propter quod contingit interdum, vt qui ligatus est apud Deum,

a ¶ A fidelibus sit orandum.] Et est dicendum quod non: nisi prius fuerit absolutus. infra eodem. sacris.

b ¶ Nec fallitur.] 24. quæst. 3. Deus qui. 3. de consec. distin. 2. panem.

3 Et 1. q. 1. Spiritus Sanctus. Io. An.

c ¶ Iudicium autem ecclesiæ.] Iudicium enim ecclesiæ diuinum debet imitari iudicium inquantum potest. 11. quæst. 3. tunc uera est.

d ¶ Opinionem sequitur.] Et ideo sæpe fallit, sup. de re iud. lator, & cap. consanguinei, & supr. de frigid. fraternitatis, & 24. quæstio. 3. si qui non recto. & cum de errore constiterit, reuocatur quod factum est, ut tribus primis concordantiis, & 35. quæstio. 9. capit. loc. §. his ita.

[Glo. seq. recitetur per quæstionem.]

apud ecclesiā sit solutus, & qui liber est apud Deū ecclesiastica sit sula innodatus. Vinculū ergo, quo peccator ligatus est apud Deū, in culpę remissione dissoluitur: illud aūt, quo ligatus est apud ecclesiā, cum sententia remittitur, relaxatur: [a] Quod in suscitatione Lazari [b] sermo Euangelicus manifestat: quem prius Dominus suscitauit, & Apostolis præcepit postmodum soluere sucitatum.

¶ Vnde quantūcunque se qui iuso præstito, quod ecclesiæ mandato pareret, humilitate curauerit, quātumcumque † pænitentiæ signa præcesserint, si tamē morte præuentus absolutionis non potuerit [c] beneficium obtinere, quamuis absolutus apud Deū fuisse credatur, nondum tamē habendus est apud ecclesiā absolutus: Potest tamē & debet ei ecclesiæ beneficio subueniri, vt si de ipsius viuētis pnīa per euidentia signa cōstiterit, defuncto, etiā absolutionis beneficium impendatur.

¶ Nec obstat, quod ecclesiæ legitur attributa potestas ligandi atque soluēdi hoīes super terram, [d] tanquam non possit absoluere & ligare sub terra sepultos: & quod legitur, non cōicetur mortuo, cui non est communicatum & viuo: cum & si communicatum non fuerit, communicandum tamen illi fuisset, quem non contemptus religionis, [e] sed necessitatis articulus impediuit, & in certis casibus à canonibus denotatis, ligasse legatur ecclesia mortuos, [f] & soluisse.

¶ Vt autem in uno pariter & eodem negotio, & seruemus rigorē, [g] & māsuetudinem ostendamus: statuimus, ut illius mortui absolutio a sede Apo. requiratur, qui cum uiueret ab eo fuerat absoluendus: aliorum autem absolutionem ex præmissa causa, ceteris [h] indulgemus, a quibus dum uiuerent, fuerunt absoluendi.

¶ Absolutionis autem forma [i] seruetur, ut fiat cum pœnitentiali psalmo, & tā oratione dominica quam alia consueta.

¶ Hæredes [k] quoque ipsius ad satisfaciendum pro ipso si monitione prę missa noluerint, per districtionem ecclesiasticam cōpellantur.

¶ Idem Vuratislauien. † episcopo.

Definēs clericū custodia vel vinculis sine læsione, excommunicatus est. hoc dicit primo. Communicans excōmunicato scienter ī crimine, excommunicatus est; & nisi difficultas īpediat, absolui debet ab excōmunicatore cum iuramento. Communicās vero extra crimē reconciliari potest per simplicem sacerdotē sine iuramento: hoc dicit vs; ad finem.

CAP. XXIX.

NVper † a nobis tua discretio requisiuit,

---

a ¶ Relaxatur.] Hic surgit ratio, quare quis potest absolui ab excommunicatione post mortem, & non baptizari post mortem: quia sententia ecclesiæ ligat corpus, & etiam animam: & licet sit iniusta, aufert sepulturam: baptismus vero character est animæ: vnde post mortem non est quod valeat baptizari argum. 32. quæst. 7. licite. Vin.

b ¶ Lazari.] 11. q. 3. tunc vera est.

[Glossa sequens quærit, & arguit.

c ¶ Non potuerit.] Si talis in extremis positus habuisset copiam sacerdotis, ab eo potuisset absolui? supr. eo. non dubium, &c. quod de his. & infra. eo. l. quamuis, sed ex quo iam mortuus est, non potest absolui nisi per Papam vel eius legatum, uel a quo debuit viuus absolui. Nunquid 1 a laico potest absolui in articulo mortis, argu. quod sic, de pen. distinct. 1. quem peniter, de consec. dist. nc. 4. sanctum est, ubi laicus absoluit per extremam necessitatem, quem episcopus absoluere debuit, 50. distinct. in capite. Laur.

d ¶ Super terram.] 34. quæst. 1. quodcumque Ber.

e ¶ Non contemptus religionis.] Hæc uerba habes supra. de consecr. distin. 4. baptismi vicem.

f ¶ Mortuos.] puta in hæresi, 24. quæst. 2. sane profertur. Nota quod si agatur contra personam uel de persona tantum, post mortem quæri non debet, quia crimina morte extinguntur. 32. distinct. quorundam, C. si reus vel ac. mor. fue. l. 1. & 2. nisi in hæresi ut cap. sane, & hic. ubi uero agitur propter bona, uel contra personam, & bona, post mortem agi potest, C. si pend. appel. mors interu. l. quamuis. & sic post mortem agitur de matrimonio propter bona, sup. qui fil sint legit. causam quæ.

g ¶ Rigorem.] 45. distinct. disciplina, & c. sunt namque, & sup. de purg. cano. inter.

h ¶ Cæteris indulgemus.] idest indultum esse ostendimus: quia cum eos absoluere possent viuos iure communi, ita etiam absoluere possunt post mortem ex causa præmissa, id est si de ipsorum pœnitentia per euidentia signa constiterit.

[Glo. seq. arg. & remittit dupliciter quærit & sol.]

i ¶ Forma seruetur.] sed forma non potest seruari ex toto: quia hic non potest amodo iurare & tamē absoluitur. & sic est ar. qđ sacramentum non est de substantia absolutionis; vt dixi sup. eo. cum desideres, in fin. Sed nunquid hæredes compellendi sunt ad iurandum antequam absoluatur, Satis credo quod possent compelli: sed si nollent, propterea non differetur absolutio, sed postea indistincte compelluntur satisfacere iniuriam passo, vel alias facere quod ille viuus debuit & voluit: Sed nunquid exhumabitur corpus si sepultum fuit in cœmeterio ecclesiæ? Nō credo, quod debeat exhumari: si alibi sepultum fuerit, tunc debet exhumari, & absolui quo ad ecclesiam, cū iam sit quo ad Deum absolutus. & argum. 11. quæstio. tunc uero. & postea in cęmeterio sepeliri.

k ¶ Hęredes quoque.] Hic habes expresse, quod hæredes teneantur ex delicto defuncti, licet ad eos nihil peruenerit. supra de rap. in litteris: & supra. de sepul. cap. vlt. vbi de hoc quia cum iste penituerit. & contritus fuerit, quātum in se fuit, satisfecit, & per eum non stetit, vnde hæredes ad quos bona peruenerunt ipsis, compellendi sunt satisfacere pro ipso: & sic intellige illud cap. su. de sepu. s. vlt. sup. de rap. in litteris.

NVper.] In prima parte ponitur cōsultatio, in secunda rñsio. ibi Nos. Et vtraqs potest subdiuidi, vt patet in textu. Abb.

CASVS. Duę qōnes proponūt hic. prima talis est

Ioan. 11.

1 Similis gl. in c. Pastora. de offic. ord. uer. prętereā. & in c. fures. de furt. s. uers. Diacono. ubi notatum est, nullo tpe licere laicis absoluere sacramētaliter pter citatos ibi. Vide B. Th. in q. addita ad 3. p. q. 8. arti. 2. & 3. & Turrecrem. de pænit. dist. 1. c. quē pęnitet.

† Alias ita: quātacūque pænitētiæ signa prǫcesse sint.

Vide Burch. 9. decretorum c. 8. & Eymericū ī Directorio Inquisitorū par. 3. nu. 18

† Vutrislamen.

† Vuratislamen.

† Vuratislamen.

† Vestratislamen.

† Ca. 3. e. tit. in 3. comp. pars. ī. de bigam. c. nup de limitatione huius c. vide Abb. in c. inquisitioni ī. e. tit & de ītellectu vide citatos ī c. si cō. ubinæ ī eod.

est, Laici aliquando detinent clericos in custodia publica vel priuata, uel etiam detrudunt illos in vincula sine corporis læsione, quæritur an isti laici sint excommunicati. Scđa q. est talis: Aliqui scienter cõicant excommunicatis nominatim: quæritur, utrũ isti participãtes possint absolui ab excõicatione a simplici sacerdote, vel ab epõ, uel archiepõ; Ad primã q. rñdet. Papa, qđ non credit laicos illos pœnam excõicationis euadere, quamuis nulla corporalis lęsio fuerit subsecuta, citra q̃ uiolentia sæpius circa clericos perpetratur. In secũda quęst. distinguitur, utrũ ille q nominatim excõicatis scienter cõicat in crĩe cõicet criminoso, eis consiliũ impendendo auxilium uel fauorẽ, aut alias in oratione uel osculo, aut orando aut comedendo: In primo casu cum talis cõicet crimini, & participet criminoso, & sic ratione criminis in eũ videat delinquere q dãnauit, ab excõicatore uel eius superiore dẽt absolui: cũ facientes, & cõsentiẽtes par pœna cõstringat. in secundo uero casu a suo epõ uel simplici sacerdote potest absolui: quãuis enim tunc sit ligatus sententia canonis & non iudicis, tñ quia conditor canonis eius absolutionem sibi non retinuit, aliis indulsisse vr̃, ille uero qui participat crimini & criminoso, cum iuro debet absolui: qui uero iuxta ꝯm modũ participat sine iuro põt absolui. In fine dicit, quod si difficile sit ex aliqua iusta cã, qđ ad ipsum excõicatorem absoluendus possit accedere, concedit Papa ut p̃stita cautione ꝯm formam ecclesiæ quod si suo excõicatori parebit, a suo absoluatur epõ uel proprio sacerdote. Not. primum casum, quod aliquis est excõicatus, licet nullã læsionem clericis intulerit detrudendo ipsos in uincula, ut sæpe faciunt iudices sæculares. Itẽ sententia excõicationis per solam participationem criminis transit ad illum, in quẽ lata non fuit. Itẽ consentiens dr̃ qui consilium, auxilium & fauorem præstat alicui in crimine, & eadẽ sententia cũ illo ligatur, quia facientes & consentientes par pœna constringit. Itẽ ubi conditor canonis absolutionẽ sibi specialiter non retinuit, aliis intelligit indulsisse. Item no. hic formam absolutionis maioris excõicationis & minoris. Item ultimo not. quod excõicatus ex iusta causa põt absolui ab alio quam a suo excommunicatore, sed hoc est propter periculum animæ.

qd de illis laicis sit faciendum, qui clericos (sine læsione tñ) in custodia detinent publica vel priuata, vel ẽt detrudunt in vincula? Et vtrum, qui nominatim excõmunicatis scienter communicant, absolui ab excõmunicatione possint per cõfessionem a simplici sacerdote, vel episcopi seu archiepisc. sit ab eis absolutio experenda?

¶ Nos igitur inquisitioni tuæ ex ordine respondemus, quod in primo consultationis articulo. non credimus laicos pœnam excommunicationis euadere, quamuis per† eorum factum corporalis læsio [a] non fuerit subsecuta, citra quam violentia sępius circa clericos nequiter perpetratur. ¶ In † secunda vero quæstione credimus distinguendum, an is, † q nominatim excommunicato communicat, scienter in crimine communicet criminoso, ei consilium [b] impendendo, auxiliũ, vel fauorem, aut alias in oratione, uel osculo, aut orãdo secum, aut etiam comedendo. [c] ¶ In primo quidem articulo, cum talis communicet [d] crimini, & participet criminoso, ac per hoc ratione damnati criminis uideatur in eum delinquere, qui damnauit: ab eo, uel eius superiore, merito delicti, tunc erit absolutio [e] requirenda, cum fecien-

¶ Dictio, per deest in antiquioribus exemplarib.

†Vide B. Tho. in qõnib. additis ad 3. p. q. 23. ar. 2.

Alias ita, an is, q nominatim excõicato sciẽter cõicat in crimine cõi ter criminoso.

a ¶ Corporalis læsio.] Hic sola uiolentia attenditur, si inf. eo. contingit, nec refert an aliquis in compedibus an parietibus teneatur, ff. ex quib. cau. ma. succurritur, in fi.

b ¶ Consilium impendendo.] quod aliter non erat facturus arg. ff. de his qui no. infa. l. 1. in fi. & sup. de homi. sicut, §. qui uero, non refert enim an de bono malum, uel de malo [1] deteriorem fecerit, ff. de ser. cor. l. 1. §. qui igitur. alias non tenetur quis de consilio; nisi ille aliter nõ fuisset facturus, ff. mand. si remunerandi, §. si tibi, in fin. uel nisi sit fraudulentum, ff. de reg. iur. consilij. Lau.

1 Quid sibi velit hoc loco glo. vide Io. And. hic adde ẽt & recentiores.

c ¶ Comedendo.] Tunc in istis casib. non communicat illi in crimine, sed extra: unde pp hoc non est ligatus eadem sententia cum illo, quare si contra ipsum in accusationem prosiliret, excipere poterit contra illum, nec habebit locum replicatio communionis. su. de excep. a nobis.

d ¶ Communicent crimini.] Pone causam per illã dec. su. e. significauit, vel per illam, inf. eo. si concubinæ.

[Glo. seq. prin. recip. per. q. an communicans in crimine damnato ligetur sñia canonis vel hominis Secundo q̃rit, opin. ponit, & soluit.

